27383/C

~~A.Q.B.~~

BIBLIOTHECA
MEDICINÆ
ET
HISTORIÆ NATURALIS.

TOMUS SECUNDUS.

CONTINENS

BIBLIOTHECAM BOTANICAM.

PARS II.

BIBLIOTHECA
BOTANICA.

QUA

SCRIPTA AD REM HERBARIAM

FACIENTIA A RERUM INITIIS RECENSENTUR.

AUCTORE

ALBERTO VON HALLER,

DOMINO IN GOUMOENS LE JUX ET ECLAGNENS.
PRÆSIDE SOCIETATIS REGIÆ GOETTINGENSIS, UT ET OECONOM. BERNENSIS;
SODALI *Academiæ Regiæ Scientiarum Pariſinæ*; *Chirurgorum Pariſ. Academiæ Imper. Natur. Curioſ. Boruſſ. Suec. Bonon. Arcadicæ*; *Socc. Reg. Britan. Batavicæ*; *Bot. Flor. Bavaricæ*; *Altiſidior. Helveticæ. Colleg. Med. Edinburgenſium.*
IN SUPREMO SENATU REIP. BERNENSIS DUCENTUM VIRO.

TOMUS II.

A TOURNEFORTIO AD NOSTRA TEMPORA.

LONDINI,

PROSTANT APUD CAROL. HEYDINGER, BIBLIOPOL.
IN VICO VULGO STRAND DICTO (No. 274.)
M. DCC. LXXII.

30402

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

P R Æ F A T I O.

DUM hæc Bibliotheca de prelo procedit, advenerunt aliqua ornamenta, quæ in Addenda conjici oportuit, cum ſerius ea accepiſſem. CASIRIANI primum Scorialenſium Arabicorum codicum catalogus, ad exemplum Bibliothecæ Gœttingenſis, cura Viri Clar. J. ANDREÆ MURRAY deſcriptus. Deinde catalogus librorum pene MD. in Hiſpania & Luſitania editorum, qui ad rem naturalem & medicam faciunt. Eum humanitati ANTONII CAP de VILLA debeo, Profeſſoris olim Valentini, nunc in oppido Bonillo agriculturam Regio ex munere docentis, cui publice hic gratias ago.

Itaque Botanicam Bibliothecam nunc abſolutam edo, quantum mihi licuit abſolvere. Non diſſimulo, quæ mihi in hoc opere diſpliceant, etiam præter ea, de quibus in præfatione ad primum volumen ſum conqueſtus. Paſſim invitus temporum rationem non ſatis ſinceram ſum ſecutus, ut ex GEORGIO ABUL FARRAJO & CASIRIO adgnovi: ea fere emendavi. Deinde cum cuperem cujuſque ſcriptoris nomini omnia ejus opera addere, fefellit me id ſtudium in quibuſdam minoribus libellis, qui vel per Academiarum commentarios diſperſi ſunt, vel inter Academicas diſputationes. Integros ſcriptores ne repetierim, ſubinde metus eſt, ut in GUILIELMO PUTEANO, de quo tamen monui.

In

In Gallorum ſcriptis, prænomina fere nunquam exprimuntur, ut eo facilior ſit errori locus, quoties pluribus viris commune eſt gentile nomen, ut in GEOFROI, MARCHAND, BOULDUC. Denique etſi jam ſum confeſſus, malo tamen repetere, me adeo non plenum edere opus, ut quotidie novos aliquot libellos detegam. Id vitium non potui effugere in modica urbe, mediocri adjutus Bibliotheca. Quare erit ſubinde auctariis opus.

Nihil ergo ultra ea exſpectari velim a LECTORE, quæ promiſi. Fidem & intemeratum judicium a me exigas: id niſi præſtitero, defeciſſe officio me meo, neque ſtetiſſe promiſſis, recte conqueretur. Priora vitia humanitas excuſabit, ſi praeterea immenſum ambitum conſideraveris, in quem me dimiſi, & qui mortales vires ſuperat. Utere interim iis, quæ potui, dum melioribus adjutus præſidiis alius ſcriptor perfectius opus adferat, libros mihi incognitos ſuppleat, judicia eorum operum addat, quæ ipſe non legi.

Selectum librorum ad totam artem ſub finem magni operis dabo.

Bernæ, die 9 April. 1772.

Lib. IX.

Lib. IX.

TOURNEFORTIUS.

§. DCCCXXXI.

ANNO 1692. & 1693. Academia Regia Scientiarum Pariſina edidit *Mémoires de mathématique, & des phyſique, tirés de Regiſtres de l'Academie* 4°. recuſos Paris anno 1730.* cum tituló, *Mémoires de l'Académie Royale des Sciences depuis* 1666. *juſqu'à* 1699. Tome X. Eo enim anno 1692. novus Director Academiæ D. de PONTCHARTRAIN Abbàtem BIGNON Academiæ præfecerat, cujus ex voluntate & impulſu Academia ad edendos Commentarios acceſſit.

In eo volumine primum adparet *Joſephus* PITTON vulgo, Gallorum more, a villa dictus de TOURNEFORT. Aquis Sextiis natus anno 1656. Theologicis ſtudiis deſtinatus, amore ſtirpium ad rem herbariam abreptus eſt, & Monſpelii aliquamdiu commoratus, Pyrenæos Montes partemque Catalauniæ peragravit, tum patriam Provinciam & Languedociam, meruitque anno 1683. Horto Regio Pariſino a FAGONIO præfici. Inde in Hiſpaniam, Luſitaniam, Belgium & Britanniam, ad plantas conquirendas miſſus, in Academiam anno 1692, adoptatus, anno 1700. Regio juſſu Archipelagum, Thraciam, Ponti Euxini littora, & Armeniam adiit, perque Galatiam, Myſiam, Lydiamque Smyrnam & patriam repetiit. Equitis dignitate ornatum fuiſſe lego *(a)*. Infelici denique caſu, pectore a curru rapide acto compreſſo immature obiit. EJUS inter botanicos nomen ex ſummis extitit, poſtquam nova methodo inclaruerat, quæ diu fere ſola regnavit. Arbores a plantis humilioribus ſeparavit: iſtas a florum figura diſpoſuit, tamen ut naturales claſſes captaret ſed ilus. Primum plantas monopetalas in 4. claſſes diſpoſuit, campaniformes, infundibuliformes, anomalas, has vaſculiferas & gymnotetraſpermas. Tunc plantas diſtinxit polypetalas, cruciatas, roſaceas, umbellatas, caryophylleas,

 liliaceas,

(a) S. LUDOVICI MOEHSEN *med. equeſtr. ord. orn.* Potius S. MICHAELIS aut S. LAZARI. Add. ad ejus hiſtoriam HOFMAN ad GOUEY p. 19. du HAMEL *hiſt. ac* p. 326 ſq.

liliaceas, papilionaceas & difformes. Inde plantas flore compoſito, planipetalo, radiato, & floſculoſo. Denique apetalas. Genera porro a ſpeciebus diſtinxit: generi characterem, quam priores Scriptores, accuratiorem præfixit, eum a perito pictore eleganter curavit exprimi. In quoque genere ſpecies recenſuit, hactenus minus commode, quod varietates a ſpeciebus non ſepararet, unde maxima tironibus difficultas exſurgit. Methodum dijudicare nolo, in qua potiſſimum carpas, quod characteres genericos non ſatis liquide definiverit: quod at genera definienda etiam folia adhibuerit & radices: quod florum figuras arbitrarias ſecutus ſit, & campaniformes flores dixerit, qui ſint infundibuli forma, aut rotæ: quod ad conſervandas claſſes naturales liliaceos flores a ſuis claſſibus artificialibus divulſerit, & in univerſum melius flores depinxerit, quam deſcripſerit, cum in icone numerum partium floris, & ſtamina floriſque fabricam delineet, verbis vix exprimat.

Primum ergo anno 1697. edidit *Elémens de Botanique, ou méthode pour connoître les plantes*, Paris 8°. 3 Vol. *. Hæc editio ob nitidas tabulas quæritur, quæ ſunt omnino 451. Paſſim notas aliquas adſperſit, quas in aliis editionibus reſecuit.

Idem opus recuſum & auctum latina lingua prodiit Paris anno 1700. 4°. 3 Vol. * multis generibus auctius, & doctiſſima præfatione; tabulæ nunc ſunt 476.

Subjecit, poſt iter Orientale, *Corollarium inſtitutionum rei herbariæ, in quo plantæ, 1356 in Orientalibus regionibus obſervatæ recenſentur, &c.* Paris anno 1703. 4°. *, cum tredecim generum noviter definitorum tabulis, quorum generum pluſcula ſunt Europæa.

Novam editionem hujus operis ANTONIUS de JUSSIEU Lugduni anno 1719. 4°. 3 Vol. * edidit, in qua etiam Corollarium habetur; tum vita auctoris, diſſertatio Cl. editoris de methodo TOURNEFORTII, & nuperiorum botanographorum aliqua elogia. Mireris, plantas, quarum genera interim in *Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum* deſcripſerat TOURNEFORTIUS, hic non redire, plurimas etiam rariores Europæas ſtirpes deſiderari, quas IDEM *in hiſtoria plantarum circa Pariſios naſcentium* deſcripſerat. Pinax cæterum eſt, quater mille plantis, quam BAUHINIANUS, ditior, plurimis Pyrenaicis & Hiſpanicis ſtirpibus ornatus. Plantæ in univerſum ſunt fere 10000. multæ tamen repetitæ. Doleas, quod AUCTOR C. BAUHINI plantas fere omnes tamquam firmas certaſque receperit: quod Gramina & cryptogamiam minus elaboraverit; quod multas ſibi bene notas, ut Stellariam, Lentibulariam omiſerit. Anglice prodiit London, anno 1735. 3 Vol. cum titulo *Compleat herbal.*

Porro prodiit Pariſiis anno 1697. 8°. * TOURNEFORTII *de optima methodo inſtituenda in re herbaria*, ad G. SHERARD epiſtola. Majorem floris, quam foliorum aut radicis habendam eſſe rationem oſtendit, huic adjundendum fructum: reliquas plantæ partes in ſubſidium vocandas, quando flos cum fructu non

non ſufficit. In RAJI priori methodo colores, odores, ſapores admiſſos reprobat. Gerania, & Ranunculos, eſſentiali charactere conjungi monet, cum habitu maxime differant. Fabricam numero præſtare, Sedi exemplo & Caryophyllatæ.

Hiſtoire des plantes, qui naiſſent aux environs de Paris, avec leur uſage dans la médecine Paris anno 1698. 12°.* præcipuum forte TOURNEFORTII opus fuerit. Ordinem ne deſideres, qui ſtudioſis juvenibus, Pariſiis plantas legentibus, ſit deſtinatus. Habet autem plurima, quæ in reliquis operibus vir Cl. omiſit: experimenta primum aliqua, ad elementa cujusque plantæ indaganda facta, cum compendio analyſium a BOURDELINO ſuſceptarum; aliquas etiam vires medicas minus notas. Deinde criticam botanicam, in qua TOURNEFORTIUS plantas a ſe ipſo repertas, cum deſcriptione aliorum auctorum confert, bona nomina citat, de vitiis ſæpe figurarum monet: plantas etiam ſibi adfines ſeparat, ſcriptorum rei herbariæ errores emendat. Deinde rariorum ſtirpium paſſim characteres tradit, quos in reliquis operibus omittit, ut Polygonifoliæ, Alſinaſtri Gratiolæ folio, Lentibulariæ, Plantaginellæ, (hic ſola nomina), Noſtoch, tum Muſcos pluſculos.

Recudi fecit *Bernardus* de JUSSIEU Paris anno 1725. 12°.* 2. vol. Cl. EDITOR plantas aliquas a TOURNEFORTIO omiſſas addit. J. MARTYN Anglice reddidit, cum augmentis variis Londin. anno 1732. 8°. 2. Vol.

Lego etiam anno 1691. 12°. Amſtelodami *catalogum plantarum circa Pariſios naſcentium* prodiiſſe.

Poſt mortem Cl. viri, major certe pars (*b*) prodiit, operis, *Relation d'un voyage fait par ordre du Roi* Paris anno 1717. 4°. 2. Vol. Lyon anno 1717. 8°. 3. Vol.*, Anglice etiam verſum 1718. 4°. 2. Vol. OSB. & Belgice Amſterdam 1737. 8°. 2. Vol. Epiſtolæ ſunt ex ipſo itinere datæ ad D. de PONTCHARTRAIN, quibus mores etiam, & veſtimenta, civium, & hiſtoriæ civitatum deſcribuntur, paſſim vero plantarum admiſcentur icones & hiſtoriæ, quas iis in locis auctor legerat, & quarum aliquæ a noſtris non videntur differre. Læta dictio, quæ lectori etiam non erudito placeat.

Traité de la matiére médicale, ou l'hiſtoire & l'uſage des médicamens, & leur analyſe chymique Paris anno 1717. 12°. 2. Vol.* curante D. BESNIER. Poſthumum opus, plantarum ſecundum claſſes facultatum diſpoſitarum, quæ deſcribuntur, viresque adduntur medicæ, & numeroſæ formulæ.

Ex EJUSDEM codicibus adjecta eſt adpendix, *Suite de la matiére médicale, ou traité des plantes uſuelles*, ſolæ nempe vires medicæ, & varii modi, quibus plantæ in medicina adhibentur. Acceſſit vita TOURNEFORTII, ex duobus elogiis decerpta, quarum prius FONTENELLIUS ſcripſit, alterum D. LAUTHIER. Anglice

(b) Primum Tomum ſuperſtite auctore prodiiiſſe EDITORES.

Anglice etiam, curante anonymo, prodiit Londini anno 1716. 8°. Osb. *Materia medica or a deſcription of ſimple medicines commonly uſed in Phyſik.*

Vita viri ſeorſim prodiit Paris anno 1717. 4°. cum titulo *Létre à M.* Begon *contenant un Abregé de la vie de Joſeph Pitton de Tournefort.*

In Commentariis Academiæ Regiæ Cl. viri nomen ſæpe adparet.

In *Commentariis* (*c*) anni 1692. exſtat, Déſcription d'un Champignon extraordinaire, ex Echinorum claſſe.

Conjectures ſur les uſages des vaiſſeaux dans certaines plantes. Agit potiſſimum de fibris plantarum, quæ per ſiccitatem contractæ, fructus earum aperiunt.

Anno 1699. Tamarindum arborem deſcripſit (*d*).

Anno 1700. deſcribit plantas aliquas marinas, & ſuſpicatur (*e*), flore & ſemine non deſtitui.

Anno 1703. depingit Perſicariam Orientalem Nicotianæ folio.

Anno 1704. duas deſcribit ſpecies Chamærhodendri Ponticæ, quibus venenatam vim mellis tribuit a Xenophonte memoratam.

Anno 1705. edidit characteres generum in J. R. H. omiſſorum, Morſum ranæ; Meniſpermum, Chryſanthemoides (Oſteoſpermum), Chamæbuxum, Camphoratam, Ficoides, cujus etiam ſpecies recenſet. Depingit etiam Tunicam Chinenſem, raram eo ævo plantam.

Ibid. De morbis plantarum, de gallis Kermes, & caprificatione, quam cominus viderat.

In anni 1706. Commentariis conſtituit genera Gale, Orobanchoides, Ternateam, Luffam, Diervillam, Valantiam, Lavateram, Methonicam, Solanoides.

Anno 1707. De ſatione & vegetatione Fungorum edulium.

Codices M.S. copioſi pervenerunt ad Cl. Reneaulme, qui promiſerat (*f*), ſua cura prodituros. Erat nova & auctior editio hiſtoriæ plantarum circa Lutetiam naſcentium: accedere debebat Catalogus plantarum in Gallia, Provincia potiſſimum, Pyrenæis montibus, & Luſitania lectarum, cum locis natalibus. Porro plantarum adverſaria de conſenſu & diſſenſu ſcriptorum: obſervationes botanicæ, ſeu plantarum deſcriptiones, vaſta opera, quæ omnia interciderunt.

J. Baptiſta

(c) p. 101. & 119.
(d) p. 96.
(e) p. 27.
(f) *Mém. de l'Acad.* anno 1709. p. 315.

J. Baptiſta CHOMEL ſenior TOURNEFORTIUM contra COLLETUM defendit, *Journal des Savans* anni 1697. n. 20. Titulus eſt, *Réponſe de M.* CHOMEL *à deux létres écrites par P. C. ſur la botanique* Paris anno 1697. 8°. BURETTE. Eum libellum NICERON TOURNEFORTIO tribuit.

§. DCCCXXXII. *Jean Marchant.*

Jean MARCHANT, *Nicolai* filius, frequens etiam in Commentariis Academiæ nomen, dedit anno 1692. diſſertationem de variis Quercuum gallis, de pediculo etiam pendulis & racemoſis.

EJUSDEM De floris & fructus Fraxinellæ generatione.

EJUSDEM Commentarius, quo oſtendit Liquitajam Braſilienſium, quæ dicitur Sennæ vim flatulentam domare, eſſe Scrophulariam noſtram aquaticam.

Apud du HAMELIUM origines habet fungorum ex filis disjunctis, in globos coaleſcentibus.

Anno 1706. Vim epilepſiæ adverſam Valerianæ per experimenta confirmat.

Anno 1707. Roſam proliferam dicit.

Anno 1709. De monſtroſo flore Raphani. Plantas ex quaque minima parte germen habere.

Anno 1711. Deſcribit Lichenagaricum clavatum & ſiliquoſum, qui nobis Sphæria.

Anno 1713. Deſcribit & delineat flores Marchantiæ.

Anno 1718. Nitide deſcribit fruticem, qui Indicum ſuppeditat.

Anno 1719. De Mercuriali foliis laceris, & de Mercuriali foliis Linariæ, in horto ſubnatis, quas putat eſſe novæ ſpecies absque ſemine natas.

Anno 1723. Conſtituit genus Ricinokarpi.

Anno 1727. *Fuliginem*, quod nomen nos huic plantæ dedimus, croceam deſcripſit, quæ in pulvere Coriario naſcitur, & in foliis putreſcentibus.

Anno 1733. Bicucullatam Canadenſem deſcripſit.

Anno 1735. De Pruno absque nucleis.

§. DCCCXXXIII. *Guil. Homberg.*

Guilielmi HOMBERG, viri chemica laude celebrioris, Expériences ſur la germination des plantes in *Mem. de l'Acad.* 1692. p. 248. Ad eam germinationem aëris opem requiri, neque in ſpatio aëre vacuo plantas vivere, etſi earum aliquæ in ejusmodi ſpatio germinent.

In

In *Mém. avant* 1699. ad ann. 1695. de Cocco, ejusque oleo & butyro agit.

Anno 1699. (*g*) Sales terræ, quæ plantas generat, ad earum diſcrimen in elementis, inque incremento conferre.

EJUSDEM anno 1700. De oleo plantarum augendo, dum acidum minerale dilutum additur.

Anno 1701. De oleorum eſſentialium, ex aromatibus paratorum inflammatione cum ſpiritibus acidis.

Ibid. Inutiles eſſe analyſes, quæ igne fiunt, neque vera elementa demonſtrare.

Ibid. Sales volatiles plantarum cum acido conjunctos habitare.

Anno 1710. De adfinitate olea inter vegetabilia & mineralia. Perennare plantas, quarum coma fuerit reſecta.

Anno 1711. Se pomopira vidiſſe, qualia ſunt citroaurantia.

Anno 1714. De modo, quo ſales fixi plantarum volatiles redduntur.

§. DCCCXXXIV. *Philippus de la Hire.*

Philippi de la HIRE Experiences ſur l'élévation du ſuc nouricier dans les plantes; nempe de adſcenſu (*h*) aquæ in charta rudi replente tubum vitreum. Is adſcenſus ad 225. uſque lineas pertigit.

EJUSDEM De cauſa ſitus erecti in trunco arborum dum radices deſcendunt anno 1708.

EJUSDEM De Manna pluente ex Aurantiis, ib. *hiſt.*

EJUSDEM De diſcrimine acoris vegetabilis a minerali *Mém. de l'Acad.* anno 1709.

§. DCCCXXXV. *Galli Varii.*

Petri BRANCHE *Jardinier de grande éxpérience, pour traiter toute ſorte d'arbres fruitiers, touchant leur taille &c.* Cologne anno 1692. 8°.

Nouveau traité de la culture des jardins potagers Paris anno 1692. 12°. De plantis quæ volunt irorari.

FLAMANT

(g) p. 69.
(h) p. 317.

FLAMANT *art de ſe conſerver la ſanté ou le Médecin de ſoi-même avec un traité de quelques remedes les plus ſimples & les plus uſités* Paris 1692. 12°.

Les regles de la ſanté avec une table alphabetique de tous les alimens Lyon 1692. 12°. BUR.

J. Bapt. CALLARD de la DUQUERIE *Lexicon medicum & etymologicum* Paris anno 1692. 12°. 1693. 12°. *Journ. Sav.* Lego etiam hunc Medicum Cadomenſem ſcripſiſſe *catalogum plantarum in locis paludoſis pratenſibus maritimis arenoſis & ſylveſtribus prope Cadomum in Nortmannia naſcentium* Paris 1714.

Inſtruction ſur la culture des Figuiers, avec un traité de la culture des fleurs Paris anno 1692. 12°. BURETTE.

M. l'Abbé de la CHATAIGNERAYE *Connoiſſance des arbres fruitiers* Paris anno 1692. 12°. FALCONET.

Nouveau traité des Orangers & Citronniers Paris anno 1692. 8°.

Claudii PELLETIER *Comes ruſticus ex optimis latinæ linguæ ſcriptoribus* Paris anno 1692. 8°. 1708. 8°.

§. DCCCXXXVI. *Angli Varii.*

Guil. Petr. WORTH *Cereviſiarii comes or the art of brewing and the right way to refine bottlebeer and Cyder* London anno 1692. 12°. ZOCH.

Johannis BANISTER, qui plantas in Virginia legit, inque legendis periit, plantæ aliquæ in America lectæ recenſentur in *Phil. Tranſ.* n. 198.

EJUSDEM De Serpentaria Virginiana *Phil. Tranſ.* n. 247.

EJUSDEM Catalogus plantarum Virginianarum apud RAJUM in *hiſt.* T. III.

§. DCCCXXXVII. *Theodorus Schoon.*

Theodori SCHOON *Waare oeffening en ontleeding der planten — en de culture ofte voortqueeking van de tabak, haar gebruyk en misbruyk &c.* s'Grafenhaage anno 1692. 8°.*. Nicotiana potiſſimum deſcribitur & depingitur. AUCTOR CORNELIO BONTEKOE & Carteſianæ Sectæ addictus, magnus Galenicæ medicinæ oſor fuit. Elementa herbæ ſuæ proponit, quæ ignis producit, ſales volatiles, olea, ſales fixos, inque iis priſmata acute ſcindentia. Jacturam ſalivæ objicit: fumum docet per ſpongiam humectam trahere; laudat clyſterem tabacarium; ſed in univerſam fere materiam medicam ſe diffundit, & in œconomiam vegetabilem.

Stephani CHAUVIN *Lexicon philoſophicum* Roterdam. 1692. fol. 1713. fol. Ad plantas hactenus.

Andr. BRAKE *de vomitoriis medicamentis* Leid. 1692. 8°. RIV.

§. DCCCXXXVIII. *Renatus Dahuron.*

René DAHURON *Nouveau traité de la taille des arbres fruitiers* Cell. anno 1692. 8°. Paris anno 1696. 12°. 1752. 8°. FALCONET. Liége anno 1699. 8°.*. Italice *Il giardiniero franceſe traſportato* di R. DAHURON Venez. 1704. fol. 1719. fol. 1723. fol. Acceſſit compendium legum exercitii artis hortulanorum ſumtum ex QUINTINIO & *inſtr. culturæ florum.* Germanice demum, cum altero RENATI opere Weimar & Cell. anno 1723. 8°. SEGUIER. anno 1743. 8°.*. Ab artifice, QUINTINII diſcipulo, & pro artificibus ſcriptus liber, multa habet ad ducendas in modum cavi acetabuli arbores, & ad eas in muris figendas: tum ad inſitionis varios modos & putationem. Addit Catalogum pirorum & pomorum bonæ notæ, & de Melonibus libellum. Multa in eum in *année champêtre:* de inſectis *tigres* imperite ſcripſiſſe. Pro arboribus fructiferis ridicula arcana propoſuiſſe.

EJUSDEM, nunc Aulici hortulani Berolinenſis, *vollſtändiger Gartenbau, darinn von einheimiſchen und ausländiſchen Gewächſen, Blumen und Bäumen gründliche Nachricht gegeben wird* Weimar und Celle 1738. 8°. anno 1743. 8°.* Weimar 1757. 8°. Cell. 1753. 8°. Weimar 1769. 8°. Majus opus, quod hic DAHURONIO tribuitur, etſi mihi alterius viri collectitius labor videtur, continet in principio plantas oleraceas, earum varietates & cultum. Inde coronarias, cum integris catalogis Tunicarum, Ranunculorum, Tuliparum, Auricularum. Sequuntur heſperides, tum arbores fructiferæ, cum earum cultu, morbisque & remediis. Appendices tres adjectæ ſunt, inter quas eſt plantarum medicatarum, cum virium cenſu: altera eſt operum menſtruorum.

§. DCCCXXXIX. *Wilh. Ulr. Waldſchmidt.*

Wilhelm. Ulrich WALDSCHMIDT, J. *Jacobi* filius, Profeſſor Kilonienſis, *De uſu & abuſu Theæ in genere* Kiel. anno 1692. 8°.

EJUSDEM *Gedanken über das gewöhnliche Theetrinken* Lipſ. anno 1693. 4°.

EJUSDEM *Progr. de jucunditate ſtudii & culturæ plantarum* Kiel 1701. 4°. BURKH.

EJUSDEM *Floralia romanorum & de utilitate notitiæ florum* Kiel. anno 1702. 4°. Antiquitates deæ Floræ.

EJUSDEM *An potus herbæ Theæ exſiccandi & emaciandi virtute polleat* Kiel 1702. 4°.

EJUSDEM *De ſexu ejusdem plantæ gemino* Kiel. anno 1705. 4°.*. Pro ſexu plantarum & ſtaminum vi maſcula.

EJUSDEM *Beſchreibung der Aloën insgemein, insbeſondre der Americaniſchen, bey Veranlaſſung zweyer zu Gottorf blühenden Americaniſchen Aloën* Kiel anno 1705.

1705. 4°.*. Satis accurate deſcribit ſuccum Aloës genuinæ, quem ſecundum longitudinem ſecta deſtillat, non perinde ſi in transverſum. In Americana lignoſam radicem, ſuccum nauſeoſum ſubacrem, aquam putreſcibilem florum &c.

EJUSDEM *Der Americaniſchen Aloë in Gottorp fernere Beſchreibung* Kiel anno 1706. 4°. quo libello ad aliquas objectiones reſpondit, & litem ſibi cum SIRICIO concivit.

EJUSDEM *Programma, quo excurſiones botanicas indicat, de induſtria ævi hodierni in propagatione plantarum florum & fructuum* Kiel. anno 1712. 4°. BURKH. Agit de artificiis tingendorum florum, & de modis, quibus pleni redduntur.

§. DCCCXL. *Georg Meiſter.*

Georg MEISTER *Oriental. Indianiſcher Kunſt- und Luſtgarten* Dreſden anno 1692. 4°.* Leipzig anno 1731. 4°.*. Indiam Orientalem ipſe vidit & Japoniam. Id iter hactenus deſcribit. CLEYERI hortum Bataviæ Orientalis coluit. Fuſe Cocon deſcribit, deinde numeroſas alias arbores nobiliores, aromaticas, aliasque edules aut ſpecioſas, additis etiam iconibus: deinde plantas medicatas & culinares. Talia vero ſperes, qualia ab hortulano poſſis exſpectare.

§. DCCCXLI. *Emanuelis.*

La culture des fleurs, où il eſt traité de la maniére de ſemer, transplanter & conſerver toutes ſortes de fleurs & d'arbres Bourg en Breſſe anno 1692. 12°.*. Populare opuſculum nihil habet reconditum. Nomina corrupta & paſſim aliqua, quæ vix exſpectes, ut Punicas in Gallia ægre florere. De Tunica fuſius ſcribit, deque ejus morbis, & de vermiculo, quem pulvere Nicotianæ vult ſuperare.

Adjectus eſt *Almanach perpétuel* D. EMANUELIS, qui opera menſtrua docet, multum credulus Lunæ. Fimum ſuillum pervetuſtum menſe Decembri arboribus adjectum perutilem eſſe. Vermiculos ex arboribus vetuſtis eximere jubet, alioquin ſterilibus. Cl. DARDENNES ex MORINO ſua habere monet.

§. DCCCXLII. *Franciſcus Cupanus.*

Franciſci CUPANI, Monachi, qui tamen medicinæ operam dedit, & Siciliam peragravit, plantasque & foſſilia collegit, *Catalogus plantarum Sicularum, noviter detectarum* Panormi anno 1692. fol. MONG. unicum folium, quo 150. plantæ recenſentur, quas AUCTOR in Sicilia invenit, cumque P. BOCCONE communicavit.

EJUSDEM *Syllabus plantarum Siciliæ nuper detectarum* Panormi anno 1694. 16°. Bibl. HOTTON. Prior eſt libellus emendatior, & ad 350. plantas auctus.

 EJUSDEM

EJUSDEM *Hortus Catholicus, ſeu Principis Catholicæ* Neapoli anno 1696. 4°.*. Multæ quidem hortenſes plantæ & exoticæ, tamen etiam magnus numerus plantarum Sicularum, etiam rariorum & vix cognitarum.

EJUSDEM *Supplementum ad eum hortum, quo iterum multæ plantæ novæ, aut vix cognitæ, etiam Fungi, & aliæ minores continentur* Panormi 1696. 4°.*

EJUSDEM *Supplementum alterum* Panormi anno 1697.

Univerſarum plantarum Sicularum hiſtoriam paraverat, *Pamphyti Siculi* nomine, tabulis ornatam ſeptingentis (*i*). Id opus nunquam prodiit, etſi ANTONIUS ROMANUS & GERVASIUS polliciti erant, ſe pluribus voluminibus 4. formæ edituros.

P. GIROL. MEROLLA *relatione del viaggio nel regno de Congo ſcritta dal* P. ANGELO PICARDO Neapoli anno 1692. 8°.

Giornale de letterati dell anno 1692. 4°.

§. DCCCXLIII. *Germani.*

Georgii Daniel COSCHWIZ patris, *Vollſtändige Apotheck* Nurnberg. anno 1692. fol. Multa ex ZORNIO ſumſit. Conf. p. 463.

J. Zach. FURST *Dialogus hygiaſticus* Francofurti 1692. 12°. ſi huc facit.

Bened. SCHOENFELD *Pharmacologia, oder allerley Hülfsmittel in mancherley böſen Zufällen* Zell 1692. 8°.

Neu ausgefertigtes Weinbüchlein 1692. 8°.

J. F. H. *Der curioſe und kluge Gärtner* Leipzig anno 1692. 8°.

Kunſt zu kochen für vornehmer Herren Höfe 1692. 8°.

N. HANNIEL, Medicus Düſſeldorpenſis, *Die preiswürdige Veronica, oder Europäiſcher Thee, wie ſelbiger anſtatt des Indianiſchen mit Fug gebraucht werden kann* Düſſeldorf anno 1692. 4°.

§. DCCCXLIV. *Carolus Plumier.*

Carolus PLUMIER, ex Minimorum ordine, ter Regio ſumtu Americam adiit, ut plantas legeret. Eas & numeroſiſſimas legit, & pulcherrime delineavit, omiſſis umbris, ſuoque labore pene alterum orbem TOURNEFORTIANIS inventis addidit. Vir ſimplex, ſi callido credas LABATO, ſed ad incrementa rei herbariæ natus. Primum edidit, *Déſcription des plantes de l'Amérique* Paris anno 1693. fol.* Tabulæ ſunt 108. quarum 50. omnino ad Filices; pluſculæ ad Ari genus pertinent, reliquæ ad ſcandentes plantas, varii characteris. Poſt

(i) *Giorn. de Letter d'Ital.* T. 29. add. p. 598.

Poſt ultimum iter edidit, C. PLUMIER *nova plantarum Americanarum genera* Paris anno 1703. 4°.*, eadem qua TOURNEFORTII elementa forma. Nova genera conſtituit centum & ſex, eorum characteres definiit, tabulisque expreſſit. Inter eas multæ ſunt vi medicata conſpicuæ plantæ, quarum character non prius innotuerat, Vanilla, Saururus, Dorſtenia (Contrayerva), Perſea, Mançanilla, Muſa. Eadem, quæ TOURNEFORTIUS, in charactere vitia habet, quod ſtaminum, petalorum, ſegmentorum calycis numerum verbis non exprimat, florisque fabricam obiter adtingat. Eſt etiam, ubi dubites, num omnia ad naturam expreſſa ſint.

Cum novum iter moliretur, Gadibus pleuritide exſtinctus eſt anno 1704. Prodiit tamen, ad prelum jam paratum, *Traité des Fougéres de l'Amérique* Paris anno 1705. fol.*. Splendidum opus (*k*) ex æmulatione Britannicæ induſtriæ natum eſt, operisque, ut ipſe auctor eſt, Clariſſimi SLOANE. Si omnino ſcopus fuit ſuperare Britannos, non alio defenſore GALLIA eguit. Tabulas enim hic reperias 172. quibus, præter pauciſſimas Europæas, & Fungos aliquos, Pezizas, Geaſtrum, aliasque hujus generis, unice dorſiferæ plantæ Americanæ exprimuntur. Sermo gallicus eſt & latinus.

In *Journal des Savans* anni 1694. n. 15. iterumque in *Mem. avant* 1699. ad annum 1696. inque *Diario Trivultienſi* anni 1703. M. Septembr. C. PLUMIER fuſe in epiſtola ad RICHTERUM data oſtendit, Coccinellam eſſe animal, creſcens in Tunæ ſpecie Nopal; demonſtrat etiam teſtimonium POMETI, qui baccam fecerat, a ROSSEAU datum, ab eo ipſo antiquatum eſſe; cultum Tunæ deſcribit, & colorem rubrum ex pulpa ſemina Cannacori ambeunte: tum ſimile fere animal Tanaceti. Deſcribit etiam veſiculas plenas liquore violaceo pulcherrimo ad radices Crithmi marini viſas (*l*).

Multo vero plures tabulas ad editionem paratas habebat PLUMERIUS, & anno jam 1697. (*m*) decem omnino volumina & icones fere 1400. (*n*), in quæ typographi ſumtum erogare detractarunt: eas enim ſuasque chartas conſervaverat bonus auctor, cum plantas ſiccas per naufragium amiſiſſet (*o*). Hæ icones latent in Gallia, partim in Bibliotheca Regia, partim apud Monachos, quorum in ordine PLUMERIUS vixerat. Feliciter tamen factum eſt, ut figuras omnino quingentas & octo (*p*) BOERHAAVIUS per AUBRIETUM pictorem, *ex codice Bibliothecæ Regiæ* deſcribi curaverit, VAILLANTIO laborem dirigente: erat enim BOERHAAVIO cum nativa parſimonia regius in erogandis ſumtibus animus, quoties de vindicandis ex oblivione bonis operibus agebatur. Eæ figuræ ad virum optimum J. BURMANNUM pervenirent, qui tot

(k) LABAT *Antill.* t. 4. p. 24. *Præf.* ad T. II. itinerum.
(l) p. 218.
(m) LISTER *Journy to Paris* p. 75.
(n) *Phil. Tranſ.* n. 276.
(o) LISTER p. 73.
(p) BURMAN. præf.

tot alios etiam herbarios theſauros, publicos in uſus verſurus, blattis ſubtraxit. Eas plantas ſuo ſumtu ſculpi curavit, earumque decem faſciculos, tabulasque 262. ab anno 1755. ad annum 1760. Amſtelodami edidit, immenſas plantarum pauciſſimis cognitarum gazas. De iis vero, cum, præter icones, nihil ſit, niſi BURMANNI, inter ejus viri opera dicemus.

§. DCCCXLV. *Samuel Dale.*

Samuelis DALE *Pharmacologia, ſeu manuductio ad materiam medicam* Londin. anno 1693. 8°.*. Bremæ anno 1713. 8°.* & *Pharmacologiæ Supplementum* Londin. anno 1705. 8°. Bremæ anno 1707. 8°.* & totum opus Lond. 1705. 1710. 8°. 2. Vol. 1737. Phytologia utriusque Tomi huc pertinet, quam vir Cl. ad RAJI methodum diſpoſuit. Singulas omnino plantas medicatas deſcripſit, vires & facultates ſubjecit. In viribus nimium SCHROEDERO credidit (q).

In *Supplemento* plantæ fere adduntur, quarum rarior eſt in medicina uſus, adeo numeroſæ; ut integram fere phytologiam exprimant: deinde de plantis peregrinis, quæ nuper innotuerant.

Deinde jam ſenex auctor 49. annis poſt priorem editionem opus ſuum retractavit, & Londini anno 1737. 4°. edidit, Leidæ anno 1739. 4°.* 1751. 4°. recuſum. Uſus eſt vir Cl. nuperis ſcriptoribus, & Supplementum in ipſum opus recepit. Ordo idem, ſynonyma plurima, characteres generum RAJANI, facultates medicæ breviter ſubjectæ.

EJUSDEM *Appendix to Silas* TAYLOR'S *hiſtory and antiquities of Harwich and Dovercourt* London anno 17 . . . & 1732. 4°.* prodiit. Ea hiſtoriam naturalem oræ maritimæ circa Harwich continet, & plantas etiam potiſſimum marinas & terreſtres, aliquantum rariores, critico etiam judicio de ſynonymis & iconibus adhibito.

§. DCCCXLVI. *Laur. Magallotti.*

Laurentii MAGALOTTI *Relazioni varie* Firenz. anno 1693. 8°. Inter alia de Palma agit, ejusque fructu & cultu.

§. DCCCXLVII. *Angli Varii.*

Thomæ POPEBLOUNT *Natural hiſtory containing many uncommon obſervations* London anno 1693. 8°.

J. Jac. BERLU *The treaſure of drugs unlokd* London anno 1693. 12°. 1724. 12°. 1733. 12°.

A collection of curious travels in 2. Tomes Londin. anno 1693. 8°. Primo L. RAUWOLFI iter continetur: altero excerpta ex BELLONIO, SPONIO, GREAVES,

(q) TRALLES De terreor. remedior. abuſu.

GREAVES, VERNONIO, aliis. Adjecti tres catalogi plantarum orientalium *Johannis* RAJI, qui redeunt in *Sylloge plantarum exterarum.*

An Account of ſeveral late voyages and diſcoverings by S. *John* NARBOROUGH, *Abel* TASMAN, *John* WOOD and *Friderick* MARTENS &c. London anno 1694. 8°.*. Exiguum eſt, quod huc pertinet; etſi iter *Johannis* NARBOROUGH omnem laudem meretur.

§. DCCCXLVIII. *Galli Varii.*

J. François LAUGIER, Chirurgi Maſſilienſis, *Des remédes vulneraires, où l'on éxplique leur nature & leurs effets, avec la théorie des accidens qui arrivent aux playes* Lyon anno 1693. 12°. BURETTE. Laudat BERTRANDUS p. 73.

St. DISDIER *le meilleure methode pour compoſer d'excellent Chocolat* la Haye 1693. 12°. cum *Phil.* SYLVESTRO.

§. DCCCXLIX. *Tranſactiones Philoſ.*

In *Phil. Tranſactionibus* hujus anni n. 201. TANCREDUS ROBINSON, amicus RAJI, agit de tuberibus Anglicis, quæ delineata dat.

EJUSDEM De plantis & arboribus Regni Neapolitani *Philoſ. Tranſact.* n. 349.

Semen in Coralloide Fungo & inter lamellas aliorum Fungorum detexit IDEM DERHAM Phyſ. theolog. L. X.

Ibid. *Phil. Tranſ.* n. 205. De pane rapaceo.

R. BUKLEY Eques ibid. n. 201. De Ulmis ex ſemine propagatis.

Johannes CLAYTON Ex itinere Virginico, in Epiſtolis ad Regiam Societatem datis, quæ memoria digna vidiſſet, adſperſit n. 201. ut pluviam ſeminum Hederæ.

N. 205. De varietatibus, aut ſpeciebus, Nicotianæ in Virginia cultis.

N. 206. Iterum de Nicotiana in Virginia culta.

EJUSDEM De medicina & plantis medicis Virginienſium *Phil. Tranſact.* n. 454. plantæ non optime deſcriptæ. An idem eſt qui plantas GRONOVIUM mittebat.

§. DCCCL. *Guil. v. Limborch.*

Guilielmi v. LIMBORCH, Profeſſoris Lovanienſis, *Medulla ſimplicium, ex* DODONÆO, SCHROEDERO, *aliisque* Lovanii anno 1693. 12°. FALCONET: anno 1702. 12°.*. Ad alphabeti ordinem recenſet medicamenta ſimplicia, & earum doſes viresque. Editio mendoſa.

GREGO-

GREGORIUS *van den* LEMMER *de purgantibus* Leid. 1693. 4°. B. BOEHMER.

D. HUWAART *op en ondergang van Coromandel* Amſterdam 1693. 4°. CARLS. de mercatura ejus oræ.

Ooſt en weſtindiſche waarande vervattende aldaar de leef en Geneeskonſt Amſterdam anno 1694. 8°.* 1734. 8°. Ex BONTIO, PISONE, & MARCGRAFIO excerptum opuſculum continet deſcriptiones plantarum in uſus medicos & diæteticos in utraque India adhibitarum.

Haarlemer Apotheck Amſterdam anno 1693. 8°. WACH.

§. DCCCLI. *Germani Varii.*

Chriſtian. Joh. HORB *De febrifuga Chinæ Chinæ virtute* Altdorf. anno 1693. 4°.*. Cum eo cortice varia commiſcuit, reperit cum vitriolo, ad medicamentorum ſtypticorum modum, nigreſcere; cum ſyrupo violaceo vireſcere, & non bene in ſecundum febrifugorum ordinem relegat. Non eſſe alcalinum.

Chr. BURCKHARDS *Oſtindianiſche Reiſebeſchreibung* Halle 1693. 12°. plantas etiam continet. RIV.

Muſæum Spenerianum, oder Beſchreibung der Sachen in J. JAC. SPENER's *Cabinet* Leipzig 1693. 8°. ANDERSON.

Neue Seidenmanufactur Leipzig 1693. 8°. HAUSV.

Collectanea chymica curioſa, quæ rerum naturalium anatomiam continent ex triplici regni . . . . vegetabili opera J. D. THOM. Francofurti 1693. 4°.

J. Georg SPENGLER's *Blumenbüchlein* Coſtanz 1693. 12°. MEISNER.

Georg Heinrich HÆBERLIN *Diſſ. doct. de generatione plantarum* Tubing. 1693. 12°.

Paul. Canut. LEINKER *Compendium promtuarii medicamentorum in pharmacopolis caſtrenſi exſiſtentium* Noriberg. 1693. 12°.

Samuel SCHROER *De Opii natura & uſu*, Erfurt. anno 1693. 4°.*.

EJUSDEM *Libera in Opium diſquiſitio* Lipſiæ anno 1696. 8°. idem forte fuerit.

EJUSDEM *Gedanken über das gewöhnliche Theetrinken* Lipſ. 1693. 4°. PL.

§. DCCCLII. *Guilielmus Sherard.*

Guilielmus SHERARD, magnus plantarum cultor, Smyrnæ multis annis vixit, gentis Britannicæ Conſul, & hortum in vicinia egregium aluit, plures etiam plantas ſiccas collegiſſe dicitur, quam ante eum quisquam mortalium. Edidit HERMANNI *Paradiſum Batavum.*

In

In *Philoſ. Tranſact.* n. 260. deſcribit artem vernicis Chinenſis parandæ.

Ipſe vix quidquam ſcripſit, ſuo certe nomine. Pertinet tamen ad eum *Supplementum plantarum per Italiam & Galliam obſervatarum*, quod cum RAJI *Sylloge ſtirpium exterarum* Londini anno 1694. 8°.* prodiit, in quo plures plantæ rariores Montis Juræ recenſentur, a noſtro auctore inventæ.

§. DCCCLIII. *J. Pechey.*

John PECHEY *Compleat herbal of phyſical plants* London anno 1694. 8°. Amſterdam anno 1694. 8°. 1707. 8°.*. Plantarum Anglicarum & peregrinarum, quæ in officinas recipiuntur, breves fere ex RAJO hiſtoriæ; vires medicatæ undique collectæ, ut auctor nihil ſibi ipſi adroget. Anglicarum ſtirpium locum natalem ſæpe addit, inter peregrinas aliquas certo Anglicas & vulgo notas admiſcet: ſubinde tamen etiam rariores aliquas deſcribit, ut radicem Caſſumuniar, quæ in horto Regis Golcondæ plurimi fiat, & ex qua ſpiritus addito vini ſtillatitio liquore educatur. Vires etiam medicas aliquando non vulgares indicat. Selinum Sii foliis contuſum, cum cereviſia ſubactum, ſuccum dat, quo poto femina hydropica convaluit (*s*).

§. DCCCLIV. *Angli Varii.*

Joh. CULLUM Epiſtola de nuper inventis hibernis pro plantis peregrinis *Phil. Tranſ.* n. 213.

William WESTMACOTT Θεολοβοτανολογια, *ſ. hiſtoria vegetabilium ſacra or a ſcriptural herball* London anno 1694. 8°. BURCKH.

William WOTTON *Reflections upon antient and modern learning* London anno 1694. 8°.*. Comparat botanicos labores veterum & nuperorum, illis & paucas plantas innotuiſſe docet, & ſatis imperfecte: nihilque habere vel cum PARKINSONI opere comparabile. Hiſtoriam aliquam addit botanices. GESNERUM, methodi auctorem laudat: RAJI opus omnibus præfert.

§. DCCCLV. *Galli Varii.*

Adriani HELVETII *Méthode pour guérir toute ſorte de fiévres, ſans rien prendre par la bouche* Paris anno 1693. clyſteribus nempe opiatis. Italice Parm. 1694. 8°. HOTTON. *la Kinakina contra le febbre.*

EJUSDEM *Des maladies les plus fréquentes & des remédes ſpécifiques pour les guérir* Paris anno 1727. 8°. Trevoux anno 1722. 12°. Haag. 1711. 12°.

EJUSDEM *L'uſage de l'Hipecacoanha de la poudre de Corail anodine &c.* Paris 4°.

(s) p. 180.

In *Phil. Tranſ.* n. 346. & in *Journal de Trévoux* anni 1704. agit de viribus medicis Pareiræ bravæ, quam valde laudat.

Remarques nécéſſaires pour la culture des fleurs Paris anno 1694. 8°.

Petri BOURDELOT & *J. Gab.* FRESSANT *E oryzæ uſus ſaluberrimus* Paris 1694.

§. DCCCLVI. *Germani Varii.*

Juſti VESTI *de ſymbolo* PYTHAGORÆ, *a Fabis abſtinendum* Erfurt. anno 1694. 4°.

EJUSDEM *De fructuum horariorum & eſculentorum abuſu* ibid. anno 1704. 4°.* Myrtillos in dyſenteria profuiſſe.

EJUSDEM *De ægro undimia ex corticis Chinæ de China intempeſtivo uſu laborante* ibid. 1709. 4°.

EJUSDEM *De præſtantia medicamentorum ſimplicium & Galenicorum præ Chemicis* Erford. 1713. 4°.

EJUSDEM *De panis uſu alimentoſo & medicamentoſo* ib. anno 1710. 4°.

Sim. WEISS *De excreſcentiis plantarum animatis* Lipſ. 1694. 4°.

OTTO FRIDRICH *von der* GROEBEN *Orientaliſche Reiſebeſchreibung.*

EJUSDEM *Guineiſche Reiſebeſchreibung und Verrichtung zu Morea* Marienwerder 1694. 4°. meretur legi.

J. Philippi BURGGRAV patris, medici Francofurtenſis, diſputatio, *de Malo Sinenſi aureo* Leid. anno 1694. 4°.*

Gottefried KRESSE *De Sycomoro* Lipſ. anno 1694. 4°. Collectanea in locum Lucæ.

In *Miſcell. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* II. n. 224. J. *Conradus* BRUNNER agit de granis ſecalinis corniculatis, vertiginem inferentibus.

§. DCCCLVII. *Belgæ Varii.*

J. *Henric.* SEYFRIED M. H. *Wonderen der natuer van fruchten planten en Kruyden* Haag. anno 1694. 4°. Germanice Nürnberg 1694. 8°.

Gerard. OUTHOV *Exerc. de Manna Iſraëlitarum* Groning. 1694. 4°.

Pharmacopœa Lillenſis Lille 1694. fol. GRAU.

Carolus BATTUS *Het ſecret boek — van boomen, planten, bloemen, kruyden en Zaaden, van koecken, confyten, olyen &c.* Leeuwarden 1694. 12°.

§. DCCCLVIII.

§. DCCCLVIII. *Petrus Pomet.*

Petri POMET, Aromatarii Pariſini, *Hiſtoire générale des drogues* Paris anno 1694. fol.* 1735. 4°. Germanice Lipſ. 1717. fol. Anglice 1712. fol. 1737. fol. Plantarum bonæ notæ, icones non ſemper laudabiles, loci natalis deſcriptio, ſæpe & utilitas. Nihil valde reconditi habet, & ſæpe potuiſſet multo meliora vel ex ſolo HORTO MALABARICO hauſiſſe, non eruditus homo, ſed artis ſuis gnarus. Nova editio Paris 1735. POMETI filii additionibus aucta eſt.

EJUSDEM *Catalogue des drogues ſimples & composées* Paris anno 1695. 8°. BURETTE.

Traité des drogues, qui ont raport à la médecine Paris anno 1697. 12°. FALCONET. Compendium POMETI.

Droguier curieux Catalogue, des drogues ſimples, par alphabet Paris anno 1707. 8°. SEGUIER.

§. DCCCLIX. *Samuel Muller.*

Samuel MULLER, Sileſii, *Vademecum botanicum, oder beyträgliches Kräuterbüchlein* Dreſd. anno 16 . . . 1744. 8°. Francof. & Lipſ. anno 1694. 8°.*, quæ altera eſt editio. Plantæ medicatæ ad ordinem literarum alphabeti diſpoſitæ, cum iconibus, deſcriptione aliqua, viribusque. Errores bene multi: Raphaniſtrum pro Raphano ruſticano deſcribit & depingit, radios addit Stœchadi citrinæ, &c.

§. DCCCLX. *Elias Camerarius.*

Eliæ CAMERARII, Præceptoris olim noſtri, *Triga diſſertationum* anno 1694. 8°. Tubingæ editarum, agit de Theæ & Coffeæ abuſu.

EJUSDEM *Diſputatio de venenis* Tubingæ anno 1728. 4°.* utcumque huc ſpectat.

EJUSDEM *De Betula* Tubing. anno 1727. 4°.

In *diſſertationibus Taurinenſibus* nona & duodecima aliquam partem rei herbariæ tangit, in illa ſitum erectum plantarum, in iſta Nicotianam.

In *Vol.* I. *Act. Nat. Cur.* De radicum quarumdam, neque enim definit, noxio eſu obſ. 121.

§. DCCCLXI. *Fridericus Hofman.*

Fridericus HOFMAN, *Friderici* filius, per annos pene quinquaginta Profeſſor Halenſis, non quidem rem herbariam potiſſimum coluit, multa tamen

ad analyſes, vireſque medicas herbarum declarandas contulit, potiſſimum in numeroſiſſimis, quas edidit, diſputationibus.

Video citari diſputationem *de medicamentis officinalibus* Jen. anno 1686. 4°. quæ non eſt ad manus.

De infuſi Veronicæ efficacia præferenda herbæ Theæ Hall. anno 1694. 4°.* Infuſum herbæ vires optime ſervare. Ineſſe cum vi tonica ſubtiles & odoratas particulas: cum vitriolo nigricare: prodeſſe in phthiſico malo, ſcabie ſicca, a veſica mucum depellere; non perinde, ut Thea, hypochondriacis nocere. Redit in *Gründl. Anweiſ.* T. IV. & in *opuſculis medicis Dec.* II.

Ejusdem *De Chinæ Chinæ modo operandi uſu & abuſu* Hallæ 1694. 4°.* & progr. ejusdem tituli. In diſp. analyſis corticis eſt, qua reſinoſum principium demonſtratur, & vis in roborando ponitur, alvum ſubinde ducere oſtenditur, & aliquæ in uſu hujus medicamenti cautelæ docentur, potiſſimum ne in paroxyſmo febris detur, aut paulo prius.

Ejusdem *De medicamentis ſpecificis, eorumque agendi modo* ib. anno 1694. 4°.

Ejusdem *De pane groſſiori Weſtphalico vulgo Bonpournikel* anno 1695. & in *opuſculis phyſico medicis.* Ad ignem multum oleum fundere. Redit in *Gründl, Anweiſ.* T. IV.

Ejusdem *De anthelminticis* anno 1698. 4°.

Ejusdem *De Terebinthina* anno 1699.* & in opuſc. Medic. Dec. II.

Ejusdem *De opiatorum nova & mechanica agendi ratione* anno 1700.*. Recte monet in febribus acutis minimumponduſculum opii delirium facere. Redit inter *diſputationes phyſico medicas* Leidæ anno 1713. 8°. recuſas.

Ejusdem *De pulverum ſternutatoriorum vero uſu & abuſu* Hall. 1700. & in *opuſculis medicis Dec.* II. inque *Gründl. Anweis* T. VI. Medicamentorum ſternutatorium cenſus. Nicotiana: tum reſina ligni Guajaci, & flores Benzoin: inde compoſita.

Ejusdem *Sacchari hiſtoria naturalis & medica* anno 1703. 4°.* Sal ſulfureum peculiare Sãccharo ineſſe, ſpiritum & acidum dare, & ardentem.

Ejusdem *De Caryophyllis aromaticis* anno 1701. 4°.*

Ejusdem *Opii correctio genuina & uſus* anno 1702. 4°.* Analyſis Opii aliqua, & ſal tenuiſſimum florum Benzoin ſimile, hinc ſolutioni innatans, viſcidum, graveolens, ſumme narcoticum, in quo vis Opii habitat, quo auctor canem occidit, multo majorem ipſius Opii doſin toleraturum. Præfert autem mitiorem partem gummoſam. Amat componere cum purgantibus.

Ejusdem *De Balſamo Peruviano* anno 1703. 4°.*, & in *Opuſculis medicis* II. Cum oleoſis expreſſis non miſceri, ſed cum deſtillatis, & ovi vitello: cum addito

addito ſale lixivo ſicco optime deſtillari. Medicamenta inde præparata recenſentur, etiam cum ſpiritu volatili, & Antimonii tinctura.

EJUSDEM *De natura & præſtantia vini Rhenani* anno 1703. 4°.* Varia ex ordine dignitatis vina Rhenana recenſet, eorumque curam & cuſtodiam. Vetuſtius ad varios uſus mire commendat. Recuſa eſt in collectione *diſſ. phyſico medicarum* Leidæ anno 1708. 8°. 2. Vol. in *Gründl. Anweiſ.* T. IV. & in *Opuſc. medic. Dec.* I.

EJUSDEM *De prudente virium medicamenti exploratione* anno 1703. 4°.*. Agit de Ipecacoanha, cortice Peruviano, Ginſeng, Faba S. Ignatii, aliisque novis medicamentis.

EJUSDEM *De purgantibus fortioribus, ex medicina rejiciendis* anno 1703. 4°. & in *Gründl. Anweiſ.* T. VI. De eorum vi lethali, & modo, quo compeſcantur. Veratrum album, ſemina Cataputiæ, & alia ſimilia rejicit.

EJUSDEM *De purgantibus ſelectis & minus cognitis* anno 1704. 4°. & in *Opuſc. med. Dec.* II. Laudat ſemen Violæ, & eſſentiam Centaurii minoris ad 60. guttas propinatam.

EJUSDEM *De ſpecificis antiſpasmodicis, Meliſſa aliisque* anno 1704. 4°. & in *Opuſc. med. Dec.* II.

EJUSDEM *De medicamentis ſelectioribus* anno 1713. 4°., in *Decade* II. *diſſ. phyſ. medic.* recuſa. Inter emetica laudat Ipecacoanham, tum Camphoram, Chacarillam. Germanice Ulm 1735. 8°.

EJUSDEM *De medicamentis inſecuris* anno 1713. 4°. & in *Decade* II. *diſſ. phyſico medicarum* n. 7. Rejicit, ut ſolet, medicamenta validiora omnia, potiſſimum etiam purgantia, laudat mitia: Opio cautiſſime uti permittit: laudat ſuum liquorem anodynum: Anthoram intutam eſſe, etiam ex proprio experimento docet.

EJUSDEM *De medicamentis infidis* anno 1713. 4°. ibid. Chinam Chinam pro nimis habet adſtringente.

Redit utraque in T. VI. *Gründl. Anweiſung.*

EJUSDEM *De cura avenacea* anno 1714. 4°. & in *Gründl. Anweiſ.* T. IV. Multum laudat in morbis putridis ſcorbuticis.

EJUSDEM *De interno uſu Camphoræ ſecuriſſimo & præſtantiſſimo* anno 1714. 4°.* & in *Opuſc. Medic. Dec.* II. Camphoram ad olea ſtillatitia pertinere, & ſimile quid ex roſis, & Aloës ligno obtineri: ad morbos malignos & putridos optime valere.

EJUSDEM *De medicamentis balſamicis* anno 1715. 4°.* recuſ. in *Decade* II. *diſſ. medico phyſic.* Deſcribit Arbuſculam & balſamum Gileadenſe, balſama peregrina alia, Juniperum, olea plantarum verticillatarum.

Ejusdem & Schmidtii auctoris, *De præſtantia Malorum citriorum in medicina* anno 1715.4°.*. Elegans purgans medicamentum parat ex Pomo citrio, cum Tamarindis & Manna, in aqua cocto & colato.

Ejusdem *De præſtantia remediorum domeſticorum* anno 1718. 4°. & in *Dec.* II. *diſſ. phyſico medic.* in P. IV. *der gründlichen Anweiſung*, inque *Opuſc. Medic. Dec.* II. Laudat panem ſecalinum, vinum, decoctum Avenæ, Raparum; Allium, herbas varias.

Ejusdem *Diætetica ſacra* annò 1718.*, & in *Opuſc. Medic. Dec.* I. Victum vegetabilem breviter tangit.

Ejusdem *De Millefolio* anno 1719. 4°.* & in *Opuſc. Med. Dec.* II. Solum Millefolium (cum Chamæmelo) igne ſubdito oleum dare cæruleum, cujus color non ſit a cupro, idem ſaporis & odoris penetrantiſſimi, magnum anodynum, antiſpasmodicum & carminativum medicamentum. Millefolium laudat in colica, doloribus a partu, cardialgia, flatulentia ventriculi.

Ejusdem *De vini Hungarici excellente natura, virtute & uſu* anno 1721.4°.* & in *Dec.* I. *Opuſc. Medic.* Vinum medicis parum notum ſecundum loca natalia deſcribit, modumque, quo præparatur. Dimidiam ſpiritus vini portionem fundere; Germanica vina non ſupra tertiam. Vi valere cardiaca & ſtomachica. Germanice prodiit cum l. de uſu & abuſu Tabaci, Ulm. 1735. 8°. cura G. Fr. Reimann; & ſolum, ut intelligo, Dreſden 1761. 8°.

Ejusdem *Obſervationes de cauto & præſtantiſſimo vomitorium uſu* anno 1725.4°.* & in *Dec.* II. *Opuſc. Medic.* Helleborum album diuturna coctione ſua acrimonia exſui. Etiam Aſarum, Gratiolam aliave purgantia diutius in aëre libero ſervata, virulentiam deponere.

Ejusdem *De Manna, ejusque præſtantiſſimo in medicina uſu* anno 1725. 4°.*

Ejusdem *De ſpecifica quorumdam remediorum efficacia* anno 1727. Corticem radicis Pruni ad morbos renum, Elaterium in hydrope, & alia laudat ex plantis ſpecifica.

Ejusdem *De recto corticis Chinæ Chinæ in febribus uſu* anno 1728. 4°.*

Hæ *diſputationes* varie recuſæ fuerunt. Aliquæ in *Decadibus duabus diſſertationum phyſico medicarum*, quæ Leidæ anno 1713. & 1719. prodierunt. 8°.*

Ibidem jam anno 1708. prodierant *duodecim diſſertationes phyſico medicæ curioſæ* 8°.* 2. Vol. In iis unica eſt hujus argumenti *de vino Rhenano* diſputatio.

Inde Ulmæ prodierunt anno 1726. 8°. 2. Vol.* *Opuſcula phyſico medica*. In eorum Tomo I. duæ diſputationes huc faciunt. Inter ea eſt etiam *methodus compendioſa vires plantarum indagandi*, quæ prius cum Buxbaumio prodierat. Claſſis ejusdem plantas ſæpe viribus medicis convenire. Sapores varii, & odores quas facultates prodant, tum loci natales. *Ger-*

Germanice ab anno 1715. & 1728. Halæ prodierunt 9. vol. 8°.* *Gründliche Anweiſung, wie ein Menſch vor dem frühzeitigen Tode, und allerhand Krankheiten, durch eine ordentliche Lebensart ſich bewahren könne.*

Ejus Compendium eſt *Kurzgefaßte Diætetic* Jena 1751. 8°.

Denique Hallæ anno 1739. 4°. prodierunt *Opuſcula medica varii argumenti* (ſive 20. diſputationes), quarum plurimæ huc faciunt.

In *Obſervationum phyſico chymicarum ſelectiorum* L. III. Halæ anno 1722. 4°.* excuſis, multæ analyſes plantarum, & medicamenta ex iisdem parata minus vulgaria continentur. Huc ergo multa de oleis ſtillatitiis, etiam Juniperi, Roſæ, Croci. De Camphora, Balſamo Santali; reſinis variis, balſamo Terebinthinæ, vini anatome.

Omnia redeunt in *Collectione Genevenſi* operum omnium.

§. DCCCLXII. *Engelbertus Kæmpfer.*

Engelbertus Kæmpfer, Lippienſis Weſtphalus, pro gradu Leidæ 1694. 4°.* diſputationem edidit inauguralem, cui titulus eſt *Decas Miſcellanearum obſervationum;* recuſam in *Faſciculis*, & qua de arbore Draconis, Agno Scythico, Moxa & aliis agit.

Auctor nulli peregrinatorum ſecundus, decem integris annis Aſiam peragravit, per Ruſſiam, Caſpiumque mare, in Perſiam, hinc in Arabiam, Indoſtaniam, in Coromandeliam, Sinum Gangeticum, Javam, Sumatram, Siamnenſe Regnum, Japoniam, in qua duobus annis vixit. Immenſam pulcherrimarum adnotationum vim in eo itinere collegit, ipſe delineandi peritus, ad omnem laborem impiger, neque ſibi parcens, quoties veri detegendi ſpes erat. Horum theſaurorum longe plurimi perierunt, quos paratos habebat. Ex eo naufragio enataverunt *Amœnitatum exoticarum politico phyſico medicarum Libri V.* Lemgow. anno 1712. 4°.*. Multa hic ad rem herbariam pertinent. In Faſciculo II. vini Schiraſſenſis parandi artificia. Morus Japonica, ex cujus cortice charta paratur, & aliæ plantæ Japonicæ.

In *Faſciculo* III. cujus pars aliqua in diſputatione inaugurali prodierat, huc facit Agnus Scythicus, pellis agni Calmucici. Hingh ſeu Aſæ fœtidæ eximia hiſtoria, quæ Selini ſpecies videtur; Sanguis Draconis ex Palma; Moxa; Theæ Japonicæ prima bona deſcriptio: Inebriamina Indica ex Cannabi, opio, datura.

Faſciculus IV. totus pertinet ad Palmæ Dactyliferæ hiſtoriam naturalem, medicam & diæteticam, eximium poſt tot alia opus.

Faſciculus V. totus novus eſt, & partem Floræ Japonicæ continet, cum pluſculis iconibus; & characteribus generum novorum fere 50. inter quæ Cam-

Camphora eſt & Agallochum, & Ninzin, & Chinæ radix, Aniſum ſtellatum, arbor vernicifera &c. Iniquus ſculptor delineationes optimas paſſim corrupit.

In *Hiſtory of Japon*, quæ poſthuma a J. *Caſparo* SCHEUCHZER Londini anno 1727. fol. ex theſauris SLOANEIS edita eſt, hiſtoria Theæ repetitur. Germanice eadem, ſed mutilata prodiit, & aliqua habet ex priori opere ſumta. Gallice *Hiſtoire naturelle civile & eccleſiaſtique du Japon* la Haye anno 1729. fol. Amſterdam 1732. 12°. 3. Vol. Agit etiam de Papiro, Moxa.

Interiit *ſextus Faſciculus*, Epiſtolarum ad viros in Aſia eruditos datarum, Herbarii trans — Gangetici Specimen fol. cum iconibus 500. Hodoeporicum fol. 3. Vol. Maxima certa & in plerisque vix unquam reparanda jactura.

Gottingæ memini aliqua M. S. non maximi tamen momenti, in *Bibliotheca publica* ſervari.

§. DCCCLXIII. *Varii.*

Jacobus WINSLOW, qui idem videtur celeberrimus inciſor, *Machinæ animalis & vegetabilis œconomia analogica P. I.* Hafniæ anno 1695. 4°.

Miguel AGUSTIN *de los Secretos de agricultura caſa del Campo y paſtoral.* Saragoça 1695. 4°. ZOCHA.

§. DCCCLXIV. *Jacobus Petiver.*

Jacobus PETIVER, Aromatarius Londinenſis, plantarum, & in univerſum rerum rariorum curioſus, non optimo tamen ordini adſuetus (*t*), plurima opuſcula botanici argumenti edidit. Ea inter *Muſæum Petiverianum ſeu rariora naturæ & artis* cepit edere Londini anno 1695. 8°.*, ejusque *decem Centuriæ* ad annum uſque 1703. excuſæ ſunt. Mille ſunt *rariorum* ſpecies, quæ inter multæ plantæ ſunt, undique conquiſitæ, cum ſynonymis, & nonnullis iconibus. Rari etiam & novi eo ævo Muſci intercedunt.

Gazophylacium naturæ & artis, cepit prodire Londini anno 1702. 8°.*, ejusque *Decades V.* ad annum uſque 1709. prodierunt, cum Catalogo ſeorſim in folio edito. Plantæ aut animalia ſunt 610. cum tabulis 50. fol. ad ſicca ſpecimina paratis, plantarum etiam peregrinarum, rariorumve, ex India utraque & Africa adlatarum.

Secundum volumen Decadum, iterum *quinque, & tabularum quinquaginta* ſecutum eſt anno 1711.* Filices hic aliquæ Americanæ, & plantarum Alpinarum eædem, quæ apud SCHEUCHZERUM, icones. Nona Decas centuriam herbarum Capenſium continet, ad icones Amſtelodamo ad Epiſcopum Londinenſem miſſas.

Herbarii

(t) UFFENBACH Reis T. II. p. 594.
Fraudes paſſim commiſiſſe HILL *mat. med.* p. 817.

Herbarii Britannici RAJI *Catalogus* fol. Quinquaginta ſunt tabulæ, & figuræ 600. ſtirpium Britannicarum, ad ordinem Synopſeos RAJANÆ. Solæ ſunt apetalæ, compoſitæ, umbelliferæ, aſperifoliæ, didynamiæ, gynnopolyſpermæ, bacciferæ, cruciatæ. In eo placet, quod plurimas varietates, ut Clenopodii, Hieracii, totidem figuris, non peſſimis, exprimit. Continuatio tabularum 50. ad 72. florum tetrapetalorum a SEGUIERIO indicatur, ſed ii flores noſtris 50. continentur. Recuſum eſſe lego anno 1732.

Plantarum Italiæ marinarum & Graminum icones, & nomina, anno 1715. fol.* cum tabulis 5. & figuris centum excuſæ ſunt. Fuci fere & Gramina.

Aromaticæ Indiæ radices, & Gummata Tabula I. non bene.

Pterigraphia Americana. Tabulæ 20. figuræ Filicum, & marinarum, fere ducentæ. Multæ manifeſtiſſime ex PLUMERIO deſcriptæ.

Hæc apud me ſunt. Addit Cl. SEGUIER & TREW *Plantarum Hetruriæ rariorum catalogum*, plagulæ unicæ fol. 1715.

Monſpelii deſideratarum plantarum catalogum e RAJO, MAGNOLIO, CHABRÆO, J. & C. BAUHINO 1716. fol. plag. I.

Plantas Sileſiacas ex SCHWENKFELDO *excerptas, ad methodum* RAJANAM digeſtas Lond. anno 1716. plag. I. fol.

Petiveriana ſ. materialia collectanea auctori communicata 1716. 1717.

A catalogue of plants found on the montains about Geneve, la Dole, Saleve &c. SCHEUCHZERO citante.

Hortus Peruvianus medicinalis or the Southſea herbal — the names and of uſes of medicinal plants of late diſcoverd by F. Feuillée London anno 1715. fol. Memini me vidiſſe, iconemque peſſimam plantæ corticis Peruviani inter eas me offendiſſe.

Plants already engraved in Petivers English herbal fol. plag. I.

Graminum, Muſcorum, Fungorum, & Submarinorum Britannicorum concordia anno 1717. fol.

Plantarum Ægyptiacarum rariorum icones, & plantæ Ægypti a D. LIPPI obſervatæ anno 1717. t. 2.

Tabulæ plantarum Americanarum IV.

Tabulæ Paſſiflorarum Americæ II.

Tabulæ plantarum Americæ ſcandentium II.

Tabulæ plantarum Americanarum flore cavo 3. 4. 5. fido IV.

Tabulæ Dracontii, Ari Americæ I.

Tabulæ Saururi II.

Tabulæ plantarum Auſtriacarum II.

Tabulæ plantarum Canadenſium II.

Tabulæ quæ Rudiments of English botany II.

Tabula Orchidum Etruriæ I.

Tabula plantarum Veronenſium I.

Tabula plantarum in Monte Baldo naſcentium I. niſi eadem eſt.

Hortus Siccus pharmaceuticus.

Hæc omnia recuſa habentur in editione operum Londin. 1764. fol. centum tabulis auctiori.

In *Philoſ. Tranſactions* ad PETIVERIUM ſpectat: in n. 231. Catalogus plantarum a *Johanne* SMITH V. D. M. circa *Caput Coſtæ* repertarum, cum nominibus nonnullarum ſpecificis.

N. 244. Satis magnus Catalogus plantarum Malabaricarum circa Madras a *Samuele* BROWN lectarum, cum aliqua critica cenſura & ſynonymis.

N. 246. Similis catalogus plantarum ab *Hugone* JONES ex Marylandia miſſarum.

N. 255. Plantas ejusdem claſſis, plerumque etiam viribus medicis conſentire per exempla docet.

N. 313. De modo, quo paretur Styrax liquida.

Ad *Samuelis* BROWN plantas commentatur n. 264. 267. 271. &c.

Inde ad CAMELLIUM.

In *Phil. Tranſ.* n. 332. dat catalogum plantarum rariorum, circa Londinum cultarum, Anglicas primum, deinde peregrinas, ſecundum locos natales, cum aliqua deſcriptione.

N. 337. Continuat eum catalogum, ſimili ratione, & alterum in eodem numero catalogum dat ſatis plenum.

N. 343. & 344. 346. eumdem catalogum continent, plantarum potiſſimum in horto CHELSEYANO naſcentium.

Inter *Miſcellanea* BLAIRII eſt Epiſtola, qua PETIVERIUS tuetur, viribus plantas convenire, quæ charactere conſentiunt.

§. DCCCLXV. *Petrus Hotton.*

Petrus HOTTON, Amſtelodamenſis, bis horto Leidenſi præfectus, ſemel ante reditum HERMANNI, iterum poſt hujus obitum, BOERHAAVII plurimum laudatus anteceſſor. Nihil ſcripſit, niſi *Sermonem Academicum, quo rei herbariæ hiſtoria & fata adumbrantur* Leid. anno 1695. 4°.*. Doctus ſermo: non neglexit monere Romanos, in tanta magnificentia hortorum, plantas tamen floreſque vix coluiſſe.

In *Philoſ. Tranſact.* n. 257. aliqua habet de Acmella, & Faba S. Ignatii. Confirmat vires Acmellæ exemplis n. 268.

Citantur aliqua ejus excerpta M.S. in *Bibl.* UFF.

§. DCCCLXVI. *Guil. Camden.*

Guilielmi CAMDEN hiſtorici, *Britannia or a geographical deſcription of great Britain and Ireland.* Hic editionem cito, ab *Edmundo* GIBSON Epiſcopo Lincolnienſi Lond. anno 1695. fol. 1707. fol. 1722. fol. 2. Vol. 1755. fol. (I.) alii 1753. fol. excuſam. Ad has nempe Editiones *Johannes* RAJ plantas in quoque Comitatu rariores ſponte naſcentes adjecit, Anglice & latine, cum locis natalibus, & nonnullis notis, & judicio de Phytographia Britannica.

Family dictionary for health anno 1695. 8°. MARSH.

§. DCCCLXVII. *Rudolf Eyſſon.*

Rudolphi EYSSONII Groningani, *Sylvæ Virgilianæ prodromus — de arboribus glandiferis* Groningæ anno 1695. 12°.*. Erudita ex veteribus collectio, non exquiſiti herbarum magiſtri. Æſculum ſeparat, quod altior ſit humili Quercu, citat varietatem Quercus, quam Drenta producat.

EJUSDEM *De Fago* Groning. anno 1700. 12°. SEGUIER.

Groot misbruyk van de Thee en Coffee Haag. 1695. 4°.

§. DCCCLXVIII. *Galli aliqui.*

Le MAIRE *Voyage aux Isles Canaries, Cap verd, Senegal & Gambie* Paris anno 1695. 12°. *Journ. Sav.* Etiam plantas circa fluvium Senegal naſcentes adtigit.

L'agriculture & le ménage des champs & de la ville Grenoble 1695. 12°.

Pharmacopœa Toloſana reſtituta correcta & aucta ſelectioribus remediis Galenico Chymicis Toloſ. 1695. 4°. BUR.

Ludovici PENICHER *Collectanea pharmaceutica*, *ſeu Apparatus ad novam Pharmacopœam* (Journ. Sav.) Paris anno 1695. 4°. Remedia ſimplicia & eorum compoſitionem deſcribit.

EJUSDEM *Traité des embaumemens*, *ſelon les Anciens & les Modernes* Paris anno 1699. 12°.* Quatuor Balſama deſcribit, Arabicum, Peruvianum, Tolutanum, Copaïcum.

Inſtruction du plantage, *& des proprietés du Meurier*, *& de la multiplication des vers à Soie* Lyon anno 1695. 8°.

L'herbariſte d'Attigny contenant les remedes choiſis, *les petits ſecrets & la médecine aiſée* Lyon 1695. 12°. 3. Vol.

ANT. de S. YON & ANT. le CLERC *E. ab immoderato Coffeæ potu ſterilitas* Paris 1695.

FR. AFFORTY & JOS. de TOURNEFORT *Ergo potus ex Salvia ſalubris* 1695.

PETRI YON & GILB. PUYLON *Ergo ſalubrius panis condimentum Sarcophagia* 1695.

REN. le CONTE & CAR. THUILLIER *Ergo cereviſia potus ſaluberrimus* anno 1695.

Alexandri Mich. DENYAU *Oratio de plantis* Paris 1695. 4°. FALCONET.

EJUSDEM *An opium dyſenteriæ ſaluberrimum* Paris 1703.

§. DCCCLXIX. *G. Gottfried Leibniz.*

In *Actis Eruditorum* anni 1695. p. 559. & in *Miſcell. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* III. *Guilielmus Godofredus* LEIBNIZ hiſtoriam dat Ipecacoanhæ, olim a G. PISONE indicatæ; inde a mercatore GRENIER ad *Adrianum* HELVETIUM miſſæ, aque eo utiliter in dyſenteria adhibitæ. Seorſim excuſum eſt opuſculum cum tit. *relatio de novo antidyſenterico Americano magnis ſumtibus comprobato* Hanoveræ & Wolfenbuttel anno 1696. 8°.

EJUS etiam viri inter opera a *Laur.* DUTENS collecta exſtat in T. II. ad GAKENHOLZIUM epiſtola, in qua cogitata ſua profert de methodo botanica conſtituenda, non ſolum a flore & fructu, ſed etiam potiſſimum a radice & de ſancienda lege, ut claſſes proximæ ſint, quæ plurimis notis conveniunt, remotiores ſemper quæ paucioribus.

§. DCCCLXX. *Henricus Paſch.*

Henrici PASCHII *Tractatus de novis inventis*, *quorum accuratiori cultui facem prætulit antiquitas* Kiel anno 1695. 8°. Lipſ. anno 1700. 4°.* etiam de medicis &

& medicamentis egit. Avicennam primum cultum Sacchari deſcripſiſſe. De tabaco & camphora aliqua. *Stephani Andreæ* MIZLER *de veterum Celtarum Celia, Oelia & Zytho ad illuſtrandum* FLORI *locum.* Præſide *Georgio Caſp.* KIRCHMAJER Witteberg. anno 1695. 4°.

§. DCCCLXXI. *J. Adrian. Slevogt.*

J. Adriani SLEVOGT, Profeſſoris Jenenſis, pluſculæ botanici argumenti diſputationes exſtant, liber nullus.

Ergo *De nuce Methel Avicennæ* dixit Jen. anno 1695. 4°.* progr. Eſſe Daturam modernorum.

De *Ægilope herba* progr. anno 1695. 4°.

De *Polypodio* anno 1699. 4°.

EJUSDEM *De balſamo vero, quod Opobalſamum dicitur* anno 1705. 4°. Signa bonæ notæ, & alia collectanea.

EJUSDEM *De cortice Culilawan* anno 1705. progr. 4°.

De *Acmella Ceylanica, fluoris albi remedio* anno 1703. 4°. HEFT.

EJUSDEM *De Cinnamomo* progr. anno 1707. 4°.

EJUSDEM *De Urtica* anno 1707. 4°.* Species & characterem deſcribit.

EJUSDEM *De Centaurio minori* anno 1713. 4°.*. Ejus vires per experimento demonſtrat.

De *virtute Hyoſcyami cathartica* anno 1715. 4°.* exemplo alvi a ſemine & ab oleo Hyoſcyami motæ.

De *Opobalſamo* anno 1717. 4°.*.

Jenenſe vinum a nocentis calcis ſuſpicionem vindicatum Jen. 1718. 4°.

De *Momordica* anno 1719. 4°.* progr.

De *Bandura Ceylanenſium* anno 1719. 4.* progr. Collectanea. Non eſſe Satyrium.

De *Gentiana* anno 1720. 4°.* diſp. Rejicit tincturam, quæ ſpiritu vini fit, etſi eſt amariſſima, & mavult tota planta uti. In comitatu Sarunetum tamen ſpiritu fermentato Gentianæ multum uti audio.

De *Scrophularia* anno 1720. 4°.* Easdem, quæ Linariæ tribuuntur, in Scrophulariæ extracto, infuſo, pulvere, vires eſſe.

EJUSDEM *De Thea Romana & Sileſiaca* anno 1721.*.

EJUSDEM *De Aſtrantiæ charactere* anno 1721. 4°.* Flores mares & androgynos deſcribit.

§. DCCCLXXII. *Germani Varii.*

Stephan. Ludwig PACKBUSCH *De varia plantarum propagatione* Lipſ. anno 1695. 4°. per ſemina, radicem, ramum. Folia ex Aurantiæ radice prodiiſſe, ex RIVINO.

J. Adam. STOER *Poma Sodomitica* Lipſ. 1695. 4°.

J. F. H. *der curieuſe und kluge Gärtner* Leipzig 1695. 8°.

Barth. BELLI *Beſchreibung des Thee, Coffee, Chocolate und des Chineſiſchen Aniſum ſtellatum* Leipzig 1695. 4°.

A. TUDESCII *de monte Galea nucleus pharmaceuticus medicopracticus* Noriberg. 1695. 12°. & appendix 1699. 12°.

Theodor. DASSOV *de modo ſeminandi diverſa ſemina hebræorum* Kiel anno 1695. 4°.

EJUSDEM *De rebus in agro relictis hebræorum* Kiel 1696. 4°. ſi huc facit.

In editione CRAANENI Lipſienſi 1695. 4°. negat Cl. GRÆBNER Oenanthen ſucco viroſo venenatam eſſe.

J. Heinrich a NIEDENBURG *Lieſländiſcher Landmann* Riga 1695. 4°.

In *Miſcell. Nat. Cur. Dec.* III. *anno* III. *J. Theodorus* MOEREN agit de culmis multas ſpicas protrudentibus. n. 1.

In eodem anno De Lithophyto purpureo GESNERI n. 176.

§. DCCCLXXIII. *G. Fr. Frank.*

Georgius Fridericus FRANK de FRANKENAU, *Georgii* filius, medicus & literator. EJUS *Palingeneſia Francica von künſtlicher Auferweckung der Pflanzen* Lipſiæ prodiit anno 1716. 8°. & cum titulo *Palingeneſia hominum & animalium e cineribus ſuis* cum commentario *J. Chriſtiani* NEHRING Hall. anno 1717. 4°.*. Compilatio abſque proprio experimento.

In *Cent.* I. *Ephemeridum naturæ curioſorum* depictam dedit Lunariam faſciatam.

In *Vol.* I. *obſ.* 119. Fungi querni (Echini) deſcriptio & icon.

§. DCCCLXXIV. *Ev. Isb. Ides.*

Hoc anno 1696. opinor prodiiſſe Belgicam editionem itineris ab urbe Moſcou in Chinam ſuſcepti EVERARDI ISBRANDS IDES, Legati fratrum Auguſtorum dominorum Ruſſiæ, ſuſceptum anno 1692., abſolutum anno 1694. Minime inutilis auctor, etiam paſſim flores, & raras plantas nominat, & ar-

& arbores, quas inter limitem Ruſſicum & magnum murum reperit. Belgice recuſum eſt anno 1699. 1704. 1710. 4°. Germanice Francofurti anno 1707. 8°. Gallice prodiit Paris anno 1699. 12°. & in T. VIII. *du Recueil des voyages au Nord.* Anglice anno 1706. 4°. FOLKES.

§. DCCCLXXV. *Miſcell. Nat. Curioſ.*

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* IV. *app.* Anonymus integram viſci hiſtoriam promittit, quem norit pro arbitrio propagare, poſt aliquot annorum experimenta. Is fuit JOHANNES OTT, Medicus Scaphuſinus. *Epiſtolæ* ſunt IV. ad WAGNERUM datæ.

J. Ludovicus APINUS *obſ.* 24. Agit de Citrio prægnante.

Chriſtianus SCHUCHMANN Valerianæ contra epilepſiam vim confirmat n. 44.

§. DCCCLXXVI. *Theodorus Zwinger.*

Theodorus ZWINGER, doctorum medicorum & nepos, & filius, & pater, praxin equidem potiſſimum clinicam ſecutus eſt, botanica tamen aliqua, & magna, opera edidit; VERZASCHÆ nempe herbarium, cum figuris GESNERIANIS & CAMERARIANIS, auctius recudi fecit Baſileæ anno 1696. fol.* titulumque præfixit *Neu vollkommenes Kräuterbuch.* Vires potiſſimum medicatas auxit, ſpecies non medicas cum medicatis enumeravit, varias icones addidit.

IDEM opus cura *Friderici* Filii Baſileæ anno 1744*. multum auctum prodiit, nuperis medicamentis additis, iconibusque novis bene multis, partim paſſim conquiſitis, partim ad plantas horti Carlsruhenſis concinnatis.

In *faſciculo diſſertationum medicarum Selectiorum* diſcipulorum ſuorum, quos adjuverat, aliquas inaugurales diſputationes edidit Baſileæ anno 1710. 8°.*. Inter eas eſt J. *Ulrici* HEGNER diſputatio *de Amygdalis* primum edita anno 1703. Analyſis, quæ igne fit, hujus fructus hic habetur. Olei ex quatuor unciis habet ſeſuncem. Aquam etiam & reliqua elementa deſcripſit.

EJUSDEM *Lucubrationes academicæ circa plantarum doctrinam in genere, cum continuatione* Baſileæ anno 1698. 4°. RIV.

J. WECKERI Opus *de ſecretis* reddidit ex ALEXIO, MIZALDO & J. B. PORTA auctum Baſileæ 1708. 8°. 1750. 8°.

Edidit etiam Baſileæ anno 1716. 4°. diſputationem, reſpondente J. *Rud.* MIEGIO (cujus olim vices geſſi) defenſam, *de plantis naſturcinis* Baſileæ anno 1714. 4°. De plantas cruciatis agit, inter quas Cardamindum interponit, tum Menyanthes addit, Chærophyllum, Apium, etiam Plantaginem, & quidem aquaticam,

ticam, Fumariam, Urticam. Deſcribit ſpecies, quæ in officinas recipiuntur, viresque ſubjungit medicas, etiam ad experimenta propria. Succum plantarum cruciatarum recte commendat. Aquam de Hippenteris ſtillantem in arthritide laudat.

EJUSDEM & HERMANNI *Cymbalaria* Baſil. anno 1716. 4°.

In *epitome totius medicinæ* Lyon 1705. 8°. *B.* B. inque pyrotechnia etiam de plantis agit. Sequitur phytologia peculiaris, per claſſes virium, tum SCHROEDERUS dilucidatus.

In *ſpecimine materiæ medicæ* Baſileæ anno 1722. 8°.* excuſo potius in formulis medicis occupatur.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *anno* VII. VIII. n. 10. deſcribit ſirupum de Mercuriali.

§. DCCCLXXVII. *J. Conrad Barckhauſen.*

J. Conradi BARCKHAUSEN *pharmacopœus ſynopticus* Utrecht. anno 1696. 8°. ad alphabeti ordinem, etiam præcipuas aliquas plantas, earumque præparationes tangit.

In EJUSDEM *de medicinæ origine & progreſſu diſſertationibus* Ultrajecti anno 1723. 4°. editis * huc pertinet imprimis diſſertatio VI. de medicamentorum inventione & facultatibus, ſeu de modo, quo ſimplicia medicamenta primum inventa fuerunt: deinde ut præparata & compoſita: tum de qualitatibus Galenicis diſſ.

In diſſertatione XXVI. Vinum Nepenthes eſſe adſeverat.

Joh. BAGGAARD *de waarheyd ontwerd van Vorordeelen — over de ſes nicht naturlyke dingen* Middelburg 1696. 8°. UFF.

§. DCCCLXXVIII. *Johannes Ovington.*

Johannis OVINGTON Theologi *Voyage to Surat* Lond. anno 1696. 8°. Gallice, cum titulo, *Voyages faits à Surate, & en d'autres lieux de l'Aſie & de l'Afrique* Paris anno 1725. 12°. 2. Vol.*. Indoſtaniam potiſſimum adiit, & paſſim aliqua ad Theam, Coffeam, arbores fructiferas Indiæ, Aſam fætidam, & alimenta ejus regionis adſperſit, & ad hiſtoriam naturalem regnorum Golcondæ, Pegu, & Aracan. Verſio vitioſa.

EJUSDEM *Eſſay upon the nature and qualities of Tea* London anno 1699. 12°.*. De ſpeciebus Theæ, Bohe, Single, Bing; & de ejus infuſi utilitate medica, quam valde extollit.

§. DCCCLXXIX.

§. DCCCLXXIX. *P. van der AA collectiones.*

Hoc anno P. *van der* AA, LEVINUM HULSIUM imitatus, vaſtam collectionem itinerum cepit edere, quam anno 1707. abſolvit, & quæ 28. (*u*) voluminibus continetur; Solet autem rem herbariam fere eliminare.

IDEM edidit in forma oblonga *icones arborum fruticum & herbarum exoticarum*, absque anno.

§. DCCCLXXX. *Galli Varii.*

AIGNAN (nomen, ut putes, corruptum) *le Prêtre Medecin; avec un Traité du Caffé & du Thé de France* Paris anno 1696. 12°. CARLS. Theam ex Meliſſa, Coffeam ex ſecali & hordeo proponit.

P. FELLON *Fabæ arabicæ examen* Paris anno 1696.

Jac. VANIERE de S. I. *Columbæ & vites* Paris 1695. 8°.

EJUSDEM *Prædium ruſticum*, cujus duo libri Tholoſæ anno 1706. 12°. decem libri Pariſiis anno 1707. 12°. inde 14. libri Toulouze anno 1719. 12°. Journ. Sav. porro XXI. l. anno 1730. 12°. & plenum opus anno 1746. 12°.* prodiit. Apes acceſſerant Toulouz. anno 1727. 12°. Antiquis poëtis vix inferior, pura limpidaque vena uſus, & res humiles decoro ſtylo tractare gnarus, ipſam vegetationem adgreſſus eſt dicere, ſuccique nutritii circuitum, viresque medicas, & artificia hortenſia. Gallice a LUDOVICO STEPHANO BERLAND d'HALOURY verſum eſt, *Oeconomie rurale* Paris anno 1756. 12°. 2.Vol. VANIERII vitam Abbé LOMBARD ſcripſit 1739. 1744. 12°.

Sim. BARBE *le parfumeur françois* Paris 1696. 12°. HOTTON.

EJUSDEM *Le Parfumeur royal ou l'art de parfumer avec les fleurs & de compoſer toutes ſortes de parfums pour l'odeur & le gout* Paris anno 1698. 12°. PLATN.

Caroli LE LONG & MINOT *An cortex Peruvianus noxarum lactis vindex* Paris 1696.

Petri LOMBARD & *Mat. Dionyſ.* FOURNIERE *Ergo οινοποταις mens & ſenſus acutiores* Paris 1696.

Franciſci VESOU *An vires conſociare amant Opium & China China* Paris 1696.

Traité de l'uſage des fruits des arbres pour ſe conſerver en ſanté 1696. 16°. d'ETREES.

§. DCCCLXXXI.

(u) Lego alibi, fuiſſe triginta volumina.

§. DCCCLXXXI. *Philibert Collet.*

Philibert COLLET *Deux Lettres ſur la Botanique* Paris anno 1697. 12°. BURETTE. Videtur TOURNEFORTIUM plagii inſimulare, quod RAJANO opere uſus ſit.

EJUSDEM *Catalogue des plantes les plus conſidérables, qu'on trouve autour de Dijon*, Dijon anno 1702. 12°.* Plantas conatur dividere ob colorem, ob numerum, ob ſitum foliorum, ob eorum contextum, inciſuras, ſaporem, odorem. Ita Caryophyllos cum Tragopogone conjungit. Exempla ſumit a plantis circa Divionem naſcentibus, inter quas reperias Trifolium bituminoſum.

Salomon HOTTINGER *ἀρτολογια ſeu de pane, ejus natura* &c. Tiguri anno 1696. 4°. 1697. 4°.

EJUSDEM *De vino* anno 1707. 1710. 1712. 4°.

§. DCCCLXXXII. *Varii.*

Poſſis G. BAGLIVI *praxin medicam* huc referre, ob experimenta per infuſionem variorum remediorum facta Rom. anno 1696. 4°. &c.

Vermehrter Haushalter, und Baum- Blumen- Kuchengarten-Koch- und Diſtillier-Buch Münſter 1696.

Otto SCHWARTZ *de medicamentis purgantibus atque eorum operationibus* Baſil. 1696. 4°.

J. Petr. ALBRECHT *Klar entdeckte Unſchuld der Thee- und Caffeegetränke, und Widerlegung der wider ſie angeführten Beſchuldigungen* Bremen 1696. 8°.

IDEM in *Miſcell. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* 5. 6. *obſ.* 20. De Cyani vi antihydropica.

Et N. 29. De literis in Fagi ligno viſis.

Die preiswürdige Veronica Lübeck 1696. 8°. Conf. p. 12.

J. Chriſt. SCHRÖER *Gedanken vom Theetrinken* Frankfurt 1696. 8°.

EJUSDEM *Curioſe Beſchreibung des Eſchbaums* Francofurt. ad Viadr. anno 1700. 8°.*. Propria tamen varia præter collectanea habet. Lignum ad ignem dedit ſpiritus acidi dimidiam portionem, & multum ſalis fixi, ſupra duodecimam. Decoctum adſtringit, & cum gallarum infuſione atrorem contrahit. Olei fœtidi portio eſt duodecima. Arbor verno tempore aqua ſtillat grati odoris. Cortex adverſus febres intermittentes & ſcorbutum prodeſt: aqua ad ambuſta, & pulvis ramulorum teneriorum vulnera ſanat. Multæ veterum laudes nimiæ ſunt.

EJUS-

EJUSDEM *Scrutinium de natura Trifolii fibrini* Guban. anno 1700. LINN.

Joh. WOYT *Theſaurus pharmaceutico Chirurgicus — Erklärung der Kunſtwörter, welche in Leſung deutſcher mediciniſcher Bücher vorkommen* Leipzig anno 1696. 8°.

EJUSDEM *Schatzkammer natürlicher Dinge* Leipzig 1709. 4°.* 1737. 4°.*. Editio IX. & 1751. 4°.* editio XIII. curante HEBENSTREITIO. Continet etiam plantarum brevem deſcriptionem, viresque medicas.

In J. ZAHN *ſpeculo phyſico, mthematico, hiſtorico* T. II. Noribergæ 1696. fol. traduntur plantæ aliquæ monſtroſæ, fictæ & imaginariæ, venenatæ, & demum raræ aliquæ ſtirpes cum iconibus, & integra plantarum hiſtoria. In *oculo* Norib. 1702. fol. habet colores ex plantis paratos.

§. DCCCLXXXIII. *Ecôle des Jardiniers.*

Ecôle des Jardiniers, où l'on aprend à ſemer des arbres fruitiers, à les méttre en pépiniére, à les enter &c. avec un Supplément, qui contient une déſcription de tous ces arbres Berne anno 1696. 12°.* Non malus libellus, & practicus, ad arbores fructiferas, earumque cultum pertinet. Varietates enumerat Pomorum, Prunorum &c. plurimas & in Helvetia receptas.

§. DCCCLXXXIV. *Angli Varii.*

In *Philoſ. Tranſ. anni* 1696. n. 220. exſtat catalogus plantarum circa Tingi naſcentium, a chirurgo SPOTSWOOD anno 1673. lectarum.

In n. 221. *Eduardi* SMYTH De Opio ejusque effectis, experimenta Smyrnæ capta. Turca, ad hujus pharmaci uſum adſuetus, tres unica die drachmas ſumebat, felici eventu.

CRAWSKEYS *Countrymens inſtruction* London anno 1696. 4°. niſi nomen corruptum eſt.

§. DCCCLXXXV. *Guilielmus Dampier.*

William DAMPIER *Account of a new voyage round the world* Lond. anno 1697. 8°. 1703. 8°. UFF. 1729. 8°.* in collectione. Gallice Amſterdam 1698. 8°. 2. Vol. Rouen anno 1723. 12°. 5. Vol. Germanice Leipzig 1703. 8°. TREW. 1708. 4. Tom. RINK. Belgice Roterdam 1717. 4°. 3. Vol. Non unum eſt iter, & tribus collectionis voluminibus comprehenduntur omnia itinera Cl. peregrinatoris, ab anno 1673. ad annum 1705. ſuſcepta. Secundum trans Iſthmum Panamenſem in mare pacificum, tum ad Caraccam oram, & ad aliquas inſulas Antillicas duxit, inque Virginiam. Pluſculas arbores memorabiles hic deſcribit, Maho, Mançanillam, Mangrove, Cacao, Nicotianam Verinenſem.

Quartum iter multo amplius eſt, quo orbem ambiit per fretum LE MAIRE, ſecundum Peruviæ & Mexici oram, per mare pacificum, in Latronum inſulas, Mindanao, Bashi, Nicobarias inſulas, & Sumatram, ſecundum oram novæ Guineæ, caput bonæ ſpei, & Europam. Paſſim Goſſypium, Palmas varias, arborem Mammei, Guajavam, Tunam, Vanillam, Pinguin, Cocos, Toddi, arborem paniferam, Saguferam, Betel, & alias Mangas, nucem Moſchatam ſylveſtrem, Draconem, Melory, aliasque utcumque deſcribit. Militaris homo, ſed ad omnia adtentus. In *appendice* de regno Tunkin agit. Hoc iter etiam cum titulo COOKE *Voyage to the Southſeas and round the world* prodiit London anno 1712. 8°. 2. Vol.

Et cum titulo *Voyage autour du monde par Woodes* ROGERS Amſterdam. anno 1716. 8°. *Journ. Trevoux* London anno 1703. 4°. 3. Vol.

In Tomo eodem II. deſcribit primum iter Campechianum, apprime memorabile, jam anno 1673. ſuſceptum. Scopus itineris lignum tinctorium fuit. Animalia potiſſimum, ſed etiam plantas indigenas deſcribit.

Tertium iter in T. III. dictum cepit anno 1699. & præfert annum 1700. quo Auctor cum imperio Novam Hollandiam adiit, ut regiones auſtrales exploraret, quam regionem nemo ipſo accuratius vidit. Plantas multo curioſius hic deſcribit, Canarienſium inſularum, Capitis viridis, Braſiliæ, novæ Hollandiæ, Timoriæ, quarum aliquas depictas dedit, cum hominem delineare doctum comitem habuerit.

Hoc fuerit *Supplement au Voyage autour du Monde par* G. DAMPIER Amſterdam anno 1701. 8°. & certius *Voyage aux terres Auſtrales, & a la Nouvelle Hollande fait en* 1699. Amſterdam 1705. 8°. UFF. *Reiſe nach den Südländern und Neu Holland* Leipzig 1714. 8°. SÜSSM. Leipzig 1707. 8°.

Quintum magnum iter, anno 1703. 1704. 1705. peractum, in quo G. DAMPIER cum imperio fuit, alteraque vice orbem ambivit, deſcriptum eſt a *Guilielmo* FUNNELL ſocio navali. Etiam hic plantæ utiliores deſcribuntur.

Adjecta ſunt meæ editioni alia itinera, prrimum COWLEYI, quo orbem ambiit anno 1683. ad 1686.

SHARPII iter trans Iſthmum Panamenſem.

WOODII iter anno 1669. per fretum Magellanicum.

Iter J. NARBOROUGH & ROBERTS per inſulas Archipelagi. Hæc tria itinera primum anno 1699. 8°. cum titulo *A collection of original voyages* prodierant: & parum habent ad rem naturalem utile.

WAFERI iter proprio loco dicemus.

Tota DAMPERII collectio Gallice prodiit Amſterdam. ann. 1701. 12°. 5. Vol. BURETTE. Rouen anno 1723. 12°. 5. Vol. Anglice 1729. 8°. 4. Vol.*

In

In *Philoſ. Tranſact.* n. 237. edidit G. DAMPIER remedium adverſus morſum canis rabidi, multum laudatum a MEADIO, cujus baſis eſt Lichen terreſtris cinereus.

Tyrocinium pharmaceuticum Edinburg. 1697. 8°. OSB.

§. DCCCLXXXVI. *Galli Varii.*

Nouvelle Inſtruction pour la culture des fleurs, avec un catalogue des fleurs les plus belles & les plus rares Paris anno . . . . Amſterdam anno 1697. 4°.* cum QUINTINIO. Generalia aliqua. Tum florum catalogi ſecundum ſolum, ſolemque, quem requirunt. Peculiariter de Anemone, ejusque ſpeciebus: tum de Coronariis variis, de Iridibus, de Tunicis, hic fuſe, cum magno catalogo varietatum, de Roſis, & Tulipis, etiam cum catalogo.

Germanice redditum cum HESSII *Gartenbuch* prodiit Lipſiæ anno 1705. 4°. 1712. 4°.*.

Nouveau traité de la culture des Melons, ſous un Climat tel, qu'eſt celui des Provinces unies Amſterdam anno 1697. 4°.* pariter cum QUINTINIO, & perinde Germanice cum priori editus, brevis & practicus libellus.

Inſtruction pour le Jardin potager Paris anno 1697. 8°.

MATTH. THUILLIER & PETRI le TONNELLIER. E *potus Caffée cum lacte ſalubrior* Paris 1697.

In P. LOUIS le CONTE *Nouveaux Mémoires ſur l'état préſent de la Chine* Amſterdam anno 1697. 12°. 2. Vol. Paris 1701. 3. Vol. 12°. Anglice 1732. 8°. De arbore vernicis, herbario Chinenſi a P. VISDELOU converſo, cum iconibus pictis, de radice Ginſeng, arbore & fructu Letchi.

§. DCCCLXXXVII. *Galeria di Minerva.*

La Galeria di Minerva, diarium eſt, Venetiis ab anno 1696. fol. editum. In ejus Tomo II. ſive anno 1697. pluſcula ſunt botanici argumenti.

J. Pauli WURF *De Braſſica verza.*

Joſephi BURRHI *De vini degeneratione in acetum.*

Gabriel BUCCI *Diſcorſo della generazione delle piante, in quella maniera alcune ſi ſpoglian delle foglie e perche altre conſervino la perpetua lor verdura.*

§. DCCCLXXXVIII. *Hyacinthus Ceſtoni.*

Hyacintho CESTONI, pharmacopœus Liburnenſis, magnus amicus VALISNERI, aliqua botanici argumenti edidit.

Et primum in *Galeria di Minerva* anno 1697. quæſivit, num Alga marina ſemen producat.

Cum SCARELLÆ opuſculo dedit de tribus Aloës ſtirpibus Liburni florentibus diſſertatiunculam, & aliam in *Valisneri* operibus.

IDEM verum modum propinandæ Chinchinæ aperit, pulverem ipſum nempe cum aqua propinat, in *Gal. di Minerv.* anno 1708.

EJUSDEM Signa legitimæ Sarſæparillæ.

EJUSDEM *Iſtoria della grana de kermes i di una altra nera grana che ſi trovo nelli Flici della Campagna di Livorno in Giorn. de Letter* p. XXIV.

Deſcrizzione o ſia compendio del balſamo Pinelli Bologne 1696. 12°.

§. DCCCLXXXIX. *Erich Tillemann.*

Eric TILLEMANN *Beretning om det Landskab Guinea* Koppenhagen anno 1697. 8°.* Cum militari officio in arce Chriſtiansburg Guineæ vixerat. Rem ruſticam incolarum deſcribit, plantasque, quas colunt.

§. DCCCXC. *Chriſtian Ludwig Welſch.*

Chriſtiani Ludovici WELSCH, Profeſſoris Lipſienſis, *baſis botanica, ſeu brevis ad rem herbariam manuductio* Lipſ. anno 1697. 12°.* Deſcribuntur plantarum partes, floresque ad RIVINI ſenſum, fructus ad HERMANNI. Sequitur onomaſticon plurimarum plantarum in noſtro climate, nempe in hortis & agris, creſcentium. Sola nomina, fere ex MUNTINGIO. Vires Claſſicas habet.

EJUSDEM *Lapis Lydius materiæ medicæ ſeu medicamentorum ſimplicium ex amena* Lipſ. anno 1703. 8°. Leid. anno 1707. 8°. Anglice anno 1727. 8°. SEGUIER. Ex HERMANNO. Conf. p. 638.

§. DCCCXCI. *Virgilius Falugius.*

Virgilii FALUGII Florentini, Monachi & Abbatis, *Proſopopæjæ botanicæ, ſeu nomenclator botanicus, quem* A. Q. RIVINO *offert* Florent. anno 1697. 16°.*, & P. II. anno 1699. ibid.* ad umbelliferas. Secundum RIVINI methodum quatuor ſemper verſiculis quamque plantam ſui generis deſignat, mediocris poëta. Genera in umbelliferis ex MORISONO ſumit. Recuſum fuiſſe lego a *Laurentio* PATAROL.

EJUSDEM *Proſopopæja botanica methodo Tournefortiana diſpoſita* Florent. anno 1705. 12°.

§. DCCCXCII. *J. Curvus Semmedus.*

J. Curvi SEMMEDI Equitis & medici, *Polyanthea medicinal notitias Galenicas e Chymicas* Lisbon. anno 1697. fol. FALCONET.

EJUSDEM *Pugillus rerum Indicarum, ſeu hiſtoria rariorum ſtirpium ex India Orientali, America, aliisque Orbis terrarum partibus adlatarum* Witteberg. anno 1722.

1722. 4°.*. Edidit A VATER. Multa medicamenta ſimplicia minus nota ex genere vegetabili hic recenſentur, ut radix de Manica, radix Johannis Lopez Pinheiro, radix de Butroa, & alia plurima. Vires potius nimis multas enarrat.

§. DCCCXCIII. *Herbelot.*

HERBELOT *Bibliothéque Orientale* Paris anno 1697. fol.* poſthumum ſed eximium opus, viri rerum Orientalium peritiſſimi. Pertinet & ad literarum Orientalium omnis generis hiſtoriam, & plantas etiam aliquas cum ſuis facultatibus recenſet.

§. DCCCXCIV. *J. Andreas Stiſſer.*

J. Andreæ STISSER, Profeſſoris Helmſtadienſis, *Botanica curioſa, oder Anmerkungen, wie einige fremde Kräuter in ſeinem anno* 1692. *zu Helmſtätt angelegten Garten fortgebracht worden* Helmſtatt anno 1697. 8°. *. Plantarum aliquot cultum, eo tempore rariorum docet. Icones ex HERMANNO.

EJUSDEM *Horti medici Helmſtadienſis Catalogus plantas enumerans, quarum culturam* ab anno 1692. ad annum 1699. inſtituit Helmſtätt. anno 1699. 8°.*. Sola nomina. Video etiam citari *Hiſtoriam horti Helmſtadienſis, plantarum deſcriptione exhibentes* Helmſtatt. 1697. fol. SEG.

In EJUSDEM *laboratorio chemico*, ejusque ſpecimine II. Helmſtätt. anno 1693. de Tabaci & corticis Eleutherii viribus agit. In ſpecimine III. fuliginis potiſſimum laudes celebrat.

IDEM in *obſervationibus medicis varii argumenti* n. 8. habet noxas ſeminis hyoſcyami.

J. Georg. GOESGEN *de ficu maledicta* MARCI Lipſ. 1697. 4°. LEHMANN.

Fr. CRONBERG *de Camphora* Marpurgi 1697. 4°.

David LUND diſp. *de vocis κεράτιων ſignificatione* Abo 1697.

Georgii HEPPE *de arte propagandi vites apud Francos uſitata* Wittebergæ anno 1697. 4°. *. Suinfurtenſis, enumerat patriæ ſuæ familiares uvarum varietates.

In *Jacobi* HOFMANNI *Lexico univerſali*, etiam *animalium, plantarum, metallorum, lapidum naturæ & vires explanantur* Lugduni 1697. fol. 6. Vol.

Joh. HAENFLER'S *Gedanken von den in Stenwitz angetroffnen bluttriefenden Kornähren* Cuſtrin 1697. 4°. PL.

Frauen-

Frauenzimmer-Zeitvertreib, oder auserleſene Curioſitäten Hamb. 1697. 12°.

J. P. EBERHARD *Weingärtnerey-Schul* Darmſtatt 1697. 12°. GRAU.

Daniel PERTHES *Oſtindia — auch allerhand wunderlichen Gewächſe und Früchte* Altdorf 1697. 12°. RIV.

§. DCCCXCV. *Franciſc. Joſeph. Hunauld.*

Franc. Joſeph. HUNAULD, qui pater fuit celebris anatomici, *Diſcours phyſique ſur les proprietés de la Sauge* Paris anno 1698. 12°.*. Agit de Thea & Coffea. Salviam commendat in locum utriusque. Eam deſcribit, ejusque dat analyſin. Multum diſputat contra eam analyſin, quæ fit igne aperto. Tincturam aquoſam proponit, qualis vulgo decoctum dicitur: tum vinoſam, aut ſpirituoſam, qualem cenſet optimam fieri cum Salviæ ſpiritu; porro aquam ſpirituoſam, quæ fit poſt fermentationem cum melle, lentoque demum igne: extractum reſina miſtum; ſalemque TACHENIANUM. Vires medicas valde ornat, qui infuſo ſe ipſum cephalagia liberaverit.

§. DCCCXCVII. *Johannes Fryer.*

Joh. FRYER M. D. *New account of Eaſt India and Perſia in eigth lettors being nine years travels begun anno* 1672. *and finished anno* 1681. London anno 1698. fol. In Bombay, in utraque ora Peninſulæ Indicæ, & Surattæ diu vixit, deinde in Perſia. Arbores memorabiles Indoſtaniæ deſcribit, Caſſiam ligneam, Fiſtulam, Tamarindos, Vomicam nucem (*x*), herbasque Spahani naſcentes (*y*); Hingh Carmanicum vult a Deſcoon ſeu Aſa fœtida differre (*z*). Circa Iſpahan legit Berberim, Coriandrum, Fœniculum, alia.

§. DCCCXCVIII. *M. Martin.*

M. MARTINS *te Voyage S. Kilda* London 1698. 8°.*. Brevis plantarum inſulæ catalogus.

EJUSDEM *Deſcription of the weſtern Islands of Scotland*, 2. Edit. London anno 1716. 8°.*, priorem enim anno 1704. datam eſſe lego. Nobilis vir, hiſtoriæ naturalis non peritus, credulus, inſulas tamen Hebrides ipſe obiit, & quæ ad rem medicam pertinent, diligenter collegit: plantas utiles, & in alimentis, in arte tinctoria, in medicina celebres recenſuit, nominibus equidem ſæpe barbaris; denique vires medicas minus cognitas indicavit.

§. DCCCXCIX.

(x) p. 178.
(y) p. 295.
(z) p. 279.

§. DCCCXCIX. *Galli Varii.*

N. Prieur de la PERRERIE *Moyen de multiplier beaucoup, & à peu de fraix, par l'uſage du Froment, du Seigle: Secret de faire raporter aux terres beaucoup de grains avec peu de Semences* Paris anno 1698. 12°. Ex uno grano ſpicæ 87. per macerationem.

Nouvelle inſtruction pour les confitures les liqueurs & les fruits Paris anno 1698. 8°. OSB.

J. Daniel HUETII *Tractatus de ſitu Paradiſi terreſtris latine* verſus, & auctus, cui acceſſit Tractatus *de navigationibus Salomonis* Amſterdam. anno 1698. 8°. Agit de ligno Almuggim, Thuya, ligno Settim, Papiro, &c.

§. DCCCC. *Froger. De Bruyn.*

FROGER *Relation du voyage de M. de Gennes au Détroit de Magellan* Paris anno 1698. 12°. Amſterdam. anno 1699. 12°.* 1715. 12°. & Anglice *Voyage made in the years* 1695. 1696. and 1697. *to the Coaſt of Africa Streigths of Magellan, Braſil, Cayenna and the Antilles* London anno 1698. 8°. Arbores utiles dicit, nucem medicinalem, Sabakomba, Cahwar, Ananas, Mapu &c. in inſulis Capitis viridis & Guinea; fructum Ceraſi ſimilem, ſed ſtriatum, in Braſilia: etiam Cinnamomum Braſilicum, Ipecacoanham, arbores aliquas Gujanæ, breviſſime omnia, neque a perito.

Cornelii de BRUYN *Reyze na Kleinaſien, Ægypten, Syrien en Palæſtina &c.* Delft anno 1698. fol. Gallice 1700. fol. Anglice 1702. fol. OSB.

EJUSDEM *Reyze na Perſien, Oyſtindien* &c. Delft anno 1711. fol. 1714. fol. Gallice verſum iter Perſicum Amſterdam anno 1718. fol.* & utrumque conjunctum Rouen anno 1725. fol. anno 1732. 4°. 5. Vol. Pictor, hactenus curioſus, paſſim plantas delineavit, Perſicas, Javanas. In priori opere vix quidquam eſt herbarii argumenti.

§. DCCCCI. *Angli Varii.*

A book of the virtues and uſes of the balm of Chili London anno 1698. SCHEUCHZER.

Gabriel THOMAS *hiſtorical deſcription of the Province and country of New Yerſey* London 1698. Germanice *continuatio deſcriptionis Penſylvaniæ* Francofurti 1702. 8°. ANDERSON.

The myſtery of husbandry diſcorved by Gentl. London 1698. fol.

In *Phil. Tranſ.* n. 237. *Robert* SOUTHWELL docet artificia ſervandorum colorum in floribus, qui ſiccantur.

Richardi WALLER n. 245. Aliqua de rebus Indiæ Orientalis, ut de Vernice Javana.

Thomæ BENT De modo, quo prope Maſſiliam ex Pini perterebratæ ſucco ceræ genus ad focos; deinde ex eodem ad ignem ſtillante oleum terebinthinæ paratur, & ex ſubſidente faece reſina. Iterum de pice ex integra arbore igne ſuppreſſo uſtæ.

Ibid. Epiſcopi ASHE De maligno effectu Tithymali hibernici Mackinboy.

§. DCCCCII. *Jacobus Newton.*

Jacobus NEWTON in n. 242. *Phil. Tranſ.* egit De vi noxia Glaucii lutei.

EJUSDEM *Compleat herbal* London anno 1752. 8°.*. Meræ ſunt icones parvæ & ſubtiles, numeroſiſſimæ, hactenus commodæ, quod in exiguum volumen congeſtæ ſint. Ex PARKINSONIO fere ſumtæ ſunt, & ex MUNTINGIO. Sola nomina, eaque Anglica.

§. DCCCCIII. *Itali aliqui.*

Ferdinandi SANTANELLI Neapolitani, *Lucubrationes phyſico mechanicæ* Venet. anno 1698. 4°.*. De opiatis, & de fermentatione.

Michaelis ANDRIOLI *Domeſticorum auxiliorum & facile parabilium* Lib. V. Venetiis anno 1698. 4°.

§. DCCCCIV. *Germani Varii.*

Luciani MONTIF, Monachi, *Neuer Baum- Kuchengarten- und Blumen-Luſt* Coſtanz anno 1698. 12°. 1710. 12°. Ulm 1723. 8°. &c.

Diſpenſatorium Brandenburgicum, ſeu norma, ſecundum quam medicamenta officinis familiaria diſpenſanda ſunt. — Conſcriptum a Collegio medico Berlin anno 1698. fol.

J. NICOLAI *De Phyllobolia* Frankfurt anno 1698. 8°.

HERMAN v. der HARDT, eruditi viri, ſed heterocliti, *progr. de melle Palæſtinæ* Helmſt. 1698. 4°.

Adam BRAND *Beſchreibung der chineſiſchen Reiſe* Hamburg 1698. 12°. idem iter de quo ISBRAND IDES ſcripſit.

Petri HAHN *Dendrologia* Abo 1698. 4°.

Georgii EMMERICH *Theelogia ejusque infuſum* Regiomont. 1698. 4°.

§. DCCCCV. *Joſ. Don. Surian.*

Joſephus Donatus SURIAN, medicus & chemicus, in primis itineribus PLUMERII comes, de eo ſcriptore conqueſtus eſt, quod multa cum a ſe habuiſſet, ea non adgnoviſſet æquus.

IDEM

Idem in Lemery *Dictionaire des drogues* anno 1698. edito, inſignium & rariorum ſeminum catalogum dedit.

§. DCCCCVI. *Nic. Fatio.*

Nicolai Fatio, Nobilis Helveti, ſingularis hominis, *Fruitwalls improved by inclining them to the horizon or a way to build walls for fruit trees, where by they may receive more Sunshine and heat than ordinary* London anno 1699. 4°.

§. DCCCCVII. *Nova literaria Maris Balthici.*

Nova literaria Maris Balthici ceperunt edi anno 1698. Lubecæ 4°. quibus varia nova literaria, absque ullo ordine continentur, Suecica, Danica, Germanica, Pruſſica, Livonica, quorum perpauca ad rem herbariam ſpectant; denique fere Academica ſcripta earum regionum recenſentur. In diario eo laborarunt *Caſpar.* Lindenberg, *Daniel* Leopold, *Jac.* a Mellin, & *J. Jacob* Stolterfoht, iſte medicus.

Anno tamen 1699. *menſe Septemb.* egit Cl. Stolterfoht De 72. culmis ex hordei grano natis.

Anno 1700. *menſ. Febr.* De Roſis proliferis.

Anno 1701. De Saccharo.

Matthiæ Henrici Schacht *obſervationes botanicæ plantarum circa Cartemundam Fioniæ ſponte naſcentium*, in hoc diario indicatæ, nunquam prodierunt.

§. DCCCCVIII. *J. Fr. Gem. Careri.*

J. Franciſci Gemelli Careri *giro del mondo* Neapoli anno 1699. & 1700. 8°. 6. Vol. Venez. 1719. 8°. 3. Vol. Falconet. Burette. Ejusdem *Viaggi per Europa* ibid. anno 1701. 8°. Burette. Prius opus Gallice verſum per L. N. prodiit Paris *anno* 1717. ut videtur, & anno 1727. 12°. 6. Vol.* Intra ſex annos, ab anno 1693. ad annum 1699. elapſis, univerſum orbem circumiit, initio per Anatoliam Perſiamque facta, inde per Bander Congo in Indoſtan, Chinam, Philippinas inſulas, hinc per mare pacificum in Regnum Mexicanum, & porro in Europam. Legum peritus, aliquam tamen curam rei naturali impendit, & potiſſimum in Philippinis inſulis multas arbores deſcripſit & delineatas dedit: de Indoſtanicis atque Mexicanis etiam plantis egit, & aliquas depinxit.

Num itinera Europæa alia ſint ab iis, quibus ad finem libri VI. recenſis, Hiſpaniam & Italiam Auctor percurrit, id quidem ignoro.

§. DCCCCIX. *Lionel Wafer.*

Lionel Wafer, chirurgi, *New voyage and deſcription of the Iſthmus of America* London anno 1699. 8°.* 1704. 8°. & inter itinera Dampierii anno 1729.

1729. 8°.*. Gallice Amſterdam 1705. 8°. cum DAMPIER. UFF. Pariſiis anno 1706. 12°. Germanice cum DAMPIER Frankfurt & Leipzig 1707. 8°. Halle 1759. 8°.

Cum Iſthmum Darienſem adiiſſet anno 1681. vulnere tardatus, multis menſibus cum indigenis vixit, & arte ſua ſe ſuſtentavit. Ejus gentis mores, & agri cultum, & arbores fructiferas deſcribit, ſimplex & verus.

In editione DAMPIERII anonymus Regiæ Societatis ſocius addidit 307. nomina plantarum ejus regionis, cum aliqua deſcriptione, & utilitate, quam hominibus quæque præſtat.

§. DCCCCX. *Itali.*

Alexandri de BONO *Il carro di Cerere, inſtrumento di poca ſpeſa, con cui ſi potrane ſeminare le campagne, ſecondo qual ſi voglio proporzione* Lucca 1699. 4°.

Anſ. Franc. GIROLAMI *Triomfo della China China* Firenze anno 1699.

D. DIEGO HERRERA *de cortice Quinæ Quinæ & Loxa* M.S. anno 1699. ſcriptum a D. de la CONDAMINE citatur. In diverſis arboribus, ſimilem vim febrifugam reperit.

Vincentii BUTII *de potu veterum* in GRONOVII *theſauro* anno 1699.

§. DCCCCXI. *Antonius Galland.*

Antoine GALLAND *De l'origine & du progrés du Café, traduit ſur un manuſcrit Arabe* Paris anno 1699. 12°. Curioſum opus, lectuque dignum, recuſum Paris anno 1716. 12°.* cum itineribus a D. la ROQUE editis. Novum inventum, omiſſum a P. BELONIO, & primum P. ALPINO dictum. Arabes Coffeam omnino vocant *Bum*, & ea ſeculo XV. primum inceperunt Adeni uti. Multum inde inter *Legiſtas* diſputatum, num vetitum ſit lege Coffeam bibere, quoad uſus denique Conſtantinopoli invaluit. THEVENOTUS primus Coffeam Pariſios adtulit *Journ. Sav.* 1699.

§. DCCCCXII. *Michael Ludovicus Reneaulme.*

Mémoires de l'Académie des Sciences ſeu Commentarii, qui nunc ſingulis annis non interrupti ceperunt prodire, initium ſui fecerunt anno 1699. Earum diſſertationum aliquas F. W. BEER Germanice edidit Leipzig 1752. 8°. HUTH. alias CL. de STEINWEHR. *Medical* etiam *Eſſays and obſervations* collegit THOMAS SOUTHWELL. London 1766. 8°. 2. Vol.

Michael Ludovicus RENEAULME De ſucco dulci egit, qui de foliis Aceris exhalat.

In *Philoſ. Tranſ.* n. 273. Deſcribit Juglandem foliis laciniatis.

In

In *Comment. Academ. Reg. Scient.* anno 1707. agit de ſucco nutritio plantarum, earumque melle & ſudoribus.

Anno 1711. Defendit gallas eſſe certum antifebrile remedium.

Idem anno 1708. De cerealium conſervatione. Frumentum ſiccum debere condi, & loco ſicco, ventis exponi frigidis, frequenter excuti ſex primis menſibus: inde permitti, ut ſub integra cruſta lateat, quam in ſuperficie contrahit.

Anno 1711. Pro corticis in alenda planta vi, contra D. Parent. Cortice avulſo languere.

Anno 1714. Icon & deſcriptio Badiagæ ſeu Spongiæ fluviatilis ramoſæ.

Anno 1718. Aliqua monet de ſyſtematibus botanicis, & genera ſubalterna conſtituere ſuadet.

§. DCCCCXIII. *Galli aliqui.*

Multiplication de tout ce que la terre produit, pour le Blé, le Froment &c. Paris anno 1699. 12°. Falconet. Nonne idem p. 41.

L'art où la maniére particuliére & ſure le tailler les arbres Amſterd. 1699.

Les plaiſirs innocens de la campagne avec la methode d'élever les vers a ſoie Amſterdam 1699. 8°.

Guid. Crescentii Fagon, archiatrorum comitis, *E. frequens uſus tabaci vitam hominem reddit* Paris 1699. Accuſat ſalem ejus & ſulfur narcoticum. Recuſ. in Andry op. de vermibus 1701. 1741.

Idem ad Boccone in ejus viri *recherches* egerat de variis plantarum tuberculis, quarum prima ſeminum vicem teneant, ut in Birtorta alpina: altera ſpecies receptaculum ſit ſuccorum, ne nimis rapide adſcendant: tertia morbi.

Ejusdem *Les admirables qualités du Quinquina, confirmées par pluſieurs expériences, & la maniére de s'en ſervir dans toutes les fiévres* Paris anno 1703. 12°. Seguier. anno 1705. 12°. Burette vertente N. Andry.

Citat etiam Osmond *Recueil de plantes du Jardin du Roi, fait ſous la direction de* M. Fagon. Paris grand folio.

Et alias lego *Catalogum horti Regii Pariſini* anno 1665. editum potiſſimum Fagonio deberi.

In *Mém. de* 1710. egit du Blé ergoté.

§. DCCCCXIV. *M. A. Sinapius.*

M. A. Sinapii *Tractatus de remedio doloris, ſeu materie anodynorum, nec non Opii cauſa criminali in foro medico* Amſterdam. anno 1699. 8°.*. Practici potiſſi-

potiſſimum argumenti. Percurrit varia anodynorum genera, etiam Camphoram, Allium, Carvum, Muſtum, Styracem, Lupulum, Cannabin. Opium excuſat, calidum eſſe fatetur, modum conatur explicare, quo ſomnum citat, quem a gummoſo craſſo, in cerebro ſtagnante fieri putat.

§. DCCCCXV. *Angli Varii.*

Richard RICHARDSON *De cultu hortorum* Leid. anno 1699. 4°.

Jac. SHIPTON *Pharmacopœja collegii regii Londinenſis* London anno 1699. 8°. OSB.

BELLER *Eſſays on trade, plantations* . . . . . . 1699. 4°. OSB.

Jezreel JONES Aliqua de diæta & coquinaria arte Afrorum Mauritaniæ *Phil. Tranſ.* n. 254.

N. 255. CUNINGHAMI Plantæ inſulæ Adſcenſionis.

EJUSDEM n. 280. De Theæ ſpeciebus, & de agricultura Chinenſium.

EJUSDEM n. 286. Plantarum in Chuſan inſula Chinæ vicina repertarum catalogus, curante PETIVERIO, cum nominibus & ſubinde cum deſcriptione.

§. DCCCCXVI. *Georgius Camellus.*

Georgii CAMELLI Jeſuitæ, multa bona in *Philoſophicis Tranſactionibus* occurrunt.

Plantarum Philippinarum faſciculum dedit in RAJO Tomo III. anno 1704.

In n.° 248. Deſcriptionem Amomi veri, ex claſſe Liliacea.

N. 250. EJUSDEM & F. *Johannis* de JESU De Fabæ S. Ignatii viribus medicis.

N. 286. Corallia ex Philippinis Inſulis miſſa, curante PETIVERIO recenſa.

N. 293. 294. 295. & 296. De plantis ſcandentibus Philippinis, curante PETIVERIO.

§. DCCCCXVII. *Johannes Woodward.*

Johannes WOODWARD mercator primum, inde medicus, qui multum ſibi in lapidibus figuratis placuit, mirus homo (*a*), ſuique admirator, ut tamen Muſæum egregium poſſideret, etiam plantarum. In *Phil. Tranſ.* n. 253. memorabilis ejus exſtat diſſertatio de vi nutriente aquæ. Per experimenta oſtendit, exiguam in aqua vim eſſe nutritiam, multòties enim plus aquæ impendi, quam ex tanta copia planta capiat incrementi. Impenſas tamen aquæ ſatis eſſe in ratione magnitudinis cujusque plantæ. Videri in plantam reſumi terreum id, quod in aqua latet, & tanto melius plantam ali, quo plus inſit terreſtris materiei. Ex ea adeo, neque ex aqua, plantas ali, & aquam ei eſſe pro vehiculo.

§. DCCCCXVIII.

(a) UFFENBACH III. p. 229. 35.

§. DCCCCXVIII. *Germani.*

Joh. Victor JÆGERSCHMID *Der in denen durch die Silberglätte beſtrichenen Weinen verborgene nun aber entlarvte Mercurius* Ulm 1699.

Joh. DEIN *Muthmaßliche Unterſuchung der in dem Saamen verborgenen Wachsthums-Kräfte, und der unendlichen Fortpflanzung aller natürlichen Dinge* Nürnberg 1699. 4°.* BOEHMII placitis addictus, tres magnas facit potentias, ſolem, lunam, aërem, quæ incrementorum cauſæ ſint. In ſemine habitare vitalem ſpiritum ſ. naturam plaſticam. Depingit prima initia piſorum & prunorum.

Sebaſtian KIRCHMAYER, Prof. Rotenburgenſis ad Tubarim, *De Zoophytis* Rotenburg 1699. 4°.*.

Stanislai Reinhard AXTELMEYER *Ebenbild der Natur in dem Entwurfe der Gewächſe, Ungeziefer und andern Thiere* Augſpurg 1699. 8°. Schwabach 1706. 4°.

Theophilo TECHNI *vier ſonderbare und allgemeine Geſundheits-Mittel, des Chineſer Thee, türkiſchen Caffées, ſpaniſchen Chocolate und deutſchen Tabacks* Augſpurg 1699. B. THOMAS.

V. G. SIBER *de Moly* Sneeberg. 1699. 4°.

Mich. LUBEEK *De Opio* Leid. anno 1699. 4°.

J. *Ægidius* EUTH in Tomo VII. VIII. *Miſcell. Nat. Cur. Dec.* III. egit de tinctura Catechu ſimili ex gigartis Jujubarum parata.

Georgius DETHARDING deſcribit Aſparagum laticaulem ib. n. 14.

EJUSDEM *De tribus impoſtoribus*, Thea, Coffea *vitæ commoda & officinis domeſticis* Roſtock. anno 1731. 4°.

EJUSDEM *Specimen manuductionis ad vitam longam — quod tradit regulas generales circa cibum & potum obſervandas* 1722. 4°.

EJUSDEM *Elementa diætæ Hafn.* 1734. 8°. 1737. 8°.

EJUSDEM *De medicamentis Norwegiæ indigenis* Hafniæ 1740. 4°.

J. *Georg* HOYER, in *Ephem. Nat. Cur. Vol.* modo dicto, Hypercartharſis funeſta ex Colocynthide n. 178.

EJUSDEM De Allii vi ad calculum probata *Eph. Nat. Cur. Cent.* I. n. 55.

Et Equiſeti vi ad eumdem morbum infida n. 56.

De Cichorii in phthiſi utilitate obſ. 79.

In Vol. IV. de Allii noxio uſu.

J. *Guil.* HEPPE *De vino* Witteberg. anno 1700. 4°. an differt a p. 39.

§. DCCCCXIX.

§. DCCCCXIX. *Chriſtian Lehman.*

Chriſtian LEHMAN *Ausführliche Beſchreibung des Meiſniſchen Erzgebürges* Leipzig anno 1699. 4°. MENKEN. 1747. 4°.* huc repono, quod hujus longævi hominis adverſariis alia nuperioris ævi adlita ſunt, quorum nuperrimus annus eſt 1698. Multa vero ad rem herbariam pertinent, ut Tractatus de ſylvis abiegnis: tum totus Liber IX. de arboribus, baccis, & Fungis, cum Catalogo ſtirpium in ſylvis Saxonicis reperiendarum anno 1667. a *Wolfgango* PATSCHKE ſcripto, inter quas equidem paradoxas aliquas reperias, ut Mandragoram, tum raras, Pyrethrum, Rubiam, Allium luteum, Lunariam, Sedum.

§. DCCCCXX. *Simon Boulduc.*

Simonis (b) BOULDUC Analyſis utriusque Ipecacoanhæ *Mém. de l'Acad. des Sciences* anno 1700.

EJUSDEM *Analyſis Colocynthidis Mém.* anno 1701. Extracta reſinoſa a ſpirituoſis ſeparat.

Analyſis Jalapæ ibid.

Et *Hellebori nigri* ibid. Extractum reſinoſum acre, aquoſum debile.

EJUSDEM Analyſis Gratiolæ, cujus & ſuccus vim habet, & expreſſum reſiduum. Extractum ſpirituoſum aquoſo eſt valentius.

EJUSDEM Analyſis Aloës Sucotrinæ. Plus habet ſalis, reſinæ minus anno 1708. Acrimoniam Aloës metuit.

EJUSDEM Hiſtoria Catechu, cujus analyſis demonſtrat, ad vegetabilia pertinere *Mém.* anno 1709.

EJUSDEM De Rhabarbaro, ejusque extracto aquoſo & ſpirituoſo, quorum illud multo copioſius eſt. Infuſa plus, quam decocta purgare *Mém.* ann. 1710.

EJUSDEM De Mechoacanna anno 1711. Melior ipſa radix, quam extracta. Multum continet ſalis.

EJUSDEM De Bryonia anno 1712. Rectius ipſam radicem propinari, deinde infuſum vinoſum.

EJUSDEM De Opio ex Papavere Rhœade parando.

EJUSDEM De Agarico, malo medicamento, ejusque analyſi anno 1714.

IDEM ibid. De viribus purgantibus foliorum tenerorum, & florum Perſicæ.

EJUSDEM

(b) Plurima tribuuntur filio *Ægidio Franciſco*, ſed iſta patris ſunt.

Ejusdem Analyſis Cucumeris ſylveſtris & Elaterii anno 1719. Extractum ex Cucumere fecit hydragogum valens & tutum, cujus doſis eſt 24. granorum ad 30. Elaterium etiam æque bonum paravit, ac quidem veteres, cujus doſis eſt gran. 6. Fructus ipſos, cum ſuis ſeminibus tuſos, optimum medicamentum eſſe comperit, ad pellendas aquas efficax. Sales eſſentiales negat habere ſuæ plantæ vires.

Idem anno 1734. Analyſis melioris exemplum in Borragine dat. Sal in ea muriaticus & nitroſus, &c.

§. DCCCCXXI. *Antonius Valisnieri.*

Antonii Valisnieri doctiſſimi viri, in hiſtoria potiſſimum inſectorum periti, de herba Fumana *Galer. di Minerv.* T. III. p. 356.

Ejusdem De noxis ſeminis Orobi T. IV. p. 240.

Ejusdem De ſemine arcano & flore Lenticulæ aquaticæ, (Italicæ) & Uva barbata T. VI. p. 239. & *Eph. Nat. Cur. Cent.* III. app. obſ. p. 34.

Etiam *Gal. Min.* T. VI. p. 283. De *Pino Africana* nucleo ſapidiſſimo.

Idem T. VI. p. 316. Non verum eſſe, emedullata ſemina dare plantas absque oſſiculis fructus ferentes.

Ibid. Catalogus plantarum 110. quas circa Liburnum legit, inter quas ſunt pulcherrimæ aliquæ. Redit in operibus.

Idem Cur decoctum radicis Chinæ aceſcat, niſi loco tepido ſervetur ibid. p. 129.

Ejusdem Iter in montes Mutinenſes in *Gal. di Minerv.* T. VII. tamen aliqua ad regnum vegetabile habet.

Ejusdem De vi diuretica ligni Saſſafras in deſperato hydrope ſalutari *Eph. Nat. Cur. Cent.* III. p. 28.

Et de vi ſalubri Chinæ Chinæ in tertiana maligna.

In dialogis *degli ſviluppi dei inſetti* Padova 1700. 8°. habet flores Najadis. In omni planta ſemen ſuum eſſe, etiam in fuco marino, inque lenticula.

Ejusdem *Eſperienze ed oſſervazioni ſpettanti alla naturale e medica ſtoria* Padova 1713. 4°. Osb.

Ejusdem *Raccolta di vari trattati accreſciuti con annotazioni, e giunte* Venez. anno 1715. 4°. In ea collectione continentur Valisneri experimenta cum ſucco Aloes facta, quæ apud Scarellam exſtant, deinde Carli & Scarellæ, quos diximus, toti de Aloes Americanæ indiginatu libelli.

In RACCOLTA *di varie oſſervazioni ſpettanti all hiſtoria medica e naturale*, quam J. *Jacobus* DANIELLI Venet. anno 1728. 4°.* edidit, continetur etiam iter VALISNERI in montes Mutinenſes, quorum aliquas plantas recenſuit: pileos ex fomite paratos vidit. Diſſ. de herba Fumana hic redit.

In *nuove Oſſervazioni ed eſperienze intorno alla ſtoria medica e naturale* Padova anno 1726. 4°. PL. diverſo a priori opere, continetur in P. III. Catalogus ſimplicium medicamentorum Conſtantinopoli adlatorum a SPOLETO.

Cum anno 1730. obiiſſet, ejus *opere fiſichomediche ſtampate e manuſcritte* Venetiis anno 1733. fol. 3. Vol.* edita ſunt ab *Antonio* filio. In Tomo I. redit *Nuova giunta d' oſſervazioni*, cum plantis SPOLETI; & *Iſtoria delle grane del Kermes.*

In T. II. *Raccolta di varie Oſſervazioni*, *cum itinere Mutinenſi*, & l. de Fumana.

In T. III. *Raccolta di varie Oſſervazioni*, pleræque ex variis diariis decerptæ, & medici argumenti. Cl. MASSONEAU contendit, verum corticem febrifugum eſſe Caſcarillam. Tum *Oſſervazioni varie*, ubi de Pino Africana. Inde *Saggio d' Iſtoria medica e naturale*, Dictionarium nempe, in quo res naturales deſcribuntur, etiam plantæ medicatæ.

In *Galeria di Minerv.* anno 1700. datur compendium *triumphi Chinæ Chinæ* a PYRRHO MARIA GABRIELI ſcriptum.

§. DCCCCXXII. *Carolus Leigh.*

Caroli LEIGH medici, *The natural hiſtory of Lancashire, Cheshire, and the Peak in Derbyshire* Oxford anno 1700. *(c)* fol.*. *In parte prima habet plantas indigenas, marinas & terreſtres, cum virium medicarum brevi indicie: deinde claſſes medicas & plantas eo pertinentes. Subjicit ſuas de vegetatione plantarum conjecturas: & contra J. WOODWARD defendit, non ſola terra ſtirpes nutriri.

§. DCCCCXXIII. *Germani Varii.*

J. NOLTO *Diſcurſus medicus de Theriaca Andromachi ejusque origine, ingredientibus & uſu medico* Lubek. anno 1702. 4°. 1706. 4°. Germanice *Lobrede des Theriaks* Lübeck 1706. 4°.

Chriſtian WEDEL *de theriaca* Jen. 1700. 4°.

J. Ant. SOELDNER *methodus medendi per ſimplicia* Altona 1706. 4°. MOELLER.

J. Chri-

(c) Editio anni 1630. non poteſt locum habere, cum WOODWARDUS citetur & alii nuperi.

J. Chriſtophorus ETTNER, Archiatri Cæſarei & Polonici titulo decoratus, inter varia ſatyrica ſcripſit, *der ungewiſſenhafte Apothecker* Lipſiæ 1700. 8°. de fraudibus pharmacopolarum, recuſum Augſpurg 1753. 8°.

Georg Gottlob PITSCHMANN *Vermuthung von einem Gewächſe der Erden, welches gleich einem Semmel in einem Garten Schleſiens gefunden worden* Leipzig 1700. 8°. BURCKART.

Henric. Ern. KESTNER *de jure tabaci* Rinteln 1700. 4°. Waldenburg 1713. *Ergötzlichkeiten vom Taback* Leipzig 1715. 8°.

Phil. Helf. KREBS diſſ. *de ligno & lapide* Aug. Vindel. 1700. 4°.

Georg. DEXBACH *De Caſſia Cinnamomea & Malabathro* Gieſſ. anno 1700. 4°.*. Microſcopium etiam ad naturam Cinnamomi declarandam adhibuit; & veſiculas vidit, uberrimo ſucco oleoſo condenſato plenas.

Petri de SPINA *Manuale Lexicon pharmaceutico-chymicum* Francof. anno 1700. 8°. 1702. 4°. 1715. 8°. & *Corpus pharmaceuticum chymico-medicum univerſale* Francof. 1711. fol. eſt JUNGKENI recuſum opus.

Aloë, ſo im Boſiſchen Garten anno 1700. *geblüht* Leipzig 1700.

Melchior Adam PASTORII *Beſchreibung der Provinz Penſylvanien* Frankfurt 1700. 8°. ANDERSON.

Theodori a ZELST *De Tartaro* Leid. anno 1700. 4°.

Daniel SCHEFFER *De Chamomilla* Argentorati anno 1700. 4°. Collectanea.

Chriſtiani VATER *De venenis & antidotis* Witteberg. 1700. 4°.

EJUSDEM *De venenis & philtris* ib. 1706. 4°.

EJUSDEM *De Coralliorum natura & uſu.* 1720. 4°.

Maria Sophia CONRING, SCHILHAMMERI uxor, *die wohl unterrichtete Köchin — Confectiſch, zugerichtete Früchte, Safte, Weine, Biere, Eſsig* &c. Brunsvic 1700. 4°. 1702. 4°. 1706. 4°. 1712. 4. Berlin 1727. 4°. MÖLLER.

Paul. ROTTENDORF *Unterricht von Obſtgärten, oder Behandlung der niedrigen franzöſiſchen Zwergbäume* Leipzig 1700. 4°.

EJUSDEM *Inſtruction pour les jardiniers* Germ. & Gall. Leipzig 1700. 4°.

In *Jacobi* TOLLII, viri doctiſſimi, *Epiſtolis itinerariis* Amſtelodami anno 1700. 4°. 1714. 4°.* a J. HENNINIO editis, plantæ memorabiles recenſentur, quæ circa Joachimsthal perveniunt, ex GREISELIO ſumtæ. Aurum vegetabile defendit.

Chriſt. WEIDLING *De Kikajon* Jenæ & in collect. Amſterdam 1700. 4°.

Chriſtoph. Maximilian SPENER De Acmellæ uſu, cum icone, in *appendice* ad diſſertationes epiſtolicas VALENTINI de *muribus marinis* Amſtelodam. anno 1700. 4°.*. Fabam etiam S. Ignatii, & Ipecacoanhæ radicem depingit.

EJUSDEM *Catalogus zahlreicher, fremder, meiſt ſeltener Wurzeln, Hölzer, Stauden, Blätter, Blüten, Früchte, Saamen, Gummi und Harze* Berlin 1718. 8°.

§. DCCCCXXIV. *Angli Varii.*

Incertum, quo referas J. LOCKE poſtumum opus *Obſervations on the growth and culture of vines and olives* nuper Londini anno 1766. 8°. editum.

Timothy NOURSE *Campania felix a diſcourſe on the improvements of husbandry* London anno 1700. 8°. BURETTE. Siceram & arbores eo pertinentes commendat.

Guilielmi COWARD *Remediorum medicinalium tabula generalis, tam compoſitorum, quam ſimplicium &c.* London anno 1700.

§. DCCCCXXV. *Galli aliqui.*

J. BRUNET *Le bon uſage du Tabac en poudre, les différentes manières de le préparer, & de le parfumer &c.* Paris anno 1700. 12°. 1703. 12°. BURETTE.

Inſtruction pour bien jardiner & cultiver toutes ſortes d'arbres, plantes, herbes & fleurs Bruxelles 1700. 12°. HEISTER.

De S. ANDRE' *Reflexions ſur la nature des remedes & leur maniére d'agir* Rouen 1700. 8°.

Fratres *Alexander* & *Johannes* LIGNON, a Rege in inſulam Guadalupam miſſi, multa inde rariora retulerunt. Non memini, quidquam eos ſcripſiſſe. Zoophyton tamen, *reticulum marinum* dictum, ab iis ex America adportatum dicitur *in Journ. des Savans* anno 1700. p. 468. ſq.

Eorum fratrum is, cui nomen fuit *Johannes*, in VALLEMONTII opere experimenta ſua deſcripſit, quibus ex ramo arboris in aqua radices produxit, quæ in terram recepta arbore convaluerunt. Ea arte putat exoticas arbores poſſe multiplicari, quas alio modo multiplicare nequeas.

§. DCCCCXXVI. *Samuel Brown.*

Samuel BROWN chirurgus, ni fallor, in *Phil. Tranſact.* n. 244. plantas aliquas miſerat ad PETIVERIUM, ad quas iſte reſpondet. Sequitur n. 264. Liber I. plantarum circa *Madras* lectarum, cum aliqua deſcriptione, ſynonymis

mis & judiciis criticis Petiveri. Sic liber II. n. 267. liber III. n. 271. liber IV. n. 274. liber V. n. 276. liber VI. n. 277. liber VII. n. 282. ubi Schœnanthus deſcribitur & Gramina varia: denique liber VIII. quo Filices, Muſci, Fungi & apetalæ traduntur.

§. DCCCCXXVII. *Lis inter Campanos & Burgundos.*

Inter laudatores vini Burgundici & Campani hoc anno lis exorta eſt. Prodierat le Pecheur *Quéſtion de médecine, ſi le vin de Rheims eſt plus agréable & plus ſain, que le vin de Bourgogne* Rheims anno 1700. 4°. Repoſita eſt *J. Baptiſte* de Salins *défenſe des vin de Bourgogne contre le vin de Champagne — refutation d'une theſe ſoutenue* a Rheims &c. Dijon 1701. recuſa cura fratris Hugonis de Salins Luxemburg 1704. 8°. Latine etiam *defenſio vini Burgundici contra vinum campanum* Beaune 1705. 4°. 1706. 4°. Secuta eſt *Létre pour la défenſe du vin de Bourgogne* Beaune anno 1705. 4°. etiam latine verſa. Inde J. Baptistæ de Salins *lettre a un Magiſtrat en repouſe a un Docteur Remois auteur d'un libelle contre la reputation des vins de Beaune — ou il eſt prouvé que le vin de Beaune eſt plus agreable & plus ſain que le vin de Rheims* Paris 1718. 4°. Papill.

Reſponderunt Campani *réponſe à la troiſiéme édition de la létre de M. Salins contre la théſe en faveur du vin de Bourgogne* Rheims 1706. 4°. c. 2.

Et *Létre à M. auteur de la théſe, qui établit, que le vin de Champagne eſt plus agréable & plus ſain, que le vin de Bourgogne* anno 1706. Cl. Le Pecheur etiam in *Journ. Savans* 1706. ſe defendit.

§. DCCCCXXVIII. *J. Philippus Breyne.*

J. Philippi Breyne, *Jacobi* filii, *De radice Ginſing, ſeu Niſi, & Chryſanthemo bidente Zeylanico Acmella dicto* Leid. anno 1700. 4°.*. Primum Cl. viri, noſtri olim amici, opuſculum. Figura plantæ Ninſing non bona, Acmellæ melior, in qua Spenerum carpit. Recuſa eſt cum patris *prodromis* Gedani anno 1739. 4°.*, cum auctario & veriori icone.

Ad *prodromos* etiam patris Jacobi J. Philippus notas addidit.

Ejusdem *De Fungis officinalibus* diſſ. Leid. anno 1702. 4°.*. Agarici larigni deſcriptio, præparatio, habitus ad ignem, & admiſta varia, per quæ conſtat, totum reſinoſum eſſe. Inde de auricula Judæ, crepitu lupi, ejusque uſu ad ſupprimendam hæmorrhagiam: demum de cervi tubere.

Ejusdem *De Alcyonio miræ & elegantis ſtructuræ epiſtola ad* Lochnerum Gedani anno 1717. 4°. & inter *miſcellanea naturæ curioſorum Centuriæ* VIII.

In *Centuria* VII. n. 1. & 2. delineat Pinum quinquefoliam & Ribes Arabum.

In *Phil. Tranſ.* n. 390. agit de agno Boramets, quem habet pro figmento ex radice aliqua per mangonia nato.

Ejusdem *Hiſtoria naturalis Cocci radicum tinctorii* Gedani prodiit anno 1731. 4°.* & in *Act. nat. cur. vol. III. app.* Etſi potiſſimum de inſecto tinctorio agitur, tamen etiam Knawel perenne deſcribitur & depingitur. In *emendationibus* anno 1733. & 1750. in Actis Eruditorum adjectis, nihil ad herbas pertinet.

Ad *Floram Pruſſicam quaſimodogenitam* Helwingii præfatus eſt, inque ea præfatione aliquos Loeselii errores emendavit, & oſtendit, plantas dudum ante eum virum notas ab eo pro non deſcriptis recenſeri. Enumerat etiam auctores hiſtoriæ naturalis Boruſſicæ, & J. Wigandi plantas aliquas explicat, quas inter eſt Ruyschiana.

In vol. VIII. deſcripſit Muſam.

In vol. IV. Cerei ſerpentis fructus & ſemina depinxit.

Ejusdem Plantæ itineris Hiſpanici in *Phil. Tranſ.* n. 301. exſtant, tum *in append. Centurr.* V. VI. N. C. itineris vero Italici plantæ *Philoſ. Tranſact.* n. 334.

§. DCCCCXXIX. *Stephanus Franciſcus Geofroy.*

Stephanus Franciſcus Geofroi, Chemicus, in *Cmmentariis Acad. Reg. Scient.* anni 1700. p. 134. oſtendit per ſua ſigna, radicem Caaapia differre ab Ipecacoanha.

In *hiſtoria* anni 1705. ferrum in omnibus plantis dixit reperiri.

Anno 1706. oſtendit, plantas marinas eadem dare elementa, quæ animalia.

Anno 1707. De oleis eſſentialibus plantarum.

Idem ibid. Ferrum in cineribus naſci per combinationem terræ martialis cum oleo.

Anno 1708. De alcalinis volatilibus liquoribus, quos & ipſe, & Marsilius, ex Coralliis habuerunt.

Anno 1710. De Pareira brava, ejusque vi antinephritica, ad aſthma humidum utili &c.

Anno 1713. De vi arcana, & acidis adverſa, corticis Peruviani.

In *Diario Trivultino* anni 1709. ſermo ejus exſtat de modis, quibus mortales plantarum vires medicas didicerunt.

Ejusdem *Materia medica poſthuma* prodiit Paris anno 1741. 8°. 3. Vol.* Venet. 1742. 4°. 2. Vol. Eorum voluminum ſecundum eſt *de vegetabilibus*

exoticis

exoticis (*d*). Plantam quamque deſcribit, addit analyſin ex theſauris Academicis, quales quinque cujusque medicamenti libris adhibitis BOURDELINUS inſtituerat, & quæ demonſtrant elementa, in quæ quodque vegetabile corpus ad ignem ſecedit; deinde effectum addit & vires medicas, has collectitias. Multa addidit in officinis ignota, alias plantas, vulgo in Europa naſcentes, miſcet exoticis.

Tomus III. agit de indigenis, & in Meliloto finem facit. Inſtitutum idem. Germanice verſum eſt opus, tomisque VIII. excuſum Lipſiæ anno 1760. 8°. & ſqq. indexque additus anno 1766. 8°. Britannice Lond. 1736. 8°. tum Gallice.

EJUSDEM *Theſes Ergo hominis primordia vermis* Paris anno 1704. 4°.* Gallice anno 1705. 12°. omnino huc ſpectat, ob ſexum plantarum, quem adfirmat. Stamina pro ſexu mare habet: eorum pollinem flammam capere, globulisque fieri docet, in quibus germen, equidem inconſpicuum, poni putat. In veſicula ſeminali, ſeu fructu, pro admittendo ſpermate feneſtellam eſſe. Steriles eſſe fere plantas, quæ pleno ſunt flore, & ſterile fieri Mayz, reſectis apicibus, vacuasque tantum veſiculas ſubnaſci, & ova in Mercuriali ſubventanea.

Addo Italum THOMAM RAVASINUM cujus *Georgicorum* l. III. Parmæ 1700. 8°. & 1716. 4°. prodierunt CINELL.

§. DCCCCXXX. *Jacobus Wallace.*

James WALLACE, medici, *Account of the Islands of Orkney* Lond. anno 1700. 8°.*. Hiſtoricum potiſſimum opuſculum, continet tamen catalogum plantarum indigenarum Orcadum, parcum, ut a regione Boreali exſpectes. Arboribus deſtituitur & Malvis.

John JONES *The myſtery of Opium reveald* London anno 1700. 8°. PLATNER anno 1701. 8°. Opium putat ex ſucco cocto expreſſorum caulium & foliorum parari. Calidum eſſe & vires poſſidere cordiales. Salubriorem eſſe partem gummeam, eamque a reſinoſa aqua adfuſa, & macerationis ope, debere ſeparari.

§. DCCCCXXXI. *Felix Palacios.*

Félix PALACIOS, *Nicolai* LEMERY *curſo chymico* hiſpanice edidit Madrit 1700. 4°. & fol. CAP. de VILA *Palæſtram pharmaceuticam chymico-galenicam* edidit Madrit 1706. T. denuo 1725. fol.

La Pharmacopea triumfante de las calumnias del D. Miguel Roix Madrit 1713. 8°.

Non

(d) Multum exſcribit HERMANNUM BUCHNER *præf. ad mater. medic.* & RAJUM ALSTON:

Non certus (certe mihi, annus eſt quo prodiit NICOLAI de BOUSSUIT *oratio quodlibetaria quomodo turbith complexione calidum & ſiccum ſit, & adtrahat & educat phlegma* FOPPENS.

J. Z. D. *Bericht von der Goldwurz.* 8°. B. THOMAS.

J. *Lud.* REMMELIN *Balſamochreſia, oder Unterricht vom innerlichen und äuſſerlichen Gebrauche der vornehmſten* 24. *Balſamen* Augſpurg . . . . 12°. PL.

§. DCCCCXXXII. *Codices M.S.*

Hic M.S. aliquos hujus ut puto ſeculi codices adjungam, quorum memoriam paſſim reperi.

Theſaurus rerum naturalium, in quo animalia, *vegetabilia* — ſimplicia & compoſita a C. *Martino* WALDSCHMIDT Medico Francofurtenſi collecta ſunt. UFFENB.

M. J. WILLEN V. D. M. Montis piniferi deſcriptio, oder *Deutſches Paradies im vortreflichen Fichtelberge, deſſen Strömen, Bergwerken, Nuzbarkeiten und Seltenheiten* fol. IBID.

Compendium botano-logicum, brevis quædam herbarum virium & facultatum delineatio in quatuor claſſibus juxta quatuor anni tempora &c. IBID.

Hiſtoria animalium & plantarum chymica M.S. folio. NEAULME.

Herbarium dictionarium latino Anglicum 17. ſeculi. B. R. Lond.

De plantis tabulæ ſynopticæ & de earum viribus. 4°. UFF.

Hic etiam mentionem facio DAVIDIS KRIEG Germani, qui in Marylandia aliquot plantarum centurias legit, laudatus a RAJO *hiſt. plant.* T. III. præf.

Catalogus ſimplicium Indicorum B. REG. PAR. n. 6825.

Ibid. Tom. IV. n. 2117. obſervationes anatomicæ de plantis.

FRANCISCI MARIÆ QUADRII botanica univerſale cum herbis ſicus ſervatur quod Jeſuitas Venetos. Dicitur non parum contuliſſe ad ZANICHELLII opera.

§. DCCCCXXXIII. *Ludovicus Liger.*

Louis LIGER *Oeconomie générale de la Campagne, ou nouvelle maiſon ruſtique* Paris anno 1700. 4°. 2. Vol. Amſterdam T. I. II. anno 1701. 4°. RIV. Paris anno 1708. 4°. 2. Vol. anno 1721. 4°. 1768. 4°. 2. Vol. Tranſiit in *Natalis* CHOMEL *dictionarium*, compilatoris parum fidi (*e*) opus.

EJUSDEM

(e) De la COMBE *Oecon. du Jardin potager* p. 28. d'ARDENNES *Oecon.* p. 67. monent. FERRARIUM exſcripſiſſe, flores non coluiſſe.

Ejusdem *Culture parfaite des jardins fruitiers & potagers* Paris 1703. 12°. Trew. anno 1714. 12°. 1743. 12°. 1752. 12°. 1763. 12°. Olera, ſeminarium, arborum cultus, fructuumque.

Ejusdem *Traité facile pour apprendre à élever des Figuiers* Paris anno 1705. 12°.

Ejusdem *Le Jardinier fleuriſte & hiſtoriographe* Paris anno 1704. 12°. 2. Vol. Seguier. anno 1718. 12°. *Journ. Sav.* 1748. 12°. 1763. 12°. 2. Vol. Amſterdam anno 1708. 2. Vol. 12°.*. Germanice cum titulo *Hiſtoriſcher und verſtändiger Blumengärtner* Lipſ. anno 1716. 4°.* 1715. 8°. ex catal. Anglice verſus ab hortulanis London & Wise cum *Jardinier ſolitaire* London anno 1706. 8°. 2. Vol. Generalia aliqua & opera menſtrua. Sequuntur ex ordine arbores coronariæ, etiam aliæ in hortos receptæ. Cuique plantæ coronariæ poſt cultum fabula adjungitur.

In *catalogo Belgicæ Bibliothecæ* anno 1735. edito tribuuntur Ligerio *Amuſemens de la Campagne* Paris anno 1709. 8°. 2. Vol.

Ejusdem *Nouveau théatre d'agriculture ou Ménage des Champs, & de la ville avec un traité de la Chaſſe & de la Peche* Bruxelles 1712. 8°. Paris anno 17.3. 4°. 1732. 8°. *Journ. Sav.* anno 1723. 4°. Falconet. 1755. 4. Vol. auctior. Libro tertio opera menſtrua, libro quarto olera, flores hortique traduntur.

Ejusdem *Le nouveau cuiſinier françois — traité des confitures & liqueurs qui ſont en uſage* Paris . . . . ſæpe recuſus Papillon.

Ejusdem *Dictionaire pratique du bon ménager de Campagne & de ville* Paris anno 1703. 12°. 1715. 2. Vol. Seguier.

Ejusdem *Moyens faciles pour rétablir en peu de tems l'abondance de toutes ſortes de graines & de fruits, & de les maintenir toujours par le ſecours de l'agriculture* Paris 1709. 4°. *Journ. Sav.*

§. DCCCCXXXIV. *Melchior Frick.*

Melchioris Fricii Ulmenſis *De virtute venenorum medica* Ulm. 1701. 8°.*. Non vulgare opus, tamen ut adgnoſcas forenſem ſapientiam, quæ omnia in partes ſuas trahat, quæ ullo modo trahi ſe patiuntur. Recte in univerſum monet, venena vim ſuam fere in primas vias exſerere, ibique noxam ſuam inferre, in ſanguinem & alios humores vix poſſe quidquam. Minus autem ſuis experimentis utitur, quam alienis & collatitiis. Plantas venenatas, corrodentes, & draſticas recenſet & tuetur, earumque uſus medicos exponit. Ad Napellum defendendum abutitur Avicenna: de Carpathico Napello monet, non videri nocere. Ad febrem putat valere. Sic de Nuce vomica, Elleboris, Cicuta. Eam paſſim etiam interno uſu receptam fuiſſe oſtendit.

§. DCCCCXXXV. *Germani Varii.*

Deliciæ & arcana florum, wie man allerhand Arten Blumen vergröſſern und multipliciren, auch mit unterſchiedlichen Farben verändern möge Amſterdam (in Germania) anno 1701. 8°.*. Primum conſilia aliqua ad cultum heſperidum, & arborum fructiferarum dat. Inde flores ex ordine, cum conſiliis olitoriis, etiam cum ſuperſtitioſa ſignorum cæleſtium obſervatione. Catalogi hortenſium varietatum.

Anhang über das Gartenbuch, worinn 50. merkwürdige Fragen &c. anno 1700. Ad rem hortenſem, & artificia olitoria.

Deliciarum hortenſium &c., oder Anleitung, wie ein Kuchen - Blum - und Baumgarten anzurichten Magdeburg 1705. 8°. Breviter cultum dat arborum fructiferarum vulgatiorum.

Michael Friderich RICHTER *De Cochenilla* Lipſ. anno 1701. 4°.*. Eſſe animalculum contra POMETUM recte defendit, quod & ipſe integrum viderit. Videri eſſe de genere inſectorum, qualia in foliis Urticæ viderit, quorum metamorphoſin deſcribit. Germanice etiam prodiit, cum titulo *Phyſicaliſcher Tractat von der raren Conzenille* Lipſ. anno 1703. 8°.*.

J. Chriſtoph. OLEARII *Hiſtoria der Schwarzenburgiſchen Reſidenz Arnſtatt* Arnſtatt 1701. 8°. In capite IV. Tom. I. catalogus exſtat alphabeticus plantarum circa Arnſtatt naſcentium.

EJUSDEM *Aloëdarium hiſtoricum*, i. e. *Beſchreibung derjenigen Aloën, welche in Europa, ſonderlich in Deutſchland, geblühet* Arnſtatt 1713. 8°. c. figg. BURCKH.

Quedlinburgica officina pharmaceutica 1701. 4°. HEIST.

Gottfried ECKARDT *De nardo piſtica* in collectione Amſterdam 1701. fol.

LUBATA *Adelicher Schauplatz oder Paradies* Prag 1701.

J. Chriſtoph. SOMMERHOF *Lexicon pharmaceutico - chymicum* Noribergæ 1701. fol.

J. Gottfried GOTTLIEBS *neu eröffnete Apothecker - Schul* Frankfurt und Leipzig 1701. 4°. RINK.

Daniel ALBERTI *Churſächſiſche Hauswirthſchafts - Kunſt* Leipzig 1701. 12°.

Adams BRENDEL περι των φαρμακων ἐν τοισιν ἱεροισιν εγχωμησει παρα θεων κιτημενων Witteberg 1701. 4°. LEHM.

Habet etiam HEFTER BRENDELII diſſ. botanicam XVIII. proventuum horti medici *de plantis flore perfecto ſimplici regulari monopetalo* Witteb. 1718. Proventus ſunt HEUCHERI.

Chri-

Chriſtianus Johannes LANGE, Profeſſor Lipſienſis, obiit anno 1701. Inter ejus *opera medico-practica* Lipſiæ anno 1704. fol.*, cura A. Q. RIVINI edita, continetur etiam *materia medica*, in qua plantæ medicatæ, cum brevi deſcriptione & virium ſalutarium indicatione.

EJUSDEM Diſputatio *de remediis vulnerariis* Lipſ. 1694. 4°.

Syllabus materiæ medicæ ſelectioris Jen. anno 1701. 4°. *Journ. Sav.*

§. DCCCCXXXVI. *Varii.*

J. CRUSI *Medicamentorum euporiſton theſaurus* London. anno 1701. 12°. FALCONET.

Joſephus del PAPA *De vi venenata vernicis indicæ Phil. Tranſ.* n. 274.

In n. 275. Mors ex nimia doſi Opii intra triduum ſumta.

In EJUSDEM *Trattati varii* Firenz anno 1734. 4°.* exſtat diſſ. de noxis a vernice Chinenſi, & vi ejus venenata, tum de herbis Etruſcis.

GIORN. *de* LETTERATI da GIOV. PELLEGRINO DANDI Forli 1701. fol.

§. DCCCCXXXVII. *Galli Varii.*

Le CLERC *Catalogue des drogues* Paris anno 1701. 12°. FALCONET.

Eſtampes pour ſervir a l'hiſtoire des plantes Paris 1701. fol. 2.Vol. MEAD.

J. RIBEIRO *Hiſtoire de l'Isle de Ceylan traduite du Portugais* Trevoux anno 1701. 12°. habet etiam arbores.

§. DCCCCXXXVIII. *Caſpar Commelyn.*

Caſparus COMMELYN medicus, *Johannis* ex fratre nepos, edidit Amſtelodami anno 1701. fol.* *Partem alteram horti medici Amſtelodamenſis*, pariter Belgice & latine. Multæ hic Aloes ſpecies, aliquæ ſine flore, inde Aſteres & adfines, tum Elichryſa, Ferula galbanifera Haemanthus, Hura, Jacobeæ, Ketmiæ, Loti, Phlox, Salviæ, Euphorbium, quod putat verum præſtare gummi officinarum, & recte ad Tithymalos refert, Valerianellæ. Cheiranthi novum genus introducit. Plantæ Africanæ numeroſæ. Icones præfecti horti ſplendidiſſime curabant delineari.

Catalogum horti medici Amſtelodamenſis anno 1697. 1715. & 1724. excuſum recenſet Cl. SEGUIER. Liceat dubitaſſe de his catalogis, cum certe *Johannis* nomen editioni anni 1702. præfixum ſit. *Catalogum uſualium plantarum horti medici Amſtelodamenſis* Jenæ 1698. 8°. reperio in B. UFF. qui puto error eſt.

Præludia botanica dicta, cum demonſtrationes exoticarum annis 1701. & 1702. *auſpicaretur*. Leid. anno 1703. 4°. Osb. & *Journ. Sav.* quæ recuſa ſunt anno 1715. 4°.*. Duæ ſunt *orationes*, in quarum priori defendit, Scadidacalli eſſe verum Veterum Euphorbium, varioſque errores Dalei & Ettmulleri corrigit, atque Tithymalorum ſpecies aliquas delineat. In poſteriori aliquas fere Aloës ſpecies recenſet.

Plantas rariores & exoticas horti Amſtelodamenſis æri inciſas Leidæ anno 1706. 4°. prodiiſſe video *Journ. Sav.* recuſas anno 1715. 4°.* 1716. 4°.*, qui duo tituli ſunt ejusdem libri. Icones 48. nitide ſculptæ, plantarum eo tempore rariorum. Flores adduntur pluſculis Aloës ſpeciebus, qui in prioribus iconibus deſiderantur.

De *Botanographia*, quæ *Flora Malabarica* dictum eſt Leid. 1718. fol.

Nomina etiam & adnotationes ad Merianæ Surinamenſia inſecta addidit.

§. DCCCCXXXIX. *Ephemerides Nat. Cur.*

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* IX. X. obſ. 128. *Matthæus* Blau De carbonibus ad radices Artemiſiæ.

N. 129. De Amuleto radicis Verbaſci adverſus apoplexiam utili.

In *Cent.* II. n. 103. Melonem dicit ex ſemine Cucumeris natum.

J. *Henrici* Hottinger, Tigurini medici, Roſæ proliferæ *Miſc. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* IX. X. n. 132.

N. 224. Ab aqua Borraginis, qua manus lotæ, pruritus & puſtulæ.

J. *Bapt.* de Wenck Variæ vires ligni Lentiſcini in aqua infuſi *Dec.* III. *ann.* IX. X. n. 135.

J. *Chriſtophorus* Gottwaldt n. 160. Planta maritima, quam vocat Equiſetum ſubmarinum lapidefactum.

Ejusdem De Eruca in ligno fagino reperta *Nov. Lit. Mar. Balth.* anno 1705. m. Octobr.

§. DCCCCXL. *Ægidius de Koker & Belgæ.*

Ægidii de Koker *Plantarum uſualium horti medici Haarlemenſis Catalogus* Haarlem anno 1702. 8°.*. Nomina, ſynonyma aliqua, & loci natales, inter quos nonnulli memoria digni.

Adriani Paars *Index botanicus of naamroll van de Bataviſe en Hollandze Schryvers* Leiden 1701. Hausvat. alia dicitur.

Pharmacopœa Amſtelodamenſis Leid. 1701. 8°.

Theſau-

Theſaurus diſſertationum theologico-philologicarum Amſterdam 1701. fol. Earum multæ ſunt argumenti botanici.

Inter eas eſt *Jacob.* ZIEGLER *de oleo unctionis.* Pleraſque ſuis locis diximus.

§. DCCCCXLI. *Ludovicus Lemery.*

Ludovici LEMERY, *Nicolai* filii, Academici Pariſini, *Traité des alimens — leur différence & leur choix, leurs bons & mauvais effets &c.* Paris 1702. 12°.* Anglice 1704. 8°. Venetiis recuſum eſt anno 1704. 12°. Ad plantas potiſſimum pertinet, quarum deſcriptio vireſque ſimplices ſunt, nihilque habent reconditi. Altera ſucceſſit editio, ab auctore aucta Paris anno 1705. 8°. 1715. 8°.

Tertiam editionem multum auctam reddidit anno 1755. 12°.* D. *Jacobus Johannes* BRUHIER. Præmiſit EDITOR *Traité des alimens en général,* pene phyſiologici argumenti. Auxit etiam LEMERYI opus pluſculis de rebus Indicis additamentis a viro communicatis, qui in coloniis Gallorum vixerat. Recenſet hæc omnia BRUHIER, & nupera addidit inventa vireſque aliquas medicas. Compilatoris veſtigia reperias, neque enim, niſi qui Belgam exſcriberet Gallus, dixerit *Thee Kayſer.* Recens oleum Papaveris narcoticum eſſe contendit. Modus in lixivio ſiccandarum uvarum verior eſt. Lentes pro ſalubri habet alimento. Petroſelinum tuſum ad ſubluxata laudat. Non bene Salſifi cum Dauco confunditur, neque certum eſt in Braſilia Cinnamomum provenire.

IDEM in *Mém. de l'Acad. des Scienc.* anno 1702. De analyſi plantarum poſt fermentationem, alia dante elementa, quam quidem ea omiſſa.

Anno 1703. De analyſi Groſſulariæ fermentatæ.

Anno 1704. De inexſpectato eventu inſitionis.

Anno 1705. De deſtillatione Camphoræ; cujus quam vocant *rafinationem* putat ſe detexiſſe.

Anno 1707. Verum ferrum in plantarum cineribus reperiri.

Anno 1708. Confirmat ferrum eſſe in plantarum cineribus, quale ſit in vitriolo.

Anno 1719. & 1720. Contra analyſes vulgares.

§. DCCCCXLII. *Richardus Mead.*

Richardi MEAD archiatri, viri ſplendidi & eruditi, *Mechanical account of poiſons* London anno 1702. 8°. 1708. 8°. BUR. 1729. 8°. 1747. 8°.* editum opuſculum; latine verſum & Gœttingæ recuſum anno 1749. 8°.* a Cl. OEDERO tum

tum Francofurt. 1763. 8°. Pertinet huc Tentaminis IV. pars, quæ de Cicuta, tum aquatica (non bene cum Oenanthe STALPAARTI confuſa) & Aconito agit; tum totum Tentamen V. de *Opio*, cujus analyſin MEADIUS dat, gratum in ventriculo ſenſum excitare adnotat, & omnem irritationem minuere; experimentum etiam in cane factum adducit. Subjicit de viribus pernicioſis aquæ Laurocerasi adnotationem. In *tentamine* III. Lichenem terreſtrem cinereum, cum piperis dimidio conjunctum, negat unquam a morſu canis rabidi datum medicum fefelliſſe, dum prius propinaverit, quam æger aquam horreat.

IDEM id ſpecificum adverſus venenum canis rabidi medicamentum DAMPIERIANUM publicavit in *Daily advertiſer* anni 1735. 21. menſ. Auguſt. Verum id quidem remedium ſæpiſſime fefellit.

§. DCCCCXLIII. *Georgius Erneſtus Stahl.*

Georgius Erneſtus STAHL, vir acuti ingenii, ſed difficilis, & qui aliam amaret faciem rerum intueri, quam vulgo ſolet, herbariam equidem rem vix adtigit, in chemicis occupatus. Neque tamen auxilia vegetabilia adſpernatus eſt, multum Millefolio uſus & Tragoſelino. Huc vero potiſſimum pertinet ejus *adnotationes, ad artem tinctoriam fundamentalem, oder gründliche Anweiſung zur Färbekunſt* Jenæ anno 1702. 8°.* (ſed dedicatio eſt anni 1682.) excuſam (*f*). Liber ipſe practicus eſt; in eo de materie colorante breviſſime agitur: de modo fuſius, quo colores lanæ aut ſerico imprimuntur. COLBERTI edicta anno 1672. ad impediendos colores fugaces publicata continet (*g*). Sollicite fere eæ herbæ tinctoriæ colores proſcribuntur, quas LINDERUS & LINNÆUS commendant. Vix tamen definitæ ſunt principes plantæ tinctoriæ. Quomodo differt *Vouede* ab *Iſatide? Garouille* quid ſit, aut *rodoul*, ne ſuſpiceris quidem. STAHLIUS Germanorum artificia cum Gallicis comparat: de Indico, quod Galli, eo ævo, parce adhibebant, Germani vel ſolum, vel eadem cum Iſatide copia recipiunt. Agarici ad nigrum colorem utilitatem vix admittit. Etiam Hypericum (*Johans Blume*) & Melilotum ad flavum colorem adhiberi. Ubique chemica principia ad phænomena artificum declaranda adhibet. Quid gallæ & ſalia & alia additamenta in arte tinctoria poſſint, ſagax inquirit. Quæ nigra voles eſſe, debere prius cærulea fieri: quæ vero ad nigrum colorem requiruntur, accurate pertractat.

Appendicis loco materia tinctoria ſingulatim docetur, & hiſtoria botanica paſſim compilatur, Indici & Kermes.

Denique conjuncta eſt *Vollkommene Entdeckung der Färbekunſt* Jenæ anno 1703. 8°.*, ſive ars tingendi ſerica colore vario: deinde lanæ: inde lintei tinctura. Adjecta eſt diſputatio de Polygono tinctorio, denique cinerum clavellatoruum hiſtoria.

Nonne

(f) Conf. T. I. p. 618.
(g) HELOT valde hæc edita laudat, & ſpernit le teinturier parfait *Preface.*

Nonne idem *le Teinturier parfait* Leid. 1705. 8°. 1716. 8°. *The art of dying* London 1705. 8°. OSB.

EJUSDEM clari viri *Zymotechnia fundamentalis Ratisbon.* jam ann. 1697. 8°. edita VATER, deinde anno 1734. 8°.*, etiam inter *opuſcula* Hall. 1715. 4°. edita ordinum ducebat, & in fundamentorum Chemiæ P. III. redit. Eximio opere hiſtoriam fermentationis vini, ſubtiliter & ad mechanica uſque artificia deſcribit, ut etiam figuram dolii ad fervendum facere putet. Artificium vini per congelationem denſandi docet. Nucem moſchatam vim inebriantem augere. De acetificatione &c.

In *Chemia fundamentali* Noriberg. anno 1723. 4°.* edita, & anno 1746. 4°. 2. Vol. recuſa*, inque ejus T. I. aliqua reperias de vegatabilibus, de eorum ſale volatili & ſulfure, & de Lycopodii ſemine, & in T. II. de fermentatione.

EJUSDEM *De alterantibus & ſpecificis* diſp. Hall. anno 1703. 4°.* Laudat Millefolium, Nicotianam, Feſtucæ quamdam ſpeciem.

EJUSDEM Diſputatio *de impoſtura Opii* Hall. anno 1707. 4°.

EJUSDEM *Materia medica*, d. i. *Zubereitung, Kraft und Würkung der Arzneyen* Dreſden anno 1728. 8°.* 1731. 8°. ex codice M.S. latino Germanice verſa, neque adeo auctoris ultimam limam experta eſt. Pars minor cæterum boni operis ad plantas pertinet. Hic primum recte videas diſtingui, quæ plantæ vires ſuas ſpiritui vini tradant, quæ aquæ: hic etiam & extracta utriusque generis ſeparantur, qua methodo NEUMANNUS multum uſus eſt. De ſpiritibus ergo plantarum agit, deque aquis ſtillatitiis, inter quas eas negat vires medicas habere, quæ odorem plantæ ſuæ non retinuerunt: inde de oleis & ſalibus, quorum eos, qui in igne permanent, negat differre.

§. DCCCCXLIV. *Olaus Celſius.*

Olai CELSII, theologi, veri hiſtoriæ naturalis in Suecia reſtauratoris, qui LINNÆUM primus ad magnos auſus excitavit, *botanici ſacri Exercitatio* I. *de malo Hierichuntino* Upſal. anno 1702. 4°.

EJUSDEM *Exercitationum ſacrarum de Palma* c. 1. Upſal. anno 1711. c. 2. & 3. anno 1720. Hebraicæ & Arabicæ linguæ peritus, id ſibi ſtudium propoſuerat, ut plantas biblicas explicaret; non is imperitus rei herbariæ.

EJUSDEM De *Abbub Roch Talmudicorum, ſeu Fiſtula paſtoris Act. Lit. Suec.* anni 1725. p. 6.* Eſſe Sempervivum majus.

EJUSDEM De *Pakkyoth* & *Pekaim* ibid. anno 1726. p. 159.* Eſſe Cucumerem ſylveſtrem.

EJUSDEM *Melones Ægyptii ab Iſraëlitis deſiderati, quinam fuerint* Leid. anno 1728. 8°.

EJUSDEM

Ejusdem De *Abjonoth* Capparide, *Agur* Juglande, & *Agmon* Arundine Act. *Lit. Suec.* anno 1731.*

Ejusdem De *Oren* Orno anno 1732.*

Ejusdem De *Eres*, quæ Pinus ſit anno 1733.*

Ejusdem De *Eſob* Hyſſopo anno 1734.*

Ejusdem De *Allon* Quercu anno 1735.*

Ejusdem De *Beroſch* Cedro Libani anno 1736.*

Ejusdem De *Ahaloth* arbore Aloës anno 1737.*

Ejusdem De *Aelah* Terebintho anno 1738.*

Ejusdem De *Achu* Junco anno 1741.*

Ejusdem *Plantārum circa Upſaliam ſponte naſcentium Catalogus* Act. Lit. Suec. anni 1732. p. 9.* Minime certe contemnendus labor. Fungi, Muſci & Lichenes multi, etiam novi: varietates plantarum raræ & memorabiles. *Appendicem* addidit in *K. Wetenſk Academiens Handling* 1740.

Ejusdem *Hierobotanicon*, *ſeu de plantis ſacræ Scripturæ diſſertationes breves* T. I. Upſal. anno 1745. 8°.*. T. II. anno 1747. 8°.*. Arabes potiſſimum conſuluit, ut plantas Scripturæ Sacræ reſtitueret, & imprimis quidem codicem M.S. *Abu'l Fadli* (*h*). Diſſertationes ſunt ſupra centum, quibus vir Rev. totidem plantas ſacras declarat, quas ex Arabum interpretatione, ex ipſis plantarum notis, veteribusve Scripturæ Sacræ commentatoribus & interpretibus explicat. Dudaim habet pro Zizipho *Nabeca*: *Agu* pro Juglande, *Alah* pro Terebintho. *Dirdar* ſpinoſam plantam interpretatur, *Eres* ipſi eſt Pinus, *Lagnanah* Abſinthium, *Reſch* Cicuta major, *Chedek* Poma de Jericho ſive Melongena. Doctiſſimum opus, & in hoc genere præcipuum.

§. DCCCCXLV. *J. Linder.*

J. Linder, poſt nobilitatem adeptam Lindenstolpe, *de heſperidum pomis* diſputavit Aboæ 1702.

Ejusdem *Liber de venenis* Leid. anno 1708. 12°. recuſus cura & adnotationibus Cl. Stenzelii auctior Francof. & Lipſ. anno 1739. 8°.* Huc pertinent, quæ de venenis vegetabilibus proferuntur. Lindenstolpius breviter plantas toxicas recenſet; Stenzelius ex veteribus potiſſimum loca parallela colligit, tum ex nuperis: Cum venenis acribus medicamenta purgantia validiora conjungit, etiam alia, aliasque plantas vulgo non pro venenis habitas. Inde narcotica, inter quæ Lindenstolpius adnotat, Stramonio ſopitam feminam inſciam mœchum admiſiſſe. Nimis lupulatas cereviſias etiam noxie inebriare

(h) p. 205.

inebriare monet, mortemque ex Hyoſcyami radicibus factam. Inde venena ſterilitatem facientia, alia.

Ejusdem *Swenska färgakonſt med inländske örter — och mineralier* Stokholm. anno 1720. 8°.*. Non ſcopus eſt viro, hic artem tinctoriam docere, nam plerique hi colores inconſtantes ſunt, & obſcuri. Pertinet autem ad quamcunque vim tinctoriam, quæ obtinetur ex plantis Sueciæ indigenis, cum artificiis, quibus ii colores præparantur. Multum utitur Lichenibus. Præmittere ſolet exotica.

Ejusdem *Flora Wiksbergenſis eller regiſter uppa the träd, örter, och gräs ſom kring ſurbrunnen Wiksberg ſås eller wilde wäxa* Stokholm. anno 1728. 8°.*. Exiguus catalogus multis cum varietatibus. Habet Betulam nanam, Salices pluſculas & alias plantas boreales.

§. DCCCCXLVI. *Galli Varii.*

Mémoire pour ſervir à l'hiſtoire des Indes Orientales, contenant une déſcription des Isles du Cap verd, de St. Héléne, du Cap de bonne éſpérance, de l'Isle de Madagaſcar, de l'Isle de Ceylan &c. par un membre de la Compagnie Françoiſe des Indes anno 1702. 12°. cum iconibus.

In *Hiſtoria Academiæ Regiæ Scientiarum* anno 1702. Boutinaud De viribus medicatis ſeminis Helianthi.

Ibid. F. Yon De Thea Martinicenſi.

§. DCCCCXLVII. *Aliarum Gentium.*

Matthiæ Lagunez, Saguntini, *Tract. des fructibus* Lyon anno 1702. fol. Juriſconſultus, agit tamen de olivis, vitibus, & aliis arboribus frugiferis.

Dominici Guilielmini, jatromathematici, *epiſtola de Quinquina cortice* 1702. in operibus omnibus. Quærit de operandi modo.

De animi adfectibus & de Tabaci uſu Ferrar. anno 1702. 4°. An fuerit Aloysii della Fabbra. Ita puto.

Camilli Manara *De Tabaci uſu, in Europeis, & maxime in Inſubribus corrigendo* Madrit anno 1702. 12°. Mediolan. anno 1707. 12°. Corte.

Pharmacopœa Bruxellenſis Bruxell. 1702. 12°.

Breves in eam animadverſiones Lovan. 1704. 8°. Wachend.

Thomæ Campan. Holm *Kort beſkrifning om Provincien nya Swerige uti America* Stokholm 1702. 4°. Vater.

Ferdinandi Nuzzi *Diſcorſo al modo di coltivare la terra della Campagna di Roma* anno 1702. Varium cultum, præter grana, docet.

§. DCCCCXLVIII. *Germani Varii.*

Der curieuſe Pfropf - und Oculier - Meiſter. — wie eine vollkommene Baumſchule anzulegen Hanover anno 1702. 12°. ex Gallico verſum.

Nürnbergiſches Kochbuch Nürnberg 1702. 8°.

§. DCCCCXLIX. *J. Henricus Burckhard.*

J. Heinrici BURCKHARD, medici Wolfenbuttelani & polyhiſtoris, *Epiſtola ad* LEIBNIZIUM, *qua characterem plantarum naturalem, nec a radicibus, nec ab aliis partibus plantarum minus eſſentialibus peti poſſe oſtendit* anno 1702. Wolfenbuttel edita, recuſa *cum luculenta* HEISTERI *præfatione* Helmſtätt. 1750. 8°.*. Eſſentialem characterem vir Cl. in flore ponit, inque tubis omnino & apicibus. Non vult ob diſcrimen in numero loculorum, aut ſegmentorum floris, genera divelli, & recte adnotat, rationem ſtaminum ad floris partes eſſe eamdem, quando aut flos ipſe, aut fructus, numero ludit. Claſſes ſuperiores a ſtaminibus, inferiores a tubis ſumit.

Scopus erat Cl. viro ALEXANDRUM C. GAKENHOLZ refutare, qui paucis antea menſibus ſcripſerat, & ipſe ad LEIBNITIUM, *de emendanda & rite inſtituenda medicina*, Cell. anno 1701. 4°. & a radice characterem ſumi poſſe docuerat, floriſque inconſtantiam defenderat.

IDEM ALEXANDER CHRISTOPH GAKINHOLZ *De vegetabilium præſtantia & indole* dixit Helmſt. anno 1706. 4°.*. De plantarum ſenſu, & de eo quem nunc dicunt ſomnum. De earum uſu vario.

EJUSDEM *De materia medica* Helmſtätt. 1702. 4°.

Et *genera plantarum Tournefortii* Helmſt. 17 . . . 4°. HEISTER.

§. DCCCCL. *Angli Varii.*

Samuel GILBERT *The floriſt's Vademecum* London 1702. 8°. 1704.

In *Phil. Tranſ.* n. 278. Cl. STRACHAN, qui Ceyloniam adierat, agit de Cinnamomo, ejusque Camphora.

In n. 279. IDEM De cultu Nicotianæ apud Cingalenſes.

N. 283. De Coralliis, Ficu Indica.

Abraham de la PRYME n. 281. experiendo comperit, macerata ſemina nihilo citius aut rectius vegetare; nitrum nihil boni facere, neque tartari ſalem; alumen etiam nocere.

Samuel MORLAND n. 287. confirmat, farinam antherarum eſſe maſculum ſperma; piſtillum tubum eſſe, per quem id ſperma ad fructum penetret, retentum

tentum a villis viſcidis ſtigmatis. In fabis pro ingreſſu pollinis manifeſtam eſſe feneſtellam.

François MONK *Pharmacie abregée* London 1702. 8°. HEIST.

§. DCCCCLI. *Létres édifiantes & curieuſes.*

Hoc anno, ut ex privilegio video (*i*) bibliopolæ, collectore *Carolo* le GOBIEN ceperunt prodire *Létres édifiantes & curieuſes, écrites des Miſſions étrangéres, par quelques Miſſionaires de la Compagnie de Jeſus* Paris Volumina 28. ni fallor. Eorum multa ad converſorum paganorum hiſtoriam pertinent; intercedunt tamen itinerum deſcriptiones, & noviter detectarum regionum: ſubinde etiam aliqua ad artes ipſamque rem herbariam facientia. Eo referas in *Recueil* IV. iter *Caroli Jacobi* PONCET, medici Galli, annis 1698. 1699. 1700. per Æthiopiam ſeu Abiſſiniam ſuſceptum. Eſt cur ſuſpiceris, non plenam fidem mereri; civitatem Gondar vocat Æthiopiæ, quæ mobile ſit mapalium agmen: cibos deſcribit felle tauri temperatos, quod omnem fidem excedit. Plurimas tamen arbores Ægypti ſuperioris & Nubiæ deſcribit, & radicum Eſulæ in lacte infuſarum familiarem uſum.

In X. *Recueil* P. JARTOUX aliqua de Ginſeng habet, cum figura radicis, baccæ, & folii, nimiisque laudibus. Redit in *Phil. Tranſ.* n. 335. & in *Relat. des Voyages au Nord* T. IV.

De Moxis gente Americana, etiam ibi corticem Peruvianum naſci & Chacarillam.

In XI. *Recueil* P. JACQUEMIN hiſtoriam naturalem Inſulæ Tſchongming dedit, non omiſſis terræ fructibus. P. GABRIEL regionis Ilinorum rariora; P. TAILLANDIER modum, quo in Inſulis Fortunatis vinum malvaticum parant, & alia. Lignum Campechianum ſupra Acapulco in montibus provenire.

In Tomo XVI. Plantæ Inſulæ *Bourbon* deſcribuntur, & inter eas Caffea ſpontanea. Deinde plantæ Inſulæ Pulo Condor. Deſcriptio arboris *Ouathier* flore tulipæ, ſexu diſtinctæ.

In T. XVII. Aliqua de Gale cerifera, & Saccharo acerno Americæ Septentrionalis. — Inde fabuloſa quædam de planta in vermem tranſeunte, de Ginſeng, de aliis plantis medicatis Sinenſium, de Rheo barbaro. Aliqua etiam de plantis Europeis, a Jeſuitis in itineribus Tartaricis lectis, fructibusque in Tartaria edulibus.

In T. XX. De Arundine Tongtſao, ex cujus medulla flores factitii Chinenſium parantur, deque artificio, quo id opus ea gens expedit. De fructu eximio Focheu. De Cacao ſpontaneo ſylvarum Guineæ. De plantis Chinenſium Chingmo ſudorifica, de ſarmentoſa alia Koken ad febres acutas utili, de

(i) Nam editio mea eſt anni 1717.

Tſchi-fiao-teu, piſis inauratis antihydropicis, de Chogo Pæonia, de King-inchoa Caprifolio ad ulcera, & cancros ſalutari. Semel moneo, omnia iſta ita obiter deſcribi, ut adgnoſci nequeant.

T. XXI. Aliqua de plantatione herbæ Apalachines, quæ in Paragay colitur.

T. XXII. Pluſcula de Chinenſium artificiis, pulveris Nympheæ uſu ad vapores odoratos; argento vivo, quod ex Portulaca parent, quo argumento, neque ſolo, oſtenditur, non poſſe his viris, alias curas ſequentibus, plenam dari ſidem.

In T. XXIV. De arbore fructifera perutili circa Velur naſcente: deinde de arboribus Chinenſibus Seſte, Litſchi & Acacia tinctoria; omnia ex herbario Chinenſi, neque ad naturam. De Chenopodii etiam Lini folio varia virtute, & de pappis Salicum.

T. XXVI. P. Coeurdoux De herbis tinctoriis & arte tinctoria Indorum oræ Coromandeliæ, & potiſſimum de Myrobalano Cadu, & ejus vi ſtyptica, de Indico, de Gallio Schaja, cujus radix Rubiæ locum tenet.

In T. XXVII. Iterum ars tinctoria Coromandelica recenſetur, Myrobalanus, Galla Cadu Caye, Chajaver Gallium cæruleum magna radice rubra, Galla Cadu caipu in Myrobalano naſcens.

In XXVIII. Ad eamdem artem tinctoriam: de infuſione arboris Najurioi, arbore Caſche, arbore Nuna. Et alio loco de arbore cerifera Chinenſi, diverſiſſima a Gale Caroliniensi. Hæc cera inſectorum opus eſt.

§. DCCCCLII. *J. Jacobus Scheuchzer.*

J. Jacobus Scheuchzer, phyſices univerſæ, Geodeſiæ, & hiſtoriæ ſtudioſus, vir laboris indefeſſi, rem etiam herbariam Helvetiæ pene deſertam ſuſcitavit, potiſſimum Alpinam. Ab anno 1702. cepit ſingulis fere annis iter in Alpes moliri, quod deſcriptum daret: multas autem raras & perpulchras ſtirpes per eos labores detexit, quas deſcripſit, quas etiam ſculpi curavit, multo nitidius, quam ex editis æſtimes. Video enim eas, quæ Tiguri ſculptæ ſunt, tabulas, multo pulchriores eſſe iis, quæ in Anglia, aut in Belgio prodierunt. Primum iter in cœnobium Engelberg, morbo proprio infeſtatum, anno 1702. ſuſcepit, & eodem anno deſcripſit, cum titulo ουρεσιφοιτης *helveticus, ſeu itineris alpini deſcriptio phyſico-medica* Tigur. anno 1702. 4°.*. Nomina plantarum ſubjecit, quas in eo itinere decerpſiſſet.

Idem iter & alia duo annorum 1703. & 1704. Londini anno 1708. 4°.* edidit, cum eodem titulo ουρεσιφοιτης, *ſeu itinera alpina tria.* Plantas in priori editione tantum nominatas excutit hic, & deſcribit, atque comparat: multo etiam numeroſiores ſtirpes recenſet, & aliquas depictas dat, iconum ſumtus ſuſcipientibus Anglicæ Societatis ſodalibus.

Multo

Multo autem amplius eſt iter & fecundius, quo anno 1703. Rhætiam adiit, etiam tranſalpinam, Clavennenſem, ſuperato inde Speluga. M. hinc Julio. Multum hic plantarum deſcripſit, novamque & pulcherrimam Saxifragiam, & Rapunculum ſpica foliis inſidente. Tabulas hujus itineris PETIVERIUS repetiit.

Tertium iter anni 1704. in Fabariis thermis ſubſtitit, neque huc facit.

Majorem collectionem, ſeu *itinera per Helvetiæ alpinas regiones* Leidæ anno 1723. 4°. 2. Vol. edita*, complectuntur priora illa, & ſex præterea alia.

Quartum iter anni 1705. immenſo labore per alpes Glaronenſes in Urienſes, tunc per Gotthardum & montem Soy in Rhætos, perque Criſpaltum iterum in Urienſes, porro per Furcam in Valeſiam, perque Gemmium in Bernenſem ditionem, ſuprema per alpium culmina, & fontes Rheni, Ticini, Rhodani virum indefeſſum duxit. Neque plantis ſterile fuit.

Horum quatuor itinerum præcipua momente redeunt in Tomo III. *der Naturgeſchichte des Schweizerlandes* Tiguri anno 1708. 4°.* omiſſis plantis.

Brevius *quintum* iter, quo anno 1706. vir Cl. Pilatum adiit & Jugum. Bugulam hic rubram reperit.

Omnium ditiſſimum fuit iter anni 1707. quo denuo Rhætiam tranſalpinam repetiit, Spelugamque & Furculam M., perque Albulam montem in Rhætiam rediit, aſperrimis jugis ſuperatis. Hic Cherleriam noſtram, trifoliæ Cardamines varietatem, omnes perpulchras, & Caricem fætidam dixit.

Reliqua itinera annorum 1709. & 1710. vix merentur alpina dici.

In verſione Germanica, *Reiſen über die Schweizeriſche Gebürge* a J. *Georgio* SULZER viro ILL. Tiguri anno 1746. 4°. edita*, botanica omiſſa ſunt.

In tribus tomis *Beſchreibung der Naturgeſchichte des Schweizerlands* Tiguri anno 1706. 1707. & 1708. 4°. editis*, aliqua, non tamen multa, ad plantas ſpectant, ut in T. I. de vino Tigurino, & de humili ſtatura atque duriori indole plantarum alpinarum.

Sic in alio opere, cujus tres Tomi *Beſchreibung der Elementen, Gränzen und Berge des Schweizerlands* Tiguri anno 1716. ſqq. 4°.* editi ſunt. In T. I. ex CLEMENTE aliqua habentur de plantis nonnullis indigenis, *Erdnuſſe* flava radice, *Weiſſwurz* radice dentium ſimili, in valle Embtis utraque. Huc etiam pertinet in Tomo III. oryctographia, & catalogus plantarum, quarum effigies in lapidibus exſtat, potiſſimum ex Coralliorum genere.

Hæ ipſæ plantæ in *Muſæo diluviano* Tiguri anno 1709. fol. edito*, inque *herbario diluviano* Leidæ anno 1723. fol.* auctius excuſo, æri inſculptæ traduntur. Potiſſimum Filices ſunt & cryptogamiæ, pleræque peregrinæ.

Denique paulo ante mortem magnum opus edidit, variis linguis, latine tamen melius, excuſum Auguſtæ Vind. anno 1731. 4. Vol. fol. cum titulo *Phyſica ſacra;* Germanice etiam editum & Gallice Amſtelodami anno 1734. fol. 8. Vol. In eo plantæ biblicæ exponuntur & delineantur, cum characteribus Tournefortianis, nonnunquam cum critico aliquo judicio, aliquanto magis pictorie.

EJUSDEM JOBI *Phyſica ſacra, oder Hiobs Naturwiſſenſchaft, verglichen mit der heutigen,* Zurich 1721. 4°. 1740. 4°. omnino etiam huc ſpectat.

In *Galer. de Minerv.* T. VI. p. 48. recenſuit plantas alpinas. Miſerat eas anno 1705.

In *Miſcell. Lipſ.* T. V. aliqua habet de Secali corniculato, indeque orta gangræna.

Integram hiſtoriam plantarum Helvetiæ meditabatur (*k*), octo in fol. Voluminibus edendam, ad quam FUCHSII icones & alias, ſibi proprias, deſtinabat, ordine alphabetico, graminibus ex fratre ſumtis, interſperſis hortenſibus. Verum ea omnia interciderunt, cum præmatura morte anno 1733. abriperetur.

§. DCCCCLIII. *Johannis Freind.*

Johannis FREIND *Emmenologiam* Oxonii anno 1703. 8°.* editam, & ſæpe recuſam, huc revoces, ob numeroſa experimenta cum ſuccis plantarum facta, quæ creduntur menſes pellere.

§. DCCCCLIV. *Galli.*

C. BIRON *Curioſités de la nature & de l'art, apportées de deux voyages des Indes, en Occident en 1698. 1699. en Orient en 1701. 1702. avec une rélation abrégée des deux voyages* Paris anno 1703. 12°. De medicis Bengalenſibus, eorumque peritia botanica, quam adprime excolunt, de fructibus variis medicatis, aut edulibus oræ Orientalis, etiam Arabiæ. De faba febrifuga (Ignatii), Badian, Litſchi, Palma Novara Bambu, ligno Aquilæ, Cedro, Roſa Jerichuntina &c.

Hiſtoire naturelle & politique de Barbarie Rouen anno 1703. 12°. BURETTE.

Alex. Mich. DENYAU & *Phil.* FONTAINE *An opium dyſentericis ſaluberrimum* Paris 1703. 4°. Conf. p. 28.

Petri BERREAU & *J. Ben.* WINSLOW *E. cerealia & olera agri Pariſienſis ſalubria* Paris 1703. 4°.

Cl. BURLET in *Mém. de l'Acad. des Sciences* anni 1703. agit de Camphoratæ uſu in aſthmate & hydrope: adeſt etiam absque nomine plantæ de Belladonnæ noxia efficacia adnotatio.

(k) Indicat in *Phil. Tranſ.* n. 421.

§. DCCCCLV. *Itali.*

Spoleti RIPORI *Diario dell' agricoltura terreſtre & ſotterranea* Venez. anno 1703. 12°.

Andreæ ANDALORII *Il Caffé deſcritto ed eſaminato* Meſſan. anno 1703. 12°. MONGIT. Vim fere ab aqua calente habere.

§. DCCCCLVI. *Germani.*

V. SPRONG *Cabinet der Verſtoſſen* Francof. anno 1703. 12°. HOTT.

Wohlerfahrner Zwergbaum-Meiſter Lipſ. anno 1703. 8°.

Von den Alraunen-Wurzeln anno 1703. 8°. HEISTER.

Betrachtung der Mandragoræ Coſmopoli 1703. 8°. An idem.

Bernard. BARNSTORF *De reſuſcitatione plantarum* Roſtock. 1703. 4°.

J. Godofredi de BERGER, viri illuſtris & eruditiſſimi, cæterum alia ſtudia ſecuti, practici potius argumenti diſputationes ſunt, *de vi Opii calefaciente* Witteberg. anno 1703. 4°.*, ubi ante nos docuit, dum id medicamentum ſtuporem excitat, idem una febrem facere, ſanguinis motum incitare, in cerebrum cruorem impellere.

EJUSDEM *De China China ab iniquis judiciis vindicata* Witteberg. anno 1711. 4°.*.

De re medica Haag. Com. anno 1703. 12°. De lenientibus & carminantibus.

G. H. BEHRENS *Curioſer Harzwald* Northauſen 1703. 4°. 1708. 4°. 1717. 4°.*. Anglice 1730. 8°. Promittit Floram Hercynicam, quæ nunquam prodiit, quare hic de plantis fere ſilet, præter exiguam duorum Vacciniorum, hortique Heſſenſis memoriam.

J. KUNKELS *Kunſt- Haus- und Wunderbuch . . . im erſten Theile vom Edelſteine und der Probierkunſt . . . im andern von der Deſtillierkunſt, Zubereitung allerley Getränke, Farben und Haushaltungs-Künſten* Nürnberg 1703. 8°.

Curieuſe Unterſuchung etlicher Mineralien, Theer und Kräuter 1703. 8°. UFF.

J. Frid. Joſ. HACKS *neuer ſittlicher Hippocrates, durch rechten Gebrauch Speis und Tranks den rechten Weg zeigend zur Geſundheit* Erfurt 1703. 12°. GUNZ.

J. Ulrici HEGNER *Analyſis fructuum amygdalorum* Baſileæ anno 1703. 4°.*. Recenſui inter ZWINGERIANA.

In *Davidis* vander BECKE *Amœnitatibus phyſicis* Hamburg. anno 1703. 12°.* aliqua huc pertinent, de vi inebriante vini & cereviſiæ, de oleis &c.

§. DCCCCLVII.

§. DCCCCLVII. *Henricus Maundrell.*

Henry MAUNDRELL, theologi, *journy to Jeruſalem* Oxon. ann. 1703. 8°. 1714. 8°. MEAD. & Gallice Utrecht anno 1705. 12°.* Orleans anno 1706. 12°. Antiquitatum potiſſimum ſtudioſus, non neglexit undique rem herbariam: fertilitatem Palæſtinæ confirmavit, adnotavit plantas obvias, verus & integri judicii vir. A ſacerdote Samaritano edoctus eſt, Dudaim fructum eſſe, pomi ſimilem, ingrati ſaporis, puto Melongenam &c.

§. DCCCCLVIII. *J. Jacob Manget.*

J. Jacob MANGET, medici Genevenſis, collectoris, *Bibliotheca pharmaceutico-medica, ſeu theſaurus refortiſſimus materiæ medicæ* Genev. anno 1700. *Journ. Sav.* 2. Vol. mihi anno 1703. 2. Vol. fol.* excuſa, omnino huc pertinet, cum non ſolum materiem medicam ex plantis contineat, undique collectam, ſed figuras aliquas plantarum alpinarum proprias, neque eas malas. Forma eſt dictionarii. IDEM Genevæ 1687. fol. ediderat SCHROEDERI *pharmacopœam* cum BERNARDI de BERNIZ faſciculo, arcanis A. KNOEFFELII, & F. HOFMANNI *theſauro.*

§. DCCCCLIX. *Franciſcus Gentil.*

Le Jardinier Solitaire Paris anno 1704. 12°. 1705. 12°. BURETTE 1712. 12°. 1721. 12°. 1737. 12°. 1742. 12°. Avignon anno 1759. 8°.* Bruxelles anno 1706. 8°. 1749. 8°. CARLSON. Anglice *The carthuſian gardener* Lond. anno 1706. 8°. cujus alium titulum invenio *The retired gardiner by* LONDON and WISE Lond. anno 1706. 8°. HARL. & anno 1712. 8°. Germanice *Nützliche Unterredungen eines Garten-Liebhabers und eines Gärtners* Leipzig anno 1715. 4°.*, cum HESSII opere. Auctor *Franciſcus* GENTIL, Carthuſianus, qui ſuum monaſticum ſtatum paſſim prodidit. Ad ductum D. *de la* QUINTINIE, & ad propria experimenta artis præcepta tradit. Primo libro dat Catalogum ſpecierum arborum fructiferarum, cum judicio, de cujusque præſtantia. Earum cultum, putationem, inſitionem docet. De oleribus parcus eſt. Etiam folia decerpere, vites ad maturitatem perducere docet, peritis laudatus auctor.

In Diario Trivultino anno 1704. m. Octobr. P. ALCAZAR confirmat, Cochenillam eſſe verum animalculum.

EJUSDEM Diarii eodem menſe anonymus Ketmiam Abelmoſch deſcribit.

Menſe Novembri M. BIET egit de compoſitione Theriacæ; & anonymus de Achiote & Indigo.

Menſe Decembri de Apocyno ſcandente.

IDEM

Idem M. Biet anno 1707. menſe Majo epiſtolam in hoc diarium inſeruit de Quinaquina. Eam vult olim corticem fuiſſe radicis, nunc eſſe ligni. Citat relationem, in qua Quinquina vocatur *Mangrove d'Eau*, ab Anglo ergo aliquo exſcriptam. Piſces, ab eo ligno inebriari addit. Reſpondit D. d'Aliveau epiſtolæ, & diſcrimen dat bonæ malæque corticis.

Le *Dictionaire univerſel françois & latin* Trévoux anno 1704. fol. 3.Vol. hactenus ob definitiones plantarum huc pertinet.

§. DCCCCLX. *Germani Varii.*

Jacob Gottschalk *Verzeichniß des Gartens zu Leiden* Ploen 1704. 8°.*. Iterum Catalogus *Florentii* Schuyl, cum verſione Germanica.

Sächſiſches Land- und Hauswirthſchafts-Buch Leipzig 1704. 4°. Zoch.

Lud. Frid. Jacobi *de cereviſiæ bonitate* Erfort. 1704. 4°. Platn.

J. *Adam* Hofsteter *De Papavere & Opio eſculentis* epiſtola Hall. 1704. 4°.*. Exemplum Opii ad drachmas duas & ultra quotidie ſumti.

Georg. Frid. Reichenau *De Opio* Leid. anno 1704. 4°.

Gebrauch und Mißbrauch der allamodiſchen Waſſergetränke, Thee &c. Weſel 1704. 8°.

Georg. Lofhagen in *Novis Lit. Mar. Balth.* (*l*) inter exempla pernicioſorum medicamentorum antifebrilium, hiſtoriam dedit peſſimi effectus granorum Thymelææ.

J. Sigismundi Henninger, Profeſſoris Argentoratenſis, Diſputationes. *De Aniſo* Argent. 1704. 4°. Dat analyſin vulgarem, aquam, ſpiritum, oleum.

Ejusdem *De vomitoriis* 1704. 4°.

Ejusdem *De ſtomachicis* ib. 4°.

Ejusdem *De ſale plantarum eſſentiali* anno 1712.

Ejusdem *De Viola martia purpurea* anno 1712. 4°.* Vim habere alvum ducentem, ſi radicis unciæ duæ vel tres in aqua per noctem infuſæ fuerint. Syrupum etiam integræ plantæ alvum ciere, non item ſyrupum florum. Addit aliqua de lapide violaceo.

Ejusdem

(l) Anno 1704. menſ. Mart.

EJUSDEM *De Milleſolio* anno 1718. 4°.*.

EJUSDEM *Prælectionum in materiam medicam* F. HERMANNI *diſputationes* ſex ann. 1709. & VII. 1710.

Quatuor ſcripta diætetica edidit, quæ ſunt SANCTORII medicina ſtatica, *Franciſci* BACON hiſtoria vitæ & mortis, *Eobani* HESSI carmina, J. B. FIERÆ cœna, & *ſchola Salernitana.*

§. DCCCCLXI. *Chriſtophorus Helwig.*

Chriſtophori HELWIG, medicinæ licentiati, qui Tennſtadii in Thuringia vixit, multa ſunt fere deproperata opera.

EJUS *Curieuſe Beſchreibung unterſchiedener raren Dinge* Frankfurt 1704. 8°. HEISTER.

EJUSDEM *Apotheckerſchatz* Frankfurt 1709. 8°. Leipzig anno 1711. 8°.*. In parte prima habetur materia medica, etiam ex regno vegetabili, ad alphabeti ordinem diſpoſita, cum ſubjectis paſſim utilitatibus.

EJUSDEM *Schatzkammer œconomiſcher Wiſſenſchaften* Frankf. 1718. 8°. ZOCH.

EJUSDEM *Phyſicaliſches und mediciniſches Lexicon* Hanover 1713. 4°.

EJUSDEM *Exotica curioſa, oder Beſchreibung ausländiſcher Dinge aus dem dreyfachen Naturreiche* Lipſiæ anno 1711. 8°.* Erfurt. 1719. 8.*. Plantæ officinarum, cum aliqua deſcriptione & viribus medicatis.

EJUSDEM *Monatliche Kräuterluſt, oder neu angelegter Nutz- und Luſtgarten* (Zittau) Lipſ. anno 1721. 8°.*. Catalogus plantarum in officinas receptarum per menſtrua intervalla, cum virium cenſu.

EJUSDEM *Hundertjähriger Calender* Leipzig 1714. 8°. An idem *nach Art* CHRISTOPH HELWIGS *eingerichteter hundertjähriger Haus-Calender* Naumburg 1764. 4°.

EJUSDEM *Compendieuſes Blumen- und Kräuterbuch*, cum falſo nomine *Valentin* KRÆUTERMANN Francof. & Lipſ. anno 1723. 8°.* 1733. 8°.* 1751. 8°. Iterum plantæ medicæ, cum viribus medicatis, ordine alphabetico.

EJUSDEM *Wohlunterwieſener Apothecker* Arnſtatt 1735. 8°. 1745. 8°.

EJUSDEM *Lexicon materialium exoticorum* Arnſtatt 1730. 8°.

Eodem cum nomine HELWIGIUS edidit J. *Henrici* COHAUSEN *Thee-Tafel,* & adjecit libellum *de Thea, Coffea, Chocolata, Cereviſia, aqua vitæ & Nicotiana.*

CASPARI etiam SCHROEDERI nomine uſus eſt. Cum eo nomine edidit *den wohlzugerichteten und einträglichen Landbau* Frankf. und Leipzig 1715. 8°.

ZOCHA.

Zocha. & *Hausverwalter, oder Garten- Koch- Arzney- und Bienen-Büchlein* Frankfurt 1719. 8°.

Ejusdem puto eſſe *Beſchreibung des Theriaks und Mithridats* Mülhauſen 1704. 8°. & *Sendſchreiben wegen des Honigthaues und Mutterkorns* Langenſalza 1699. 4°. Platn.

§. DCCCCLXII. *Willem Bosman.*

Willem Bosman, mercatoris, *Naauwkeurige beſchryving van de Guineſe Goud Tand en Slavenkuſt,* Belgice Trajecti anno 1704. 4°. B. Carlson. Amſterdam. anno 1709. 4°.*. Anglice Lond. 1721. 8°. Osb. Veri amans homo, quem Boerhaavius multi fecit; Ejus ſedecima epiſtola huc ſpectat, qua plantas præcipuas earumque utilitatem deſcribit. Teſtimonium dat pro amplitudine Adanſoniæ.

P. Graaf *Reiſe na de vier gedeeltens der waerelt met een beſchryving van China* Hoorn. anno 1704. 4°. Carlson.

And. Dominici Sassens *animadverſiones in pharmacopœam Bruxellenſem* editam anno 1702. Lovan. 1704. 4°.

§. DCCCCLXIII. *Galli.*

Voyage du Sr. Paul Lucas, *au Levant, Turquie, Aſie, Syrie, Paleſtine, Egypte,* Paris anno 1704. 2. Vol. la Haye 1705. 12°.

Ejusdem *Second voyage dans la Gréce, l'Aſie mineure, la Macedoine & l'Afrique* Paris 1712. 12°. Bur. Amſterd. 1714. 12°.

Ejusdem *Troiſieme voyage en Turquie, Aſie, Sourie, Paleſtine, la haute & la baſſe Egypte* Paris 1719. 8°. Mead. Rouen 1719. 12°. Burette. Amſterd. 1720. 12°. 2.Vol. Nummos vetuſtos potiſſimum conquiſivit & ad ea adtentiorem ſe præbuit, quæ ſponte ſe conſpicienda produnt. Neque plenam fidem ubique habet. Plantas rarius, aliquando tamen adtigit. Ita Silphionem ſeu Silphium deſcribit circa Cyrenen, ſempervirens (*m*) foliis molliter villoſis, fere Salviæ, flore luteo, in muſcaria diſpoſito, ad Cinaræ modum, idem quod in nummis Jovis Ammonis réperiatur, additque optimum mel ſuppeditare.

§. DCCCCLXIV. *P. J. Marperger.*

Pauli Jacob Marperger *Ausführliche Beſchreibung des Hanfes und Flachſes und der daraus verfertigten Manufacturen* Leipzig anno 1710. 8°.

Ejusdem *Kuchen- und Keller- Dictionarium* Hamburg 1716. 4°.

Ejusdem *Plantagen- Tractat, oder Beweis, was die Cultur fremder und einheimiſcher Plantagen an Bäumen, Kräutern und Gewächſen für Nuzen bringe* Dreſden anno 1722. 4°.

(m) Tom. II. P. 2. p. 86.

Ejusdem *Gazophylacium naturæ & artis, oder neueröfnetes Kaufmanns-Magazin, oder Beſchreibung aller Waaren, welche von den Apotheckern und Materialiſten &c.* Hamburg 1704. 1706. 12°. 1708. 8°. 1732. 8°. Moeller. 1765. 8°. Continet etiam medicamenta ſimplicia.

§. DCCCCLXV. *Angli aliqui.*

Nathanael Baily *Dictionarium ruſticum, Of all ſorts of country affairs particularly the whole art of gardening* London anno 1704. 8°. & auctius anno 1726. 8°. Seguier.

A collection of voyages and travels by J. Harris London anno 1705. fol. 2. Vol. auctior. reddita a Cambell 1715. fol. 2. Vol. Inter numeroſa itinera hic collecta huc pertinet Congani itineris relatio ex *Cavazzio*, tum Nieuwhofii, Ovallii, Baldæi, Thevenoti, Brownii, Gemelli, & alia pluſcula, quæ non alibi legimus.

Ejusdem *Johannis* Harris *Lexicon technicum* anno 1704. fol.* 1708. fol. *Supplementum* ſucceſſit anno 1741. fol.

In *Phil. Tranſ.* n. 290. *Wilhelmi* Oliver medici, non ſatis fida relatio de corticis Peruviani arbore.

Miſcellanea curioſa being a collection of ſome of the principal phænomens in nature T. I. London anno 1705. 8°. T. III. anno 1708. ſunt excerpti ex philoſophicis tranſactionibus loci.

Hiſtory of Virginia London anno 1705. 8°. Gallice Amſterdam 1707. 12°.*. Indigenæ opus, qui etiam plantas ſuæ regionis, ſed ad idiotarum morem deſcripſit.

§. DCCCCLXVI. *J. Hier. Sbaragli & Itali.*

J. Hieronymi Sbaragli *Oculorum & mentis vigiliæ* Bonon. anno 1704. 4°.*. Dum Malpighium undique perſequitur, botanica etiam adtingit, & dendranatomica, ut vocat, & negat iter ſucci a medulla in corticem, cum tamen vaſa abrumpi fateatur, quæ de cortice in medullam inſeruntur. Circuitum ſucci plantarum perinde rejicit, & valvulas, & per generalia argumenta pugnat.

Giovanni Borghesi *Lettera ſcritta da Pondiſceri* Rom. anno 1705. 12°. Medicum ſe vocat miſſionis, quæ eo tempore in ethnicis convertendis laborabat. Botanicen plantasque ejus regionis adtingit.

Petrus Joſeph Rodriguez *apis hyblæa ſ. utilia pharmaca elaborandi perbrevis methodus* Madrit 1705. 4°. Mong.

§. DCCCCLXVII.

§. DCCCCLXVII. *Alexander Thomſon.*

Alexandri THOMSON medici, *diſſertationum medicarum* Leidæ 1705. 8°.* excuſarum, quinta huc pertinet, quæ agat de Opio. Ab eo, ut BERGERUS, ſanguinem ait caleſcere & rarefieri, & ſudorem moveri, inepte ergo corrigi calidis & aromatibus.

§. DCCCCLXVIII. *Germani.*

Hilarius Chriſtian. KANSBOER *De pomis ſodomæis* Kiel 1705. 4°.

G. ALBERT. *Deutſche Anweiſung zum Gartenbau* Cell 1705.

Martin Caſpar WOLFBÚRG. *Paradiſus ſ. Eden* Hafniæ 1705. cum arboribus.

Curioſes Arzney-Kunſt- und Hausbuch Nürnberg anno 1705. 8°.

J. Georgii Guilielmi STARCKE, præſide R. *Chriſtiano* WAGNER, diſputavit Helmſtadi anno 1705. 4°. *de gyris Convolvulorum*, qui libellus, præter omnem ejus ſeculi morem, propria fruge dives eſt. Plantarum ſcandentium omnis generis hiſtoriam percurrit. Inde adnotat, a dextris in ſiniſtra flecti Lupulum, Periclymenum, Fagopyrum, Apocynum, Convolvulum Scammoneam, Turpethum. Contra a ſiniſtris in dextra, Phaſeolum, Cuſcutam, Convolvulum Mechoacan, Jalapam, alios bene multos Convolvulos, & alias nonnullas plantas ſcandentes. Inde a ſemine ipſo, quod deſcribit, rem repetit, inque ſemine plantulam delineatam eſſe ſibi ſumit, gyrosque ipſos: nempe ab altera parte cum uno folio germen eſſe, & in altera majorem partem foliorum ſeminalium, ut planta neceſſario nutet, cum in rectis caulibus radicula cum adſcendente germine e directo prodeat. Deinde ſcandentibus caules omnibus cavos eſſe, fibras valde flexiles & diſtantes. Subtilem addit anatomen plantulæ.

Joh. SIRICII, medici, *Beſchreibung dreyer in Gottorp blühenden Americaniſchen Aloën* Schleswig anno 1705. fol. BURCK. & *Kurze Beantwortung derer von D.* WALDSCHMIDT *gemachten Imputationen wider ſeine — blühende Aloën* ib. anno 1706. 4°.* WALDSCHMIDIUS ex caule, non ex radice, flores aliquos prodiiſſe adnotaverat, quos ex radice natos eſſe SIRICIUS ſcripſerat. Iconem ſuam ab eodem carptam tuetur, & florem contendit hexapetalon eſſe, quem WALDSCHMIDIUS monopetalum fecit.

J. Michael LANGE, Profeſſor Altdorfinus anno 1705. tres diſputationes edidit *de herba Borith*, quæ in unum libellum conjunctæ prodierunt Altdorf. anno 1705. 4°.*. Eruditus & linguarum Orientalium peritus omnino vir, contra RUDBEKIUM juniorem oſtendit, Borith eſſe Kali ſpecies RAUWOL-

BIANAS, & ex iis paratum ſaponem. Reliquæ diſſertationes theologici ſunt argumenti.

Friderici MENZ *De plantis, quas ad rem magicam facere veteres crediderunt* Lipſiæ anno 1705. 4°.*. Literator loca veterum etiam minus nota ad Laurum, Polium, aliasque herbas Magis uſurpatas colligit. De Æſculapio etiam varia.

Salomon FISCHER'S v. ATZENDORF *Unterrichteter Hausvater und kluger Gärtner, nebſt dem vollſtändigen Jägermeiſter* Hanover 1705. 12°. 1737. 18°.

EJUSDEM *Oeconomiſche Schatzkammer* Hanover 1716. 8°.

Der wohlbeſtellte Gartenbau, oder gründliche Anweiſung, wie ein Kuchen-Blum- und Baumgarten mit nützlichen Gewächſen zu beſetzen &c. Ein mediciniſches Kräuterbuch. Ein monatliches Memorial, wornach die Garten-Arbeit anzurichten. Ein Unterricht von der Bienenwartung, vermehret durch A. D. I. L. Leipzig 1705. 8°.

Der allezeit fertige Koch und Speiſemeiſter Frankfurt und Leipzig 1705. 8°. HUTH.

§. DCCCCLXIX. *Daniel Duncan.*

Daniel DUNCAN *Avis ſalutaire à tout le monde contre l'abus des choſes chaudes, & particuliérement du Caffée & du Thée* Roterdam anno 1705. 8°. Anglice 1706. 8°. Germanice Lipſiæ anno 1707. 8°. cum titulo *Mißbrauch hitziger Getränke.* Grati agnoſcimus viri, qui olim etiam Bernæ medicinam fecit, ſapientiam, qui epidemicis præjudiciis contrarium ſe oppoſuit.

Henry BESNIER *Le Jardinier botaniſte* Paris anno 1705. 12°. FALC. anno 1712. 12°. SEGUIER, ut videtur. IDEM qui materiam medicam TOURNEFORTII edidit.

Létre aux Profeſſeurs de Pharmacie de Paris &c. pour ſervir de réponſe à une létre ſur la Thériaque compoſée par M. BIET Paris anno 1705. 12°. Opium non poſſe in lacruma haberi, & egere depuratione.

§. DCCCCLXX. *Petrus Vallemont.*

VALLEMONT *Curioſités de la nature & de l'art ſur la végétation ou l'agriculture & le Jardinage dans leur perfection* Paris anno 1705. 12°. 1707. 12°. FALCONET. 1708. 12°. 1709. 12°. *Journ. Sav.* 1713. 12°. PHIL. 1753. 12°. 2. Vol. Bruxelles anno 1734. 12°. * 2. Vol. Germanice *Merkwürdigkeiten der Natur und Kunſt in Pflanzung der Gewächſe* Breslau anno 1708. 4°. 1739. 4°. Budiſſin anno 1716. 4°. 1714. SEGUIER. 1732. 8°. 2.Vol. RINK. Anglice anno 1707. 8°. SEGUIER. Credulus homo; deditus impregnationi ſeminum, nitro, palingeneſiæ, miraculis variis plantarum, etiam ultra noſtri

ævi

ævi fidem. In Tomo II. fuſe agit de impprægnatione & maceratione varia ſeminum, ex variis ſcriptoribus. Deinde catalogum dat olerum, arcana varia. Inde arborum cura ſequitur, & cultus, putatio, ſitus, heſperides, opera menſtrua, artes colorandorum florum &c.

§. DCCCCLXXI. *Thomas Greenhill.*

In *Thomæ* GREENHILL *νεκροκηδεια or the art of embalming* London anno 1705. 4°.* aliqua huc ſpectant, de Cedria veterum.

Gentleman's recreation in four parts London 1706. 8°. MARSH.

T. FULLERI *Pharmacopœam extemporaneam* Londin. 1705. 8. Vol. huc referas Lovanii 1752. & Lauſannæ 1737. 8°. recuſam, & alias.

Neque ea neque ejusdem *Pharmacopœam domeſticam* ad botanica ſcripta revoces.

§. DCCCCLXXII. *Nicol. Hartſoeker.*

Nicolai HARTSOEKER, diſſ. *Pourquoi les boutons des arbres ne peuvent pas reſiſter au froid du printems* in diario *la République des-létres anni* 1705.

In numeroſis ſuis ſcriptis phyſici argumenti nonnunquam herbariam rem adtigit. Ita in *Cours de phyſique* Hagæ anno 1730. excuſo 4°.* opinionem profert, plantarum ſpecies poſſe perire & novas renaſci, argumento plantarum ex paludoſis Belgii pullulentium.

THORMODI TORFÆI *Winlandia antiqua* Hafn. 1705. 4°. Habet producta regionis.

EJUSDEM *Grönlandia antiqua* Hafn. 1707. 8°. Ita lego, victum etiam ejus gentis tradere.

§. DCCCCLXXIII. *J. Baptiſta Chomel.*

J. B. CHOMEL in Mém. de 1705. dedit iconem Conyzæ Arvernicæ, & Orchidis, quam dixit Limodorum.

Anno 1706. Deſcribit Orobum noſtratem Viciæ foliis.

EJUSDEM *Abrégé de l'hiſtoire des plantes uſuelles* Paris anno 1712. 12°.* 1715. 12°. 2. Vol. ASTR. anno 1725. 12°. 3. Vol. ASTRUC. 1761. 12°. 3. Vol. Amſterdam anno 1736. 3. Vol.* Secundum virtutes medicatas plantæ in Gallorum officinas receptæ diſponuntur, cum virium catalogo & ſynonymis, neque raro propria ad experimenta. Sequuntur, in nupera editione, inque *ſupplemento*, plantæ rariores ex GARIDELLO, SCHROEDERO aliisque.

Diximus Cl. viro tribui *la reponſe a deux létres ecrites* P. C. COLLET *ſur la botanique* Paris 1697. 8°. Conf. p. 7.

J. MASSON

J. MASSON *Le parfait Limonadier, ou la maniére de préparer le Thé, le Caffé, le Chocolat & autres liqueurs chaudes & froides* Paris anno 1705. 12°. BURETTE. Ab artifice ſcriptum.

In Diario Trivultino anni 1705. reperitur *Létre* de M. DALIVEAU De vi venenata ſeminis ricini. De viribus medicatis foliorum Ypecacoanhæ.

Voyage du Sr. LUILLIER *aux grandes Indes* Paris anno 1705. 12°. Plantas ejus regionis adtingit.

Auguſtinus LIPPI anno 1705. egit de Fungo Melitæo Cynomorio in *Mémoire de l'Academiæ.*

IDEM cum D. ROULE' in Abiſſiniam miſſus, cum toto comitatu a Nubiæ regulo occiſus eſt.

§. DCCCCLXXIV. *Franc. Negri.*

Giovanni Cinelli CALVOLI edidit hoc, ut puto, anno, *Franciſci* NEGRI *Deſcrizzione della Laponia*, in qua de Lichene Jöghl, Rhenonum cibo, aliisque diætam incolarum ſpectantibus agit.

§. DCCCCLXXV. *Belgæ.*

In *Ezechielis* SPANHEMII diſſ. *De præſtantia & uſu nummorum antiquorum* London anno 1706. fol. aliqua pertinent ad plantas, quæ in nummis exprimuntur.

Levin. VINCENT *Tonneel der natuer* Amſterdam 1706. P. II. 1715. 4°. Collegit rariora animalia, ſerpentes etiam potiſſimum, tum marina aliqua.

F. J. WINTER *Kentekens en keur van gewaſſen en mineralen* 1705. 12°. LAMBERGEN.

§. DCCCCLXXVI. *J. Jacob Bayer.*

J. *Jacob* BAYER, Profeſſor Altdorfinus, & Academiæ naturæ curioſorum Præſes, vir eruditus, edidit numeroſas diſputationes, partim ſuo nomine, plerumque alieno.

Ergo inter *problemata medica* Altdorfi anno 1716. 4°.* edita, pleraque hactenus huc faciunt, quæſtio nempe utrum vina ſulfurata noxia ſint. An cereviſia cretæ & pulverum injectione fiat inſalubris, & an effectus potus Theæ herbæ tribuendi, an aquæ.

Eodem anno *de viſco* diſputavit anno 1706. 4°.*. Ad medicinam etiam, & ad gluten.

De *Artemiſia* anno 1710. 4°.*. Liquorem fragrantem laudabat, quem ea herba prodat: oleum, etiam & phlegma ſubacidum inde obtinuit.

Abſque

Absque nomine BAYERI prodierunt, quæ ſequuntur, & quæ tamen ſibi vindicavit (o).

M. *Alberti* HERING diſſ. *De Iride* anno 1710. 4°.

J. Friderici OCHS *De ſanguine draconis* anno 1762. 4°.*, qui ſe auctorem præfert. Recuſa exſtat apud VALENTINUM in *Mantiſſa*.

J. Chriſtoph WEISS *De Malo punica* anno 1712. 4°.*, pariter a VALENTINO recuſa.

G. Jac. LANGE *De Millefolio* anno 1714. Laudat quinquagenarius candidatus herbam, ad STAHLII fere mentem, adverſus congeſtiones in vena portarum, mictum cruentum.

Antonii a CLERICIS *De Aſparago* anno 1715. 4°.

J. Georg. Zachariæ DÖDERLIN *De Lilio Convallium* anno 1718.

Georg. Ludovici CORVINI *De Scilla* anno 1715. 4°.*. Piſcibus funeſtam fuiſſe; cum in clibano cum pane cocta fuiſſet, hydropicis profuiſſe.

J. EHINGER *De Lupulo* anno 1718. 4°.*

Guil. Emanuelis FORSTER *De Ariſtolochia* anno 1719. 4°.*. Clematidem laudat adverſus arthritidem.

J. Conrad. KLEIN *De Junipero* anno 1719. 4°.*

J. Chriſtophori SCHEFFLER *De Aſaro* anno 1721. 4°.*. Analyſis poſt fermentationem; ſpiritus ex hac planta ſuavis: igne vero arenæ ſpiritus acidus, deinde ſal volatilis concretus. Ad hydropem herbam utiliter adhibuit.

LEUTWEIN *De fuligine* Altdorf. 1722. 4°.

Gottlob Carol. BACHOV *De Helleboro nigro* anno 1733. 4°.*

J. Conrad. SENNER *De Senna* anno 1723. 4°.*

IDEM BAIER anno 1724. dixit in progr. Mel ſaccharo ſalubrius.

EJUSDEM *Secularis memoria horti medici Altdorfini* Altdorf. anno 1726. fol. Carmen.

EJUSDEM *De hortis celebrioribus Germaniæ* anno 1726. fol.* cum ſequente opuſculo recuſa.

EJUSDEM *Horti medici Academici Altdorfini hiſtoria* Altdorf. anno 1727. 4°.*. Collectio opuſculorum.

EJUSDEM

(o) *Hiſt. profeſſ. Altdorf.* p. 174.

EJUSDEM *Biagraphiæ Profeſſorum medicinæ, qui in Academia Altdorfina vixerunt* Noriberg. anno 1728. 4°. Hic opuſculi mentionem facere oportet ob vitas JUNGERMANNI, CASPARI, MAURITII, & J. MAURITII HOFMANNI, HEISTERI & SCHULZII.

In *Epiſtolis* a morte Cl. viri, a filio editis Francf. & Lipſ. anno 1760. 4°.* nomina Cl. botanicorum reperias, ut tamen aliis fere de rebus hæ epiſtolæ agant.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* II. *obſ.* 177. BAIERUS Aloën Americanam ex ſemine propagari vidit.

§. DCCCCLXXVII. *Germani Varii.*

Petri MANGOLD *De ſex rebus non naturalibus* Baſil. 1706. 4°.

J. Godofr. GRUHLMAN *De novo contra oculorum caliginem remedio tamquam ſpecifico Herniaria* Jen. 1706. 4°.*

J. Henr. MAJUS *De Manna* Gieſſ. 1706. 4°.

J. Wilhelm. BAYER *Oleum faciem exhilarans* Altdorf 1706. 4°.

Dan. MEYER'S *Arcana* 1706. 8°. Inter ea eſt *Sebald.* MULLER *vom Kornbacken.* J. F. H. *Webe- und Färberey.* MULLERI lib. *de pane conficiendo* Lipſiæ prodiit 1716. 4°.

Ludovicus Lucas BAUR *De venenis* Argent. 1706. 4°.

J. Juſt. GRAV *Salubritas Heſſiæ* Hall. 1706. 4°. Plantas indigenas recenſet, inter eas ſennam ſylveſtrem, buxum repentem.

J. Melchior VERDRIES *De ſucci nutritii in plantis circuitu* Gieſſ. 1707. 4°.*. Eum circuitum defendit, plantarum tradit anatomen.

EJUSDEM Pulviſculi ſtaminum delineatio *Act. Erud.* 1724.

Georgius Henricus GOETZ, theologus, *De eruditis hortorum cultoribus* Lubec. anno 1706. 4°. 1726. 4°.*. De theologis aliisque Cl. viris hortorum amantibus.

W. C. RENNIGER *Catalogus medicatorum in officina pharmaceutica Brunſvicenſi* Brunſvig. anno 1706. 4°.

Catalogus omnium medicamentorum aliarumque rerum in officina pharmaceutica civitatis Hanoveranæ proſtantium Hannover 1706. fol.

Anleitung zur Laquir- und Schildkröten-Arbeit Nürnberg 1706. 8°.

Anonymi neueröfneter Schatzkaſten in einem Arzney-Kunſt- und Wunderbuch Nürnberg 1706. 8°.

§. DCCCCLXXVIII. *Varii.*

P. Angeli PAPI *novum de plantarum generatione ſyſtema* exſtat in EJUSDEM *ſacra critica* Rom. 1706. 8°.*

Traité où Abregé curieux & trés utile touchant les jardinages la ſituation d'un jardin, la pepiniere, la qualité & le nom des fruits Paris anno 1706. 12°. BURETTE.

Preſervatifs & remedes univerſels tirés des animaux, des vegetaux & des mineraux par l'Abbé ROUSSEAU Paris 1706. 12°.

J. Baptiſtæ FERMELHUIS *An omni alvi fluxui radix Braſilienſis* Paris 1706.

EJUSDEM *An a potu Coffeæ frequentior apoplexia* Paris 1718.

Létre à l'auteur de la théſe, qui conclut, que le vin de Rheims eſt plus agréable & plus ſain que le vin de Bourgogne Paris 1706. 4°. *Journ. Sav.*

Reponſe a la troiſieme edition de la létre de M. SALINS *contre la theſe ſoutenue a Rheims* Rheims 1706. 4°.

Hiſtoire univerſelle des voyages faits par mer & par terre Paris 1707. 12°. Video in Inſulis Fortunatis plantas tangi.

In *Commentariis Gallicis* anni 1707. Cl. de PAS laudat vires plantæ Peruvianæ Chancelagua (*p*).

§. DCCCCLXXIX. *Angli Varii.*

Hic reputo HENRY LONDON & WISE editionem GENTILII & LIGERII *reviſed with ſeveral alterations who render it proper for English culture* London 1708. 8°. 2. Vol. & cum J. de la QUINTINIE 1710. 8°. 1717. 8°. cum titulo *The compleat gardiner* SEG.

Pharmacopœa Londinenſis or the new London diſpenſatory London 1707. 8°.

Petri PAXTON *A directory phyſico medical* London 1707. 8°.*. Brevem etiam materiam medicam continet.

J. MORTIMER *Art of husbandry* dicetur ad annum 1721., cum ſero didicerim, jam anno 1707. prodiiſſe.

Hic recenſebo RICHARDI BLAKMORE *Creation*, poëma philoſophicum, cujus verſio Germanica prodiit Butzow 1764. 8°. curante J. F. v. PALTHEN.

Charles EVELYN *Ladies recreation, or the pleaſure and profit of gardening impro-*

(p) Hiſt. p. 52.

improved London anno 1707. 8°. 1717. 8°. Osb. Germanice *Vergnügen und Nutzen der Gärtnerey* Lipſiæ anno 1756. 8°.*. Brevis libellus de terra, de floribus, plantisque coronariis, de arboribus floridis, fructibusque, de hibernaculis, de plantis ſemper virentibus, de arboribus ſylvaticis. Artificia intercedunt parvi momenti, neque auctor ſpecierum in plantis peritus fuit. Acceſſerunt duæ epiſtolæ D. Lawrence.

§. DCCCCLXXX. *J. Chriſtian Lehman.*

J. Chriſtian Lehman *De Balſamo Peruviano nigro* Lipſiæ anno 1707. 4°.*. in aqua etiam ſalſa fundum petere, in ſpiritibus acidis natare: cum paucis oleis deſtillatis miſceri: ad ignem $\frac{7}{16}$. fundere olei ſpiſſi; denique acidi, & cum ſale lixivo ferventis: Alia multa experimenta cum eo balſamo inſtituit, laudabili omnino exemplo.

Ejusdem, ut puto, viri eſt *Blumengarten im Winter* Leipzig anno 1718. ut videtur, & 1750. 4°.* Caldarii, non ſumptuoſi, deſcriptio, in quo media hieme Anemonæ, Auriculæ, alii flores, florem producant. Rem ipſam demonſtravit in horto ſuo, anno 1717. & teſtimonia legalia adjecit. Id Caldarium duas habebat contignationes, in inferiori caldarium, tepidarium, frigidarium erat. Teſtis ad legitimi caloris ſedem tranſpoſitis, irrigatione & aliis facilibus artificiis, elegantias iſtas hibernas obtinuit. Belgice prodiit *Nieuwe volmaakte plantagie in den winter* Amſterdam anno 1718. 8°.

§. DCCCCLXXXI. *Galli aliqui.*

In nova Academia Monſpelienſi hoc anno 10. Dec. prælegit Archiater *Franciſcus* (r) Chicoineau de conformitate partium plantarum cum animalium partibus, & de circuitu ſucci, deque ſucco peculiari; ſed de ea Academia dicemus, quando ſermo erit de collectis ejus commentariis.

Ejusdem *An botanica remedia omnibus malis convenientia præbere poſſit* Monſpel. 1710. 12°.

In *Mem.* de 1732. egit de motu mimoſæ ſenſus æmulo.

Létre écrite à un Magiſtrat — pour ſervir de réponſe à un Docteur Romain Dijon anno 1707. pro vino Belnenſi adverſus Campanum *Trev.*

J. J.-S. Roi *Naauwkeurige verſameling der gedenkwaardigſten Zee en Landreiſen na Ooſt en Weſtindien* Leiden 1707. 3. Tom. B. Götting. Plantæ de plerisque amputatæ, ut mera hominum hiſtoria ſuperſit.

§. DCCCCLXXXII. *Itali aliqui.*

Bartholomæi de Martinis *Specimen plantarum inventarum in Monte Baldo, & juxta methodum botanicam deſcriptarum* Veron. anno 1707. 4°. Burette.

Ejusdem

(r) *Journ. Sav. Supplem. ann.* 1707. p. 47.

EJUSDEM *Nuovo invento cioe aggiunta al genere delle Anagallide aquatiche di due non produtte in luce* Venet. anno 1718. 8°. SEGUIER. cum 2. figuris.

Joſeph Aſſiny PALACIOS *Florilegio thorico pratico nuovo curſo chymico* Saragoſſa 1707. 4°. Madrit 1762. 4°. CAPDEV.

Ludovicus TESTI in Tomo V. *Galer. di Minerv.* egit de Tabaco.

Ib. PASQUALE PRATI de vi corticis Chinæ Chinæ.

CAMILLI MANNAE *de moderando panaceæ americanæ abuſu* ſ. *de tabaci vitiis in Europæ* Milano 1707. 12°. CORTE.

Caroli ROSETI *pharmaceuticæ & phytologicæ in* ANDROMACHI *ſenioris theriacam explicationes* Neapoli 1707. Male in nuperis formulis omitti 28. ſimplicia medicamenta veteris formulæ.

§. DCCCCLXXXIII. *Germani Varii.*

Viti RIEDLINI *Medulla pharmacopœjæ Auguſtanæ, cum annexis viribus quorumdam ſimplicium* Augſpurg 1707. 12°. BURCKARD. Practici viri opus, quo præter medicamenta compoſita etiam ſimplicia, & herbas etiam potiſſimum recenſet viresque, & ex quaque compoſitiones docet.

Daniel LANGE *Catalogus der Gewächſe, ſo in dem Laſtropiſchen Garten zu Eimsbuttel gewachſen* Hamburg anno 1707. 8°. Laudatur ab ERNDTELIO.

Arzneybuch mit beygefügter Signatura plantarum und fructuum Nürnberg 1707. 8°. HUT.

Caſpar SCHILLINGER'S *Vierjährige Oſtindiſche und Perſianiſche Reiſe* Nürnberg 1707. 8°. RIV. Plantas etiam tradit.

Audreæ Ludovici KÖNIGSMANN *De antiquitate betulæ pentecoſtalis frondiumque ſacrarum univerſæ* Kiel 1707. 4°. LEHMAN.

J. Andreæ SCHMIDT Progr. *de frondibus feſtivis pentecoſtalibus* Helmſtätt 1707. 4°.

Joh. ZELLER *Docimaſia cauſæ & noxa vini lithargyrio mangoniſati variis experimentis illuſtrata* Tubing. 1707. 4°.* Altdorf 1724. 4°. Utilis, chemica equidem diſputatio. Capite flexus caupo. Vinum plumbo corruptum. Aſthma fecerat, ventriculum exufferat.

Neueröffnetes Raritäten-Cabinet Oſt- Weſtindianiſcher und ausländiſcher Sachen Hamburg 1707. 8°.

L. A. *Curiöſe Vorſtellung ſchöner rarer und nützlicher Künſte* Langenſalza 1707. 8.

Schleſiſches Wirthſchafts-Buch Breslau 1707. 8°. Ligniz 1712. 4°. SEGUIER.

Friderici Sigismundi WURFBAIN *De Rubia tinctoria* Baſil. anno 1707. 4°.*. Microſcopio uſus corticem interius reſinoſum reperit, tum medullam in centro

tro reſina plenam. Infuſi color a ſale lixivo intenditur. Cum ſpiritu vini aurea quaſi tinctura adſcendit, aqua cæterum acida inde habetur.

§. DCCCCLXXXIV. *François Leguat.*

Voyage & avantures de François LEGUAT *en deux Isles déſertes des Indes Orientales &c.* Amſterdam anno 1708. 12°. Hominem ipſe vidi, ſincerum & ſimplicem. A Gallis in inſulam inhoſpitam deportatus cum ſodalibus ſatis commode vixerat, & ſuæ inſulæ rariora naturæ dona & deſcribit.

Benjamin DAPPLES *Mémoire ſur le falltrank ou decoction vulneraire, qui eſt la panacée helvetique*, ap. BERNARD *nouv. de la Rep. des létr.* 1709. Juill. Nout.

§. DCCCCLXXXV. *J. Chriſtophorus Volcamer.*

J. Chriſtophori VOLCAMER mercatoris, qui hortum coluit heſperidesque *Heſperides Noricæ* Germanice ſcriptæ ſunt, & prodiit T. I. Norībergæ anno 1708. fol.* Latine vertit *Erhardus* REUSCH Noribergæ 1711. fol.

Splendidum opus continet Citriorum, Limonum, Aurantiorum, & plantarum inter iſtas hybridarum, multo numeroſiores ſpecies, quam vel COMMELINUS dixiſſet, vel FERRARIUS, cum iconibus, cultu & artibus, quibus in Germania teneras arbores oportet colere. Ornamenta adduntur varia ex fabula, & Geographia ſumta, etiam Gnomonica, Obeliſci. Præfatur *Ehrhardus* REUSCHIUS de heſperidum ſcriptoribus.

Continuatio heſperidum Noricarum Germanice anno 1714. fol.* ſecuta eſt. Ea præter plurima & ſplendida ornamenta, continet novas varietates heſperidum, aut nondum in priori opere editas, aut minus plene. Subjicitur Ananaſſæ multiplex icon, tum aliquot aliæ, Palmarum, Goſſypii &c.

Flora Noribergenſis 1708. fol. cum Heſperidibus. Auriculæ aliæque exoticæ plantæ ſpecioſiores.

Zugab fremder Gewächſe ib. Pariter exoticæ.

§. DCCCCLXXXVI. *Johannes Scheuchzer.*

Johannes SCHEUCHZER quocunque ſe verteret, ſumma laboris pertinacia enitebatur, ut ſumtam ſibi materiem exhauriret, etiam notas & characteres medii ævi, cum is ſibi labor incubuiſſet, Cancellarii Badenſis poſt patrem meum munere fungenti. In Rhætiæ altiſſima valle æſtatem utiliter tranſegit, ſummosque montes adiit: alio itinere Gothardum montem ſuperavit, Regium montem etiam adſcendit.

EJUSDEM *Agroſtographiæ prodromus* Tiguri anno 1708. fol. tabulas aliquas continet, quæ in *agroſtographia* repetuntur.

EJUSDEM

EJUSDEM *Methodus Graminum & adfinium* Tiguri anno 1719. 8°.*. Definitiones dat partium floris, deinde tabulam claſſium, & generum, primorum, & ſubordinatorum, aliquas etiam plantas novas deſcribit.

IDEM anno 1712. ad *Academiam Regiam Scientiarum Pariſinam* itineris anni 1709. in Rhætiam facti hiſtoriam miſit, quæ incommode certe latet in *Commentariorum theſauris ineditis.* Plantas rariores 66. deſcribebat, inter quas novæ nonnullæ.

EJUSDEM *Agroſtographia, ſeu Graminum, Juncorum, Cyperorum, Cyperoidum, iisque adfinium hiſtoria* Tiguri anno 1719. 4°.*. Immenſi laboris opus & hactenus ſine pari. Difficilis claſſis ſpecies omnes minutiſſime deſcripſit, characteres extricavit, plurimos depictos dedit, & ab integro novam hiſtoriam molitus eſt. Plurimas ſpecies ipſe detexit, in Rhætia & circa Tigurum, alias ab amicis, etiam ex India Orientali habuit, alias ita definivit, ut nunc adgnoſci poſſint. Confuſam, etiam apud TOURNEFORTIUM, graminum farraginem, in claſſes, genera, ſpecies ſollicite diſtribuit; Gramina fere quadringenta deſcripſit. Non recuſabo, varietates inter genera reperiri, qui mos eo frequentius apud quemque botanicorum auctorem reperitur, quo ſtudioſius ipſe plantas legerit: neque methodum ubique laudavero, quæ primum hic, poſt leviora RAJI tentamina, conſtituitur. Id potiſſimum incommodum eſt, quod cum longis deſcriptionibus eſſentialia ſigna ſeorſim non definiverit, ex quibus quæque planta adgnoſcitur. Synonyma etiam pauciora addit.

Novum opus paraſſe videtur. Plurima enim Gramina a DILLENIO, MICHELIO, BREYNIO acceperat, quæ ſunt in J. SCHEUCHZERI filii theſauris. Singula fere ſed plena & grandia ſpecimina ſervabat.

§. DCCCCLXXXVII. *Galli Varii.*

M. *Martin*, VOITURII nepos, *Georgica* VIRGILII Gallice vertit, quæ poſthuma prodierunt Rouen anno 1708. 8°.

L'école parfaite des officiers de bouche Paris 1708. 12°. d'ETRE.

In *Diario Trivultino* hujus anni medici Burdigalenſes docent bonum panem ex Aſphodeli radicibus coquere.

DIEREVILLE *Relation du voyage de Portroyal d'Acadie* Rouen 1708. 12°. Amſterdam anno 1710. 12°.*, & in collectione mea itinerum. Recenſeo, cum plantas ad Academiam miſerit, ejusque nomen a TOURNEFORTIO in proprio genere ſit dedicatum. Nam hic, in hiſtoria frigida poëſi miſta, parum habet huc pertinens.

Chriſtophle de JUSSIEU celebrium in re herbaria virorum pater, ſcripſit *Nouveau traité de la Thériaque* Trevoux anno 1708. 8°.* CHARASSIUM plantas non

non ſatis accurate diſtinxiſſe objicit. Percurrit medicamenta, quæ theriacam ingrediuntur, & eorum vires. Ab ipſo MITHRIDATE inventam eſſe.

§. DCCCCLXXXVIII. *Germani.*

A. *Andreæ* PLANTECOVII *De herba promethea* APOLLONII, & PROPERTII literata diſſ. in *Act. Mar. Balth.* anno 1708.

Georgii Philippi NENTER, Profeſſoris Argentoratenſis, *Specimen Commentarii in Dan.* LUDOVICI *pharmaciam* Argentor. anno 1708. 4°.*. Perpetuus eſt commentarius ad purgantia medicamenta; meliores præparationes indicat, & emendationes. Pars botanica minus plena. Non debuiſſet BONTIO credere, Gummi guttæ ex Eſula eſſe.

Frid. ZOBEL *Tartarologia ſpagyrica* Jen. 1708. 8°.

Iſrael Traugott GARMAN *De pane lugentium* Witteberg 1708. 4°.

Benjamin EWALDT *Ezechiæ morbus per vinum curatus* Regiomont. 1708. 4°.

Conſilium de uſu herbæ & potus Theæ & Coffeæ Berolin. anno 1708. 4°.*. Magnæ utriusque laudes.

§. DCCCCLXXXIX. *J. Boecler.*

J. BOECLER *de Spiritus vini & aceti deſtillati noxis* Argentorat. 1708. 4°. HAENEL.

EJUSDEM *De vino* 1716. 4°.

IDEM *Cynoſuram materiæ medicæ* HERMANNI recudi fecit Argentorati annis 1726. 1728. & 1731. 3.Vol. 4°.*, cujus operis pars magna botanici eſt argumenti. Synonyma adjecit, & ſubinde non breves notas, viresque undique collectitias, etiam potiſſimum ex TOURNEFORTIANIS, plantas demum minus celebres, & ab HERMANNO omiſſas, multas etiam omnino in officinis ignotas.

EJUSDEM *De venenis* diſp. anno 1729. 4°. HEFT.

EJUSDEM & HERMANNI (auctoris) *De Fœniculo* Argentor. anno 1732. 4°.*

EJUSDEM *De neglecto remediorum vegetabilium, circa Argentinam naſcentium, uſu, ſpecimen*, quod duodecim comprehendit plantas Argentor. 1732. 4°.*. Pulſatilla, Cymbalaria & aliæ, in officinis ignoratæ. Collectio virium medicatarum ex variis.

Specimen II. ſex *plantas comprehendens* anno 1733. 4°.* Aparine, Butomus, Sagitta, Reſeda, Jacobæa, Plantago aquatica.

EJUSDEM, niſi eſt cognominis filii, *de Coriandro* anno 1739. 4°.

§. DCCCCXC.

§. DCCCCXC. *Itali.*

J. Antonii TERENZONI *Exercitationes circa res non naturales fere omnes* Lucca anno 1708. 4°. Ad alimenta & potum.

Antonii NICOLICCHIA *Uſo ed abuſo del tabacco o ſia diſſ. ſulla utilità e nocumenti del medeſimo* Lyon 1708. 12°. Panorm. 1710. 12°. MONG.

In *Galeria di Minerva* T. VI. anno 1708. iter eſt Jeſuitæ ex Gallia in Regnum Chinæ profecti, in quo aliquæ arbores utiles tanguntur. Idem in Létres édifiantes reperitur.

Hectoris della VALLE *De Chinæ Chinæ in febribus utilitate* ibid. p. 119. Pro eo medicamento, & p. 237. de erroribus circa effectus Chinæ Chinæ.

Ibid. plantæ Liburnenſes VALISNIERI redeunt.

Franciſci TORTI, Mutinenſis medici, *Therapeutice ſpecialis ad febres quasdam pernicioſas repente lethales cum vera China China ſanabiles* Mutin. ann. 1709. (l. excerptus tamen in *Gal. di Minerv.* anno 1708.) Auctius recuſus Venetiis anno 1754. & Francofurti anno 1756. 4°.* Clinicus equidem liber, ſed eximius, quo primum vera utilitas corticis Peruviani adverſus omnes febres periodicas conſtituta fuit.

Idem Mutinæ 1715. 4°. edidit *ad criticam de abuſu Chinæ Chinæ Medicis Mutinenſibus perperam objecto reſponſionem apologeticam.*

J. Paul. NURRÆ *De vera lectione adagii βαμμα σαρδινιακον* Florent. anno 1708. 4°. ſi huc facit.

Nicolai MAINARDES *Della virtu del tabaco* Venez. 1708. 12°. Ex GABR. ab ORTA ſua ſumſiſſe CINELLI.

§. DCCCCXCI. *Angli.*

Jeremiæ WAINEWRIGTH *Mechanical account of the nonnaturals* London anno 1708. 8°. 1718. 8°.* 1737. 8°.* & latine vertente JOHANNE de MARCO Avenione 1748. 12°.* multo auctius. Pars ad alimenta ſpectans brevior eſt. Multum vult ægros ali, & carnibus. De calidis potionibus. In judiciis diæteticis mediocritatem aliquam ſequitur. Coffeæ analyſis: olei copia multum ſuperare alia ſemina: habere enim uncias duas cum ſemiſſe & ſcrupulos in libra, fabas unam unciam grana 40.; triticum unam unciam, drachmas ſex.

Johannes Polus LECAAN ſcripſit *Advice to the gentlemen in the army of her Majeſty in Portugal and Spain* London anno 1708. 8°.*. Poſt practicum opuſculum catalogus ſequitur plantarum medicatarum 50. quæ in Hiſpania ſponte naſcuntur, in Anglia deſideratæ. Deſcriptiones ex CLUSIO ſunt, & adjectæ alienæ nonnullæ icones.

The British Empire in America London anno 1708. 8°. 2.Vol. & alias. Germanice *Das brittiſche Reich in America* Lemgow anno 1740. 4°.* Plantas celebriores breviter tangit.

§. DCCCCXCII. *Sueci & Dani.*

Sophiæ Eliſabethæ BRENNER *Stora Amerikanska Aloen ſom pa Noras ſätegaard i Upland begun to blomſtras i Septemb.* anno 1708.

Axel Olai BANG *De junipero diſſ. botanico pharmaceutica* Hafniæ 1708. 4°.

Henr. DACQUET *Catalogus inſignium naturalium artificialium undique compoſitorum* Delph 1708. fol. etiam corallia, ligna, fructus, ſemina.

§. DCCCCXCIII. *Helvetii.*

J. Jacobi ZWINGER *De valetudine plantarum ſecunda & adverſa* diſſ. Baſileæ anno 1708. 4°.* dicta eſt cum T. ZWINGER operibus.

Hoc anno, vel ſequente, neque enim numerus additus eſt, prodiit *Wolfgang* CHRISTIANS, Poliatri Bernenſis, Chemici, & metallurgi, *Einladungsbrief zu Erforſchung bewährter Hülfsmittel.* Invitat cives ad indagandas plantarum patriarum vires. Addit exempla, de Gentiana, Chamædry, Pirola, Bellide, Lilii albi radice.

EJUSDEM eſt *Theſaurus Ludovicianus, ſeu Compendium materiæ medicæ ſelectum* ex D. LUDOVICI *pharmacia moderno ſeculo explicanda* Bern. 1707. 12°.

§. DCCCCXCIV. *Chriſtophorus Helwig, Chriſtophori filii.*

Chriſtophori HELWIG, *Chriſtophori* filii, Profeſſoris Gryphiswaldenſis, *de Antimonio, Cicuta, & Siluro* Gryphiswald. anno 1708. 4°.*. Huc pertinent, quæ de Cicuta profert collectanea, etiam Biblica.

EJUSDEM *De ligno Braſilienſi* ibid. anno 1709. 4°. De loco natali in utraque India. Deinde analyſin, igne ſubjecto factam, tradit: ex eo ligno ſpiritum habuit acidulum oleumque, tum alia præparata, reſinam, laccam. Ad medicinam etiam transfert, adque minuendos naturæ motus.

EJUSDEM *De Chærophyllo* ibid. anno 1711. 4°.*. De ſpeciebus veris, aut adfinibus, etiam ea quæ ſemine eſt ſtriato, cujus folia in Pomerania inter cibos coquuntur; tum nodoſa, cujus radix pariter inter alimenta eſt. Inde variæ præparationes, etiam deſtillatio.

EJUSDEM *De Quinquina Europæorum* ibid. anno 1712. 4°.*; nempe *Fraxino* ejusque cortice, quem contendit valde ſimilem eſſe Peruviano, ſapore, etiam elementis, quæ igne ſeparantur, phænomenis infuſæ cum utroque aquæ & cum admiſtis ſalibus commiſſæ. Jubet ipſum pulverem ſumi, ad drachmas inter

inter duos paroxyſmos tres, & ad totam curationem duodenas: & vires laudat & in febribus & in aliis malis.

Ejusdem *De fuligine* anno 1713. 4°.

Ejusdem *Progr. de ortu, initio & progreſſu Scientiæ botanicæ, ejusque ſcriptoribus* anno 1707. 4°.

§. DCCCCXCV. *Claudius Joſephus Geofroi.*

Claudius Joſephus Geofroi *Mém. de l'Acad. des Sciences* anno 1708. De *Noſtoch*. Stillat ex eo liquor alcalinus, & ſal volatilis cryſtallinus, manet in cinere ſal fixus. Putredini permiſſa planta abit in liquorem acidum, deinde in alcalinum.

In *Mém. de l'Acad.* anno 1711. anatomen dat tuberum terræ, cellulas, ſemina, analyſin, ſalemque volatilem copioſum.

Ejusdem *De ſexu plantarum duplici.* Antheras deſcribit, viasque per tubas. Pleraque nuperorum argumenta pro fecundante vi antherarum adfert.

Ejusdem 1714. De Lacca.

Ejusdem De Spica Mayz mare fere tota in feminam degenerante.

Ejusdem De oleo Spicæ *Mém.* anno 1715.

Ejusdem De oleis eſſentialibus plantarum *Mém.* anno 1721. In cellulis habitare. Longa in vini ſpiritu maceratione optime extrahi.

In *hiſt.* anni 1724. Pira bicipitia deſcribit.

In *Mém.* anno 1728. in *Mém.* De rectificatione oleorum æthereorum, & in *hiſtoire* lignum in viridem conſpicuum colorem converſum.

Anno 1731. De ſalibus Comitis de la Garaye egit proprio libello, qui cum Comitis opuſculo prodiit. Non omnino improbat extracta Comitis, rem novam eſſe negat. Ut ſua extracta per infuſionem paret, deſcribit.

Mém. 1732. De partibus nutritiis panis.

In *Mém.* 1740. De præparanda radice Salap.

§. DCCCCXCVI. *J. Aſtruc.*

Johannes Astruc, vir doctiſſimus; clinicus equidem & bibliophilus potius, quam botanicus, hactenus hanc artem adtigit. In *Mém. de l'Acad. des Sciences* anni 1708. & in *Mém. de Montpelier* ad quæſtionem reſpondere conatus eſt, cur truncus plantæ adſcendat, & eum ſitum repetat, etiam quando ab eo vi detruſus fuit.

Ejusdem ſcripſit *Mémoires pour l'hiſtoire naturelle du Languedoc* Paris anno 1737. 4°.*. Huc facit Celtidis hiſtoria, ex qua, ad id officium a natura parata, furcas tricornes accolæ fabricantur. Deinde de præparatione Iſatidis, ubi manifeſto Paſtel & Gueſde habentur pro ſynonymis. Cultus plantæ, ejus commolitio, conſervatio, pilarum in modulo compactio, earum ſiccatio, ſiccatarum piſtio, pollinis inde nati acervi, eorum irroratio, fermentatio, agitatio, donec pollen ſiccus tinctoribus aptus ſit. Conſilia ut ſubtilius diviſa Iſatis in ſimilitudinem Indici poſſit parari.

Ejusdem Diſputatio in hæc verba *E. Saccharum alimentum* Paris anno 1719. Theſeos tamen auctor dicitur, qui reſpondet, *Stephanus* d'Huaume.

In Lib. IX. *De morbis venereis* Paris anno 1740. 4°.* & alias excuſis, agit pleniſſime de Guajaco, ejusque uſu.

§. DCCCCXCVII. *Aloyſius dalla Fabra.*

Aloyſii Dalla Fabra, Profeſſoris Ferrarienſis, *Diſſertationes phyſico-medicæ* Ferrar. anno 1709. 4°.*. Diſſertatio de Coccolate, Caphe, herba The, ſpiritu vini, aqua vitæ & Roſſoli data eſt anno 1709. Poſt multa Phyſiologica, de Coffeæ viribus acori adverſis: de Chocolatæ ſtomachica faculta, de Theæ vi exhilarante, & animum erigente: de contrariis vitiis horum potuum agit, cum eorum hiſtoria botanica.

Suarez de Ribera *De Quinaquina* ad calcem Tomi 2. Chirurgiæ Chimicæ Salmanticæ 1709.

§. DCCCCXCVIII. *Thomas Robinſon.*

Thomæ Robinson, theologi, *An eſſay towards a natural hiſtory of Weſtmorland and Cumberland* London anno 1709. 8°.* Huc pertinet catalogus plantarum rariorum a *Thoma* Lawsonio his in regionibus lectarum, quæ non ſunt apud Rajum. Eæ ſunt Alſine Beccabungæ folio, Equiſetum nudum variegatum, Orchis militaris purpurea odorata, Scabioſa montana maxima, & Thlaſpi Veronicæ folio; reliquæ enim varietates ſunt. Præcipuum viri ſtudium ad res foſſiles pertinet.

§. DCCCCXCIX. *Galli.*

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* anni 1709. Hiſtoria malorum effectuum Hyoſcyami: & Ulmi absque cortice ſuperſtes vita.

In *Mém. de Trévoux* anni 1709. Mars p. 519. D. Tablet ſiccatos fructus Hippocaſtani ad drachmam unam adverſus pleuritides & febres malignas dedit.

In *Diario Trivultino* anno 1710. Menſ. Septemb. Idem laudes purgantis & diuretici ſalis Fraxini canit; menſe vero Aprili Hellebori nigri extractum aquoſum adverſus quartanam, ad drachmam unam, pro utili & tuto medicamento habet.

Anno

Anno 1711. menſ. Octobr. Idem contendit folia Fraxini vim habere purgantem Sennæ.

In *Diario Trivultino* anno 1711. menſ. Octobr. Idem egit de Colutea, quam viribus Sennæ parem facit.

Rochefort *Abrégé de la vie de Tournefort* Paris anno 1709. 4°.

Theſaurus Secretorum curioſorum (ad mulos & coſmeticen) Genev. 1709. 4°.

Nicolas Chevalier *Recherches curieuſes d'antiquités venues d'Italie, de Gréce & d'Egypte, & trouvées à Nimegue, à Santen, à Wittenburg, à Britten & à Tongres, contenant auſſi, un grand nombre d'Animaux, de Mineraux, de plantes des Indes, qu'on voit dans la chambre des raretés d'Utrecht*, Utrecht. anno 1709. fol. Burette.

J. C. Hervieux *tr. des Serins de Canarie* Paris 1709. 12°. 1714. 12°. 1745. 12°.*. Agit etiam ſatis fuſe de granis, quibus hæ aviculæ aluntur, Navette, quam laudat, Ravette, Alpiſte, quæ Phalaris, Oeillette a papavere colore cinereo diverſæ plantæ, Argentinæ quæ thalictrum videtur.

§. M. *Germani Varii.*

Viti Eberhardi Rohte *Medicina portatilis, ſeu ſelectiſſima, & notiſſima remedia* Ulm. anno 1709. 12°. Medicamenta ſecundum claſſes diſpoſita cum doſibus.

Curioſer und vollkommener Färber Nürnberg T. I. anno 1709. 8°. T. II. anno 1711. 8°.

Clavis medicinæ diætetica, oder Unterricht von dem Wege zur wahren Diæt Gotha anno 1709. 8°. Brevis libellus.

C. D. B. A. *Bericht vom wahren Gebrauch und Nutzen des Corticis Chacarilla* Leipzig 1709. 8°. Huth.

Eleonoren Marien, *Herzogin zu* Jægerndorf, *Granatapfel des Ch. Samariters, oder Arzeney- und Kochbuchs 2. Theil.* Leipzig 1709. 4°. Aink.

Chriſtophorus Ludovicus Göller *De Cinnamomo* Utrecht. anno 1709. 4°.*. Vim nullam in ligno eſſe: ſed etiam cortici ab interna pellicula impertiri. Novem ſpecies Canellæ deſcribit, quas omnes ex Ceylonia miſſas poſſidebat, & quas per ſuas notas definit, præter Caſſias ligneas duas, & corticem fatuum, Cinnamomo adfinem.

Nicolaus Schulze *De Nuce moſchata* Traject. anno 1709. 4°.*. Collectanea, maxime ex Leeuwenhoeckio.

Sentiment von Fürtreflichkeit des Rheinweines, wie ſolcher bey Krankheiten zu gebrauchen Magdeburg 1709. 8°. B. Thomas. An Hofmanni.

Erneſti Wilhelmi WESTENBERG *Viridarium Academiæ, quæ eſt Hardervici* Hardervic. anno 1709. 4°.

Pharmacopœa Roterodamenſis Roterdam 1709. 8°.

§. MI. *Natalis Chomel.*

Natalis CHOMEL, presbyteri, *Dictionaire œconomique* Lyon anno 1709. fol. deinde Pariſiis anno 1718. fol. 2. Vol. Amſterdam anno 1732. fol. 2. Vol. *, a J. MARRET auctum. Lyon anno 1732. fol. 2. Vol. & *Commercy* 1741. fol. 4. Vol. & nuper auctius a D. la MARE Paris 1767. fol. 3. Vol. Germanice Lipſ. anno 1750. & ſqq. fol. 8. Vol. Anglice, vertente *Roberto* BRADLEY, London anno 1722. 1735. fol. Belgice Leid. 1743. fol. 2. Vol. Compilatio, in quam LIGERII *Maiſon ruſtique* tranſiit. Continet plantas ex vetuſtioribus fontibus deſcriptas, cum vitiis in iis ſuperſtitibus, absque ſynonymis. Auctor rei botanicæ minus peritus, neque certæ fidei (s).

Supplementum ab alio auctore elaboratum ſucceſſit Lyon anno 1712. fol. neque enim eſt CHOMELII, qui anno 1704. obierit. Redit auctius in editione Lyon anno 1718. fol. *Journ. Sav.* & Amſtelodami recuſum eſt anno 1740. fol. 2. Vol.* & ut puto, in reliquis poſt annum 1718. editionibus redit. Additamenta habet ad T. I. ſubinde etiam novos numeros, cæterum aliis ad jus & ſtatuta Regia pertinentibus articulis potiſſimum auctum eſt, etiam alieniſſimis.

§. MII. *A. Joſ. Dezalliers.*

La théorie & la pratique du Jardinage par L. S. A. J. D. A. (*Antoine Joſeph* DEZALLIERS d'ARGENVILLE, *Alexandrum* BLOND nominat SEGUIER) Paris anno 1709. 4°. 1713. 4°.* Amſterdam anno 1711. 4°. SEGUIER, la Haye anno 1715. 4°. 1719. 4°.*. Hæc auctior editio. Anglice *The theory and practice of gardening translated by* J. GAMES London 1712. 4°. 1728. 4°. de HONDT. Inter 4. partes, quibus hoc opus conſtat, ſola tertia huc ſpectat, reliquæ ad ornatum, architecturam, & aquas faciunt. Parte vero III. arborum cultus traditur, & Heſperidum, denique flores, eorumque ordo. Vulgares fere flores ſunt, & parum numeroſi.

§. MIII. *Angli.*

J. LAWSON *New voyage to Carolina containing the natural hiſtory of the country* London anno 1709. 4°. Divitem eſſe plantis lego. Germanice, cum titulo, *Allerneueſte Beſchreibung von Carolina und Weſtindien.* Hamburg 1722. 8°. editio ſecunda.

§. MIV. *Philippus Hecquet.*

Philippi HECQUET, medici Pariſini & Zelotæ, *Traité des diſpenſes du Carême* Paris anno 1709. 12°. 1710. 12°. 2. Vol. Percurrit alimenta ex plantis,

(s) De COMBE.

tis, & ad vitam ſufficere contendit, neque jejunium diſpenſationem admittere. Alimentum hominis maxime naturale ex plantis repeti. Nimis laudat & excuſat cibos vegetabiles, ut Fabas neget inflare. De Thea, Coffea, Chocolata; hanc utique alere. Contra Nicotianam, quæ ad delicias pertineat. In editione Pariſ. 1741. 12°. 2. Vol. cum diſſ. *ſur les macreuſes & le tabac.*

EJUSDEM *Reflexions ſur l'uſage de l'Opium & des calmans* Paris 1726. 12°. 1727. 12°. PLATN.

EJUSDEM *La pharmacie des pauvres* Paris anno 1740. & 1749. 12°.* quam editionem B. BOUDON emendavit. Poſthumum opus. Multa medicamenta ſimplicia ex vegetabilibus ſumta. Multa ex FULLERO. In fine *Obſervations, & ſuite des Obſervations ſur le regime maigre*, & quaſi compendium libelli *des diſpenſes du carême*, quo confirmat, ſatis eſſe in plantis partium nutrientium, cumque eo victu multos monachos ſanos vivere.

EJUSDEM *Remarques ſur l'abus des purgatifs & des amers &c.* Paris anno 1729. 12°.*

§. MV. *Galli aliqui.*

In *Mémoires de l'Acad. des Sciences* anni 1710. Aliqua de oleis in India uſu venientibus, ex collectione Cl. la MARE.

De Secali corniculato, ejusque funeſto effectu ibid. agitur.

Antonius PARENT De cauſa nonnullorum motuum, qui in plantis adnotantur. ib.

IDEM anno 1709. De corticis minori dignitate, quo avulſo planta ſupervivat.

IDEM anno 1711. De tumore infra vinculum, qui deſcenſum ſucci alibilis confirmat.

D. CARRE' De Tritico trimeſtri, *Blé de mars*, & de frumento altero anno absque ſatione repullulante.

Diſſ. *Hygieine tuendæ ſanitatis & præcavendorum morborum præcepta* tradens Valence anno 1710. 12°. Ad potulenta, contra cereviſiam, de pane vario, de radicum noxia vi, & olerum virtute præter braſſicam, quam multum damnat tum fructus horæos.

Extrait d'un diſcours ſur la réſpiration des plantes, prononcé dans le Collége de Toulouze de la Compagnie de Jeſus anno 1710. 20. Octob. In *Journal de Trevoux* 1712. Maj. Dari in plantis caveas aereas, in eas aërem ſuſcipi, & viciſſim expelli, ita effectus ſequi, quales a reſpiratione in animalibus obtinentur. Huc vaſa aërea trahit, diverſa a ſucciferis &c.

De

De Rosny *Parfait Oeconome* Paris anno 1710. 8°.

Copponee *Le Quinquina glorifié par la gueriſon des fiévres* Chambery anno 1710. 12°.

§. MVI. *Noxa Diaria.*

Hoc anno 1710. *Nova Academia Berolinenſis*, Leibnizii ſuaſu, a *Friderico* I. Borussiæ Rege conſtituta, cepit ſua *Miſcellanea* Berolini edere, quorum equidem omnium minima particula ad rem herbariam ſpectat.

Hoc ipſo etiam anno prodire cepit *Giornale de Letterati d'Italia* Venez. 12. adque Tomum 43. continuatum eſt, cum tribus ſupplementorum tomis. Spectat equidem ad literas, & parciſſime rem herbariam adtingit, acute cæterum & docte ſcriptum. Auctor primarius fuerat *Apoſtolus* Zeno, tum frater ejus *Petrus Catharinus* Zeno.

§. MVII. *Hermannus Boerhaave.*

Hoc anno primum de re herbaria ſcripſit magnus ille medicorum univerſæ Europæ præceptor *Hermannus* Boerhaave, qui priori anno in cura horti Leidenſis *Petro* Hotton ſucceſſerat. Tanto ardore in novo labore verſatus eſt, ut proximo anno *Index plantarum, quæ in horto Lugduno Batavo reperiuntur*, prodierit Leid. anno 1710. 8°.* 1720. 8°. Methodus fere Hermanni, ordo paulum alius, ut plantæ Gymnopolyſpermæ agmen ducant: Genera cum numeratis ſpeciebus, quas inter plurimæ varietates. Non deſcriptæ excerptæ leguntur in *Philoſophicis Tranſactionibus* n. 325. eas inter aliquæ ad varietates ſpectant, multæ novæ ſunt raræque. Adnotationes raræ, tamen aliquæ, & flos Cerei ſcandentis minoris.

Inde magno ardore ſtudio herbarum ſe dedit Vir Magnus, etſi animus chemicis potius laboribus favebat. Sæpe vidimus ante auroram optimum ſenem ligneis calceis per hortum repentem, ut cominus & cultum herbarum perſpiceret, & flores fructusque ſpecularetur. Ita natus eſt *Index alter plantarum, quæ in horto Academico Lugduno Batavo coluntur* Leidæ anno 1720. 4°.* 2.Vol. anno 1727. 4°. 2.Vol. Auctor Horti ſui hiſtoriam præmiſit, characteres nunc, & generum, & claſſium addidit, multum citavit in illis Malpighium, ut tamen totam plantam Boerhaavius conſuleret, neque radici, foliis, aut faciei locum in generum characteribus negaret. Stamina fere ubique adjecit, ut characterem adeo, quem ſolent naturálem vocare, primus adornaret. Icones etiam adſperſit, potiſſimum Leucadendrorum, has ad *Johannis* Hartog codicem deſcriptas. Multas, potiſſimum Indicas plantas, primus accurate expoſuit, arborum etiam potiſſimum. Genera etiam pluſcula conſtituit, Paviam, Clutiam, Samoloides, Caprariam, Baſellam, alia. Cum in horto viveret, & a ſpontaneis plantis legendis tum officiorum multitudine, tum regionis ipſius, in qua vixit, conditione excluderetur, Gramina, Muſcos, Fungos & plantas Euro-

Europæas minori ſtudio, quam peregrinas, inſpexit & recenſuit. Varietates a ſpeciebus non ſeparavit.

Cum in *horto* plantas oſtenderet, adque demonſtratas medica varia, & philologica eloquentiſſime præfaretur, neſcio quis has lectiones collegit, & cum titulo *hiſtoriæ plantarum, quæ in horto Lugduno Batavo creſcunt*, edidit Leidæ (etſi Roma in titulo præfigitur) anno 1727. 8°.*. Maculoſiſſimum & confuſiſſimum opus; arboribus, ut in horto creſcebant, paſſim in alieniſſimas claſſes inmiſtis, præterea vitioſiſſimum, utilitatem nullam habet, niſi accurate excerpas, quæ de viri ſummi veris effatis ſuperſunt.

Hactenus huc facit oratio *de comparando certo in phyſicis* Leid. 1715. 4°.*

Tantum indico *librum de Materia Medica* Leid. anno 1719. 8°.* 1727. 8°.*, & alias editum, ob claſſes plantarum, quæ ad quamque medicam indicationem pertinent.

Alterius ſcopi eſt illuſtre opus *Elementorum Chemiæ*, cujus duo Tomi Leidæ anno 1732. 4°.*, & alias prodierunt. In primo volumine pauca huc faciunt, fere *de menſtruis*. Sed in ſecundo dimidia pene portio plantarum eſt; fermentationis hiſtoria eximia; plantarum analyſes; prudentia monita de elementis veris, & in igne natis; vires medicæ; præparationes efficaces; & artificia ſumma cum curioſitate indicata. Ut magnam partem medicæ ex plantis materiæ abſolvat.

Liber *de viribus medicamentorum* Paris a *Raynaud* COMAQUE editus, a D. BOUDON recuſus anno 1730.*. Gallice verſus a DE VAUX anno 1729. 12°. utcunque ob virium claſſes huc facit.

§. MVIII. *Conrad. Barthold. Behrens.*

Conradi Bartholdi BEHRENS *Selecta diætetica, ſeu de recta ad ſanitatem vivendi ratione* Francof. & Lipſ. anno 1710. 4°.*. Plenam ſatis diæteticen tradit, inque ea cibos & potus, qui ex plantis ſumuntur, ut pro compendio haberi poſſit tironibus utili.

IDEM in *Eph. Nat. Cur. Cent.* I. n. 38. agit de vi antidyſenterica Ipecacoanhæ: quam ipſe expertus erat.

In *Cent.* II. n. 10. De radice Niſi.

§. MIX. *Germani Varii.*

J. David SCHWERIN *Nahmregiſter der in- und ausländiſchen Bäume, Pflanzen und Blumen, welche auf einem im Horn vor Hamburg gelegenen Garten ſich befinden* Hamburg anno 1710. 8°.*. Varietates Heſperidum numeroſas habet, multas etiam Ficoidis & Aloës ſpecies, & florum hortenſium luſus.

Kräuterbuch, oder curiöſer Botanicus, darinn die vornehmſten Gewächſe abgebildet ſind Dreſden anno 1710. 8°.

Nie erhörte wunderbare Blumenluſt Hamburg anno 1710. fol. paucularum plagularum opuſculum. Pyramides docet procurare per inſitionem gemmarum, etiam inſtrumento excogitato, quo juſtum vulnus infligatur.

Der wohlerfahrne Kellermeiſter, oder Kunſtbuch von Wein, Bier, Meth, Brandtewein &c. Nürnberg 1710. 8°. 2.Vol. 1731. 8°. 2.Vol.

Der arbeitſame Land- und Hausvater Regenſpurg 1710. 8°. ZOCH.

Daniel NEBEL *Balſamum de Copaiva* Heidelberg. 1710. 4°.* & in VALENTINI collectione, tum & in Dec. III. ann. IV. obſ. 3. Auctorem ſe dicit Reſp. FR. WILH. HOPPE. Analyſin dat balſami.

EJUSDEM *De rore marino ſ. brevis Libanotidographia* Heidelberg. anno 1710. 4°.

EJUSDEM & BOREL *Plantæ verno tempore efflorescentes* 1705. 8°. cum viribus medicis.

Von Gott begeiſterte Hausſtand, in einem ganz neuen Hausbuch Nürnberg 1710. 8°. 2.Vol.

§. MX. *Nic. Andry.*

Nicolai ANDRY, Regii Cenſoris, medicorum Decani, *Le régime du carême* Paris anno 1710. 12°. (*Journ. des Savans* & anno 1734. 12°.* cum integriori titulo, *Traité des alimens du Carême, des légumes, des herbages, des racines, des fruits, des aſſaiſonnemens, des boiſſons &c.* Carnes melius quam plantas alere: hominem ad earum uſum factum eſſe; fabas, piſa, cum periculo comedi, ſic lactucam, crudaque poma. Ita ex ordine fere alimenta vegetabilia exagitat, in multis nimius, ut in Fulicarum cum piſcibus adfinitate, quam neceſſitas monachorum ad jejunia adſtrictorum invenit. Pertinet omnino ad laudes alimentorum vegetabilium minuendas.

§. MXI. *Fridericus Ruyſch.*

Fridericus RUYSCH, etſi anatomica laude inclaruit, ex pharmacopolio tamen prodierat, & peregrinas plantas amabat, & colligebat. Maceratione etiam uſus paſſim anatomen plantarum adgreſſus eſt. In *theſauro animalium* anno 1710. 4°.* edito aliquas plantas marinas depinxit. In *theſauro anatomico maximo* anno 1724. 4°.*. Piri ſceleton dedit. Eandem ſive filamenta Piri, Armeniacæ & Perſicæ in *adverſariorum* Decade III. anno 1723. In *curis renovatis* ſceletos foliorum, fibras pulpæ Piri & folii Opuntiæ reticula anno 1728.

Cornel. van GYSEN *De purgantibus* Leid. 1710. 4°.

§. MXII.

§. MXII. *Franciſcus Petit.*

Létres d'un médecin des Hopitaux du Roi . . . . la troiſiéme ſur les deux éſpéces du Chryſoſplenium de TOURNEFORT : *trois nouveaux genres de plantes & quelques nouvelles éſpéces* Namur anno 1710. 4°.*. Auctor *Franciſcus* PETIT celebris medicus ocularius & anatomicus. Chryſoſplenium foliis conjugatis diſtinguit. Deinde, non bene, pro novo habet Lamium vulgatiſſimum purpureum: Sed neque Filix reflexa nova erat, neque Jacobea non laciniata Pannonica CLUSII. Damaſonii ſpeciem non valde bene depingit. Nova genera ſunt Provenzalia (Calla), Calamus aromaticus, & Dantia. Peplidis etiam characterem dat.

§. MXIII. *Itali.*

Bernardini RAMAZZINI *De tuenda valetudine Principum* l. Patavii anno 1710. 4°. & in operibus omnibus prodiit. De cibis palato gratis, ſed parum ſalubribus.

EJUSDEM *De uſu & abuſu Corticis Peruviani* Patav. anno 1714. 8°. Genev. anno 1717. 4°.* practici argumenti.

Thomæ CAMPAILLA *L'Adamo overo il mondo creato* poëma D. I. Catanæ 1709. 8°. ſi huc facit.

§. MXIV. *William Salmon.*

William SALMON *Engliſh herbary or hiſtory of plants* London 1710. fol.*. Polygraphus auctor, in America aliquamdiu vixit, nihilo tamen minus vulgare opus dedit, ad GERARDUM fere & PARKINSONIUM fictum, alphabeticum, plantarum vulgarium, ad veteres auctores ſculptarum, neque ſubtiliter, ſæpe repetitarum. Errores innumeros habet. Pro Scordio Lamium, pro Virga aurea foliis ſerratis Bidentem, pro Sophia chirurgorum pingit Symphytum petræum.

ANNON EJUSDEM *Engliſh phyſician or the druggiſts ſhop opend* London 1692. 8°.

EJUSDEM *London diſpenſatory* 1678. 8°. 1680. 8°. 1719. 8°.

EJUSDEM *Chirurgia* London 1698. 8°.* Catalogum habet medicamentorum ſimplicium & compoſitorum. Laudat Balſamum ex Chili.

EJUSDEM *Family dictionary* 1710. 8°. Putes, ex ſimilitudine materiei, in qua laboravit.

Non ſatis certo novi, num idem ſit auctor, qui plurimas nuperas regionum diverſarum hiſtorias edidit, a GOOCHIO fere in Belgica editione auctas, inde Germanice redditas, Chinæ, Japoniæ, Philippinarum & Moluccarum inſularum, & Sundanorum, tum & Pegu, Indoſtaniæ, Perſiæ, Turciæ. In iis omnibus etiam præcipuæ arbores, aut celebriores plantæ tangi ſolent.

N 2 Reperio

Reperio totum opus prodiiſſe Londini anno 1725. 13.Vol. 8°. & 29.Vol. anno 1728. 8°. Osb. & fol. 3.Vol. 1744. ib. & 1752. 1753. fol.

Germanice Ceylaniam Hamburg 1731. 8°. Chinam Tunquin & Cochinchinam 1732. Inſulas Sundanas, Java, Borneo, Sumatra &c. 1733. 4°. Japoniam 1733. 4°. Siam Pegu & Arakan Tunquin & Cochinchinam 1735. 4°. Indoſtan, Ceylan & Malabar 1736. 4°. Perſiam 1739. 4°. Arabiam & Tartariam 1747. 4°.

Lambs *royal Cookery or the complete court cook* London 1710. 8°.

Guil. Whinkey *De viribus venenorum* Leid. 1710. 4°.

§. MXV. *Miſſiones Danicæ.*

Hoc ipſo etiam anno 1710. primus Tomus *der Berichte der Königl. Däniſchen Miſſionarien zu Trankenbar* prodiit: & porro curantibus Frankiis patre & filio ad noſtra uſque tempora prodierunt, numeri nunc 109. Acri Dei amore incitatus *Bartholomæus* Ziegenbalg obtinuit, ut in Coloniam Danicam mitteretur, Evangelii lucem idolatris accenſurus. Varios per caſus pium inſtitutum prævaluit, & noſtro ævo in quinque Eccleſias ſe extendit, non ſine fructu. Relationes equidem ad pietatem, & ſati Divini ſeminis meſſem pertinent. Intercedunt tamen paſſim, quæ ad rem naturalem faciunt, tum ſparſa ad edules fructus medicosque, tum aliquæ diſſertationes, qualis eſt de Melongena, quæ pro Dudaim habetur n. 38.

Compendium operis edidit J. *Nicolaus* Niekamp Hall. anno 1740. 4°.*. Gallice verſum & editum Genevæ anno 1754. 12°. 3.Vol. Arctius ipſe compendium olim in *Bibliothéque raiſonnée* n. 32. edidi, Germanice verſum & Bernæ recuſum anno 1756. 4°.*. 1771. 8°.*

Lego etiam *Hiſtoire des voyages, que les Danois ont fait dans les Indes Orientales depuis 1705. jusqu'en 1736. traduite par Benjamin* Gaudard Geneve 1742. 8°. Falconet. Idem forte quod Niekampi.

Qui nuper obiit D. Knolle, plantas aliquas in Europam miſit, in Coromandelia lectas, & plura licet ab eo, qui nuper ad Miſſionem Danicam miſſus eſt, D. Koenig ſperare.

Utcunque huc facit *Medicus Euporiſtus duodecim medicamentorum* Ultrajecti anno 1711. 12°.

§. MXVI. *Laurentius Roberg.*

Laurentius Roberg, Profeſſor Upſalienſis, diſputationem edidit *de aquoſi calidique potus ſalubritate* Upſal. anno 1711. 4°.*, nempe de Thea, cujus & iconem manu Cl. viri pictam cum meo M.S. poſſideo, multum auctæ diſputationis, tum de Coffea. Inde Catalogus plantarum borealium, ex quibus aquoſus potus confici poſſit.

Ejusdem

EJUSDEM *De pice pinique ſylveſtris reſina* Upſal. anno 1714. 4°.*. Diſtinguit *Gran* & *Tall:* deinde Pini fabricam & molle eduleque alburnum, reſinamque ſpontaneam; porro reſinæ analyſin dat, oleum tenue, æthereum, & Colophoniam, & picem liquidam Tiär. Meum exemplum pluſculas icones ad Pinum ſpectantes habet.

EJUSDEM *Gräs öa delineata* Upſal. 1727. 4°. Reſp. ADAM WERNER. Si huc fecerit.

EJUSDEM *Vegetabilium cum animalibus comparatio* Upſal. anno 1737. 4°.*. Partes, plantarum fabrica, loci natales.

EJUSDEM *Plantarum generatio* Upſal. anno 1738. 4°.* etiam cum iconibus.

Poſſideo etiam characteres Tournefortianos numeroſos, eleganter ligno inſculptos, quos vir Cl. operi alicui deſtinabat.

§. MXVII. *Chriſtianus Henricus Erndl.*

Hic recenſeo, cum priorem editionem non viderim, C. H. E. D. *de itinere ſuo Anglicano & Batavo* annis 1706. & 1707. facto, *relatio ad amicum* Amſterdam. anno 1711. 8°.*. Prior editio anno 1710. prodiit, 8°. RIVIN. & J. *Gregorius* BETULIUS in eam animadvertit anno 1710. cui AUCTOR hic in *præfatione* reſpondet; idem nempe qui ad Archiatri ſummum gradum adſcendit *Chriſtianus Henricus* ERNDL. Alpes etiam cum SCHEUCHZERO adierat. Ubique hortos inviſit, & bibliothecas, atque Muſæa, & quæ mereri videbantur, in adverſaria retulit. Ita plantas rariores horti Lasſtropiani, Bobartiani, Amſtelodamenſis recenſet, & hactenus deſcribit. Nonnulla non ſatis certa credas. Neque enim Abietem balſamum Peruvianum fundentem, neque arborem Gummi Animæ puto in Europa floruiſſe.

EJUSDEM *De Flora Japonica, Epiſtola ad J. P.* BREYNE Dreſd. 1716. 4°.*. De herbarum iconibus in *bibliotheca* potiſſimum *Berolinenſi* obſervatis, CLEYERI Japonicis ſtirpibus, Braſilicis MAURITII Naſſovici, deinde *Joh.* RENII, & *Dom.* WEINMANNI herbarum circa annum 1666. Lovanii collectarum 16. Voluminibus fol. deque plantis rarioribus horti LASTROPIANI.

EJUSDEM *Plantarum circa Sedlicenſes thermas Elenchus* Noribergæ dicitur prodiiſſe anno 1723. 4°. cum diſp. de iis aquis. Ita lego, neque vidi.

EJUSDEM *Viridarium Warſavienſe, ſeu Catalogus plantarum circa Warſaviam naſcentium* Dreſd. anno 1730. 4°.*. In nova fere regione nihil quidquam novi reperit, plurimas etiam plantas omiſit, pene certo in univerſa Europa & in Ruſſia vulgares. Eryngium equidem cæruleum inter rariores eſt, & Evonymus Pannonicus, cujus characterem addit, & Gnaphalium ſecundum PLATEAU, demum ſi placet, Aloides. Fungos ad verbum ex M. HOFMANNI ſyl-

veſtribus deliciis deſcripſit, pauciſſimis mutatis. Hyoſcyamus flore luteo fuerit niger vulgaris, etſi diſtinguit.

IDEM libello de Teplicenſium thermis in Act. Nat. Cur. Vol. III. Catalogum ſubjecit plantarum circa eas thermas repertarum, cum nonnullis notis. Luteolæ florem monopetalum eſſe; Caprifolii dumetorum fructum monopyrenum. In Hyſſopifolia dubium eſſe, num flos monopetalos ſit, num hexapetalos.

Dederat etiam anno 1700. 4°. Lipſiæ diſſ. *de uſu hiſtoriæ naturalis exoticæ in medicina*, & anno 1701. cum titulo *Ex veneno ſalus* Lipſiæ 1691. 4°. qua a Belladonnæ baccis pro myrtillis ſumtis convulſiones natæ dicuntur.

§. MXVIII. *J. Heinrich Heucher.*

Johannis Henrici HEUCHER, qui & ipſe ad Archiatri Polonici gradum adſcendit, *Index plantarum horti medici Academiæ Wittembergenſis* Witteberg. 1711. 4°.*. Catalogus ad RIVINI methodum diſpoſitus, quæ hic pleniſſime, & probante RIVINO, exponitur, cum nonnullis adnotationibus.

EJUSDEM *Novi proventus horti medici Academiæ Wittembergenſis.* Ibid. eodem anno *. Paucæ hæ plantæ, ſed amplis cum adnotationibus. Eæ partim ad ſtirpium deſcriptionem pertinent, partim ad criticas aliquas de emendandis generibus animadverſiones. Intercurrunt fabuloſa aliqua & ludicra.

EJUSDEM *Novi proventus horti medici Wittembergenſis* ibid. anno 1713. 4°.*. Pariter etiam hic collectanea reperias, & longa ſubinde variorum ſcriptorum fragmenta.

EJUSDEM *De igne per ignem exſtinguendo ſ. de præſtantiſſimo Camphoræ uſu in febribus acutis* Witteberg. 1712. 4°.

Redeunt hæc omnia in *operibus omnibus* Lipſiæ anno 1745. 4°.* recuſis.

Non eſt EJUSDEM *Vegetabilia magica* Witteberg. anno 1720. 4°.* Ad rem literariam.

§. MXIX. *Germani Varii.*

J. Aug. de HUGO, viri illuſtris & maximi medici, diſp. *inauguralis de variis plantarum methodis* Leid. anno 1711. 4°.

IDEM in itineribus ſuis, Neapolin uſque continuatis, ubique plantas collegit, & magnum earum theſaurum reliquit, quo multo cum fructu uſus ſum. Plantarum etiam delineationes Neapoli factas nobiſcum communicaverat.

J. Chriſt. GOETZ *De Glycyrrhiza* Altdorf. anno 1711.* 4°. etſi annus non eſt expreſſus.

EJUSDEM

EJUSDEM De olei Cajeput hiſtoria & viribus *Comm. Lit. Nor.* T. I. p. 3.

EJUSDEM De plantis ſanguiſugis *Comm. Lit. Nor.* anno 1732. p. 21.

J. Ludov. BOIE *De legibus cibariis & veſtiariis Pythagoræ earumque cauſis* Jen. 1711. 4°.

Melchior Philipp HARTMAN *De ſpecificorum pharmacorum uſu & abuſu* Königsberg 1711. 4°.*.

J. Caroli SPIESS, Prof. Helmſtadienſis, *Von der Wurzel Niſi* 1711. 8°. HEIST.

EJUSDEM *Roſmarini coronarii hiſtoria* Helmſtad. anno 1718. 4°.*. Potiſſimum medicamenta deſcribit, quæ ex Rore marino obtinentur, ut aquam ſpirituoſam alia.

EJUSDEM *De Vaniglius* Helmſtätt. 1721. 4°. *

EJUSDEM *Exercitationum medicopharmaceuticarum hiſtoriam antinephreticorum exhibentium Prima, de radicibus inter antinephritica eminentibus* Helmſtatt. anno 1722. 4°.* Ginſeng, Pareira brava, Glycyrrhiza, Saxifragia alba (quæ nobis iners videretur) &c.

Exercitatio II. *De herbis & floribus, quæ inter antinephritica eminent*, ibid. eodem anno. De Thea. Anſerina, Chærefolio, Ruta muraria, & Adianto, his alieniſſimis, Chamomilla, Perſicaria, Parietaria, Urtica. Collectio practica.

Exercitatio III. *Frutices, arbores, fructus, ſemina, ſucci antinephritici* ibid. eodem anno. Cynorrhodon, Betula, Fraxinus, Lignum nephriticum, Dactyli &c. etiam Coffea.

EJUSDEM *De corticis Peruviani virtute & modo operandi, quod tutum ſit febrium intermittentium cum certitudine curandarum remedium* Helmſtätt. anno 1721. 4°. PLATN.

EJUSDEM *De Valeriana* anno 1724. 4°.*. Dare ſalem eſſentialem, extractum reſinoſum.

J. Ludolph. SILTEMANN *De cortice Winterano* Erfort. anno 1711. 4°.*. Corticem ipſum deſcribit, a RIVINO ſecum communicatum. Deinde analyſin ſubjicit, reſinam, quæ ſpiritu vini extrahitur, aquam odoratam, oleum eſſentiale.

J. Pauli KNOLL *Unterricht des Weinbaues, nebſt einem offenherzigen Weinarzte* Dreſden 1711. 8°. ZOCH.

Unterweiſung, wie man die Zwerg- und hochſtämmigen Bäume pflanzen und pflegen ſolle Nürnberg 1711. 12°. HAUSVATER. alii 1712. 4°.

§. MXX.

§. MXX. *Galli Varii.*

Le ménage des champs & le Jardinier François accommodés au gout du tems Paris anno 1711. 12°. Vetuſtus liber & reformatus, ut pro novo poſſit haberi (*t*). Primo libro alimenta, & potiſſimum panis. Altero condimenta. Tertio ars coquinaria. Quarto olera.

§. MXXI. *Angli.*

In *Phil. Tranſ.* n. 330. *Georgius* comes CROMARTIE deſcribit paludoſa Scotica, in quibus multum arborum ſepultum eſt. Reſpondet H. SLOANE.

§. MXXII. *Renat. Ant. Ferchaud de Reaumur.*

Renatus Antonius FERCHAUD de REAUMUR, illuſtris olim amicus noſter, in *Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum* anni 1711. & 1712. egit de Fucorum marinorum ſtellis, veſiculis, ſemine.

Anno 1713. Deſcribit Boletum ramoſum coralloidem fœtidum, & Pruna ſterilia nucleo caſſa.

Anno 1722. De Noſtoch, cui ſemina tribuit, quæ ſunt rugæ ſeu lobuli.

Anno 1727. De Coralliis egit, quæ partim pro vegetabilibus habet, partim pro lapideo coagulo. Jam tunc ſuſpicabatur, animalia eſſe, quæ flores vocabant.

Anno 1729. De Lichene minimo, qui ad muros adnaſcitur, eosque denigrat.

EJUSDEM *Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire des inſectes*, ceperunt prodire Paris anno 1734. 4°.*. Ad rem herbariam pertinet in Tomo III. anno 1737. edito, tractatus de Gallis, tumoribus gallarum adfinibus, Spongia Roſarum.

In Tomo IV. Paris anno 1738. 4°.* excuſo de Cocco agit Polonico, Cocco Ilicis, & Coccinella.

In Tomo V. Paris anno 1740. 4°.* De Mellis & Ceræ præparatione. Pulviſculum ſtaminum demum in ventriculo apum in veram ceram mutari.

§. MXXIII. *Franciſcus Niſſole.*

Franciſcus NISSOLE in *Mém. de l'Acad. des Scienc.* 1711. Genera plantarum conſtituit, quorum pleraque recepta fuerunt, Coriariam, Jaſminoides (Lycium), Partheniaſtrum (Parthenium), Ficoideam (Aizoon):

IDEM anno 1712. deſcribit & pingit Heliotropium tricoccon, ex quo ſuccus & extractum cæruleum fit, & Globulariam, quæ *frutex terribilis* dici meruit.

EJUSDEM

(t) Conf. p. 27.

EJUSDEM anno 1714. Ilex cocciglandifera cum inſectis gallarum ſimilibus. Excuſa eſt diſſ. in *Act. Nat. Cur. Vol.* III. & cum GARIDELLO.

Anno 1723. Conſtituit genus Arachidnæ.

§. MXXIV. *Car. Franc. Cogroſſi.*

Caroli Franciſci COGROSSI *Della natura ed uſo della Cortecchia di Peru* Cremæ anno 1711. 4°. 1718. 4°. Ad ſcopum Clinicum.

EJUSDEM *Giunta al trattato della China China* Cremæ anno 1716. 4°. & *nuova Giunta* &c. Cremæ anno 1718. 4°.

Varia in *Opuſculis Scientificis* in T. VI. De Mimoſa & Saccharo.

In T. VIII. De China China.

§. MXXV. *J. Zacharias Uffenbach.*

Hoc anno *J. Zacharias* UFFENBACH Angliam adiit, & de cultoribus hiſtoriæ naturalis multa adnotavit, ut de BUDDLEYO (*u*) theologo, quem laudat, & cujus Gramina Anglica 150. vidit; de D. AYMON, qui artem plantarum imprimendarum calluit (*x*), & 700. tabulas impreſſit; de M.S. J. *Martini* WALDSCHMIDT, ſeu theſauro rerum naturalium, in quo mineralia, vegetabilia & animalia (*y*); de phytologia BARMEISTERI (*z*); de W. DANDRIDGE centum tabulis Fungorum pictorum. Etſi enim aliarum potius rerum curioſus fuit, nihil tamen prætermittebat eorum, quæ rara eſſent. Itinera clari viri demum anno 1753. 8°. 3. Vol.* excuſa ſunt.

§. MXXVI. *Helveti aliqui.*

Chriſt. EGLINGER *Theſes anatomicæ & botanicæ* Baſileæ anno 1711. 4°. aliqua in TOURNEFORTIO carpit.

Iterum anno 1721. Deſcribit Polygonifoliam.

J. Henrici STÆHELIN, *Benedicti* patris, *Theſes anatomico-botanicæ* Baſil. anno 1711. 4°. Et ipſe botanicen amavit, pluſculasque plantas ad SCHEUCHZERUM miſit.

J. Jacobi HAUSER *Theſes botanicæ & anatomicæ* Baſil. anno 1711. 4°.*. Meminit ſpicæ Zeæ, in qua granum Avenæ fuerit.

Lucas WOLLEB *De methodo herbas luſtrandi* Baſil. anno 1711. 4°. Fabrica & partes plantarum, floresque.

EJUSDEM

(u) Reis III. p. 202.
(x) Ibid. p. 488.
(y) In Catal. bibl.
(z) Ibid.

EJUSDEM *De nigro Helleboro* Baſil. anno 1721. 4°. Varietates, analyſis, & doſes.

EJUSDEM *Theſauri plantarum ultra* 20000. Baſil. 1712. unicum folium prodiit.

§. MXXVII. *J. Morton.*

John MORTON *Natural hiſtory of Northamptonshire* London anno 1712. fol.*. Eccleſiaſtici ordinis, naturæ tamen ſtudioſus, & bonus ſcriptor. Plantas recenſet, tum raras aliquas, etiam RAJO dictas, tum novas nonnullas, ex Muſcorum genere, cum iconibus. Cultum etiam agri popularem deſcribit.

§. MXXVIII. *Antonius Zucchelli.*

P. *Antonii* ZUCCHELLI *Relazione del viaggio e miſſione di Congo* Venez. anno 1712. 4°.*. Germanice Francfurt anno 1715. 4°. Ad alios equidem fines ſcriptum opus monachi in Braſiliam, inque Conganum Regnum miſſi. Duodecima tamen relatione plantas tangit, & aliquas medicatas deſcribit, & edules, aut alioquin ſingulares, interque eas arborem 18. orgyarum ambitu, forte Adanſoniam.

§. MXXIX. *Georgius Andreas Helwing.*

Georgii Andreæ HELWING V. D. M. *Flora quaſimodogenita, ſeu enumeratio aliquot plantarum indigenarum in Pruſſia* Gedan. anno 1712. 4°.*. Nempe LOESELII potiſſimum *Floram* ſupplere ſuſcepit vir diligens. Magna tamen pars catalogi merarum eſt varietatum. Icones aliquas addit Charæ polyſpermæ, Pedicularis, quæ Sceptrum Carolinum. Nova videtur Saponaria minor. Subjecit alium catalogum, per menſes diſtributum.

EJUSDEM *Floræ campana, ſeu Pulſatilla* Lipſ. anno 1719. 4°.*. Species aliquas hujus formoſi generis deſcribit & delineat, tum plurimas varietates.

EJUSDEM *Supplementum Floræ Pruſſicæ, ſeu enumeratio plantarum indigenarum poſt editam Floram quaſimodogenitam, ultra* 400. *auctum* Gedani anno 1726. 4°.*. Meretur legi ob Muſcos, Fungos, Lichenes & varietates numeroſas, quas ſumma cum diligentia collegit. Aliquas ſpecies ſuſpiceris non eſſe indigenas, ut Campanulam pyramidalem. Cæterum Eryſithales, Campanulæ aliquæ, Ruyſchiana, raræ ſunt hoſpitæ. Gramen dactylon eſculentum a vero Mannæ Gramine longe differre monet.

Herbarium vivum Pruſſicum & viridarium Pruſſicum ſervantur inter *theſauros regios Dreſdenſis* SEG.

§. MXXX. *H. Julius Meyenberg.*

Henrici Julii MEYENBERG *Flora Eimbeccenſis*, *ſeu enumeratio plantarum circa Eimbeccam naſcentium* Gotting. anno 1712. 8°.*. Raras tamen aliquas recenſet, Ariſtolochiam longam, Calceolum, Gale. Aliquas vix intelligas: & juvenile opus eſt.

§. MXXXI. *Franc. Eul. Savaſtani.*

Franceſco Eulalio SAVASTANI S. I. *quatuor libri delle coſe botaniche* Neapoli anno 1712. Recuſ. cum verſione Italica J. *Petri* BERGENTINI, cumque additis notis Venez. anno 1749. 8°.*. Non contemnendus Poëta, fabulis verum ornat.

Libro I. partes plantarum deſcribit, radicem, caulem, fabricam caulis MALPIGHIANAM, vaſaque varii generis, fibrasque & utriculos.

Inde L. II. Gemmam, folium, florem, fructum, ſexus duos, conjunctos aut ſeparatos, vim fecundantem pollinis antherarum, florum figuras claſſesque TOURNEFORTIANAS, etiam iconibus additis.

L. III. Loca natalia ſpontanearum ſtirpium, modosque colendarum plantarum docet, florum proventus menſtruos dicit. Hortos etiam celebriores recenſet & laudat, potiſſimum Neapolitanum *Dominici* de AMATO.

L. IV. Herbarum uſum tradit medicum, *ſignaturas* admittit. Excuſes in Poëta admiſtas, ſæpe non placituras, fabuloſas ſtirpium naturas.

Notæ botanici ſunt & phyſici argumenti. Adnotat earum auctor ſemina plantarum annuarum majora eſſe, perennium minora.

§. MXXXII. *Angran de Rueneuve.*

Angran de RUENEUVE, Senator Aurelianenſis, ſcripſit *Obſervations ſur l'agriculture & le Jardinage* Paris anno 1712. 2. Vol.* 1740. 12°. 3. Vol. Satis placet, non Græcæ eruditionis adfectatio, ſed experimenta paſſim admiſta, & 27. annorum labore parta (*a*). Tomo I. agit de arboribus & inſitione &c. Ita arbores muris adfixas rectius ad tres cum dimidio pedes inſeri, quam propius radicem. Omni tempore arbores poſſe inſeri, dum rami inſiti charta aut fronde defendantur. Cydoniis arborum fructu grandi ramos inſeri, earumque demum ramis ſpecies pretioſas rarasque. Vitem menſe Aprili optime inſeri: præcoces vites haberi, ſi in Ceraſum inſerantur, neque arbutum detractare juglandem ſibi inſitam. Pirum dicit bis proliferum. Arbores, quas plantare volueris, melius ex macilenta terra ſumi. *Goldpepin* omnibus malis præfert. Arbores cum ſua gleba evellere præſtat, neque radices

(a) I. p. 37. II. p. 408. Annos numerat 28.

dices nudare. Ut Mali & Piri regerminent, jubet in trunco & majoribus ramis menſe Februario corticem incidere; tamen ut liber non tangatur: ita novum renaſci corticem, bonosque fructus.

T. II. Iterum potiſſimum in arboribus occupatur. Valde laudat terræ renovationem, ut ter quater in anno inferior terra ſurſum vertatur. Pirum non bene Cydoniæ inſeri, melius Piro ſylveſtri. Ut color in fructu pulchrior fiat, debere per ſummos ſolis æſtus humectari. Denique de agri cultu, lætamine, & marga. Non debere frumentum uſtilagine infectatum lavari, deterius enim fieri. Calce viva ſemen ab uſtilagane defendi. Vicia ſata malas herbas deſtrui. Heſperides optime in arbores ſpontaneas ſuæ ſpeciei inſeri. Totum pene opus ad arbores & vites pertinet.

§. MXXXIII. *Galli.*

Jaq. BOULLAY *Maniére de bien cultiver la vigne* Orleans anno 1712. 12°. FALCONET. anno 1723. 12°. Canonicus, totus practicus, opera vinearum, & vindemiæ, & parandi vini docuit.

Les proprietés admirables du Caſſis Bourdeaux anno 1712.

NICOL. BAILLY & EL. COL. de VILLARS *an alvo pigræ caſſia ante cibum* Paris 1712.

Joh. DAVAL *E ſenibus Thee* Paris 1712. R. J. *Baptiſta* SYLVA.

In *Mém. de l'Acad.* anno 1712. J. *Nicolaus* de la HIRE jun. medicus florem triſtemonem fructumque ficus exponit, & adfectum catalepticum Dracocephali Americani.

EJUSDEM aliquot herbarum pictarum volumina Vindobonæ ſervantur. JACQUIN. Miro etiam artificio plantas impreſſit.

Franciſcus CHEVALIER eodem anno, arbores ſe vidiſſe ex Aurantio Limone & Citro compoſitas.

Cl. JEAUGEON ibid. De neceſſitate pollinis maſculi ad fecundationem Dactylorum Mém. de 1712.

IDEM anno 1715. Mortium meminit ex eſu Cicutariæ aquaticæ ſupervenientium, plantæ male definitæ.

EJUSDEM De Apalachines utilitate anno 1716.

§. MXXXIV. *Antonius de Juſſieu.*

Antonius de JUSSIEU, TOURNEFORTII diſcipulus & ſucceſſor, poſt itinera,

nera, herbarum cauſa, in Luſitaniam & Hiſpaniam ſuſcepta, hoc anno 1712. deſcripſit & depinxit Coriſpermum, novum genus.

Ejusdem Deſcriptio & icon Coffeæ prima & bona anno 1713. ſimilis Lilæ niſi quinque ſtamina haberet.

Ejusdem Duo Gallia depicta anno 1714.

Ejusdem Cereus ſpinoſus cum flore anno 1716. & de Caffea Burboníenſi ſpontanea.

Ejusdem Kali Hiſpanici annui Sedi foliis brevibus icon & deſcriptio, & fabrica ſaponis Alonienſis anno 1717.

Ejusdem De colore vario flavo ex Chryſanthemo ſegetum parabili.

Ejusdem De Catechu Mém. 1720.

Anno 1728. De neceſſitate conſtituendorum generum in Fungis, de figuris Fungorum Bibliothecæ Vaticanæ, & Barrelierii. Deſcribit Boletum pileolo folioſo, & Amanitam alliatum. Genera aliqua proponit.

Anno 1729. De Simaruba ejusque vi antidyſenterica.

Anno 1744. De Contrayerva, alia ab Houstoniana & Lupini potius adfini, ſeu Pſoralea.

Ejusdem *Herbis an ferro promtior tutiorque abſceſſuum a congeſtione curatio* R. Laurentio Ferret Paris 1738. 4°.

Ejusdem *E petroſelinum hortenſia inter condimenta ſaluberrimum* 1737. 4°. R. etiam L. Ferret.

Ejusdem *Eloge de M.* Fagon, *avec l'hiſtoire du Jardin Royal de Paris, & une introduction à la botanique* Paris anno 1714. 4°. video citari.

Ejusdem *Diſcours ſur les progrés de la botanique* Paris anno 1718. 4°.*. Laudat hortos, potiſſimum botanicos; denique Fagonium & Tournefortium. Inde dat Compendium methodi Tournefortianæ.

Apud Bradley *Philoſ. account* exſtát diſſertatio *Antonii* Jussieu de tribus ſexubus plantarum, & de fecundante polline ſtaminum.

Ejusdem Theſis *Ergo inveteratis alvi fluxibus Simaruba* Paris anno 1730. 4°. magn. recuſ. anno 1758. 4°.

Ejusdem Theſis *Ergo literatis ſalubris Coffeæ uſus* Paris anno 1741. 4°. maj.*. Titulum præfert fratris Josephi, in Peruvia degentis.

Ejusdem Theſis in hæc verba, *Ergo omne eſculentum vegetabile culturâ ſalubrius* Paris anno 1747. 4°. reſpondente *Stephano Ludovico* Geofroi jun.

Idem magno labore codices poſthumos Barrelierii conſtituit, & plantas ad ſyſtema Tournefortii redegit.

Idem Tournefortii *Inſtitutiones* recudit, & *introductione* auxit. Addidit auctoris vitam, methodi laudes & adſeclarum.

Video citari ejus lib. *de analogia inter plantas & animalia* Lond. anno 1721. forte apud Bradleyum.

§. MXXXV. *Icones Regiæ.*

Anno 1727. Idem Vir Cl. dedit hiſtoriam collectionis iconum pulcherrimarum, quas *Nicolaus* Robert jubente Gastone Burbonio, deinde Ludovico XIV. incepit, inde *Claudius* Aubriet continuavit, & quæ in Bibliotheca Regia ſervantur, quarum & catalogum Cl. Seguier edidit. Eas vidi Pariſiis anno 1727. Videntur earum aliquæ ſculptæ fuiſſe & editæ, & catalogum Roberti, iconum variarum ad vivum expreſſarum video absque anno citari, eum titulo *Diverſes fleurs deſſinées & gravées d'aprez le naturel.* Deinde Osmont *Dictionaire typographique* citat *Recueil de plantes gravées par ordre du Roi par N.* Robert, *Abraham* Bosse & *Louis* Chatillon 1701. fol. 2.Vol. tabulas omnino 319. Etiam hoc plenius exemplum habet in Catalogo Neaume T. V. tabulas nempe 546. cum titulo, *Eſtampes pour ſervir à l'hiſtoire des plantes de* Dodart P. II. & III. Paris anno 1701. *dédiées au Roi* par Robert, Bosse & Chatillon. Grand fol.

Dicemus hoc loco codicem manuſcriptum *Claudii* Aubriet, ad quem magna pars operis modo laudati pertinet, *Recueil de différens Papillons*, non pauciorum quem 1350. cum eorum menſe &c.

Et aliud ejus opus, in quo numeroſiſſima inſecta, Erucæ, Papiliones, Muſcæ, Vermes, cum eorum hiſtoria & plantarum nomine, quibus aluntur: & cum variis adnotationibus ad flores arboresque fructiferas pertinentibus, paginarum ſupra mille. Utrumque in Neaume catalogo recenſetur.

§. MXXXVI. *Angli.*

Alexander le Blonds Francofurtenſis, *The theory and practice of gardening* trad. by J. *James* Greenwich London 1712. 4°. Conf. p. 94. d'Argenville.

In *Philoſophicis Tranſactionibus* anni 1712. *Guilielmus* Courten memoria digniſſimam ſeriem dedit experimentorum in canibus factorum, quibus varia venena propinavit.

Eduardus

Eduardus LHWYD Catalogum dedit plantarum rariorum, in Wallia repertarum ibid.

Et in n. 335. Plantarum rariorum Hibernicarum, tum nonnullarum Cornubicarum.

N. 337. Pergit in plantis Wallicis, & Scoticis, de arbuto criſpo &c. Deſcribit etiam plantam faſciculatam clavatam, quam habet pro Zoophyto.

Edward COOKE's *Voyage to the Southſea and round the world* London anno 1712. 8°. Aliqua habet ad arbores medicas & plantas utiles Americæ, & orbem terrarum circumivit. Cum DAMPIERII itinere prodiit. p. 35.

§. MXXXVII. *M. Fr. Lochner.*

Michael Fridericus LOCHNER Noribergenſis, in *appendice Cent.* I. II. *Miſc. Nat. Cur.* dixit de Pareira brava, & in *Cent.* III. IV. appendice *mantiſſam* addidit. Eam herbam & Rayz de noſſa ſenhora conjungit cum Caapeba, quæ videtur de Smilacis eſſe adfinitate, Butua ſeparat. Ejusdem porro dat phyſicam & medicam hiſtoriam, tum analyſin, ſpiritum acidum, aliumque, cum quo reſina adſcendit: denique multum olei fætidi. Exempla ægrotorum addit, quæ confirmant, in morbis renum profuiſſe. Recuſa eſt anno 1719. 4°.*, & in *heptade*.

EJUSDEM μηκονοπαίγνιον, *ſeu Papaver ex omni antiquitate erutum* Noriberg. anno 1713. 4°. 1719. 4°.*. Multum philologiæ ad ſomnifera, & papaver pertinentis, nummi, gemmæ, lapides, quibus papaver inſculptum. Sed omnia opuſcula Cl. viri fere philologica ſunt.

EJUSDEM *Mungos animalculum & radix* Noriberg. anno 1715. 4°.*. Ex KÆMPFERO & aliis. Radicem ipſe LOCHNERUS tamquam efficax medicamentum diaphoreticum in morbis malignis, cum bono eventu exhibuit. Redit in *Eph. Nat. Cur. Cent.* III. IV. *app.*

Nerium ſeu Rhododaphne veterum & recentiorum, quo Amyci Laurus, Saccharum Alhaſchar, Planta Badſamur & Dafne Conſtantiniana explicantur Noriberg. anno 1716. 4°.*. Iterum collectanea etiam ad Nereides extenſa, cum nummis, marmoribusque: denique Nerium, etiam flore pleno, & Apocynum Badſamur, ex THEVENOTO deſcriptum. Saccharum alhaſchar inſecti opus eſt.

EJUSDEM *De Ananaſa ſeu Nuce pinea Indica, vulgo Pinhas* Noriberg. anno 1716. 4°. & in heptade, cumque VOLCAMERO. Nitidæ figuræ, hiſtoria ſpontaneæ & in variis Europæ hortis cultæ plantæ.

EJUSDEM *Belilli Indicum* Noriberg. anno 1717. 4°.*, & in *heptade*. Frutex eſt in horto Malabarico dictus. Adjecit vir Cl. aliud Belilli, ex fuco in inſulis Aſiæ auſtralis præparatum ferculum pretioſum, & multum ad graves morbos laudatum. Exemplum producit, ut in colico morbo profuerit.

EJUSDEM

Ejusdem *De novis & exoticis Thee & Cafe ſuccedaneis* Noribergæ anno 1717. 4°. nempe Botry Ambroſioide, quam deſcribit, tum de herba Paragay ſive Capraria. Addit aliqua de Schœnantho aliisque odoramentis. Redit in *Cent.* VI. *Eph. Nat. Cur.*

Heptas diſſertationum variarum ad hiſtoriam naturalem illuſtrandam conſcriptarum. Continet Mungos, Pareiram bravam, Ananas, Belilli, Nerium & ſuccedanea Theæ, ſeptima enim diſſ. huc non pertinet.

Ejusdem *De Acriviola flore pleno & foliis quinquefidis Cent.* VIII. *app.*

In *Cent.* VII. Agit de Scrophulariæ aquaticæ vi vulneraria.

In *Cent.* VIII. n. 2. Delineat Conyzam flore pleno, & Hypopityn purpuream.

Rariora Muſæi Beslerianicum cum Commentariis J. *Henrici* Lochneri pater *Michael Fridericus* edidit Noriberg. anno 1716. fol.*, in quo ad figuras Beslerianas aromatum, fructuum Indicorum, & Coralliorum, loci paralleli ſcriptorum colliguntur. Conf. p. 464.

Vita Cl. viri in *app. Cent.* X. exſtat.

Hoc anno 1712. inceperunt dudum intermiſſæ *Ephemerides Naturæ curioſorum*, earumque priores duæ Centuriæ prodierunt. In iis *Samuel* Slotzi egit De Kali in Tranſylvania proventu n. 132.

§. MXXXVIII. *Varii.*

Heſperidum deliciæ hyemales Wien 1712. fol. cum figg. Trew.

Der Hauswirthſchafts-Verwalter Leipzig 1712. 4°.

Der ſorgfältige Hausmann Altdorf 1712. 8°.

Frid. Gotthilf Freytag *De coronis convivalibus veterum* Lipſiæ 1712. 4°.

J. G. Wachter's *Symboliſche Deutung der Königlichen Aloë zu Cöpenik.* Si huc facit. Berlin 1712. fol. Burckhard.

Ejusdem *Todte Aloë, oder Continuation der ſymboliſchen Deutung &c.* Berlin 1713. fol. Burckhard.

Die ausbündig ſchönen Eigenſchaften der Americaniſchen Tabakspflanze Hamburg 1712. 8°.

Der allerneueſte Zuſtand von, Lothringen, Savoyen, Elſas, Francheconté und Schweizerland Frankfurt 1712. 12°. Rariora Helvetiæ ex Wagnero.

Die Gärtnerey ſowohl in ihrer Theorie als Praxi beſchrieben, vertente ex Gallico F. A. Danreiter. Augſpurg 1731. 8°. idem porro quod *neu eröfnete Gärtner-*

Gärtner-Academie, oder die Kunſt Pracht- und Luſtgärten anzulegen &c. Augſpurg 1769. 8°. Meisn.

Abrah. Heyneman's *Anbau des Weinſtocks* Dreſden 1712. 8°.

M. B. *Notæ in Pharmacopœam Bruxellenſem* Athenis 1712. 12°.

§. MXXXIX. *J. Philippus Eyſel.*

J. Phil. Eysel, Profeſſor Erfordienſis, diſputationes pluſculas argumenti botanici edidit. *De Agallocho*, reſpondente D. Reinboth, Erford. anno 1712. 4°. recuſam in Mantiſſa Valentini. Ab aqua addita malum liquorem, oleo tamen imprægnatum obtineri. Vis in reſina eſt.

Ejusdem *Bellicographia* ibid. anno 1714. 4°.*. Infuſum herbæ potiſſimum laudat.

Ejusdem *De fuga Dæmonum* anno 1714. 4°.* Hyperico.

Ejusdem *De bono Henrico* anno 1714.*

Ejusdem *De Filio ante patrem phthiſicorum aſylo* anno 1714.*, nempe Tuſſilagine.

Ejusdem *De Rore ſolis* anno 1715. 4°.*. Aquam auream ex herba contuſa docet obtinere, ex Neubartho. Deinde, ſed neſcio quo chemico menſtruo adhibito, aquam rubicundiſſimam, ambratam, dulcem. Vires laudat analepticas, & alias etiam in morbis malignis.

Ejusdem *De Aquilegia ſcorbuticorum aſylo* ibid. anno 1716. 4°.*. Ad experientiam ſuam provocat: Succum in phlogoſi ſcorbutica dat, nuper expreſſum.

Ejusdem *De Trifolio fibrino* anno 1716. 4°.*.

Ejusdem *De Betonica* anno 1716. 4°.*.

Ejusdem *De medicamentis ex malo Cydoniato paratis* Erford. ann. 1717. 4°.

Ejusdem *De Veronica* anno 1716. 4°.*. Ex Veronica, poſt fermentationem, igne ſubjecto ſalem adſcendere balſamicum.

Ejusdem *De cereviſia Erfurtenſi* diſſ. a Platnero anno 1727. 4°. excuſa refertur, & 1689. 4°.

Tribuuntur Eidem *Merkwürdige Eichenroſen* Erfurt. anno 1711. 4°.

Cl. Heffter addit diſp. *de Chocolatæ uſu & abuſu* anno 1694. 4°. editam.

§. MXL. *Belgæ.*

Kaſper EYLDERS *Regiſter van Peeren, appelen &c.* Haarlem anno 1713. 8°.*.

De nieuwe naauwkeurige Nederlandſe hovenier Leid. 1713. 4°. & 1718. 4°. cum figg. 1735. 4°. HEISTER &c. Eſſe verſionem JOHANNIS de la QUINTINIE cum notis nonnullis de terris batavicis.

§. MXLI. *Germani Varii.*

Diſpenſatorium Regium & Electorale Boruſſo Brandenburgicum Berlin anno 1713. fol.

F. P. F. P. a E. K. *Der kluge Landsmann, oder Unterricht, wie man das Hauswesen nützlich anfangen ſoll* Frankfurt und Leipzig 1713. 4°. Ex Belgico verſum eſſe. Alterne colendam eſſe terræ ſuperficiem aeri proximam & profundam.

Henric. HENRICI *De uſu corticis Peruviani cauto & ſuſpecto* Hallæ anno 1713. 4°.*

§. MXLII. *Angli.*

Curioſitates philoſophicæ, *ſeu de principiis rerum naturalium diſſertatio ſelecta* auctore T. S. J. F. London anno 1713. 4°. SUSSMILCH. Etiam de generatione plantarum agere lego.

§. MXLIII. *J. Car. de Carlowitz.*

J. *Caroli* de CARLOWITZ, viri nobilis & fodinarum ſummi Præfecti, *Anweiſung zur wilden Baumzucht* Leipzig anno 1713. fol. 1732. fol.* Sylvas ſenſim perire, & boreales regiones fieri inhoſpitas, niſi novæ ſerantur, quod quidem auxilium inſigni cum cura collaudat & docet. Deinde carbonariam artem exponit, & picis coquendæ, & fuliginis, & ceſpitum bituminoſorum. In viro nobili ignorantiam botanices excuſes, Graminis Mannam cum Manna Fraxini confundit &c.

In T. II. Arbores deſcribit coniferas, deinde frondoſas, inter quas varietates plurimas recenſet, denique arbores peregrinas, & demum mirabile quid habentes. Materiem potiſſimum, uſusque œconomicos conſiderat.

Tertiam partem omitto, quæ tota ſit ROHRII.

§. MXLIV. *Anton. Tita.*

Antonii TITA *Catalogus plantarum, quibus conſitus eſt hortus* J. *Franciſci* MAUROCENI Patavii anno 1713. 8°.*. Plantæ, pro horto privato numeroſiſſimæ.

EJUSDEM

Ejusdem Iter per alpes Tridentinas, vallem Sambucæ, & Marceſina alpeſtria anni 1713. una prodiit cum priori. Sola nomina, plantæ vulgatæ multæ, & varietates: inter eas alpinæ, ut Taraxacum aurantium, Cirſium ferox, Aſtragali non bene definiti, Theſium majus.

§. MXLV. *Henry de Rouviére. Alii.*

Henry de Rouviere, pharmacopolæ, *Voyage du tour de la France* Paris anno 1713. 12°.*. Juvenis, ante editum opuſculum obiit, & Helvetiam etiam adierat, levior, perſecutor, nugatur in Eremita Roſencruciano. Hortum Monspelienſem laudat. Plantas obvias leviter indicat, ut vix hujus ſit loci. Editor Vallemont.

Catalogue des plantes du Jardin du Roi l'an 1713. fol.* cum viribus medicis, fuit in Bibliotheca Wachendorfii.

Bewährter Unterricht von rechter Zubereitung des Coffee-Getränkes Hamburg anno 1713. 8°.*. Simplex & *practicus*. Non bene ſuadet de ſeminibus Coffeæ rejicere teſtas, quæ certe optimi ſint ſaporis.

Valentini Hermanni Thryllitii *De hiſtoria plantarum fabulari* Witteberg. anno 1713. 4°.*. Non eſt præſidis Heucheri, cum in collectione operum non reperiatur. De Narciſſo, Croco, Smilace, Braſſica, Roſa, Lilio, Hyacintho, Heliotropio. Literator potius, quam botanicus.

Georg. Daniel Thebesii *vom Taback* Hall. anno 1713. 4°. 1751. 4°.*. Cultus Nicotianæ; vires medicæ collectitiæ. De fumi tractione ejusque noxa. Negat tamen cerebrum ab eo fumo infici, & aliquam ejus conſuetudinis utilitatem admittit. De pulvere ſternutatorio ex Tabaco parato.

Pfropf- und Oculier-Meiſter, nebſt dem wohl verſuchten Kraut- und Blumen-Gärtner Wolfenbüttel anno 1713. 12°. Conf. p. 66.

J. Jacob Braüner *Theſaurus Sanitatis, oder auserleſenes Kräuterbuch* Francofurt. anno 1713. 8°.

Rothmahler's *Stolbergiſcher Gartenbau* Leipzig 1713.

Conr. Andr. Cramer *De uſu corticis Chinæ febrifugo* Hall. 1713. 4°.

Non legi, ſed poſſit huc pertinere *Philippi* Fraundörper in Moravia olim medici, *tabula Smaragdina medico pharmaceutica, in qua octingentorum ſelectiſſimorum medicamentorum, in nullo diſpenſatorio obviorum accurata deſcriptio traditur.* Revidit, auxit J. *Abraham* Merklin Nuremberg. anno 1713. ut vid.

§. MXLVI. *J. S. Carl.*

J. Samuel Carl, Archiatri Danici, *Von der Diæt für Geſunde und Kranke* Budingen anno 1719. 8°.*. Sed prior alia exſtat editio, cum titulo *Diæt-Ordnung* Frankfurt 1713. 8°. Breviter cibum adtingit, & potum.

Ejusdem *Diætetica ſacra* Buding. anno 1726. 8°.* fere perinde. Diætam ſeveram imperat, & abſtinentem inebriaminum.

Ejusdem *De noxio uſu Belladonnæ in arthritide Eph. Nat. Cur. Vol.* IV. obſ. 86.

Ejusdem *Armen-Apotheck* Budingen 1764. 8°.

§. MXLVII. *J. Hieronymus Zanichelli.*

J. Hieronymus Zanichelli, Pharmacopola Venetus, pluſcula ſcripſit botanici argumenti. *De Myriophyllo Pelagico* Venet. anno 1714. 8°.*, *aliuque planta marina anonyma;* Illa cum & ſemina habeat in ramis pennatis & flores, aliquid ſimile fuerit Polyparii. Altera planta folio eſt rotundo, ſapore fuci.

Ejusdem *De Ruſco ejusque medicamentoſa præparatione* Venet. 1727. 8°.*. Nempe ſemina ad Coffeæ modum toſta, potum dare non ingratum, & diureticum.

Parva hæc opera, majus, quod indico *Iſtoria delle piante che naſcono nel lidi intorno a Venezia* Venez. anno 1735. fol.*. Poſthumum opus a filio J. *Jacobo* editum & auctum. In *præfatione* reperias hiſtoriam operum, quibus alicujus regionis plantæ deſcribuntur, quales nunc ſolent *Floras* vocare. In Donati catalogo plantas reperiri, quæ nuper circa Venetias non potuerint detegi. Opus ipſum in ſchedis inordinatis a patre moriente relictum, Filius J. Jacobus in alphabeti ordinem redegit. Plantæ paucæ ſunt, & ſatis fuſe deſcriptæ, adjectis viribus medicatis, cum iconibus æneis a J. *Hieronymo* paratis, omnino 311. Novi vel proprii parum, plantæ tamen aliquæ calidarum regionum, circa Venetias detectæ, quarum pluſculæ videntur ad varietates ſpectare. Multum utitur catalogo plantarum Pariſinarum Tournefortiano.

Ejusdem *Opuſcula botanica poſthuma* Venet. anno 1730. 4°.* a filio J. *Jacobo* pariter edita. Catalogi ſunt plantarum, quas in quinque itineribus detexit: primo per Iſtriam & vicinas inſulas; ſola nomina: marinæ multæ, aliæ vulgares, raræ aliæ, nonnullæ pro novis datæ, ut Umbellifera alpinam Visnagæ flore, Caucalis arvenſis &c. aut a nuperis certe neglectæ.

In II. itinere recenſet plantas in Monte Caballo Bellunenſi lectas, alpinas & ſubalpinas, multas, quas absque ſynonymis dat, ut Auriculam Aſari folio, Alſinen cæruleo flore, Bugloſſum alpinum minimum floribus cæruleis, Cardaminen foliis trilobatis, Cratægum Agrimoniæ folio, Cirſium alpinum flore ſingulari, Hieracia alpina, Lychnides aliquas &c. Magna cum jactura rei herbariæ factum eſt, ut nullas dederit deſcriptiones.

In III. itinere pariter alpino in Monte *Vettarum* præaltum adſcendit, cum in eo radicem Rhodiam legerit. Hic iterum pro novis habeas Aſtragalos aliquos, Hieracium &c.

In IV.

In IV. itinere montis Summani plantas enumerat. Iterum hic Aſtragali novi deſcribit. Adjectæ aliquarum plantarum vires medicatæ.

In V. itinere per montes humiliores Euganeos ambulavit.

§. MXLVIII. *J. Maria Lanciſius.*

J. Maria LANCISIUS vir illuſtris, Archiater Pontificius, alia quidem per ſtudia inclaruit. Ad rem herbariam pertinet diſſertatio *de ortu, vegetatione & textura Fungorum*, Romæ anno 1714. fol.* edita, cum MARSIGLI adfini opere, & in operibus omnibus inter *Diſſertationes* recuſa Num. VIII. Semina Fungis negat, etiam Cyathis & Cynomoriis. Ex humore lento & putrido fungos naſci, exque degenerante arborum ſucco. Denique de lapide fungario agit.

Deinde cum diſſ. de *villæ Plinianæ ruderibus* adnotat, quæ plantæ omnium primæ in tellure a mari nudata naſcantur, nempe Cakile & Gramen ſpica argentea: inde Eryngium marinum, Crithmum, Chamæmelum marinum, Tithymalus paralius. Longius a littore aliæ, etiam fruticoſæ ſequuntur. Diſſertatio eſt *nona*, & pariter cum MARSIGLI opere excuſa eſt.

§. MXLIX. *Itali aliqui.*

Franciſcus FANTASTI Veronenſis medicus in *Giornale de letter* XVII. p. 247. Colocaſiæ Ægyptiæ florem depictum dedit, veriſſimum Arum, & oſtendit, fabam eſſe Ægyptiam antiquorum.

Hieronymi BARUFFALDI *La tabaccheide ditirambo cum adnotationibus* Ferraræ anno 1714. 4°. Laudant ingenium Poëtæ.

EJUSDEM *Il Canapajo* L. VIII. Bologna 1741. 4°. min.*. Diu vixit in pago Cento haud longe Bononia remoto, ubi perfecta Cannabis curatur: Uſus eſt, & fere convertit in poëſin libellum, quem etiam una edidit, FABRICII BERTI, INNOCENTII BREGOLI, & ANTONII PALLARA Centenſium, *coltivazione del Canape.* Primus libellus princeps eſt, habet iconem & deſcriptionem & plantæ, & inſtrumenti eo pertinentis. Eximia omnino craſſitie Cannabis ea in regione naſcitur. Cultum totum: uſum fimi Columbini aut certe gallinacei, cujus etiam aliquantum cum Cannabis ſemine ſpargitur, meſſis, nam demetitur, maceratio, acervatio, batuatio, fractio. Reliqui libelli breves ſunt. His uſus BARUFFALDUS poëma compoſuit, non valde epicum, & nimis humile, tamen Georgicum, neque inutile, ut per expertorum conſilia natum. Poſt quartum annum frumenta feliciter provenire, ubi Cannabis culta fuit. Nimium lunæ tribuit. Accurate arationem, & foſſionem deſcribit. Serotinam Cannabin præfert. Nimis parce ſeruiſſe COLUMELLAM, ſementem una tertia debere denſius ſeri. Duos ſexus invertit. Omnia quæ F. BERTI porro opera perſequitur: interſpergit fabuloſa & jocoſa aliqua. In notis varia declarat. Adjicit deſcriptionem

nem lacus ferventis Viterbienſis, & aquarum ſulfurearum in quibus Cannabin macerant.

§. ML. *J. Lawrence.*

J. LAWRENCE in Epiſcopatu Dunelmenſi V. D. M. *Clergyman's recreation* London anno 1714. 8°. 1715. 8°. Modeſti viri opus potiſſimum pertinet ad arbores fructiferas, earum ſolum, ſeminarium, putationem, inſitionem &c. Converſum reperitur in III. Tomo variorum Cl. DESLANDES. Breve & minime inutile ſcriptum. Boream avertit arboreto ex Prunis, aut Malis ſylveſtribus conſito; propugnacula oblique arboribus præponit. Radices ab æſtu defendit circumfuſa arena, qua pavimentum ſternit. Ramos horizontales feraciores eſſe, & debere præferri, inque putatione conſervari. Inoculationem præfert inſitioni. Negat proprii quid habere auctor l. *on fruittrees* p. 10.

EJUSDEM *The Gentlemans recreation of gardening improved shewing the pleaſure and profit of gardening* London anno 1716. 8°. De utilitate ſumma terræ virginis & requietæ, de arcendo gelu, &c.

EJUSDEM *Fruit gardeners calender* London anno 1718. 8°. OSB.

EJUSDEM *The lady's recreation in the art of gardening* Lond. 1717. 1718. 8°.

EJUSDEM *New Syſtem of agriculture* London anno 1726. fol.*. Multum uſus EVELYNIO, & HOUGHTONO, non MORTIMERO, cui fidem non potuerit habere. Ipſe non videtur, aut plantas accurate notas habuiſſe, aut multum experimentorum feciſſe; paſſim etiam nimis credulus. Totam domum ruſticam opere ſuo complectitur, etiam animalia, & foſſilia, in plantis tamen uberior. Libro I. lætamina & artes tradit, quibus terræ fecunditas augetur, quo ſcopo laudat terram virginem, & fimo præfert. Varias ſementes deſcribit, etiam Glycyrrhizæ, Luteolæ, Iſatidis, Sacchari, Rubiæ, Dipſaci. Libro II. arbores ſylveſtres percurrit, & in ſingula moratur, tum frutices. L. III. arbores cicuratas, cum Pomorum varietatibus. L. IV. radices edules, olera & condimenta. Hic Laſeris hiſtoriam dat, ex KÆMPFERO ſumtam. Liber ultimus eſt de floribus vulgaribus & horto. Paludoſa ſalſa ovibus ſaluberrima eſſe. Multus eſt in artificiis hortulanorum.

Apud BRADLEY reperias ejusdem AUCTORIS *Improvement* &c. Pro circulatione ſucci plantarum experimentum adfert. Cum nempe in vulgare Gelſeminum varietatem ſtriatam inſeruiſſet, etiam truncus ipſe, qui ramum receperat, ſtriis varios flores protulit.

Cum *Caroli* EVELYN opere duæ epiſtolæ hortenſis argumenti LAWRENCII prodierunt.

Richardi BENTLEY de Laſere Epiſtola exſtat in opere, quod modo diximus. Plantam KÆMPFERI omnino pro vero habet & legitimo Laſere veterum, quod bonas notas retinens MEADIO ait ſe oſtendiſſe.

§. MLI.

§. MLI. *Belgæ &c.*

Le Jardin de Hollande garni de fleurs, de fruits & d'orangers Leid. anno 1714. 8°. FALCONET. anno 1721. 8°. 1728. 8°. lego ex J. de la QUINTINIE exſcriptum eſſe. Nonne fuerit opus p. 114.

Pharmacopœa Amſtelodamenſis Amſterd. 1714. 12°.

Pharmacopœa Haarlemenſis Haarlem 1714. 12°.

Hadriani RELAND *Palæſtina illuſtrata* Utrecht 1714. 4°. Belgice 1718. 4°.

Nic. LAGERLÖF *Landcultur* Stokholm 1714. 8°.

EJUSDEM *Magaziner* ibid. eod. anno.

EJUSDEM & SUEN RENQUIST *de natura & cognitione ſimplicium* Lund. 1733.

§. MLII. *Lud. Feuillée.*

Louis FEUILLEE, Franciſcani Minimi, *Journal d'Obſervations phyſiques, mathématiques & botaniques, faites ſur les Côtes Orientales* (*b*) *de l'Amérique méridionale & dans les Indes Occidentales, depuis* 1707. *jusqu'en* 1712. Paris anno 1714. 4°.*. Præcipua pars operis ad Peruviam pertinet, cujus in oris herbas pulcherrimas auctor legit, & tabulis quinquaginta nitide expreſſit. Inter eas Bromus eſt noſtratium ſimillimus, catharticus; Jacobea febrifuga *Nilgué*, Centaurium minus *Cachen* parum a noſtro diverſum. Epipactidis genus conſtituit.

EJUSDEM *Journal des Obſervations phyſiques, mathématiques & botaniques, faites ſur les Côtes Orientales* (*c*) *de l'Amérique Méridionale & aux Indes Occidentales, & dans un autre voyage à la nouvelle Eſpagne & aux Isles de l'Amérique* Paris anno 1725. 4°.*. In priori parte operis iter Peruvianum & Chilenſe abſolvit. In altera recenſet antiquius iter annorum 1703. & 1704., Carthagenam, inque vicinam oram, & in inſulam Martinicam ſuſceptum. Tabulæ plantarum iterum 50. pulcherrimæ. Inter eas arbor eſt Cinnamomi viribus, Geſnera cathartica, aliæque novæ & ignoratæ plantæ.

Tabulæ, quibus plantæ continentur, Noribergæ excuſæ ſunt anno 1756. & 1757. 4°.* duobus voluminibus, & deſcriptiones Germanice redditæ a *G. Leonhardo* HUTH. Titulus eſt *Beſchreibung zur Arzney dienlicher Pflanzen, welche in Peru und Chili vorzüglich im Gebrauche ſind.*

§. MLIII. *Galli aliqui.*

Godefroi LOYER *Relation du voyage du Royaume d'Iſſiny, Côte d'or, païs de Guinée* Paris anno 1714. 12°.*. Monachus, plantas etiam notiores deſcribit.

Joh. CORDELLE *An vinum alimentum, medicamentum, venenum* Paris 1714. RANT. LEIY.

Fr. AFFORTI & *Petri* AFFORTI *E. vinum aqua dilutum aqua ſimplici & mero ſalubrius* Paris 1714. 4°.

§. MLIV.

(b) Lege Occidentales.
(c) Iterum Occidentales.

§. MLIV. *G. Derham.*

In *Guilielmi* DERHAM *Phyſico theology ſeu ſermonibus Boylianis* liber X. huc pertinet, in quo de teleologia partium plantarum, & fabrica breviter agitur, & fere ex N. GREW. Inde utilitates, quas hominibus præſtant. Primum prodiit London anno 1714. 8°. editio mea anni 1716. 8°.*, jam quarta eſt. Belgice Leid. 1728. 4°. vertente *Abrah.* v. LOON. Gallice Roterdam. 1730. 8°.* Strasburg 1769. 8°. Leid. 1769. 8°. &c. Germanice Hamburg 1736. 8°. 1764. 8°. Suecice Stokholm. 1736. 8°.

In *Philoſophicis Tranſactionibus* n. 339. *Cotton* MATHER aliquas plantas medicatas novæ Angliæ indicat.

§. MLV. *Germani Varii.*

Arminius SYLVAULS (ita SEGUIER) *von dem Podagra und deſſen Indianiſcher Cur durch die Moxa* Breslau anno 1714. 12°.

Muſæum Wolfianum, *oder Verzeichniß von allerhand Inſecten*, *Mineralien*, *Vegetabilien &c. welche* D. *Chriſtian* WOLF, mediinæ Doctor, *colligirt*, Leipzig 1714. 8°.

Parnaſſus hortenſis, *oder vollkommne Garten-Schul* Magdeburg 1714. 8°. 1724. 8°. 1739. 8°. 1763. 8°.

Entdeckte Gruft natürlicher Geheimniſſe von Verbeſſerung der Landgüter Zell 1714. 4°. Leipzig 1717. 4°. 1752. 4°. Ex VALLEMONTIO excerptum a FRIDERICO von BRESLAU und ASCHAFFENBURG.

Joh. GERCKE *Bericht von Urſprung*, *Kunſt und Bereitung der rothen Corallen und wahrhafter Tinctur* 8°. B. THOM.

Joh. HEIMREICHENS *abgedrungne Demonſtration der Abhandlung* D. D. LUDWIGS *von Moderation der Apothecker-Taxe* 1714. 8°.

Geſegneten Hausſtandes III. Theil, *von dem Acker- und Feldbau* Frankf. und Leipzig 1714. 8°.

J. *Adam* LEINWEBER *De vino Wertheimenſi* Altdorf. anno 1714. 4°.*. Patriæ vineas vitesque deſcribit: & globulos oleoſos, qui ad parietes vaſorum ſecedunt.

Der Seidenbau in ſeiner Vorbereitung, *Beſtellung und Gewinnung* Berlin 1714. 4°.

Hausbuch von der Viehzucht und Ackerbau Nürnberg 1714. 8°.

§. MLVI. *J. Georg. Wilhelmus. Alii.*

J. *Georg.* WILHELMI *Juniperus* Argentor. anno 1715. 4°.*. Varia medicamenta, quæ ex Junipero parantur, & uſus medicos fuſe enumerat.

J. *Franc.*

J. *Franc. Nic.* FABER *De Theæ Helvetico* Baſil. anno 1715. 4°. Dixi ad ZWINGERUM.

Chriſtian. Georg. SCHWALBE *De China officinarum* Leid. anno 1715. 4°.* Senecionem Sinenſem foliis dentis leonis flore aureo, radice craſſa, nodoſa, vulgo Chinam officinarum dictam deſcribit, qualis in horto alebatur. Arboris etiam Coffeæ, raræ eo ævo hoſpitis, in horto Amſtelodamenſi cultæ, meminit.

J. Petr. KOMAROMY *De vino Hungarico Sopronienſi* Baſil. 1715. 4°.

§. MLVII. *J. F. Gronovius.*

J. Friderici GRONOVII, viri doctiſſimi, *Diſputatio inauguralis Camphoræ hiſtoriam exhibens* Leid. anno 1715. 4°.*. Peculiare genus facit; de Camphora in Japonia cocta ſubdubitat, rafinationis vero artem hactenus arcanam docet. Subjicit arborem Camphoriferam Borneenſem, quæ nativam Camphoram dat: analyſin porro tradit Camphoræ, variis modis tentatam.

Sive ad J. CLAYTONUM retuleris, ſive ad GRONOVIUM, non valde peccaveris, *Floram Virginicam exhibentem plantas, quas in Virginia* J. CLAYTON *collegit. Methodo ſexuali diſpoſuit* J. F. GRONOVIUS. Ejus libri prioris editionis Pars I. & II. prodiit Leid. anno 1743. 8°.*, & nuperior editio ibid. anno 1762. 4°.*. Tertiam partem cum GRONOVIUS præpararet, labori inter mortuus eſt, & poſthumum opus filius edidit *Laurentius Theodorus.* Plantas plurimas novas nominibus LINNÆANIS inſignivit, & ad ejus placita diſpoſuit, ſæpe tantum nomina dedit, alias deſcriptiones. Multæ intercedunt Europeæ ſtirpes, tamen & nova in editione anni 1762. genera ſunt, ut Menandra, Clethra, Hydrangea, Schwalbea. Omnium copioſiſſima gens eſt Polyantharum (ſyngeneſia): etſi claſſes Europeæ omnes hic occurrunt. Ex Sophora factum pigmentum pro Indico venale, non bonum eſſe admonet. Inter indigenas eſt Benzoin, Seneka (Snakeroot), Ariſtolochia, quæ Serpentaria Virginiana.

EJUSDEM *Flora Orientalis, ſeu recenſio plantarum, quas Leonhardus* RAUWOLF *annis* 1573. 1574. 1575. *collegit* Leidæ anno 1755. 8°.*. Trecentæ quinquaginta plantæ ſiccæ in *Bibliotheca Leidenſi* ſervantur, quo ex VOSSII bibliotheca venerunt, cui CHRISTINA Suecica eas donaverat. Earum aliquæ Helveticæ ſunt. Inter rariores eſt Spica nardi graminis genus ſpica villoſa: Henna: Ribas: Seſamum: Roſa Jerichuntina: Semen contra vermes: Cedrus Libani: Salix Babylonica, Judæis ſacra: Muſa: Holci LINNÆANI genus quod Dora: Sycomorus. Ordo LINNÆANUS.

In *Comm. Lit. Noric.* anno 1741. n. 46. aliqua de Ginſeng Americano, & de Polygalæ tinctura.

§. MLVIII. *J. Garidel.*

Joſeph GARIDEL *Hiſtoire des plantes, qui croiſſent autour d'Aix, & dans pluſieurs endroits de la Provence*, Aix anno 1715. fol.* Paris anno 1723. fol. In beata regione GERARDO ſpicilegium reliquit. Splendidum cætera opus, centum tabulis ornatum, quarum aliquæ vitioſe ſunt inſcriptæ, & multas doleas vulgatiſſimas eſſe, in quas ſumtus profuſus ſit, bonæ enim ſunt icones. Multa virium medicarum enumeratio, nova etiam aliqua. Hiſtoriam naturalem Cocci Ilicis & muſcas parentes, & inſecti metamorphoſin hic reperias.

§. MLIX. *Gallica aliqua.*

Recueil de voyages au Nord Amſterdam 1715. 3.Vol. Meâ editio incipit anno 1732. & continet decem volumina. Inter ea ad rem noſtram hactenus pertinent. Inter vetuſtiora itinera P. de LUCA, LAMBERTI, CARPINI, ISBRANDI IDES peregrinationes, demum libellus P. JARTOUX de Ginſeng.

Ludovici GAYANT *An a frequentiori Coffeæ potu vita brevior* Paris anno 1715. PLATN.

Hoc anno Alterum Diarium a Societate Jeſu inceptum eſt, cujus Tomus I. anno 1715. prodiit. Quintus anno 1725. Septimus anno 1729. Octavus anno 1745. ſucceſſit, cum titulo *Nouveaux mémoires des miſſionaires de la Compagnie de Jeſus au Levant.* In eo paſſim aliqua huc pertinentia reperias, ut SICARDI, de plantis Ægypti T. V. & VII. Saccharum acernum T. V.

Explication des piéces, qui ont ſervi à la conſtruction de la machine inventée à Milan par le Marquis del BORRO, *pour labourer la terre*, Milan, 1715, 4°. FALCONET.

§. MLX. *Fridericus Slare.*

Frederick SLARE medici, chemiæ amantis, ingenioſi viri, *Vindication of ſugars againſt the charge of D. Willis* London anno 1715. 8°.*: conjunctum opuſculum cum *Tract. de lapide bezoar.* Non nocere cuti Saccharum, ſi polline manum fricueris, non dolore, ſi eumdem in ſanum oculum flatu impuleris, non dentibus adfrictum moleſtum eſſe, aut gingivis; non naribus ſuſceptum. Etiam alia dulcia, interque ea cerealia ſalubria eſſe, tum horæos fructus. Inde artem coquendi Sacchari docet. Nihil eſſe in Saccharo, ſed neque in ſpiritu Sacchari cauſticum, neque eo ſpiritu mitiorem ex pane adſcendere. Demum uſum Sacchari ad varia mala commendat.

J. HARRIS *Collection of voyages publiſhed by* CAMPBELL *with great improvements* London 1715. fol. 2.Vol. Conf. p. 76.

HILL's (Aron's ut puto) *account of the riſe and progreß of the beechoil inventions* London 1715. 8°.

Ralph

Ralph THORESBY *The topography of Leeds and parts adjacent* London 1715. fol.*. Pius homo & morum antiquorum, Muſeum ſuum enumerat, & in eo 800. plantas D. NICHOLSONII.

§. MLXI. *Bernhardinus Zendrini.*

Bernhardini ZENDRINI *Trattato delle China China* Venez. anno 1715. 8°.*. Argumentum practicum eſt, & tuetur corticis Peruviani innocentiam. Præmittit tamen hiſtoriam ejus corticis, & modum exponit, quo febrem correcta bile tollit.

Joſephi NENCI *Rifleſſi ſopra le piu frequente e neceſſarie operazioni della coltivazione* Siena anno 1715. 12°. SEGUIER.

§. MLXII. *Germani Varii.*

Chriſtophorus Bernhardus VALENTINI, MICHAELIS BERNHARDI filius, edidit Francofurt. anno 1715. fol.* TOURNEFORTIUM *contractum ſub forma tabularum ſiſtentem, inſtitutiones rei herbariæ, icones characterum claſſicorum, & tabulam claſſium & generum.*

Daniel ROSENFELD *Roſa Saronitica* Lipſ. anno 1715. 4°. SEGUIER.

In *Miſcell. Acad. Nat. Cur. Cent.* III. n. 63. Cortex Peruvianus adverſus arthritidem & alia mala laudatur.

Sigismund SCHMIEDER De pluvia pollinis Pinei, polline Lycopodii &c. obſ. 80.

Obſ. 155. De Roſa ſemel & bis prolifera.

IDEM in *Miſcellaneorum Lipſienſium* Tomo V. dixit de Secali corniculato.

EJUSDEM De vera herbæ Verbenæ ſignificatione in *Miſcell. Lipſ.* n. 1.

Godofredi THOMASII Thea ex Roſis in *Cent.* III. *Nat. Cur.* n. 199.

Godofredi HELD obſ. 170. De vi antipodagrica corticis Peruviani.

In *Cent.* VII. Agit de Maslach, cui originem peſtis tribuit.

J. *Caſpar* MANGOLD *Idea materiæ medicæ* Baſileæ anno 1715. 8°, Medicamenta per claſſes virium & morborum diſponit.

EJUSDEM *Præliminaria de conciliandis methodis Tournefortii, Rivini, Hermanni & Raji* Baſileæ anno 1716. 4°.*.

Ergötzlichkeiten vom Toback, worinn deſſen Urſprung, Würkung und Annehmlichkeit vorgeſtellet wird Leipzig anno 1715. 8°.

Die wohlunterwieſene Köchin Nürnberg 1715. 12°.

Non ſeparabo JONÆ RAMUS *Norges beſkribelſe* Hafniæ 1715. 4°. Habet catalogum plantarum, inſectorum, avium, & piſcium.

§. MLXIII. *J. Jacobus Dillenius.*

In eodem volumine *Miſc. Acad. Nat. Cur.* prima opella adparuit J. *Jacobi* DILLENII Gieſſenſis, ſummi, dum vixit, botanici. Id enim proprium Illuſtri meo amico contigit, ut vitam integram, nulla pene hora amiſſa, herbarum ſtudio dare potuerit. Fuit in colligendis ſtirpibus feliciſſimus, pari in adnotanda omni earum fabrica ſolertia, denique & delineare didicerat, & ſculpere, ut numeroſas ſuas tabulas proprio ſcalpro elaboraverit. Obiit Oxonienſis Profeſſor, maxima cum rei herbariæ jactura, cum plenum opus herbarium, cum propriis iconibus pararet, quarum aliquas mecum communicavit. Circa Gieſſam rudimenta poſuerat ſtudii botanici, quem agrum indefeſſus perreptavit, adiit & alpes Wallicas, gravi corpore & parum ad ſcandendos ſcopulos idoneo: & horto *Jacobi* SHERARDI diu uſus eſt, deinde Academico.

De Cahve Arabico & Germano Europæo egit *Cent.* IV. obſ. 50. Secalino ex ſemine toſto grati ſaporis infuſum paravit.

In *Cent.* VI. n. 38. Deſcripſit & depictas dedit quatuor plantas, duas Spergulas, folio Knawel, & Spergulam ſemine limbo foliaceo cincto.

In *appendice* dedit diſſertationum Epiſtolica primam, & alteram *de plantarum propagatione* maxime capillacearum & Muſcorum. Magni & periti auctoris eſſe continuo adgnoſcas. Jungermanniarum flores deſcribit; delineat duas Charas, Confervas aliquas, tum Chondrillam, & varietatem Hieracii umbelliferi. Porro characteres Polygonifoliæ, Radiolæ, Corrigiolæ; particulas anthereas ex variis plantis. In *altera* diſſertatione addit Centunculi & Camerariæ (Montiæ) characterem. Multa de uſu petalorum, ſtaminum, de ſexu plantarum, Equiſeti radice, polline ſeminali, denique nonnulli Muſci. Staminum pollinem facere, ne ova ſubventanea fiant. In Orchide pollen conicus, in Ophride rotundus eſt.

In *Cent.* IX. *obſ.* 43. ſuum experimentum parati ex noſtro Papavere Opii recenſet.

EJUSDEM *Catalogus plantarum ſponte circa Gieſſam naſcentium* Francofurti anno 1719. 8°.*, auctoris impenſis, qui nemine remunerante, nemine pene curante, immenſum laborem exhauſerat, neque bibliopolam reperit, qui in brevem libellum ſumtus vellet experiri. Præmiſit judicium de methodis plantarum RAJI, RIVINI, TOURNEFORTII & KNAUTII. In RIVINUM potiſſimum dixit, cujus methodus viro naturali methodo addicto non poterat non diſplicere; ſic neque KNAUTIO pepercit, quorum uterque ſolo ex numero & regularitate, aut irregularitate partium floris, plantas aut partiebantur, aut conjungebant.

bant. Catalogus ipſe, per menſes diſpoſitus, paſſim adnotationibus miſcetur, dives plantis parum notis, minimis, Muſcis & Fungis. Subjecta ſunt nova genera, certe a Cl. viro primum conſtituta, Dichotophyllum, Polygonifolia, Portula. Rariores aliæ ſpecies ſubjiciuntur ſerius repertæ, cum deſcriptionibus. Tunc plantæ alibi, neque Gieſſæ lectæ. Seorſim vir Cl. novas ſpecies recenſet, quas inter aliquæ varietates ſunt, novæ aliæ. Sequitur *generum Supplementum* ad TOURNEFORTIUM, Fungi in genera diviſi, tum Muſci, & Lichenes; conſtituta genera Percepier, Knawel, Sherardia, Myoſuros, Sagitta, Centunculus, Plantaginella, Cameraria, Lentibularia, Pentapterophyllon, Radiola, Hypopitys, & alia. Inde in *Supplemento Floræ Gieſſenſis* Pinaſtella, Graminifolia, Corrigiola &c.

Cum plerisque exemplis prodiit *Examen reſponſionis* A. Q. RIVINI. Facile adparet, juvenem in re præſente viventem ſeni, ex hortis potiſſimum plantas decerpenti, longe ſuperiorem eſſe. Aſperiuſcule ſcripſiſſe doleas.

EJUSDEM nunc in Anglia viventis *editionem ſynopſeos* RAJANÆ *tertiam* Lond. anno 1724. 8°.* jam diximus. Muſcos, Fungos, Gramina, quidquid eſt difficillimum, DILLENIUS largiſſime emendavit, icones egregias adjecit: noluit varietates tangere, quibus hæc ſynopſis abundabat.

EJUSDEM *Hortus Elthamenſis Jacobi* SHERARD, fratris *Guilielmi* London anno 1732. fol. mag.*. Plantas plerasque peregrinas, paucas noſtrates & Anglicas, in univerſum omnino 437. depinxit, ſculpſit, hiſtoriam dedit pleniſſimam, ſynonymiam ditiſſimam, & critica de ſtirpibus judicia, & acutius, quam quisquam alius, minuta plantarum diſcrimina perſpexit. Genera multa conſtituit, Meſembryanthema numeroſiſſima recenſuit, plantas nobiliſſimas declaravit, ut Chinæ radicem, alias.

EJUSDEM *Hiſtoria Muſcorum* Oxon. anno 1741. 4°. maj.* Incredibili labore Muſcos & Lichenes conſtituit, ſpeciebus ex utroque orbe congeſtis fere 600. ſubtiliſſime & per omnes particulas minutiſſime diſſectis, deſcriptis, delineatis, ut nulla nunc claſſis plantarum cultius tractata habeatur, quam quæ erat difficillima. Malles ſubinde varietatibus minus datum fuiſſe. Brevem eſſe neceſſe eſt in libris, ubi innumera laudare oporteret.

§. MLXIV. *G. A. Agricola.*

Georgii Andreæ AGRICOLÆ, medici Ratisbonenſis, *Kurzer Bericht vom Urſprunge der Univerſal-Vermehrung aller Bäume und Gewächſe* Leipzig anno 1716. 4°. Parvus libellus. Sic *Nachricht von ſeiner Univerſal-Vermehrung der Bäume* Leipzig anno 1716. 4°. & *Oeffentliche Declaration und Gegenantwort, neu eröffnetes Geheimniß &c.* Regenſpurg 1716. 4°. EJUSDEM *Neu erfundene Kunſt von der Univerſal-Vermehrung aller Bäume und Stauden-Gewächſe* Frankfurt und Leipzig anno 1716. 4°. TREW. recuſum in G. G. GRUNDIG collectione T. II. De ſuo invento, deque mumia ex gummi Copal parata, & al-

tera vulgari (utraque nempe emplaſtrum eſt ad arborum vulnera utile). Porro de radicibus ex vulneribus arborum producendis, ope cjusdem mumiæ: de Leucojo, Roſa, Viola inoculandis &c. EJUSDEM *Neu und nunmehr doch gegründeter Verſuch der Univerſal-Vermehrung aller Bäume, Stauden und Blumen-Gewächſe* Regenſpurg Tom. I. 1716. fol.* Frankfurt 1752. fol. Tom. II. Regenſpurg anno 1717. fol.*. Gallice *l'Agriculture parfaite* Amſterdam anno 1720. 8°. 1732. 8°. 1752. FALCONET. Anglice a R. BRADLEY verſ. London anno 1721. 8°. & 1726. 4°. cum titulo *New method of improving Eſtates and Gardens with ſome otheir experiences made on that ſyſtem* by BRADLEY. Arcanum erat in radicum productione ex trunco inciſo, & ſubnato callo, in ramorum in radices inſitione, & radicum in ramos & truncos: deinde foliorum cum oculo inſertione, etiam ſolorum. Arcana addebat, mumiam ſ. emplaſtrum, cui plurimum tribuebat. Hæc incredibili copia verborum fere ſuffocat, nonnunquam pene ad nugas deſcendentium. Eventum non reſpondiſſe promiſſis paſſim lego (*d*).

EJUSDEM *Nachricht von dem neu angelegten Sonn- und Sternwald, wie ſolcher nach dem Verſuch der Univerſal-Vermehrung ſich præſentirt* Leipzig anno 1717. 4°. Iterum programma.

§. MLXV. *Chriſtianus Knaut.*

Chriſtiani KNAUT filii, *Methodus plantarum genuina* Hall. anno 1716. 8°.*. Methodum RIVINIANAM perfecit, ſumma cum ſeveritate legum, ut tripetala Gallia a tetrapetalis toto genere ſeparet, & in univerſum nullam in numero, ſive regularitate & difformitate excuſationem admittat.

§. MLXVI. *Bernardus van Nieuwetydt.*

Bernard van NIEUWETYDT, Conſulis *Purmerendini*, *Regt gebruyk der weereld beſchouwingen* Amſterdam anno 1716. 4°. 1717. 4°. 1720. 4°. 1725. 4°. Paris anno 1725. Germanice ab ILL. SEGNERO verſum opus & emendatum Jenæ anno 1747. 4°.* prodiit. Pertinet huc contemplatio XXIV. de plantis, quarum germinationem, incrementa & fabricam fere ad modum GREWII tractat.

§. MLXVII. *Galli.*

J. JOBLOTI *Obſervations d'hiſtoire naturelle, faites avec le microſcope* Paris anno 1716. 4°. 1754. 4°.*. Aliqua ad plantarum fabricam & Mucores hic faciunt, equidem exſcripta.

FREZIER

(d) *Bresl. Samml.* anno 1718. p. 1546. 1547. anno 1719. menſ. Mart. p. 364. ſqq. anno 1720. menſ. Sept. anno 1722. menſ. Jul. anno 1723. menſ. Jul. adde ROHR. *Wäld.* p. 67. Excuſat AGRICOLAM Cl. KEYSLER, negatque adeo immenſa ejus promiſſa fuiſſe.

FREZIER *Relation du voyage de la mer du Sud aux Côtes du Chili, du Pérou & du Breſil, fait pendant les années* 1712. 1713. & 1714. Paris anno 1716. 4°. 1732. 4°. Amſterdam anno 1717. 12°.* 2.Vol. Anglice London 1717. 4°. OSB. Germanice *Reiſe nach der Sudſee &c.* Hamburg 1749. 8°. HUTH. Belgice vertente ISAACO VERBRUGGE 1718. 4°. Mathematum gnarus, neque hiſtoriæ naturalis & metallorum imperitus, paſſim plantas obvias recenſet, ut in Inſulis *Capitis viridis*, Inſula *S. Catharinæ*, in *R. Chili*, & *Peru*. Paſſim etiam aliquas celebriores ſtirpes deſcribit & delineat, ut Xylon arboreum, Fragariam Chilenſem fructu prægrandi, Santolinæ genus, & Cytiſi, & Ingam de Mimoſæ genere. De *herba Paraguajana*, ejusque ingente commercio. Recte monet, Solanum eſculentum in Peruvia Papas dici, non ut Angli vitioſe, Battatas.

La ROQUE, an IDEM cujus exſtat diarium, varia itinera edidit. Inter ea eſt *Voyage dans la Paléſtine vers le Grand Emir* Amſterdam anno 1718. 8°.*. Primum recenſeo, cum prioris ſeculi ſit, decerptum ex Commentariis *Laurentii* d'ARVIEUX ſeorſim etiam excuſis. Exigua parte ad rem herbariam pertinet, ubi de pane, & potu, & Coffea Arabum agitur. Cæterum M. la ROQUE ipſe Arabiam adierat.

Edidit IDEM Pariſiis *Le voyage de l'Arabie heureuſe par l'Ocean Oriental, fait en* 1708. 1709. & 1710. *Voyage fait du Port de Moka à la Cour du Roi d'Yemen en* 1711. 1712. & 1713. *Mémoire concernant l'arbre & le fruit du Café, & un Traité hiſtorique de l'origine & du progrés du Café, tant en Aſie qu'en Europe* Paris anno 1716. 12°.*. Hujus auctor eſt M. de MERVEILLE. Quæ primo loco hic recenſetur, prima etiam eſt Gallorum duce M. de MERVEILLE Mokam ſuſcepta expeditio. Parce admodum naturæ dotes tangit, & potiſſimum Coffeam: plantas etiam Inſulæ MAURITIANÆ & *Bourboniæ*. Secundo itinere patria Coffeæ addita, cultusque dictus, & datæ figuræ. Hæc de Coffeæ hiſtoria tractatio Germanica verſa habetur Leipzig 1717. 4°. ZOCH. Iter in Arabiam felicem Leipzig 1740. 8°.

EJUSDEM *Voyage de Syrie & du Mont Liban* Paris anno 1722. 12°. 2.Vol.* Iter auctoris ipſius, anno 1688. ſuſceptum. De Cedris Montis Libani, quarum duplicem iconem in loco natali delineatam addit, cum bona deſcriptione.

EJUSDEM *Mémoires de M.* de la ROQUE *contenant des voyages & avantures en Turquie, en Perſe aux Echelles du Levant & au Senegal* la Haye 1754. 12°. 2. Vol.

Dictionaire botanique & pharmaceutique, contenant les principales proprietés des mineraux, végétaux & des animaux d'uſage Paris anno 1716. 8°. *Journal de Trévoux.* Tum Paris anno 1738. 8°. 1748. 8°.*, ſolo, ut puto, titulo mutato. Potiſſimum ad vires medicas pertinet. Nullas ſpecies habet, neque deſcriptiones, neque nomina botanica.

Le

Le Teinturier parfait, ou l'art de teindre les ſoyes, laines, fils, chapeaux — les cuirs, l'ivoire, l'os, le bois, le verre, le criſtal — avec un traité des drogues & ingrédiens, qu'on y employe, du choix, qu'on en doit faire, de leur culture, & les ſtatuts des teinturiers de Paris, Paris anno 1716. 12°. 2. Vol. BURETTE. An idem opus a STAHLIO auctum p. 62.

§. MLXVIII. *Daniel Wilhelm Triller.*

Danielis Wilhelmi TRILLER, viri eruditiſſimi, Profeſſoris Wittebergenſis, *Exercitatio de Moly Homerico & fabula Circæa* Lipſiæ anno 1716. 4°.*, auctior reddita in *opuſculorum medicorum & medico philologicorum collectione* Lipſiæ anno 1766. 4°.* edita. Ad litteras potiſſimum pertinet. Circen philtra paraſſe: adverſus ea Moly fuiſſe præſidio, non Allii ſpeciem, non Nympheæ, ſed omnino nigrum Helleborum, cui flos candidus ſit, & nigra radix, quæ difficulter effodiatur.

EJUSDEM *De veterum chirurgorum arundinibus atque habenis ad artus male firmos confirmandos adhibitis* 1749. 4°.

EJUSDEM *Exercitatio altera in* SUETONII *locum de remedio habenarum & arundinum* 1741. 4°. Redibunt in chirurgicis.

EJUSDEM *De corticis Peruviani uſu ſenibus, gravidis & infantibus ſalutari* Wittebergæ anno 1758. 4°.*, additis experimentis. In opuſculis redit.

EJUSDEM *De morte ſubita ex nimio violarum odore oborta* Witteberg. anno 1762. 4°.*. Nobilis Virgo, cum in cubiculo Violarum odore pleno dormiiſſet, mane moribunda reperta, ſervari non potuit.

EJUSDEM *De planta quadam venenata, ejusque furioſo effectu* λιθοςροφω Witteberg. anno 1765. 4°.*. Stramonium fuiſſe, quo ANTONIANI milites ſe dementaverint.

EJUSDEM *De Tabaci ptarmici abuſu.* In opuſc.

EJUSDEM *Diſpenſatorium pharmaceuticum univerſale, ſeu theſaurus medicamentorum tam ſimplicium, quam compoſitorum* Francofurti anno 1764. 4°. 2. Vol.*. In Tomo I. medicamenta traduntur ſimplicia, docte, ut ſolet VIR. CLAR. ex bonis ſcriptoribus, neque ſine critica manu. Inſecura medicamenta & venena averſatur. Ita neque valida purgantia pharmaca probat, neque laudatam, ad mitigandam Sennam, Scrophulariam aquaticam. Carthami ſemen adverſus hydropem profuit. Chamæmelum valde laudat.

In Tomo II. continentur medicamenta compoſita.

§. MLXIX. *Mémoires de l'Académie.*

In *Mémoires de l'Académie* anno 1716. D. de RESSONS ſuadet arbores purgare Lichene inciſionibus, a primis ramis ad terram uſque deductis.

IDEM

Idem agit de inoculatione, & acceleranda productione fructus melioris. Ramos a ramis fructiferis diverſos, & a ligniferis, inter utrosque medios, jubet ad inciſionem præferre.

Antonii Danti d'Isnard novum genus *Evonymoides*, cum tribus ſpeciebus, quarum ſcandentem, ex Canada a Sarazino miſſam, delineatam dat.

Ejusdem Perpulchræ icones duorum Lamiorum Italicorum, Mém. de l'anno 1717.

Ejusdem Genus Cynogloſſoidis, cum depictis ſpeciebus, anno 1718.

Ejusdem Duæ ſpecies Amberboi depictæ anno 1719.

Anno 1720. Conſtituit genus Euphorbii, a Tithymalo ſeparatum.

Anno 1721. Genus Monoſpermaltheæ, ſeu Malvaceæ plantæ ſemine unico.

Anno 1724. Erucæ ſpeciem dedit deſcriptam & depictam, cui nomen fecit *Eruca decumbens alba ſiliquis ſingularibus in foliorum alis* Vaillant.

Anno 1726. Olei fagini noxam corrigi, ſi in terream urnam receptum per annum ſervaveris.

§. MLXX. *J. Heinrich Cohauſen.*

J. *Henrici* Cohausen Weſtphali, *Neothea* Osnabrug. anno 1716. 8°. & *neu eingerichtete mediciniſche Theetafel* Lamgow. anno 1728. 8°.* Belgice Amſterdam 1719. Magna varietas compoſitionum herbarum ad infuſionem theiformem aptarum, ſecundum morbos; dictio jocoſa & ſatirica.

Ejusdem *De pica naſi, ſeu Tabaci ſternutatorii moderno abuſu & noxa* Amſterdam. anno 1716. 8°. & Germanice Lipſiæ anno 1720. 8°.

Ejusdem *Raptus exſtaticus in Parnaſſum, ſeu ſatyricum novum in Tabaci ſternutatorii abuſum* Amſterdam anno 1726. 8°. Platn.

In *Epiſtolar.* T. II. agit de pane Bompournikel.

Ejusdem *Archæus faber febrium, cum methodo adminiſtrandi corticis Chinæ Chinæ* Amſterdam. anno 1731. 8°. Pro cortice Peruviano.

§. MLXXI. *Belgæ.*

J. Medley *De natura & viribus opii* Leid. anno 1716. 4°.

J. Birch *De Opio* Leid. anno 1716. 4°.

Queller *Quæſtiones hebraicæ de plantis S. S. Dec.* I. Utrecht 1716. 4°.

§. MLXXII. *Germani Varii.*

Beſchreibung des Fichtelberges im Norgau liegend Leipzig anno 1716. 4°.*. Catalogum continet, parum quidem botanicum, plantarum & arborum Montis Piniferi. Auctor PACHHELBL de GEHAG.

Oppoſitum eſt ei ſcriptum anonymum & absque anno cum titulo *Sendſchreiben eines Freundes an den andern wegen der anno 1716. herausgegebenen Beſchreibung des Fichtelberges.* 4°.

Frid. Wilhelm HOPPE *De balſamo Copayba* Heidelberg. anno 1716. 4°.* in VALENTINI Mantiſſa. Conf. p. 98.

Jac. KALDE *Diſpenſatorium Hamburgenſe,* juxta quod *medicamenta tam chymica quam galenica præparanda ſunt* Hamburg. anno 1716. fol.

J. Guil. de REIBNIZ *De laurus in medicando præſtantia* Witteberg. 1716. 4°. PLATN.

Georg LIEGELSTEINERS *wohlverſuchter Zwergbaum, oder Unterricht, wie derſelbe beſchnitten, deſſen Früchte vermehrt, vergröſſert und verbeſſert werden können* Regensburg anno 1716. 8°. Frankfurt anno 1725. 8°. ZOCHA. Leipzig anno 1747. 8°. Pleraque ex JOHANNE de la QUINTINIE.

Frid. KUFFNERS *Prodromus Agricolæ non Agricolæ.* 4°. ZOCHA.

EJUSDEM *Gemäſſigte Wiederantwort auf* D. AGRICOLÆ *Gegenantwort* 1719. 4°. ZOCHA.

Chriſt- brüderlich- unparteyiſche Gedanken über D. A. AGRICOLÆ *Baum- und Staudengewächſe, Univerſal-Vermehrungs-Menſtruum.* 1716. 4°. ZOCHA.

EJUSDEM *Neu erfundene Kunſt zu lebendigen Baumgebäuden* Hafn. 1716. 4°.

Aliter reperio, d. i. *Sciagraphia Vivarboreo Synemphytentica horologica &c. Entwurf der neu erfundenen Pelzkunſt und neu erfundenen Baukunſt zu allen Frucht-tragenden Stauden zeugenden Gartengebäuden* Frankf. 1716. 4°.

Gottl. Fried. MYLII *Muſæum ſ. catalogus rerum naturalium & foſſilium* Lipſiæ 1716. fol. RINK.

Der wohlerfahrne Kräutermeiſter und Blumengärtner, von Erkennung und Einſammlung der Blumen und Kräuter Leipzig 1716. 8°. ZOCHA.

§. MLXXIII. *J. Adolph. Wedel.*

J. Adolph. WEDEL, *Georgii Wolfgangi* filii, mechanici ingenii viri, aliquæ diſputationes huc pertinent: De *Scordio* Jenæ anno 1716. 4°.*. Igne arenæ, hic & in ſequentibus, adſcendit ſpiritus medius, ad HOMBERGI doctrinam, acidus, non absque admiſto urinoſo ſale expulſus: ſal fixus ſali cathartico amaro

amaro Anglorum ſimilis ex cinere eluitur. Ex his principiis tentat vir Clar. explicare virtutes, quæ eædem fere ſunt in Vincetoxico, adeo diverſo.

Ej. *De Calamo aromatico* anno 1719. 4°.* Deſcriptio non accurata, quæ flori quatuor partes tribuat. Spiritus ſemper idem, acidus urinoſo miſtus, ſal volatilis uberior, in cinere lixivus purus. Sed etiam aquam odoratam vir Cl. parare docet, plenam oleo fragrante, tum odoratum ſpiritum.

Ejusdem *De Helenio* anno 1719. 4°.*. Analyſis, quæ igne fit: ſpiritus medius ſubacidus, qui addita calce viva alcaleſcit. Sal volatile concretum, ramoſum; ex cinere ſal alcalinus purus.

Ejusdem *De Vincetoxico* anno 1720. 4°.*. Ad ignem ſtillat ſpiritus acidus, cum acor etiam in cruda radice adpareat: cum calce viva tamen urinoſas fatetur Vir Clar. particulas ſe obtinuiſſe. Sal fixus alcalinus eſt. Herbam vomitum nonnunquam excitare meminit, vires tamen medicas ornat.

Ejusdem *De Verbena* anno 1721. 4°.*. Semper eadem analyſis; ſpiritus medius, in quo manifeſtus acor; ſal volatilis concretus.

Ejusdem *De picis & reſinæ conſiſtentia, quæ ſponte diffluunt, corrigenda, absque tamen duritie iis inducta* Progr. anno 1730. 4°.

§. MLXXIV. *J. Georg Siegesbeck.*

J. Georgius Siegesbeck, aliquamdiu horti Petropolitani præfectus, deinde multis annis privatus, rem herbariam amavit.

Ejus inauguralis diſputatio fuit *de Rorella* Witteberg. anno 1716. 4°.*. De exhalatione plantarum. Eſſentia Rorellæ ſe in morbis acutis utiliter uſum. Contra Braſſicæ ſalubritatem.

Inde *Primitias* dedit *Floræ Petropolitanæ* Rigæ anno 1736. 4°.*. Catalogus nempe plantarum horti Petropolitani. Exoticæ pluſculæ, interſperſæ adnotationes & nova generum nomina, quæ nuperi non receperunt. Plantas circa fluvium Gorka reka omnes amaras fieri ſalſasve. Characterem dat Chamæmori. Raras etiam aliquas plantas Ingricas aut Sibericas indicat. Ranunculum Caſſubicum monet a dulci differre.

Ejusdem *De Majanthemo ſ. Lilio convallium*, progr. Petersburg. anno 1736. 4°.*. Nomen reformat, genus a Polygonato removet, plantam deſcribit & varietates. Alternis annis uberius florere. Calidas regiones fugere, hinc veteribus minus notum fuiſſe.

Ejusdem *De Tetragono* Hippocratis Petropoli anno 1737. 4°.* Lamium eſſe, cujus rami quadrato ordine prodeant.

Ejusdem *Botanoſophiæ verioris brevis ſciagraphia* Petropol. anno 1737. 4°.*. Methodum Rivinianam proponit & defendit. Genera conſtituit ex flore,

 fructu,

fructu, & in univerſum habitum in ſubſidium vocat, non excluſis foliis. Genera ſubalterna a notioribus per adfinitatem deducta defendit: ea, ſi nomina græca fuerint, recte ſyllabis oides terminari contendit. A patria, & a celebri viro ſumta nomina reprobat. Multa contra ſexum & fecundationem plantarum profert: plurimas plantas absque ſemine provenire, & arbores feminas absque maribus fructificare. Denique ſuccedit *Epicriſis in* LINNÆI *a ſexu ſiſtentam methodum.* Absque ſexu per radices aliosve modos plantas optime propagari. Naſci ex ſtigmate & antheris claſſes, naturali ordini adverſas. *Fundamenta* LINNAI *botanica* convellit. Rubrum colorem non demonſtrare acorem, Leucoji exemplo. Aſperifolias, bulboſas, verticillatas plantas pro claſſibus habet arbitrariis.

Examen hujus Epicriſeos ſcripſerat J. G. GLEDITSCH. Contra id examen repoſuit SIEGESBECKIUS *Vaniloquentiæ Gleditſchianæ ſpecimen* Petropol. 1741. 4°.*. Urget plantas absque ſemine ſe propagantes, quibus Rubum Ribeſii folio accenſet, cujus ſemina nunquam matureſcant. Per cryptogamiam etiam ſexus dignitatem minuit. Easdem plantas, ut Bryoniam, ex eodem ſemine natas, modo ſteriles provenire, modo fecundas. Staminum numerum ſæpe incertum eſſe. Mala genera LINNÆI carpit, Convallariam, Vaccinium, Cucubalum, Cuſcutam &c. Excuſatione eget acre nimis ſcribendi genus.

In KANOLDIANA *collectione* (*Breslauer Sammlungen*) multa hujus viri ſunt opuſcula, ut anno 1721. *Menſe Mart.* De plantis, quas feles amant.

Menſ. Dec. De Tulipifera.

De Mari veri utilitate ad adliciendas muſtelas.

Anni 1722. *Menſe Januar.* De Theæ & Caffeæ ſuccedaneis.

Menſe Aprili & Majo De artibus, quibus Leucoja plena redduntur, quas fere refutat.

Menſe Julio De floribus, qui pleni fiunt.

Anni 1723. *Menſe Auguſto* De plantis noctu florentibus, aut odoratis.

Anni 1724. *Menſe Majo* De plantis *ſenſitivis.*

Menſe Octobri De Yucca, ejusque flore.

In *Miſcellaneis* BUCHNERI. Anno 1727. *Menſe Majo* De Leucojis pleno flore obtinendis.

Menſe Julio De Theiformi infuſo Vaccinii, & de Muſa florente.

Menſe Auguſto De Cardamindo flore pleno.

Menſe Septembri De Impatiente.

Anno 1728. *Menſ. Jun.* Aliqua ad hiſtoriam botanices, ſic 1730. *Menſe Martio.*

Anno 1729. De diverſis arboribus Draconis, & ejusmodi arbore Viennæ florente.

Ibid. *Menſ. Septemb.* De Meteorophytis.

Menſe Auguſto De plantis viſcoſis.

Menſe Septembri De Sexu plantarum.

§. MLXXV. *Richardus Bradley.*

Richardus BRADLEY, Botanicus Profeſſor Cantabrigienſis, Polygraphus (*e*), multa potiſſimum ad agri cultum pertinentia ſcripſit, in experiendo nimis parcus. Primum adparet anno 1716. in *Philoſophicarum Tranſactionum* n. 349. ubi quatuor diverſos in quoque ramo cortices deſcribit. Deinde microſcopicos aliquos fungillos delineat, quos inter Embolum videor adgnoſcere.

EJUSDEM *Hiſtoria plantarum ſucculentarum.* Decas I. prodiit Londini anno 1716. 4°.*. Decas II. ibid. anno 1717. 4°.*. Decas III. anno 1725. 4°.*. Decas IV. anno 1727.*. Decas V. anno 1727.*. Conjunctim novo cum titulo anno 1734.* Cerei, Cacti, Tunæ, Meſembryanthema, Aloæ, & inter eas Americana, Euphorbiæ, Stapeliæ, Sedum, Cotyledon hic delineantur.

A new improvement of planting and gardening both philoſophical and practical Londin. anno 1717. 8°.* 1718. 8°. 1724. 8°.* 1731. 8°. & *appendix* anno 1726. 8°. SEGUIER. In prima parte exſtat anatome plantarum & vita, ſexus, fecundatio, vegetatio, & hybridæ ſpecies, ex ſeminali polline alieno natæ. Circuitum ſucci nutritii demonſtrat per morbi ex ramo verſus radicem progreſſu. Corylos ſterileſcere, ſi ſtamina defregeris, niſi aliunde fecundentur; neque Tulipas ſemina dare, quibus defracta ſint ſtamina. Terra hortenſis, arborum propagatio, ad trabes & ædificia.

Pars II. De hortis: de arboribus ſempervirentibus. Arbores floridæ, inter quas Tulipifera. Deinde plantæ coronariæ, earum cultus & artificia: inde liliaceæ; demum annuæ.

Pars III. Vitium & arborum fructiferarum cultus. Proponit vineas, certe ad omphacium. Videas auctorem manum operi adhibuiſſe. Fuſe de aphidibus. De oleribus, de fimo prægnante & hibernaculo. De plantarum aquaticarum educatione; de heſperidibus, fruticibus peregrinis, de ſucculentis.

Pars IV. Opera hortenſia menſtrua, & hibernaculorum deſcriptio. Multum laborat in præcocitate procuranda. Coffeæ icon.

Paſſim aliqua propria. Tulipas variegatas fieri a malo alimento, ſemina unicolorum pulchras varietates, & variegationem a maligna terra

 ruderata

(e) Non laudat ELLIS apud KALM. I. p. 195.

ruderata introduci. Plantas ſpurias ex adulteriis ſtaminum naſci, qualem vidit inter Caryophyllum vulgarem & plumoſum: pulchras etiam ex Chinenſi & Barbato produci. Auriculas concolores ſeorſim poſitas dediſſe ſemen, unde nihil novi natum ſit, & viciſſim novas varietates natas, ubi multas uno loco varietates hortulanus diſpoſuerit. Colores a fermentatione eſſe, viridem a circulatione.

Hæc ultima pars ſeorſim titulum habet, *The Gentleman's and gardeners calendar &c.* London anno 1718. 8°. Gallice reddita, *le Calendrier des Jardiniers* Paris anno 1723. 8°. 1743. 8°. FALCONET, anno 1750. 12°. 4°. & 1756. 3.Vol. cum conjunctis *obſervationibus ſur le jardinage & l'art de planter.*

EJUSDEM *Catalogue of the Seedplants mentiond in Townſends tract and to be found in a Seedsmans ſhop* London anno 1720. 8°.

EJUSDEM *The virtue and uſe of Coffea with regard to the plague and contagions diſtempers* London anno 1721. 8°.*, cum icone plantæ. Hiſtoria Coffeæ & elogium. Video citari annum 1715. 12°. ZOCHA.

EJUSDEM *Philoſophical account of the works of nature* London anno 1721. 4°. maj.*. Caput tertium ad plantas pertinet, quarum aliquæ magis ſingulares ab auctore deſcribuntur, Euphorbia, Cerei. Iterum pro duplici plantarum ſexu: de vegetatione. Sterile ſolum ericetorum, ſabuleta, colles cretaceos deſcribit & colere ſuadet, & docet, terrasque varias diſtinguit. De propagandis vitibus, arboribus fructiferis. Tunc hortorum celebriorum dat hiſtoriam, etiam potiſſimum Anglicorum. Præfert inter hortos Amſtelodamenſem. Folia Opuntiæ plantam reparare, etiam Aurantii folia. In pendulis floribus tubas ſtaminibus longiores eſſe.

Bis AGRICOLAM edidit anno 1721. 8°. & 1726. 4°. & aliqua ſua experimenta adjecit.

EJUSDEM *New experiments and obſervations relative to the generation of plants — and an account of the extraordinary propagation of Abricots, Nectarines, Plumes, Cherries, Figs, Vines, Gooſeberries &c. as they were artificially cultivated this ſpring* London anno 1724. 8°.

Citat etiam Cl. SEGUIER *Monthly treatiſes of husbandry and gardening* London anno 1724. 3.Vol. 8°.

EJUSDEM *Philoſophical treatiſe of husbandry and gardening* video citari Londini anno 1721. 4°. editum.

EJUSDEM *Treatiſe concerning the manner of fallowing ground, riſing of graſſeeds, and training of line and hemp* London anno 1724. 4°.

EJUSDEM *a Survey of the antient husbandry and gardening collected from the Greeks and Romans* London anno 1725. 8°.*. Aliqua ex veteribus, miris cum auctorum nominibus exſcripta, Socraticus, Abderites, Amphipolites. Colli-

Colligit, quæ ad quamque plantam utilem pertinent; calendarium dat Romanum. Ad Cytiſum, ad inſtrumentum ruſticum &c. Multo plura vero ad Angliam ſpectant, & ad augendum agrorum patriorum fructum: inter quæ multa deproperata, ut conſilium Olearum in Anglia colendarum, & vitium.

A general treatiſe of husbandry and gardening T. I. & II. Londin. anno 1726. 8°. 2.Vol.*. Multa ex aliis, neque tamen nulla ſua. P. I. de cerealibus omnis generis, Trifolio ſativo, Fabis, Piſis. De cultu Ceparum & Croci. Ut ſterile ſolum corrigatur, ſuamque cogatur meſſem dare. Horti olitorii, & cujusque oleris menſura. Ut maculæ in plantis oriantur, ex alimenti defectu; ut in nonnullis perennent, ut in Acere. In Tulipa colores, in quos bulbum inmergas, florem non tingere.

P. II. Multa de vegetatione plantarum, & duplici ſexu, & circuitu ſucci nutritii; de cultu materiæ, aſſerum incurvatione, propagatione Abjetum. Arbores fructiferæ. Vites, Pira cum varietatibus, Pruna, Perſica, etiam Juglandes, morbique arborum. De exoticarum plantarum cicuratione per inſitionem. De arboribus in vario ſolo plantandis, de transplantandis arboribus, de fructubus præcocibus, per ignem obtinendis, de arborum fructiferarum ſpeciebus Gallicis & cultu. De arborum valetudine reſtituenda. De cultu Ananaſæ, de colendis plantis regionum æſtuoſarum, de Coffea, de heſperidibus. De perficiendis floribus. Catalogus plantarum in horto FAIRCHILDI per ſingulos menſes florentium. Multa experimenta celebriorum hortulanorum Angliæ. Pro circuitu nutritii ſucci tiliam adducit, quæ inverſim plantata ex radicibus folia & flores protulerit. De reſecto Ficus ramo ſuccum utrinque effluere. De utilitate ſcobis coriariæ: de thermometri uſu ad imitandum cujusque climatis calorem. Hic videtur eſſe liber, quem Galli verterunt, cum titulo, *Nouvelles obſervations phyſiques & pratiques ſur le jardinage & l'art de planter*, & cum *Calendario* ediderunt Paris anno 1756. 12°. 3.Vol.

EJUSDEM *Calendarium univerſale or the gardeners univerſal Calendar — an account of the ſeveral monthly operations in the Kitchen and flower garden, performing all manner of ſowing, planting, pruning, herbs flowers shrubs &c.* Londin. anno 1726. 12°. SEGUIER. An diverſum.

EJUSDEM *The Country houſewife and Lady's director* anno 1727. 8°. 2.Vol.*, anno 1728. 2.Vol.*. Multa coquinaria. De aliquibus ex plantis ſtillantibus aquis & ſpiritibus. De variis potulentis, vinisque artificialibus. De cura Croci.

Video etiam citari *The British houſewife.*

EJUSDEM *The country Gentlemans and farmers monthly director* London anno 1721. 8°. SEGUIER, anno 1732. 8°. tum anno 1736. 8°.*. Ad totam domum ruſticam, etiam ad animalia. Cultum docet Iſatidis, Lini, Medicæ, Spergulæ, Croci, Luteolæ. Fœnum celerius, quam in Helvetia, deſecari video, Cerealia ſerius.

EJUSDEM

EJUSDEM *Experimental husbandman and gardener* London 1726. fol. ZOCH.

EJUSDEM *A compleat body of husbandry*. London anno 1727. 8°.*. De variis lætaminis generibus, de diverſis ſoli ſpeciebus, plantisque cuique ſolo idoneis, de paludum exſiccatione, cultu Graminum, Geniſtæ: de utilitate mutatorum per ſingulos annos frumentorum. De colendo ſolo ſterili. De coquendo cinere clavellato.

EJUSDEM *Ten practical diſcourſes concerning the four elements as they relate to the growth of plants* London anno 1727. 8°. 1733. 8°.*. Breviter hic & ſuis ſub capitibus varia utilia habet. Placent, quæ docet de gemmis & bulbis ſeminum ſimilibus, & de plantarum propagatione varia, per folia, ramosve, aliasve plantæ partes. Pro circuitu ſucci nutritii demonſtrando urget ſanationem arboris per ſurculum inſitum. Inſitionis & putationis leges ſancit. Hortum oleraceum, deinde floridum deſcribit, & hibernaculum, & plantarum cultum, qui patriæ cujusque ſpeciei reſpondet. Folia de aëre humorem ſorbere, iis detractis gemmam non creſcere & arborem mori. Iterum variegatos flores ſperandos ab adulteriis, & vicinia florum diverſi coloris, quorum pulvis ſtamineus alios flores fecundat. Iterum de hybrida planta ex Caryophyllo hortenſi & barbato nata.

Thee weekly Miſcellany for the improvement of husbandry arts and Sciences anno 1727. Numeros 21. formam 4. SEGUIER.

The Science of good husbandry or the Oeconomies of Xenophon translated from the Greek London anno 1727. 8°. SEGUIER, vix ad plantas ſpectat.

Nova editio collectionum J. HOUGHTON London anno 1727. & 1728. 4.Vol. SEGUIER.

Dictionarium botanicum for the uſe of the curious in husbandry aud gardening — the names of the known plants — their deſcription, culture, the terms of every branch of botanies &c. London anno 1728. 8°. Vires medicas & utilitatem variam, locos natales tradit, ut pro compendio botanices *adplicatæ* poſſit haberi.

EJUSDEM *Family dictionary* 1725. fol. 2. Vol. OSB. Verſio forte N. CHOMEL.

The riches of a hopgarden explaind with the obſervations of the moſt celebrated hop planters in Britain &c. London anno 1729. 8°. Germanice Nürnberg 1759. 4°.

EIDEM auctori tribuit Cl. SEGUIER *A true account of the Aloë Americana or Africana which is in bloſſom in Cowels garden — of the torch thistle and Glaſtonbury thorn*, quæ reperiuntur cum COWELLI libro. Mihi hæc manifeſto videntur COWELLI.

EJUSDEM

Ejusdem *A Courſe of lectures on the materia medica* London anno 1730. 8.*. Brevis libellus, multa habet ex Petiverio; utile cæterum compendium gummatum, neſcio quare ad regnum minerale relatorum, radicum, corticum &c.

§. MLXXVI. *Conradus Johrenius.*

Conradus Johrenius, Profeſſor Francofurti ad Viadrum, plantarum amator, quarum inſiguem collectionem reliquit (*f*), edidit Francofurti ad Viadrum anno 1717. 8°.*. *Vademecum botanicum, ſeu hodegum botanicum ſecundum methodum Tournefortianam. Plantas nempe circa patriam urbem naſcentes* in claſſes Tournefortianas diſpoſuit, quas inter Aloides eſt, quam cum Morſu ranæ ex Gundelsheimeri monitis conjungit. Icones in *Bibl. Berolin.* ſervatæ ab Erndtelio laudantur.

Abrahami Rehfeld *Hodegus botanicus menſtruus, plantas, quæ circa Halam ſponte proveniunt, vel ſtudioſe nutriuntur, enumerans &c.* Hall. 1717. 8°.*. Rivini methodum ſequitur & exponit. Nomina ſunt Germanica & latina, absque ſynonymis & adnotationibus, locique natales.

§. MLXXVII. *Sueci & Angli.*

Urbani Hiærne *De Xylobalſami* ab auctore inventi *uſu & commodo* Holm. anno 1717. 8°. 1720. 8°. In poſth. T. II. a Wallerio editorum agit, de ſale volatili plantarum absque deſtillatione nato.

Ibid. de analyſi lichenis Islandici *K. Swetenſ. handl.* 1744.

Samuel Collins *Paradiſe retriewd — method of improving fruittrees againſt walls or in hedges contrary to* Lawrence *with a treatiſe of Melons and Cucumbers* London anno 1717. 8°. Seguier.

George London *compleat gardener* London 1717. 8°.

§. MLXXVIII. *Carolus Nicolaus Lange.*

Caroli Nicolai Langii, Lucernenſis Helveti, *Beſchreibung des ſchadlichen Genuſſes der Kornzapfen* Lucern. anno 1717. 8°.*. Cum eo tempore ex clavi ſecalini copioſo proventu paſſim morbus ſtupidus & gangrænoſus graſſaretur, Cl. Langius & morbum deſcribit, & grana ſecalina corrupta, quæ ejus morbi cauſa fuerunt: & ipſa, & ſani grani fabricam: icones etiam dat utriusque, & chemicam analyſin, quæ plurimum oleum demonſtrat. Multum collectaneorum.

§. MLXXIX.

(f) Erndl. Flor. Japon.

§. MLXXIX. *Germani aliqui.*

Andreas Ottomarus GOELICKE in *hiſtoria medicinæ univerſali* Hall. anno 1717. 8°. edita hactenus rem herbariam tetigit.

EJUSDEM *De Balſamo Cacao* Francofurti ad Viadrum 1723. 4°.

EJUSDEM *De Corticis Peruviani uſu noxio licet recto in febribus* 1729. 4°. PLATNER.

EJUSDEM *De Onopordo carcinomatis averrunco* Francof. ad Viadrum anno 1739. 4°.*. Succo impoſito ſe ulcus cancroſum colli & labii ſuperioris ſanaſſe. Experimenta etiam cum eo ſucco fecit; reperit aceſcere.

J. Chriſtian HABERKORN, Camenzio Luſati, *Gedanken von der Ziehe oder Nerven-Krankheit, welche durch das inficirte Korn in Sachſen und Lausnitz eingeriſſen* Budiſſin anno 1717. 8°.*. Deſcribit etiam morbum, & vetanda grana.

Henrich SCHARBAU *De plantis a voce* πονης *comprehenſis & reſpirantibus* Lipſiæ anno 1717. 8°. Videtur theologici eſſe argumenti.

J. Georg. DOLFUS *Ceraſologia medica* Baſileæ anno 1717. 4°.

De uſu Onopordi in cancroſo ulcere *Comm. Lit. Noric.* anno 1742. n. 35.

EJUSDEM De olei Cajeput utilitate in colica ſpasmodica ib. n. 38. eumdem nempe utrumque auctorem pono, non ſatis certus.

Jor. Dan. DUVE & *J. Juſti* CRUSII *De acceleranda per artem plantarum vegetatione* Lipſiæ anno 1717. 4°.*. Sabulum in Aſparagis reperiri: adeosque terram in plantas ſuſcipi.

ANASTASII SINCERI (CHRISTOPH. HENRIC. AMTHOR) *Project der Oeconomie in Form einer Wiſſenſchaft, nebſt einem Bedenken, wie dieſs mit Fleiß und Nutz getrieben werden könne* Frankfurt und Leipzig 1717. 4°. Etiam agriculturam comprehendit.

Joſeph's von FELDEK *wohlerfahrner Böhmiſch- und Oeſterreichiſcher Haushalter* Leipzig 1717. 8°. ZOCHA, lego etiam 1718. 1730. 8°.

ANDR. SCHMIDT *Leichenrede auf* BARTH. ZORN Berlin 1717. fol.

§. MLXXX. *Itali.*

Fitologica e Zoologica narrazione — nel 1. di quali ſi cerca che coſe e pianta e delle ſue parte ſimilari e diſſimilari: nel 2. del naſcere vegetare e qualita de fluidi Macerata anno 1717.

In T. VII. *Galer. de minerva* COPPEN, peregrinator, aliqua habet de arboribus regni Jazar. Hic etiam exſtat P. ANTONII MARIÆ FANELLI S. I. iter

iter Chilenſe, in quo multa ad hiſtoriam naturalem ſpectant, voca ut videtur. Per *Buenos Ayres* eo venit & Mendozam. Fraga Chilenſia habet, Sinapi, fœniculum, Rapa & Mentham. De tuberoſitate Brugho (erucæ) ſimili, nata in pomo aurantio, animalis ſimillima.

H. CORAZZI *Diſſertationes tres phyſiologicæ ad animadverſiones* J. M. LANCISII *in Plinianam villam* Bonon. 1717. 4°.

Pier Dominico BARTOLONI *ditirambo, il bacco in Boëmia* Prag. 1717. 4°.

§. MLXXXI. *Sebaſtianus Vaillant.*

In *Phil. Tranſ.* n. 354. *Sebaſtianus* VAILLANT, prodemonſtrator plantarum horti Regii Pariſini, Chirurgus, ſed botanico ſtudio addictiſſimus, primum adparet. In plantis difficilibus, Muſcis, Fungis, Lichenibus, in plantis alioquin ob parvitatem ſuam, & difficilem inventionem minus notis felix, & accuratus, multa addidit Tournefortianis, novamque methodum naturali proximam meditabatur, niſi morte fuiſſet interceptus, ex calculis ex pulmone rejectis. Primus hic labor fuit Araliaſtri, novi generis, conſtitutio, quo Ginſeng Chinenſium pertinet, vera umbellifera, niſi baccam diſpermam pro ſiccis ferret ſeminibus. Edit *Létre à* M. HUGO, *qui contient l'établiſſement d'un nouveau genre d'Araliaſtrum*, *in Nov. Lit.* T. V. anno 1718. & in *Eph. Nat. Cur. Cent.* VIII. *app.* Gallice & latine anno 1718. 4°.* Leidæ una prodiit cum ſermone Titulus eſt *Sermo de ſtructura florum, horum differentia, uſuque partium eos conſtituentium, & inſtitutio trium novorum generum &c.* *Sermo* dictus fuerat anno 1717. In eo multa mutat a TOURNEFORTIANIS. Claſſem florum apetalorum, ſtamineorum rejicit. Venerem plantarum, ſeu exploſionem pollinis ſtaminei, accurate deſcribit, ex Parietaria etiam potiſſimum. Solum vero ſpiritum per tubas penetrare, quarum nulla ſint patentia oſcula, pollinem enim coloratum alba in fructu latentia ſemina non vitiare. Sexus tamen diſtinctos aut conjunctos conſtituit; leges dat, ex quibus definias, num flos monopetalos ſit, num polypetalos. Calycem teneris floribus, aut brevibus, aut gymnoſpermis facile ſemina amiſſuris, datum.

In editione iſta Leidenſi fuſius conſtituitur Araliaſtrum, & Aralia, *Sherardia*, quæ Verbena nodiflora, & BOERHAAVIA, a LIPPIO miſſa.

In *Mém. de l'Acad. des Sciences* anno 1719. multa genera plantarum aquaticarum & adfinium conſtituit, quarum alia TOURNEFORTIUS omiſerat, ut Algoides (Zanichelliam), Fluvialem, Limnopeucen, Hydroceratophyllon, Charam, Stratiotes, Lentibulariam, Myriophyllon; alia ad Ranunculos revocaverat, ut Sagittam, Damaſonium, Anemonoides, Myoſuron. Ranunculoides,

loides, ob ſolum ſitum petioli a Ranunculo ſeparat. Eadem fere genera & eodem tempore DILLENIUS dederat, ſed prior ediderat.

IDEM vir ILL. in *Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum* totam claſſem flore compoſito conſtituit.

Anno 1718. Capitatas. Multum hic ſuperat TOURNEFORTII induſtriam, qui fere arbitraria genera ſanxerat. Noſter quatuor genera floſculorum diſtinguit, inter quos ſunt feminæ, mares, & neutri. Capitatorum peculiarem claſſem a neutrorum floſculorum corona recte conſtituit; deinde genera a calyce, denique ſpecies numeris a varietatibus diſtinguit, etſi aliquæ tamen clanculum irrepſerunt. Icones partium floris, a quibus characterem ſumit, dedit pulcherrimas.

Anno 1719. Diſcifloras, quas hinc a Capitatis ſeparat, inde a radiatis, a neutris facile. Genera multa ex habitu ex ſitu florum conſtituit, neque ad ſubtiliora diſcrimina Abſinthii & Elichryſi deſcendit, neque vidit Abſinthia aliqua placentam habere pilis diſtinctam, nudam alia.

Anno 1720. Radiatas in ordinem reducit, multum ad genera conſtituenda uſus colore, ſitu florum, foliiſque.

Anno 1721. Planipetalæ, iterum noviter conſtitutæ, quarum pauciſſima genera TOURNEFORTIUS fecerat, VAILLANTIUS ex ſeminum coronis, exque calyce ſeparat. Multas novas ſpecies habet, ex *Regia iconum collectione.*

Anno 1722. Dipſaceæ, Gymnomonoſpermæ, flore fructui inſidente, quibus Jalapam, Viticem, Oleam, Phillyream, Viburnum, Lantanam & alias accenſet, ipſam etiam Fraxinum.

EJUSDEM in TOURNEFORTII *methodum animadverſiones.* Plantas adfines in diverſiſſimas claſſes disjici. Arbores male ab herbis ſejungi. Nullam fere claſſem puram eſſe, & in primam Malvas male adoptari, quæ ſint polypetalæ: ſic per ſingula, aſper hinc inde & nimius, qui velit Orchides eſſe monopetalas.

Poſt mortem Cl. viri *Botanicon Pariſienſe* operis majoris prodituri prodromum edidit BOERHAAVIUS Leidæ anno 1723. 8°.*. Nomenclator ejus, quod continuo dicemus, operis. Recuſum Leidæ anno 1743. 12°.

EJUSDEM *Botanicon Pariſienſe, ou Dénombrement par ordre alphabétique des plantes, qui ſe trouvent dans les environs de Paris* Leidæ anno 1727. fol.*. Codices & numeroſæ icones apud peritum pictorem depictas redemit H. BOERHAAVE, qui luxus oſor, Regiam munificentiam explicuit, quoties ad bonam artem ornandam opportunitas aderat. Non fuit magno viro otii ſatis, ut amici codices emendaret. Multa ſunt vitioſe repetita, & icones non explicatæ. Ut autem prodiit, hoc opus plurima tamen bona habet, eſtque inter præcipuos fontes Muſcorum, Fungorum, Lichenum, plantarum rariorum,

aut

aut difficulter ſeparabilium, quarum VAILLANTIUS pulcherrimas icones dedit, ſæpe etiam primas: plurimas etiam harum plantarum ipſe detexit. Aliquantum, plane ut DILLENIUS, ad varietates in ſpecierum dignitatem conſtituendas inclinavit. Orchidum flores pulcherrime depictos facile fuerit interpretari.

§. MLXXXII. *J. Daniel Gohl.*

J. Daniel GOHL, Clinicus Berolinenſis, cepit edere anno 1717. *Acta medicorum Berolinenſium*, recuſa anno 1721. quorum duæ Decades & volumina 21. prodierunt. Parum ad botanica accedit. Laudat tamen in volumine I. Arnicam, & ejus vim, ad reſolvendum ſanguinem effuſum, experimentis confirmat. In volumine II. commendat infuſum theiforme Veronicæ ex alis racemoſæ, foliis cordatis ſerratis, quam Teucrium verum vocat. In volumine X. Iridis ſuccum adverſus hydropem jubet adhibere. Sabinam laudat adverſus calculum, heliotropium in oculorum malis.

In *Act. Nat. Cur.* Vol. I. Ruptura interiorum (quid?) Arnica ſublata obſ. 125.

§. MLXXXIII. *Joh. Kanold.*

Johannes KANOLD, medicus Vratislavienſis, cepit hoc anno 1717. edere diarium cui tit. *Sammlung von Natur und Medicin, wie auch hierzu gehörigen Kunſt und Literatur-Geſchichten.* Scopus erat fere omnia colligere, quæ undique in Europa ad tempeſtates, meteora, agri fertilitatem, morbos epidemicos, aliosque rariores, ad nova demum inventa & artificia omnis fere generis, utcumque ad naturæ & artium hiſtoriam pertinerent, etiam librorum novorum indicationes. Singulis trimeſtribus volumen cum titulo *Verſuch* edidit, ut anno 1727. mors auctoris operi finem imponeret. Propria ergo non exſpectes, paſſim vero varia ad rem herbariam facientia. Ut hic in I. Tomo de Sileſiaca rubia, & Nicotiana, de artificiis hortenſibus, de Faba S. Ignatii, Thea vera, & Chenopodio ambroſioide, cum iconibus, de medicamentis ex Pino humili Carpathica ſumtis, de pappo Apocyni &c.

Quæ ad œconomiam pertinent, ſeorſim prodierunt cura H. v. F. P. Lipſiæ anno 1750. 8°.

§. MLXXXIV. *Mém. de l'Acad. des Inſcript. Galli aliqui.*

Hoc etiam anno primum volumen prodiit, *Hiſtoire & Mémoires de l'Académie Royale des Inſcriptions & Belles Létres* Paris anno 1717. 4°.*, quod opus porro continuatur. Etſi alius ſcopus eſt, ſubinde tamen intercurrunt, quæ huc faciunt, & in quibus naturalis ſtirpium hiſtoria, cum antiquitatum ſtudio conjungitur. Nihil quidem hoc in primo volumine noſtri eſt argumenti.

J. CLAUDII ADRIANI HELVETII Archiatri, *an largiorem ſemper exigit Kinakina cibum* Paris 1717. 4°. PLATN.

CLAUDII de CERF & CLAUDII de LA VIGNE de FRECHEVILLE *E. ſenibus mel* Paris 1717. 4°.

CLAUDE CARON *Traité des bois ſervans à tous uſages* Paris 1717. 8°. 2.Vol.

J. BAPT. GASTALDI *An febribus intermittentibus China China, & quo pacto in earum curatione operetur* Pariſ. 1717. 8°.

§. MLXXXV. *Ephem. Nat. Cur.*

In *Ephemeridum Naturæ Curioſorum Centuria* V. & VI. varia huc faciunt, & potiſſimum etiam in Centuria V. *Godofredi* KLAUNIG de vi Ariſtolochiæ adverſus arthritidem n. 66. & *Godofredi* HELD in eumdem ſenſum teſtimonium in Cent. VI. n. 86.

§. MLXXXVI. *Iterum Germani Varii.*

J. Georg. WAGNER *De liquore polychreſto aceto* Francof. ad Viadr. anno 1717. 4°.*, præſide J. G. a BERGEN. Nullas anguillas hieme in aceto naſci, neque in aceto loco clauſo ſervato, continuo vero pullulare, ſi aëri verno expoſueris. Varia alia experimenta addit. Ab aqua forti eas beſtiolas exſtingui & in mucum abire.

Alexander CAMERARIUS *De botanica* diſputavit Tubing. anno 1717. 4°.*. Recte quærit, quid ſufficiat ad genus conſtituendum, quid ad ſpeciem.

EJUSDEM *Uſus corticis a febre ad icterum extenſus* Tubing. anno 1730. 4°. experimentis adductis.

In *Ephem. Nat. Curioſ. Cent.* IX. n. 86. De motu elaſtico ſtaminum amberboi.

J. Friderici de PRE' *De regno vegetabili morborum curandorum principe* Erford. anno 1717. 4°.

EJUSDEM *De quinta eſſentia regni vegetabilis ſ. de melle* Erford 1717. 4°. alii 1720. 4°.

EJUSDEM *De Arundine Saccharifera* ibid. anno 1719. 4°.*

EJUSDEM *De uſu & abuſu ſpiritus vini* ibid. anno 1720. 4°. PLATN.

EJUSDEM *De Balſamo Angelico Samaritano* anno 1733. 4°.

Fridericus FRISIUS *Von zwey wunderwürdigen Gewächſen, Cereus Peruvianus anguloſus minor, und Ananas, ſo anno 1717. zu Altenburg geblüht.* 4°.

§. MLXXXVII.

§. MLXXXVII. *J. Henricus Schulze.*

J. Henricus Schulze, vir undique doctiſſimus, antiquitatis potiſſimum peritus, ad botanicen non primario reſpexit, paſſim tamen, neque inutiles, de plantis libellos edidit. Ejus *De Elleboriſmis veterum* diſſ. Hallæ anno 1717. 4°.*, in faſciculo recuſa Hallæ anno 1743. 4°.* paſſim ibi correcta, antiquatis etiam potiſſimum nimiis Hellebori laudibus. Varios exhibendi albi Hellebori apud antiquos modos docet, inter quos decoctum præfert. Ab Erasistrato primum deſcriptum eſſe. Inde de nigro Elleboro, quem veteres etiam adhibuerunt, etſi primo loco album propinarent. Eum recte cum aqua coxerunt.

Ejusdem *De Elaterio, quod ad magnos mortalium uſus paretur* anno 1722. 4.* & in *faſciculo.* Ipſe Elaterium paravit. Negat ſibi, dum præpararet, nocuiſſe, negat valde aſperum eſſe; ad grana potius decem bonum medicamentum hydragogum eſſe, ſe expertum, hydropem ſe granis 10. & 15. ſanaſſe, poſſe vero doſin ad 25. & 30. grana augeri, neque nocere appetitui. Sicciori tempeſtate fructus Cucumeris parcum dant elaterium, ad grana 4. ex pomis 50. humida tempeſtate duo ex vigenis.

Ejusdem *De Aloë* Altdorf. anno 1723. 4°.*. Philologia Aloës: de aliis ſpeciebus & de homonymis: de tribus generibus Aloës officinalis: Sucotrinæ nomen derivata συκητικη.

Ejusdem *De Colocynthide* Hallæ anno 1734. 4°.*. Excuſat funeſtos eventus, cum præterea plurimis medicamentis pro baſi ſit.

Ejusdem *De Perſicaria acida* Jungermanni Hallæ anno 1735. 4°.*, varietate nempe terreſtri, erecta, & hirſuta, Perſicariæ natantis, cui rubri ſunt ſtolones, frequens noſtrarum vinearum vitium. Acidam eſſe oſtendit, ut acor in vinum tranſeat, quocum infunditur: etiam odor acidus eſt, ſed in recenti. Ejus aqua ſtillatitia adverſus veſicæ lapidem laudatur. Etiam cum vino infuſa profuit.

Ejusdem *De medicamentis opiatis officinalibus* Hallæ anno 1735. 4°.* philonio utroque, theriaca, mithridatio, pilulis de Cynogloſſo, pilulis ſtarkeyanis &c.

Ejusdem *De ægroto aſthmatico uſu radicis ſquillæ ſublevato* Hall. 1735. 4°. a me recuſa.

Ejusdem *De pharmacorum acidulorum natura & uſu* Hall. 1736. 4°.*.

Ejusdem *De fructibus horæis* Hall. anno 1737.* Cucurbitacei generis, Fragis etiam, Rubis, Ribis, Ceraſis, Pomis, earumque utilitate medica.

Ejusdem aut reſpondentis Mederi *Examen medicum radicis Scillæ marinæ* Hall. anno 1739. 4°.*. Ad ignem dat aquam nauſeoſam, liquorem penetrabilis odoris & ſaporis acidum, oleum fuſcum empyreumaticum, tamen acidum.

Cum

Cum aqua digeſta dat liquorem amarum acrem, inde extractum amariſſimum, acre & urens. Cum vini ſpiritu tinctura prodit amara, reſinoſi extracti perparum, & mucilago: eadem ea dedit elementa, quæ radix integra. In ea ergo vis plantæ tota reſidet. Vires ad aſthma, ad hydropis initia potentes.

EJUSDEM *De Aſaro* Hall. anno 1739. 4°.*. Collectanea.

EJUSDEM *De oleo Olivarum* Hall. anno 1740. 4°.*. Olei expreſſio, vires.

EJUSDEM *De Chamæmelo* Hall. anno 1739. 4°.* Collectanea.

EJUSDEM *De vera indole & egregia virtute radicis Iridis Florentinæ* Hall. anno 1739. 4°.*. Deſtillata dedit liquorem flavum acidum, fuſcum empyreumaticum, acidum. Cum aqua macerata dedit aquam odoratam, absque oleo æthereo: & extractum amaricans odore violarum. Cum vini ſpiritu tincturam dat odoris ſui, ſatis acrem, & reſinam aliquam, cum gummi tamen miſtam; extracti vero gummoſi longe plus, odore tamen tantum pruni, cum vapores per exhalationem violam redolerent.

EJUSDEM *De Meliſſa* Hall. anno 1739. 4°.*. Oleum dat æthereum, ex ſeminibus etiam optimum. Aqua plantæ immaturæ odorata eſt, absque oleo.

EJUSDEM *De Lilio Convallium* Hall. anno 1742. 4°.*. Totam plantam amaram eſſe, & ſternutationem movere; ſic extractum aquoſum magis, vinoſum minus: neque ſales lixivi amarorem deſtruxerunt. Herba Alvum ducit. Odoratum elementum optime, a ſpiritu vini ſuſcipitur, cujus multa eſt virtus.

EJUSDEM *De granorum Kermes & Coccinellæ convenientia, viribus & uſu* Hall. anno 1743. 4°.*. Ob Ilicis & Tunæ deſcriptionem huc pertinet.

EJUSDEM *De Ipecacoanha Americana* Hall. anno 1744. 4°.* Vis eſt in reſina, quæ ex hac radice perinde, uti ex Jalapa parari poteſt. Extractum gummoſum innocuum eſt.

EJUSDEM *De Rubo Idæo* Hall. anno 1744. 4°.*. Gratiſſimi fructus laudes.

EJUSDEM *Nonnulla ad Camphoram ſpectantia* Hall. 1744. 4°.

Dedit etiam vir Cl. *Prælectiones de viribus & uſu medicamentorum officinalium ad diſpenſatorium Brandenburgicum* Noriberg. anno 1736. 8°. Percurrit ejus diſpenſatorii compoſitiones, quarum plurimæ ſunt ex plantis, ad quarum vires medicas commentatur.

Idem opus recuſum & multum auctum prodiit, propriis cum editoris adnotationibus Berlin. anno 1753. 8°.*.

EJUSDEM *Theſes de materia medica in uſum auditorum poſthumæ* a C. C. STRUMPFIO genero editæ ſunt Hall. anno 1746. 8°.*. Ad ordinem literarum alpha-

alphabeti percurrit medicamenta ſimplicia, etiam ex plantis ſumta, & eorum vires medicas, atque compoſita, quæ ex iis parantur medicamina recenſet.

Hiſtoria medicinæ Altdorf. anno 1728. 4°.* hactenus huc facit.

Collectio, quam dixi, inſcribitur *Diſſertationum Academicarum faſciculus* I. Hall. anno 1743. 4°.*.

Blancaardi etiam Lexicon vir Cl. auxit, & Hallæ anno 1739. 8°.* edidit.

§. MLXXXVIII. *Ludovicus a Ripa.*

Ludovici a Ripa *Hiſtoriæ univerſalis plantarum ſcribendæ propoſitum*, addito ſpecimine, anno 1717. (*g*) 4°. Splendidum opus, ſed collectitium, & literarium, nihil habet proprii. Occaſio ſcribendi fuit vacua in Academia Patavina Cathedra botanica.

§. MLXXXIX. *Julius Pontedera.*

Julii Pontederæ, Piſani, viri nobilis, & antiquitatum atque linguarum priſcarum Italiæ peritiſſimi, a juventute & a patre *Laurentio*, ad agri cultum educati, & a matre, adeo botanica, ut abſente filio, curam horti Patavini ſuſtineret (*h*), *Compendium tabularum botanicarum, in quo plantæ* 272. *in Italia nuper detectæ recenſentur* Patavii anno 1718. 4°. maj.*. Idem finis ſcriptori fuerit, qui Ripæ, materia propria, & per magnos labores & difficilia itinera Alpina nata. Non diſſimulari poteſt, pluſculas hic pro ſpeciebus varietates exhiberi. Sed etiam varietates diligentiam poſcunt, & laborem. Tabulæ ipſæ nunquam prodierunt, cujus hoc dicitur compendium.

Ejusdem *Epiſtola* ad G. Sherard una prodiit. Corrigit aliqua Titæ nomina, & plantas ejus ad legitima genera revocat. Conſtituit nova genera, Tournefortiam, & Sherardiam, aliam a Dilleniana.

Ejusdem *Anthologia, ſeu de floris natura Libri* III. *accedunt ejusdem diſſertationes* XII. *ex iis, quas habuit in horto Patavino anno* 1719. Patavii anno 1720. 4°.*. Primo libro de flore agit, ejusque multiplici ſpecie, ejus partibus, & figuris, & characteribus inde ſumtis. Partes definit, in ſexum in univerſum iniquior. Tournefortium paſſim corrigit, calycem melius per ſuas notas exprimit. Receptaculi, cui embryo innititur, dignitatem vindicat, idem per multas plantas deſcribit. Petali diverſas ſpecies per exempla exponit. Tubam præcipuam floris partem facit, quæ a nullo embryone abſit, eamque vult aërem in fructum admittere, quo motus inteſtinus cieatur. Stami-

(g) Etſi enim titulus præfert annum 1718. tamen in *Giornale de Letterati* anni 1717. recenſentur.

(h) *Antiquitat.* p. 3.

Staminum varietates perſequitur & fructus. Stamina non ad fecundationem facere putat, cum imprimis tubæ paſſim tunc demum ſe efflerant, quando ſtamina delapſa ſunt. Palmarum fecundationem aliter interpretatur & caprificationem. Inde apetalas plantas partitur & deſcribit: tunc ringentes: liliaceas, alias. Deſcribit ex data occaſione Hippurin (Charam), Aponogetonem (Zanichelliam), Palmas Chamæriphen, Choddapannam, Anpannam, Schedapannam, Toddapannam, Jacaram, Tengam: deinde Dactyloides, Myriophyllum (Pentapterin), Caprificum, Erinoſycen, Triphylloides, hoc ex rigore methodi, Ocimaſtrum (Valerianam calcaratam), Alopecurum, Linophyllum, Corydalin (Fumariam luteam), Sesban, Ornum, aliaque genera, quorum characteres omnes per figuras additas declarat.

Diſſertationes XI. poſt generalia aliqua ad Syngeneſiam, ut nunc vocant, totæ pertinent. Eas noviter conſtituit, eorum, quæ a VAILLANTIO gerebantur, ignarus. Claſſem planipetalam per genera & ſpecies perſequitur; ſic in ſequentibus, ut nonnunquam varietates, novas ſpecies, etiam nova genera admiſceat. Inde capitatæ, cumque his commiſtæ Diſciflora, etiam Scabioſæ, tunc radiatæ, quibus etiam Cyanos accenſet, & Abſinthia; & Forbicinam (Coreopſin) longe a Bidente removet. Nova genera hic habet Ageratoides, Aſteripholin, Careliam, Cyanoides, &c.

IDEM multa cum J. M. GESNERO communicavit, ad ruſticorum editionem ſpectantia, quæ partim interſperſa ſunt operi adnotationum ſpecie, tamen ut majora fragmenta intercedant, etiam iconibus declarata, ut vitium cultus, partim ad finem ſubjecta. Ea omnia vel ad accuratiſſimas linguæ priſcæ minutias pertinent, vel ad ipſum agri cultum, qualis priſcis fuit.

EJUSDEM *Antiquitatum latinarum Græcarumque enarrationes atque emendationes, præcipue ad veteris anni rationem adtinentes, epiſtolis* LXVIII. *comprehenſæ* Patavii anno 1740. 4°.*. Ad rem noſtram pertinent, quæ ad CATONEM, VARRONEM & COLUMELLAM commentatur, plurima cum querela, ALDUM & nuperos editores voces archaicas, ſibi ignotas, in nuperas & latinas pro arbitrio transformaſſe, ita veterum auctorum lectionem corrupiſſe. Ipſe Hetruſcarum antiquitatum peritiſſimus, queritur etiam de nupero editore ruſticorum, qui ſuas emendationes aut ſuppreſſerit, aut ſibi tribuerit, & antiquam orthographiam ſecum communicatam, mutaverit & corruperit. Ad botanica hactenus pertinent, quæ ad vites, legumina, cerealia arboresque veterum, & earum cultum adfert; icones etiam aliquas adjecit. *Gargilium* MARTIALEM valde contemnit.

EJUS *Epiſtolæ de Lapatho, Acetoſa & Agrimonia Orientali* prodierunt in TILLI horto Piſano Piſis anno 1722. fol.*

EJUS etiam exſtant *duæ epiſtolæ de horto Patavino* ad PAPADOPULUM, cum ejus viri *Gymnaſio Patavino* editæ anno 1726. & *obſervationes botanicæ, in nov. della rep. delle lettere* anno 1730. 4°. & 1731. 4°. In priori anno Epiſtola eſt ad

ad MARSIGLIUM de plantis lacus Benaci; in altera adnotationes de plantis apetalis, aliisque.

Vitam viri deſcripſit *Joſephus* GENNARI Venet. anno 1758. 8°.*

Plurima inedita reliquit, etiam de LINNÆO (*i*).

§. MXC. *Henr. Bernh. Ruppius.*

Henricus Bernhardus RUPP Gieſſenſis, privatus homo, etſi in Academia Jenenſi vixit, rei herbariæ cupidiſſimus, egregius ſtirpium venator, qui in quovis tugurio lætus noctem tranſigeret, totisque diebus agros & colles perreptaret: Leidæ & in aliqua Germaniæ parte plantas collegit, adque RIVINI methodum diſpoſuit. EJUS viri *flora Jenenſis* primum Francofurti & Lipſiæ anno 1718. 8°.* a J. *Henrico* SCHUTTE edita eſt, cum nonnullis rariorum ſtirpium iconibus. Multas certe plantas, a nemine hactenus in Germania lectas, & quas in ea regione non expectaſſes, ſua induſtria collegit. In magnis generibus & in cryptogamia id ei fraudi fuit, quod plantas ſiccas ſibi non ſervaverit (*k*), & memoriæ ſuæ nimium tribuerit. Nova tamen genera pluſcula deſcripſit, fere quæ DILLENIUS: ſpecies etiam novas invenit, aliasque a nuperis neglectas repetiit. RIVINI methodum paſſim correxit.

Altera editio Francofurti & Lipſiæ anno 1726. 8°. ſecuta emendatior eſt, & 285. ſpeciebus, aut varietatibus, aucta.

Tertiam Jenæ anno 1745. 8°.* ipſe edidi. Veſtigia RUPPII ſecutus, multas & raras plantas iisdem locis legi, & a Cl. FICKIO 1500. plantas ſiccas accepi, in cujus paternis ædibus RUPPIUS aliquamdiu vixerat: codices etiam RUPPII manu ſcriptos contuli. Aliquas denique ipſe addidi, quas primus circa Jenam repereram, tum icones pro RUPPIANIS alias ſuppoſui. Emendavi varia, & potiſſimum Muſcos & genera difficiliora.

Fragmentum *prælectionum botanicarum* in III. Centuria *Epiſtol.* n. 56. BRUKMANNUS recudi fecit.

§. MXCI. *Angli aliqui.*

In *Philoſophicis Tranſactionibus* anni 1718. n. 360. J. *Theophilus* DESAGULIERS, theologus, velox incrementum rapi ad calculos revocavit.

Pharmacopœa Pauperum London 1718. 8°. OSB. Sæpe recuſa.

Four eſſays on English grapes shewing they will make the beſt of wines London anno 1718. 8°. SEGUIER.

(i) GENNARI l. c.
(k) De ejus moribus HOPPE *von den Weidroſen* p. 4. adde BRUKMANNUM, laudatorem, *Epiſt.* 56. *Cent.* III.

Henrici HADLEY *De Balſamo Peruviano* Leid. anno 1718. 4°.*. Habet analyſin, & experimenta. Cum oleo Vitrioli hoc balſamum in coagulum abit, quod aqua extracta in ſolidam reſinam tranſit. Ad ignem duo ex balſamo olea ſtillant, leve & craſſius, &c.

§. MXCII. *Patricius Blair.*

Patrik BLAIR, anatomicus, edidit Londini anno 1718. 8°.* *Miſcellaneous obſervations in Phyſik anatomy ſurgery and Botaniks.* Huc pertinent Epiſtolæ IV. V. VII. IX. In *tertia* dubia profert ad legem, plantas charactere conſentientes, etiam viribus medicis conſentire, quam recte infirmat, Cynogloſſi exemplo. Tubulos *Trollii* detexit. In L. VII. varia exempla habet herbarum venenatarum. In L. IV. depingit Acetoſam folio deliquium patiente, tetraſtemonem; tum Dortmanniam, Trientalem, Plantaginem aquaticam minorem, alias. Echium marinum oſtendit Cynogloſſi ſpeciem eſſe, capſulis levibus, pariter narcoticam.

EJUSDEM *Botanical eſſays in two parts* London anno 1720. 8°.*. Liber prior eſt de floris partibus. Eſſ. 1. De ſexu plantarum utroque & ſecundationis modo. Eſſ. 2. De variis fructificationis generibus. Calycem recte a germine diſtinguit. Eſſ. 3. De variis methodis botanicis. Etſi RAJUM deprimit, ut MORISONUM ornet, re ipſa tamen Rajanæ methodi adſecla eſt.

Eſſ. 4. Sexum in plantis duplicem eſſe, & pollinem ſtaminum requiri ad maturationem ſeminum, neque tamen eſſe congeriem germinum, aut vermiculorum ſeminalium; id contra MORLANDUM.

Eſſ. 5. De circuitu, vel potius de deſcenſu ſucci, de nutritione plantæ.

Paſſim characteres plantarum depingit. Experimentum refert BOBARTI, Lychnidem nempe, cui ſtamina nulla ſunt, ſterilem eſſe (*l*).

EJUSDEM *Pharmacobotanologia or an alphabetical and claſſical diſſertation on all the britiſh indigenous and garden plants of the new London Diſpenſatory* Decades VII. London anno 1723. 4°.*. Ordo alphabeticus: cuique plantæ ſuus character & deſcriptio addita, tum ſapor & odor, denique vires medicatæ. Etiam proprias aliquas plantas a ſe ipſo primum lectas proponit, carptas circa Boſton, ubi medicinam faciebat; opus ipſum in litera H. finem facit.

In *Philoſophicis Tranſactionibus* n. 364. agit de modo, quo vires plantarum per fabricam externam detegantur.

In n. 369. De generatione plantarum. *Philippi* MILLER adfert experimentum, ſemen Spinachiæ maſcula fecundatione deſtitutum *corculo vitali* carere. Tulipas, quas ſtaminibus privaverat, fecundas fieri, ſi apes eo pollinem ſtamineum adtulerint. De hybride Braſſica ex polline alienigena. Croci fuſa hiſtoria.

§. MXCIII.

(*l*) p. 243.

§. MXCIII. *Stephen Switzer.*

Stephen SWITZER, ſeminum venditoris, ſæpe aliena inventa repetentis, potiſſimum etiam J. de la QUINTINIE (*m*), pluſcula huc faciunt. Ejus *Ichnographia ruſtica or noblemans aud gentlemans recreation, containing directions for the diſtribution of a country ſeat, into rural and extenſive gardens, parks, paddoks &c.* London anno 1718. 8°. 3. Vol. & cum titulo *gardeners recreation* London 1742. 8°. 3.Vol. non eſt ad manus, quo opere tota res ruſtica, & ſylvarum etiam cura continetur. Laudatur ab ELLISIO (*n*).

EJUSDEM *Practical Kitchen gardener* London anno 1725. 8. 1727. 8°. OSB.

Et utrumque opus anno 1727. 8°. SEGUIER.

EJUSDEM *Diſſ. on the cytiſus of the antients* London anno 1731. 8°. Redit cum *the Compendious methods &c.* anno 1735. 8°.*. In arenoſo macro ſolo creſcere, & ſemper virere fruticem, Cytiſum nempe incanum ſiliquis falcatis C. B. edurare hiemes Anglicas, facillime ex depactis ramis provenire, & optimum præbere pabulum; ſed experimenta deſunt.

EJUSDEM *The practical husbandman and planter or obſervations on the antient and modern husbandry gardening &c.* Londin. anno 1727. 1733. 8°.* 2.Vol. Per menſes prodiit, ſex autem ſolos menſes poſſideo. Non ſatis peritus herbarum, Mayz pro Lithoſpermo (*o*), ſeu Milio ſolis habuit, Spergulam pro *Eſparſette*: multa etiam pro novis recipit, quæ eo ævo erant notiſſima, ut cultum Mayz.

In I. menſe agit etiam de Cedro Libani: in altero de generatione ſpontanea, & Fungis. Pro cultu Glycyrrhizæ, & Medicæ. De Lilio Sarnienſi.

Menſ. *Junio* Fuſe de Croci cultu, de Fabis, de Fago, de Hordei varietatibus, de Solano *pottatoes* in Hibernia culto, de Alno. Porro pro generatione ſpontanea. Frumentorum hiſtoria etiam ex veteribus, non tutiſſime conciliatis cum nuperis nominibus. Cultus Rubiæ, Quercus, Trifolii, Glaſti, Onobrychidis, Fagi. Relapſum eſſe ſucci, quem pro circuitu habeant: eo pertinere flores Jaſmini tinctos ab inoculato ramo in flores ſtriatos mutatos. De germinatione Fabæ, plumula, radice, lobis.

EJUSDEM *A compendious method of raiſing of Italian Brocoli, Spaniſh Chardon, Celeriac, Finocchi and other foreign Kitchen vegetables — an account of Luzerne, St. Foyn, Clover — and an account of burning of clay* London anno 1729. 8°. SEGUIER. 1735. 8°.*. Germanice Lipſiæ anno 1755. 8°.* *Kurze und bequeme Methode &c.* Celeriac eſt ſpecies Apii Selleri, radice tuberoſa, Aliſander ſpecies Petroſelini ſemine hirſuto. Non placet Medicam in rufum aut

(m) Inſitionem confuſe deſcripſiſſe *on fruittrees* p. 93.
(n) *Kalm.* Reſa I. p. 195.
(o) Θερμινθον derivat a terebra, WOLFGANGUM citat, ubi oportebat WEDELIUM citaſſe.

aut arenoſum ſolum relegari, quæ optimum deſideret. Subjectus eſt Catalogus ſeminum, quæ venalia apud auctorem proſtabant.

Commentaria materiæ medicæ per aphoriſmos London 1718. 4°.

CULPEPER'S *London diſpenſatory* London 1718. 8°. OSB. Conf. T. I. p. 477. Num idem.

§. MXCIV. *Itali.*

Blaſii CARYOPHYLI (Garofalo) *Diſſertationum miſcellanearum* Pars I. Rom. anno 1718. 4°. *De Hyſſopo, Dudaim, Kikajon* (Ricino) & *Schoſchenim* Liliis. Literator & Judaicorum auctorum lectione imbutus, Origanum habet pro Hyſſopo veterum, ita reddentibus Arabibus, Kikajon pro Ricino, Muſam pro Dudaim. Schoſchenim Lilia potius eſſe quam Roſas.

J. VIGIER Luſitanus vertit ex Gallico *Hiſtoria des plantas da Europa, e das mais uzaſas que vom de Aſia, de Africa e da America &c.* Lyon 1718. 8°.

Demoſtrazioni e prove ſopra l'attività ed uſo vantaggioſo del gran coltro del M. ALESSANDRO BORRO *in Toſcana — un riparo delle forze neceſſarie alla maggiore fatiche d' agricultura* Milano 1718. 4°. SUSSMILCH.

DOM. BENETII *Opus medico morale continens adnotationes in* J. BASSARINI *diſpenſatorium medicum* Mantuæ 1718. 4°.

§. MXCV. *Galli Varii.*

Anciennes relations des Indes & de la Chine, de deux voyageurs Mahométans, qui y allérent dans le IX. Siécle, traduites de l'Arabe Paris 1718. 12°. cum Supplemento nomina ſunt ABUSEID & AZEN. Aliqua de Thea, Camphora. Conf. p. 176.

Maniére de cultiver la vigne & faire le vin en Champagne Rheims anno 1718. 4°. BURETTE, & auctius anno 1722. 4°. FALCONET.

Le CRANI *Pluſieurs éxpériences utiles & curieuſes concernant la médecine* Paris anno 1718. 12°. Aliqua artificia ad vinum, ad acetum, ad vernices, ad tincturam Juniperi.

ROBERT *Obſervations ſur la culture des arbres fruitiers* Paris anno 1718. 12°. SEG. Senis experti.

J. BEZAC & DESHAYONS *Ergo in febre ſubintrante Kina Kina &c.* Paris anno 1718. 4°.

J. BAPT. FERMELHUYS & JOS. de la GRIVE *E. a potu Caffe frequentior apoplexia* Paris anno 1718. 4°.

DRALSE

Dralsc de Grandpierre *Relation de divers voyages faits dans l'Afrique, dans l'Amerique & aux Indes Occidentales* Paris 1718. 12°. Plantas dicit Americæ Hiſpanicæ.

Experiences concernant la medecine — & l'œconomique Paris 1718. 12°.*.

§. MXCVI. *J. Quincy.*

John Quincy *Compleat English diſpenſatory of the college of Phyſicians* London 1718. 8°. 1721. 8°. 1722. 8°. Osb. 1724. 8°. 1725. 8°. Osb. 1727. 8°. Osb. 1733. Wachen. duodecima editio anno 1742. 8°.* 1749. 8°. Osb. Pars II. huc pertinet, qua ſimplicia medicamenta officinarum deſcribuntur, & præparationes, ut vocant, earum exponuntur. Præcipua vero pars eſt virium medicarum enumeratio.

Nonne Idem *Pharmacopée aniverſelle raiſonnée augmentée* par M. Clousier *ſur la 11me edition* Paris 1749. 4°.

Pharmacopœa officinalis & extemporanea Lond. 1726. 8°. Sarry. 1730. 8°. Mead.

Ejusdem *Inquiry into the differences between the diſpenſaries and apothicaries* 1704. 8°. ut lego.

Ejusdem *Lexicon phyſico medicum* ed. IV. Lond. anno 1730. 8°.*. Rem herbariam vix tangit.

Ejusdem *Prælectiones pharmaceuticæ or a courſe of lectures in pharmacy* Londin. anno 1723. 4°.*. Poſthumum opus a *Petro* Shaw editum. Percurrit medicamenta ſimplicia. Scopus principuus eſt oſtendere, qua ratione vires medicæ cujusque medicamenti ſimplicis optime extrahantur.

§. MXCVII. *Ex Kanoldi Diario.*

In Kanoldi *Sammlungen* anni 1718. varia continentur huc facientia, ut Cereviſia Avenacea Uratislavienſium: Solani tuberoſi, ad ſupplendum panem commendatio.

Chirurgi *Friderici* Behrens artificium multiplicandarum arborum aurantiarum venum propoſitum, per radices, quas ex ramis certa inciſione cogit exire. De novis exoticis, cortice Maſſoy, ligno Carabaccuino, Gummi Kikunemalo, Semine Sabadilli ſ. Cevadilla, ligno tinctorio rubro, arbore Draconis, cortice Jujabæ, Gummi de Lok, Gummi Galda, Archilla. De Balſamo Mecchano.

In T. II.

In T. II. De Agricolæ infelicibus experimentis. Plantarum exoticarum in Boruſſia ex ſemine prognatarum catalogus; tum in Sileſia. De Ananas aliqua: de pernicioſo Gramine, ſed hic non definito, Sterbegras. Laudes & icon Onobrychidis, & adfinis Hedyſari (Sulla). De Aloë Americana & filo inde ducto; de Stramonii ad muſcas necandas uſu: de ſpica Secalina multiplici; de nonnullis herbarum dudum notis miraculis. De Thea Romana, ſeu Chenopodio Ambroſioide. De *Blauaſche* ſpecie cinerum *Potaſche Bresl. Samml.* anno 1718. p. 1391.

§. MXCVIII. *Chriſtianus Wolf.*

Chriſtiani Wolf, viri ſummi, potiſſimum tamen metaphyſici, *Entdeckung der wahren Urſache von der wunderbaren Vermehrung des Getreides* Hallæ anno 1718. 4°. 1728. 4°.*. Experimentis confecit, maximum numerum culmorum ex dato ſemine prodituram, ſi ſemen tritici profundis ſulcis mandaveris, ut aliquot culmi nodi terra tegantur, novas daturi radices; tum ſi rara ſemina ſpargantur, ut terræ ad majorem fecunditatem ſatis ſit. Uſtilaginis corrupta grana monſtra eſſe. Anglice verſum *cauſe of the multiplication of corn* London 1734.

Ejusdem *Anhang von der Gewiſsheit der Erfindung von der Vermehrung des Getreides.* Teſtimonia boni ſucceſſus colligit (*p*).

Ejusdem *Erläuterung der Entdeckung der wahren Urſache der wunderbaren Vermehrung des Getreides* Hall. anno 1718. 4°. (ex dedicat.) anno 1730. 4°.*. Objectiones nonnullas ſolvit.

Ejusdem & *Adami* Ixstætt *De Malo pomifero absque floribus, ad rationes phyſicas revocato* Marburg. anno 1727. 4°.*. Fecundationem per pollinem antherarum habet pro probabili, cæterum in germine rudimenta omnium partium plantæ latere. Fiſtulas ſucciferas alimentum ad petala ducentes, in ſua Malo obſtructas fuiſſe.

Ejusdem *Allerhand nützliche Verſuche zu genauer Erkänntniſs der Natur und Kunſt* Hall. anno 1721. 1722. 1723. 8°. 1729. 8°. 1738. 8°.*. Pertinet ad rem herbariam pars magna capitis ſexti, in qua vir Ill. microſcopium ad indagandam plantarum fabricam adhibuit, ſeminis, floris, foliorum, ligni, corticis, medullæ.

Ejusdem *Vernünftige Gedanken von den Würkungen der Natur* Hall. anno 1723. 8°. 1725. 8°. 1739. 8°.*. Vitam & incrementa plantarum breviter deſcribit. Plantas ex utriculis conponi. Arbores inverſas & depactas vegetare. Succum plerumque inter corticem & lignum adſcendere, hinc detracto cortice arborem emori. Etiam hic arborum tubos aëreos demonſtrat.

Ejusdem

(p) Conf. *Bresl. Samml.* anno 1718. menſe April. p. 1003. menſe Jul. p. 1402. menſe Septemb. p. 1644. anno 1720. menſe Octobr. p. 452. anno 1721. m. Jul. p. 108.

Ejusdem *Gedanken von den Abſichten der natürlichen Dinge* Hallæ anno 1723. 8°. 1724. 8°. 1737. 8°.*. Ad utilitatem plantarum. Fiſtulas aëreas ſe demonſtraſſe, dum de ligno aërem extrahebat: bullas enim ex ligno prodiiſſe, non tamen omnes plantas tracheas habere. Ad lucis abſentiam plantas claudi; & Tulipas anno 1706. ſole deliquium patiente petala adduxiſſe. Foliis defractis gemmas nullas provenire. Folia rorem abſorbere.

Ejusdem *Gedanken vom Gebrauch der Theile in Menſchen, Thieren und Pflanzen* Hall. anno 1725. 8°. 1732. 8°.*. Iterum fuſe de fabrica plantarum & cujusque plantæ utilitate.

Ejusdem Poma ex trunco arboris enata Comm. Petrop. T. VIII. p. 197.

Idem in *Act. Erud.* anno 1724. de pulviſculis ſtaminum egit, per microſcopium conſpectis.

In diſſ. de hyeme anni 1709. etiam agit de multiplicationē plantarum.

§. MXCIX. *J. Fr. Lafitau.*

Joſephus Franciſcus Lafitau S. I. *Mémoire conçernant la précieuſe plante de Ginſeng, découverte en Canada* Paris anno 1718. 12°. poſt brevem indicationem datam in *Journ. de Trevoux* anno 1717. menſe Jan. De eadem agit *hiſt. de l'Acad.* 1718. In Canadæ ſylvoſis veram Chinenſem radicem detexerat (q), a Kæmpferiana diverſam, a qua eam recte diſtinguit. Idem tuetur ſuam ſtirpem, cui objicibatur non perinde, ut Chinenſium (r) Ginſeng, pellucidam eſſe. Aurelianam vocaverat: id nomen vivo & imperante Duce *Philippo* Vaillantius animoſe abolevit.

Ejusdem *Mœurs des Sauvages Américains, comparés aux mœurs des premiers tems* Paris anno 1724. 4°. 2.Vol.*. In ſecundo Tomo multa huc faciunt, de re alimentaria Americanorum. Nam de Mayz, Manioc, & aliis alimentis indigenarum, deque potulentis eorum, etiam de veterum frumentis fuſe agit, ſolet enim hæc omnia conjungere.

§. MC. *Belgæ.*

Cl. Pury *Memoires ſur le pais des Cafres & la Terre de Nuyts* Amſterdam anno 1718. 8°. Eo ſuadet auctor Helvetiis, ut in beatam regionem, Coloniam mittere.

J. D. H. L. *Beſchryving van Zuriname, van de . . . . heerlyke Vrugten, melkaardige Zappen, gommen, olien &c.* Leeuwarden 1718. 4°. Gronov.

Wonderen van t heelall Gouda 1718. 4°. Res raræ & monſtroſæ.

§. MCI.

(q) *Mém. de Trévoux* anno 1718. m. Janv.
(r) Ib. m. Mars.

§. MCI. *Michael Alberti.*

Michael ALBERTI, Halenſis Profeſſor, non quidem botanicus, tamen numeroſas diſputationes edidit, quarum aliquæ ad rem herbariam pertinent. *De Rore marino* anno 1718. 4°.

EJUSDEM & la MARCHE *De vero uſu Arnicæ* ibid. anno 1719. 4°.* Vires herbæ ad ſanguinem ex lapſu effuſum, ad contuſa, ad mutitatem hyſtericam, menſes reſides, artus contractos, nixum nimium, nephritidem etiam calculoſam, ex propriis experimentis confirmat.

EJUSDEM *Dubia vexata materiæ medicæ* Hall. 1719. 4°.

EJUSDEM *De Squilla* Hall. anno 1722.*. Valde laudat in aſthmate, œdemate, hydrope.

EJUSDEM *De Coffeæ potus uſu noxio* anno 1730. 4°.

EJUSDEM *De ſpirituum ardentium uſu & abuſu diætetico* Hall. 1732. 4°.

EJUSDEM *De Valerianis officinalibus* anno 1732. 4°. In adfectibus oculorum expertus laudat.

EJUSDEM *De auro vegetabili Pannoniæ* 1733. 4°.

EJUSDEM *De fermentatione vinoſa* anno 1736. 4°.

EJUSDEM & OETTINGER *De Belladonna ſpecifica in cancro* anno 1739. 4°.*. Cum ſucco expreſſo experimenta varia fecit. Deinde plantæ ignem ſubjecit. Aqua inde prodiit grati odoris, liquor flavus alcalinus, oleum prius ceraceum, ſal fixus lixivus. Ad cancrum laudat. JUNKERO etiam in aperto cancro bene ceſſiſſe teſtatur, & exempla producit. Utitur aqua cum herba decocta, ab uno ad tria cochlearia. Nonnunquam tamen fallere fatetur.

EJUSDEM *De cereviſiæ potu in nonnullis morbis inſalubri & adverſo* anno 1743. 4°.

EJUSDEM *Tentamen Lexici realis medici obſervationum medicarum ex variis auctoribus ſelectarum* Hall. anno 1727, 4°. & Pars altera ib. 1731. 4°.

§. MCII. *Abraham Vater.*

Abrahamus VATER, CHRISTIANI filius, *de incrementis materiæ medicæ, ex medicamentis noviter detectis exſpectandis* Wittcberg. anno 1718. 4°.

IDEM, cui cura concredita eſſet horti publici, hactenus etiam rem herbariam adtigit.

EJUSDEM *De balſamo de Meccha.* Programma edidit anno 1720. 4°.

EJUSDEM

EJUSDEM & FRITSCHII *De Ipecacoanhæ virtute febrifuga & antidyſenterica* Witteberg. anno 1732. 4°.*. Practica diſp. Ypecacoanhæ vis ad dyſenteriam ex fructibus, muſto recente, & alimentis natam reſtringit.

EJUSDEM & KETTNERI *De Ruta ejusque virtutibus* anno 1735. 4°.*.

EJUSDEM *De cereo Americano* ib. 1735. 4°.

EJUSDEM *De antidoto novo adverſus viperarum morſum præſtantiſſimo, in Anglia nuper detecto* Witteberg. anno 1736. 4°.* Oleo nempe olivarum, cujus virtutem ipſe VATERUS experimento confirmavit, in homine facto.

EJUSDEM *De olei Olivarum efficacia & virtute adverſus morſum animalium* anno 1751. 4°. Progr. in quo aliud & ſimile exemplum.

EJUSDEM *De Laurocераſi indole venenata* ibid. anno 1737. 4°.*. Canes aqua Lauroceraſi meraciori interfecit, alios vomitu moto ſervavit. Ventriculum non reperit inflammatum.

EJUSDEM *Trunci Ulmi, cui cornu cervi inſertum, anatome* Witteberg. anno 1741. 4°.

EJUSDEM *Catalogus plantarum imprimis exoticarum horti Academici Wittebergenſis* Witteberg. anno 1722. 4°.*.

EJUSDEM *Supplementum* anno 1724. 4°. Sola nomina, & ſemina ſecundum loca diſtributa, unde advenerunt. Adjecit Aloës Africanæ ſoboliferæ iconem, & deſcribit Tunicam ſpicam triticeæ ſimili.

EJUSDEM *Syllabus plantarum potiſſimum exoticarum, quæ in horto medico Wittebergenſis aluntur* Witteberg. anno 1738. 8°.*. Nomina & multæ varietates. Uterque Catalogus ad alphabeti ordinem.

EJUSDEM *Catalogus variorum exoticorum rariſſimorum, maximam partem incognitorum, quæ in Muſæo poſſidet* Witteberg. anno 1726. 4°.*. Utique multa medicamenta ſimplicia mirorum nominum.

§. MCIII. *Germani Varii.*

Arcana hortenſia, oder Kunſtſtücke, unterſchiedliche Pflanzen und Blumengewächſe in allerley zierlichen Farben, Geſtalt und Gröſſe zu verändern Conſtanz anno 1718. 8°.

Alium librum lego *Arcana hortenſia, oder Gartengeheimnüſſe, nebſt einem Anhange, aus dem Franzöſiſchen überſetzt* Leipzig 1718. 8°.

J. Andreæ FISCHER, Profeſſoris Erfordienſis, *de Dirdar Ibenſinæ, Ulmo arbore* Erford. anno 1718. 4°.*.

EJUSDEM *De Papavere erratico* anno 1718. 4°.*.

EJUSDEM *De Syrupo longæ vitæ* ib. 1718. 4°.

EJUSDEM *De Ricino Americano* anno 1719. 4°.

EJUSDEM *De potus Coffeæ uſu & abuſu* anno 1725. 4°.*.

Franciſci Jacobi SACHS diſſ. *De Ulmo* Argentor. anno 1718. 4°.*. Corticis analyſis igne ſubjecto facta: deinde extractum aquoſum ſubdulce, adſtringens. Acidam ei arbori naturam eſſe colligit. Lignum pariter igne torſit: extractum aquoſum amariuſculum obtinuit, lignum cortici præfert.

Jacob GERING *De præſtantia vini veteris præ novo* Lipſiæ 1718. 4°.

J. Adam GOERITZ *Nachrichten von der Salbe in Gilead, oder dem wahren Arabiſchen Balſam der H. Schrift* Regenſpurg 1718. 8°.

EJUSDEM In *Miſcellaneis Nat. Curioſ. Cent.* VII. *obſ.* 15. diſſ. de Thea Romana.

EJUSDEM De Aloës veræ vulgaris & Socotrinæ diſcrimine. Tenuiorem iſtam & magis citrinam eſſe, in *Miſc. Nat. Cur. Cent.* VII.

IDEM in Vol. I. *Actorum Nat. Cur.* obſ. 70. cum Hyſſopum vidiſſet ex macerie provenire, non dubitavit, nos veterum Hyſſopum habere.

EJUSDEM De Aloë officinali florente Vol. III. obſ. 12. protulit flores 400. Succus fœtidus veram Aloën dedit.

Multa etiam edidit in KANOLDIANO diario.

Chriſtiani Henrici HOLLSTEIN, Sileſii, *Rhabarbari hiſtoria* Leid. 1718. 4°.*. Analyſis BOULDUCII; icon in qua ſex calycis folia.

Theodor Andreas von HELWIG *Beſchreibung der drey Naturreiche* Erford anno 1718. 8°.

Kurze und wohlgemeinte Erinnerung über Wolfens Vermehrung des Getreides Hall. 1718. 4°.

J. Friderici BOEKELMANN *De Trifolio paludoſo ſeu fibrino* Leidæ anno 1718. 4°.*.

§. MCIV. *J. Colebatch.*

John COLEBATCH, chirurgi, *A diſſertation concerning Misletoe a ſpecific for the nervous or convulſive distempers* London 1719. 8°. ALSTON. anno 1723. 8°. PLATNER. Mea editio nullum annum habet præfixum, alia indicatur anni 1732. Gallice prodiit, vertente H. FREEMAN Paris anno 1729. 12°. ASTRUC. & Germanice in *Miſcellaneis Theodorici Weſſel* LINDEN; deinde ſeorſim Altenburgi anno 1748. 8°. Auctor in ligno Viſci totaque planta ſpecificum quærit adver-

adverſus epilepſiam, idque ſe putat inveniſſe. Siccat in furno, & drachmam ſemis ſingulis horis exhibet. In convulſionibus & chorea ſ. viti vidit profuiſſe; fallere tamen fatetur: & monendi ſunt lectores, Aſam fætidam & alia cum Viſco miſta fuiſſe. Recentem epilepſiam nihilo difficilius ſanari, quam a cortice quartanam. Tincturam etiam celerius operari, quam pulverem. Nimiæ videntur laudes.

Ejusdem *Generous phyſician* habet etiam diæteticen.

§. MCV. *J. Gottfried Buchner.*

J. Gottfried Buchner *Umſtändliche Erzählung verſchiedener Exempel recht ſonderbarer Vermehrung der Feldfrüchte* Schneeberg 1718. 4°. Seg.

Ejusdem *Diſſertationes epiſtolicæ de memorabilibus Voigtlandiæ* I. *de arbore in Voigtlandia una nocte virente & florem ſimulque fructus tempore biemali proferente.* II. *De arboribus & plantis inſolito tempore florentibus.* III. *De arbore quovis æſtate binis vicibus & flores & fructus continuo ac ſemper protrudente.* IV. *De arboribus diverſi generis fructus in uno ſtipite proferentibus.* V. *De frumentis ſpicis proliferis aliisque plantis monſtroſis.* VI. *De Aloë Americana majori aliisque plantis exoticis in Voigtlandia florentibus* 1743. 4°.

Ejusdem De plantis raris in Voigtlandia viſis (varietatibus & monſtris) in *Miſc. Nat. Cur.* Vol. II. n. 169. Vol. IV. obſ. 71. Malus in Voigtlandia circa Chriſti natalitia florens.

Ejusdem De germinatione in germine, *Act. Nat. Cur.* V. obſ. 24.

Vol. VII. n. 77. De Cerealium ſpicis proliferis.

N. 121. De Aloë Americana minori, quæ in Voigtlandia floruit.

§. MCVI. *B. S. Albinus.*

Bernhardi Siegfried Albini, viri ſummi, *Oratio inauguralis de anatome comparativa* Leid. anno 1719. 4°.*. Etſi totus ad anatomen tranſiit, tamen in juventute plantas amavit, & coluit: hic etiam plantarum anatomen adtigit. *In adnotationum* L. I. c. 21. Clematidem Floridanam flore albo odoratiſſimo depinxit.

§. MCVII. *Joſephus Monti.*

Joſephi Monti, Profeſſoris Bononienſis, *Catalogi ſtirpium agri Bononienſis prodromus, Gramina & adfinia complectens* Bonon. anno 1719. 4°.*. Graminum ordines conſtituit, characteres iconibus expreſſit, novas plantas pluſculas adjecit, & aliquas depictas dedit.

Idem *Varios plantarum Indices* edidit Bononiæ anno 1724. 4°.* & 1753. 4°.*. In præfatione hiſtoria rei herbariæ & horti Bononienſis traditur, & fabula de

ALDROVANDI paupertate refutatur. Sequitur index generum TOURNEFORTII, prior methodicus, alter ad literas alphabeti, cum inſertis novis generibus. Tunc index generum omnium plantarum, ex quibus aliquid in officinas recipitur. Iterum genera ſecundum claſſes pharmaceuticas diſpoſita. Catalogi duo plantarum peregrinarum, quæ in pharmacopolia admittuntur: demum ichnographia horti Bononienſis.

Novam editionem anni 1753. dedit *Cajetanus* MONTI, *Joſephi* filius. Horti Bononienſis hiſtoriam unice continet.

In *Comm. Acad. Bonon.* T. II. P. I. exſtat *Joſephi* MONTI cum MARSILIO concertatio, cum MONTIUS Coralliis radices redderet, demeret flores.

In P. II. Tradit artem florum cum incorruptis coloribus in arena ſervandorum.

Ibidem delineat tres Convolvulos, vitemque Carolinianam.

In T. III. anni 1755. agit de Mucoribus & plantis adfinibus, quarum genera conſtituit, & mucorem unit cum Aſpergillo & Botrytide. Experimenta etiam adfert cum Toxicodendro, ejusque ſucco & vapore facta, ex quo veſiculæ efflorescunt.

§. MCVIII. *Hiſtoire naturelle du Cacao.*

Hiſtoire naturelle du Cacao & du Sucre Paris anno 1719. 12°. FALCONET. Amſterdam anno 1720. 8°.*. Viri minime imperiti opus, qui quindecim annis in India occidentali vixit; ei nomen fuit D. de QUELUS. Flores & fructus Cacao melius deſcribit TOURNEFORTIO. Calyx quinquefolius, petala quinque, parte cava a ſtaminibus introrſum compulſa, dum pars alba lanceolata introrſum prodit. Stamina quinque, tuba unica. Nuclei in fructu 25. Oleo pleniſſimi ſunt, nunquam ranceſcente, hinc ad unguenta aptiſſimo (*s*). Eo ſolo femina vixit, quæ maxillam inferiorem amiſerat, tum puer quadrimeſtris (*t*). Igne ſubjecto aquam dat, cui oleum innatat: tum (*u*) guttas rubras, quæ coguntur; & nebulas in ſpiritum & album oleum ſecedentes, oleum duplex, rubrum grave, & album innatans (*x*). Spiritus cum tempore aceſcit, neque ſal volatilis concretus adparet (*y*). Butyrum Cacao coctione paratur, præſtantiſſimum alimentum. Ex eo ſuper ignem liquor rufus adſcendit, coagulabilis, & paulum acidi liquoris (*z*). Altera diſſertatio Sacchari parandi artificia accurate docet. Intercedunt aliqua de Copaivæ utilitate & analyſi, de Banana, Papaja, Manihoc &c.

§. MCIX.

(s) p. 53.
(t) p. 74.
(u) p. 82.
(x) p. 85.
(y) p. 86.
(z) p. 118. 119.

§. MCIX. *Peter Kolbe.*

Petri KOLBE *Beſchreibung des Vorgebürges der guten Hofnung* Nürnberg anno 1719. fol.*. Belgice Amſterdam 1719. fol. 2.Vol. Ad experimenta aſtronomica facienda in Promontorium bonæ ſpei miſſus, civile munus ſuſcepit, eique totum ſe tradidit, multis ibi contra vander STIELLIUM litibus inmiſtus. Hottentottorum potiſſimum mores & vitæ genus intime perſpexit. Catalogum plantarum ab HARTOGIO habuit, & auctum dedit. Alimenta indigenarum recenſuit. Agriculturam, & hortos imprimis, etiam hortum Societatis Indicæ deſcribit.

Compendium operis prodiit Gallice cum titulo *Déſcription du Cap de bonne Eſpérance &c.* Amſterdam anno 1741. 12°. 3.Vol.*. Germanice verſum & excuſum Noribergæ anno 1745. 4°. Exſtat & Anglicum compendium, KOLBEN *Preſent ſtate of the Cape of the good hope* Lond. anno 1731. 8°. 1735. 8°. auctore D. MEDLEY.

Catalogus plantarum indigenarum ab HARTOGIO, OLDENLANDIO & aliunde ſumtus Tomo III. continetur. Aſpere in eum dicit LA CAILLE (*a*), & fere Galli.

§. MCX. *Varii.*

A letter to a D. of phyſick concerning diaſcordium London 1719. 8°. GUNZ.

JOHN AUBRY *Natural hiſtory and antiquities of Surry* London 1719. 1725. 8°. 5.Vol.

RANOUW *Natuer en Konſtcabinet der natuerlyke hiſtorie, wetenſkapen handwerken* Amſterdam. 8.Tom. 8°. anno 1719. ad 1723.

In anno I. 1721. Menſe *Januarii* actum eſt de Cacao & Saccharo.

Anno eodem, Menſe *Majo*, De Thea.

J. de KINDER & GUIL. FRANC. de WINDT *Nucleus belgicus materiæ medicæ* Bruxell. 1719. 4°. BURETTE. Medicamenta ſimplicia, alimenta, & venena.

§. MCXI. *Germani Varii.*

J. Gottfried KUHNE *Von der Chocolate* Nürnberg anno 1719. 8°.*. Nimiæ laudes.

J. Friderici WEISMANN Analyſis ligni Syringæ Lilac. Spiritum primum obtinuit lixivioſum, alterum acidum: ex macerato in aqua ligno habuit aquam amaram odoratam, oleum ceraceum, & æthereum, odore ligni Rhodii. Infuſum theiforme dat, non ingratum, & extractum gummoſum.

In

(a) *Mercure de France* anno 1755. *Menſ. Jun. Mém. de l'Acad. ann.* 1751. p. 532.

In eod. tomo *Miſc. Nat. Cur.*

Erneſti Gotthold STRUVII Thermoſcopia vegetabilia.

EJUSDEM, Corticem Ulmi in hydrope ſalutarem eſſe Eph. Nat. Cur. Vol. I. obſ. 199.

EJUSDEM De Alni vi adverſus hydropem.

Chriſtophorus Ludwig WILHELMI, medici, *Colchicum als ein ſonderbares Mittel wider die Peſt* Leipzig anno 1721. 4°.* & prius ni fallor 1719. 4°. Nullo vero experimento tanta promiſſa nituntur.

Hermanni von der HARDT *Intybus ſylveſtris, von der wilden Endivie.* Helmſtätt anno 1719. 4°. Paradoxus literator.

Conrad. Michael. VALENTINI, *Michaelis Bernhardi* filius, *De Macis* Guiſſ. anno 1719. 4°.*. Cultus, icones, medicamenta inde præparata.

EJUSDEM Narciſſoleucoji radicem vomitum movere obſ. 134. & Petroſelinum valere adverſus pediculos *Eph. Nat. Cur. Vol.* I. obſ. 133.

J. Conrad von HAPPEN varia contra *Chriſtiani* WOLF inventa ſcripſit, quibus cerealium cultum promovere ſtudebat. Lego ejus ſcriptum *Der in ſeiner eigenen gemachten Grube ſich fangende Wolf* 1719. 4°. HUTH.

EJUSD. *Beantwortung auf Wolfs Erläuterung* Berlin 1719. Neutrum vidi.

Petri WOLFAHRT *Naturgeſchichte von Nieder-Heſſen* Caſſel 1719. fol. habet etiam aliqua ad plantas.

Phytophili mediciniſches Kräutergärtlein Frankfurt 1719. 12°.

Jacob CHESI, *eines erfahrnen vom Froſte, Eiſe und den Mitteln Maulbeern, Citronen und andre Gewächſe wohl zu ſchützen und zu bauen* 1719.

J. Theodori BOETII *Vom edeln Geſundheits-Thee* Leipzig anno 1719. 4°. Arcanum venale.

§. MCXII. *Galli aliqui.*

Obſervations curieuſes ſur toutes les parties de la phyſique Paris T. I. anno 1719. 12°. T. II. 1726. 12°.* T. III. 1730. 12°. Excerpta ſunt ex *Commentariis Acad. Reg. Scient.* & aliarum Academiarum. Auctor P. BOUGEANT.

Nouveau voyage aux Côtes de Guinée & en Amérique Amſterdam anno 1719. 8°.*, militis opus, qui bis Africam adiit. Multas plantas depingit, ſed fere ex aliis. Proprii parum.

Le MAITRE *Le fruitier de la France ou deſcription des fruits a noyaux & a pepins, qui ſe cultivent en France avec une diſſ. ſur l'origine & le progrès des jardins* Paris 1719. 4°. Tantum conſpectus operis nunquam editi.

Ægidius

Ægidius Daniel BOULDUC, filius, de Caſcarilla egit *Mém. de l'année* 1719. Multum dat extracti reſinoſi, & ad colicos dolores, & dyſenterias utilis comperta eſt.

JOINVILLE *le fruitier de la France ou deſcription des fruits a noyau & a pepin* Paris 1719.

§. MCXIII. *Michael Erneſt. Ettmuller.*

Michael Erneſt ETTMULLER, vir eruditus, An plantæ venenatæ ante lapſum protoplaſtarum exſtiterint *Miſcell. Nat. Cur. Cent.* VIII. *append.*

Cent. X. *obſ.* 66. De Cucurbitarum uſu noxio.

EJUSDEM *De radice Ireos noſtratis* Lipſiæ 1725. 4°.

EJUSDEM Progr. *de veneno* anno 1729. 4°.*. Utcunque huc pertinet.

§. MCXIV. *Breslauer Sammlungen.*

In *Breslauer Sammlungen* anni 1719. Menſe *Martio.* Delineatur Opuntiæ fructus.

Menſe *Majo* De tunica Caryophyllos referente.

Menſe *Junio* De ſerendis Quercubus.

De Roſis ſalignis.

De Roſa prolifera & Lilio faſciato polyantho.

Menſe *Julio Chriſtophori* STREUBEL arcana maceratione granorum frumenti, ut ex uno grano confertim plurimi culmi prodeant.

Menſe *Auguſto* De vitio epidemico Avenæ, ut nigreſceret.

Menſe *Octobr.* De Aloë Americana florente, ejusque ſucco de floribus ſtillante.

Menſe *Novembri* De tuberibus & canibus ea venantibus.

Menſe *Decembri* De Coffeæ adfini potu ex Amygdalis.

§. MCXV. *Balth. Joh. de Buchwald.*

Balthazar Johan. de BUCHWALD *Specimen medico practicum botanicum* Hafn. anno 1720. 4°.*. Nomina aliqua & vires medicæ plantarum vulgatiorum, cum ſpeciminibus chartæ adfixis. Irrepſerunt aliqui errores botanici.

Germanice idem opus prodiit Hafniæ anno 1721. 8°.*. perinde cum plantis ſiccis.

EJUSDEM *De diabetis curatione præprimis per Rhabarbarum* Hafniæ anno 1737. 4°.

EJUSDEM *Viſci analyſis ejusque in diverſis morbis uſus* Hafniæ 1753. 4°. HEFTER. Si idem auctor eſt.

Tankar om ſpannemals ſködſel ſparande och upläggande i magaziner Stokh. anno 1719. 8°.

§. MCXVI. *F. E. Brukmann.*

Franciſcus Erneſtus BRUKMANN, medicus Guelpherbytanus, collectione potiſſimum foſſilium delectatus, tamen etiam varia argumenti botanici ſcripſit. Juvenis & necdum doctor edidit *ſpecimen botanicum exhibens Fungos ſubterraneos vulgo tubera terræ dictos* Helmſtatt. anno 1720. 4°.*, cum iconibus. Puncta nigra in cortice habet pro ſeminibus. Redit in *Cent.* I. *Epiſtolarum Itinerariarum* n. 20.

EJUSDEM *De Avellana Mexicana, vulgo Cacao* Brunſvig. anno 1721. 4°.* 1728. 4°.*. Diſputatio inauguralis, quam cum Cl. SPIESS recenſui (*b*).

Anno 1722. ſcripſit *Kurze Beſchreibung des Weizenbieres Duckſteins* Brunſchweig anno 1723. 4°. opuſculum in Epiſtolis recuſum.

EJUSDEM *Catalogus exhibens adnotationes omnium potus generum &c.* Helmſtatt. anno 1722. 12°. FALCONET.

EJUSDEM *De Fungo hypoxylo digitato* Helmſtätt. anno 1725. 4°.*. Nempe Lichenagarico cornuto & digitato.

EJUSDEM *De lapide violaceo Sylvæ Hercyniæ* Guelpherbyt. anno 1725. 4°.*. Eſſe Lichenem.

EJUSDEM *Specimen botano medicum* I. *exhibens fruticem Koszodrewina, ejusque balſamum Koszodrewinowy Oley* Brunſvic. anno 1727. 4°.*. De Pini nempe varietate humili, deque ejus oleo per inciſionem parato, oleove ſtillatitio. Redit in *Cent.* I. *Epiſt.* n. 23.

EJUSDEM *Specimen poſterius, ſeu de arbore Limbowe Drewo, ejusque oleo Limbowi Oley* Brunſvic. anno 1727. 4°.*. Pinaſtro nempe BELLONII, fructu eduli, oleo ejus nativo, & ſtillatitio, & cocto. In *Cent.* I. *epiſt.* 23. redit.

Anno 1728. SEVERINI *de lapide fungifero & fungimappa* recudi fecit Wolfenbuttel. 4°.

EJUSDEM *Ocymaſtrum flore viridi pleno* Guelpherbyt. anno 1732. fol. *, cum icone picta, Lychnide nempe ſylveſtri alba. Redit in *Cent.* I. *Epiſt.* 33. Recuſ. etiam Wolfenbüttel. anno 1734. fol. cum HERMANNI de eodem flore cogitatis.

EJUSDEM

(b) p. 130.

EJUSDEM *Sendſchreiben an Herrn* KNIPHOF, *die bequeme und nützliche Art die Kräuter nach dem Leben abzudrucken, vorſtellend* Wolfenbuttel 1723. 4°.*, ſeu de arte plantarum effigiem ope fuliginis exprimendi. Repetitur in BUCHNERI *Miſcellaneis* anno 1730. *Menſe Septemb.*

In 275. *itinerariis Epiſtolis* multa ad rem herbariam facientia continentur. Adierat autem ipſe Bohemiam, Auſtriam, Pannoniam (*c*), inde partem aliquam Germaniæ. Prima Centuria prodiit Guelpherbyti anno 1742. 4°.*. In ea Epiſtola XVI. eſt de terreſtri cole, ſeu *Phallo*, primum data anno 1729. 4°.

Epiſt. XIII. etiam anni 1729. iterum *de lapide violaceo*. Huc etiam Epiſt. XIV. Cent. II.

Epiſt. XXIII. *De Alga ſaccharifera* anno 1730. 4°.

Epiſt. XXXIV. *De Sempronienſibus memorabilibus* anno 1731. 4°.*. Icon Quercus Cerri.

Epiſt. XXXVII. *De Cereviſia Goslarienſi* anno 1735. 4°.

Epiſt. LVII. *Deſtillatio Ceræ Carolinienſis.*

Epiſt. LXII. *Animadverſiones in C. B. prodromum* anno 1737. Nomina nempe nuperiora adjecta BAUHINIANIS.

Epiſt. LXIII. *Animadverſiones in* G. PISONIS & BONTII *libros* anno 1737. Perinde

Epiſt. LXXI. *Chamæceraſus* (Ceraſus humilis) *Hungarica*, & *Salix Orientalis Davidis* anno 1738.

Epiſt. LXXXV. *Plantæ Sylvæ Hercyniæ* anno 1740. Gramen plumoſum, Ledum Sileſiacum (de quo dubito), Lichenum aliquæ figuræ & Cyathi.

Epiſt. LXXXVI. *De ejusdem ſylvæ plantis.*

Epiſt. LXXXVIII. *De montibus Carpathicis, cum icone Pinaſtri* BREYNIANA, & nonnullis plantis.

Epiſt. XCVII. *Vina Hungarica* anno 1740. data.

Epiſt. XCIX. Varia de Hungaria, etiam alimenta anno 1740.

Adjectum eſt ſupplementum, in quo varia emendantur.

Centuria II. prodiit Guelpherbyti anno 1749. 4°.*.

Epiſtola I. agit *De Muſcis nondum deſcriptis*, confervis nempe, Coralloide Fungo, &c.

(c) Habet de eo itinere aliqua in *Bresl. Sammlung.* 1724. menſe *Decemb.* anno 1725. toto, & 1726. tum in BUCHNERI *Miſcellaneis* anno 1727. 1728. 1729. 1730.

Epiſt. II. *De Conocarpodendro*, cum icone.

Epiſt. VI. *Animadverſiones in* RAJI *methodum.* Ex methodo RIVINI RAJUM corrigit.

Epiſt. XXXVI. *Agaricus anthropomorphos.*

Epiſt. LII. Eſt *pugillus Melitæus* CAVALLINI.

Epiſt. LXV. Notæ in KÆMPFERUM. Ecce primam, Morus papirifera eſt vera Morus, ſeu potius Platanus.

Epiſt. LXXX. *Notæ in* KNAUTII *methodum.*

Epiſt. LXXXV. *Notæ in* RUPPIUM (*d*), nempe ad primam editionem, injuſtus in ultimam.

Epiſt. LXXXVI. *De Badjaga.*

Tertiæ Centuriæ Epiſtolæ LXXV. prodierunt.

Epiſt. XXIV. *De Melone anguiformi.*

Epiſt. XXV. *Horti Viennenſes.*

Epiſt. XLIV. *De vitibus ſingularibus Viennenſium*, fructibus horæis, Azarola.

Epiſt. LI. *Notæ in* HEUCHERI *opera botanica.*

Epiſt. LII. *Notæ in* CHABRÆUM.

Epiſt. LIII. *Notæ in* VOLCAMERI *Floram.*

Epiſt. LIV. *Notæ in* P. ALPINUM.

Epiſt. LV. *Notæ in* J. BECCHERI *Parnaſſum.*

Epiſt. LVI. *Notæ in* RUPPIUM, *cum quibusdam poſthumis ejus viri ſcriptis.*

Epiſt. LVII. *Notæ ad* MUNDII opera.

Epiſt. LVIII. Iterum in RUPPIUM.

Plura paſſim lubens omitto.

EJUSDEM *Opuſcula medico-botanica* Brunſvic. anno 1747. 8°. edita continent J. SEVERINI *de lapide fungifero*, BRUKMANNI vero de *Cacao*, *Pino humili*, & *Pinaſtro* ſcripta.

EJUSDEM *Von den knollichten Erdapfeln* 1747. 4°.

In *Bresl. Samml. anno* 1726. exſtant ejus obſervationes practicæ, quarum una agit de malis effectis Coffeæ, Cereviſiæ flatuoſæ, fructuum horæorum. In

(d) Vide ad eas notas animadverſiones *Göttingiſche Anzeigen* anno 1749. p. 766.

In *Comm. Lit. Nor. anno* 1739. *hiſt.* 20. de noxis Hellebori nigri.

Ibid. anno 1740. n. 37. de Solani tuberoſi radice infantem referente.

Ibid. anno 1741. De Fungis braſſicæ, qui pro ſemine habentur n. 23.

De Spongia marina ibid.

Anno 1742. n. 17. De Uva marina.

N. 22. De Aniſo ſtellato & Aurantiis Curaſſavicis.

N. 27. & 48. De uſu corticis ſambuci in hydrope.

N. 28. De Tabaco *di becco.*

N. 39. De Majorana altiſſima.

Anno 1743. n. 7. De Gentianellæ vi vulneraria; de morbi convulſivi origine ex clavorum ſecalinorum eſu.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* VII. n. 55. De rarioribus fructibus exoticis.

§. MCXVII. *Leonhard Ferdinand Meiſner.*

Præſidis *Leonhardi Ferdinandi* MEISNER eſſe videtur diſputatio perampla, quam G. F. MEDICUS Pragæ cum titulo, *Anacriſeos medico-hiſtoricæ diæteticæ de Coffeæ, Chocolatæ, Theæ & Nicotianæ uſu & abuſu* edidit. Cum Præſidis certe nomine Noribergæ anno 1721. 8°.* recuſa eſt. Collatitia opera, de Coffea fere ex SPONIO. Icon Theæ ex BREYNIO. Nicotianam minorem ſolam exhibet, neque diſcriminis inter utriusque ſpeciei meminit.

EJUSDEM *Panacea lapſorum ſ. de arnica* Pragæ 1736. 4°. PLATN.

EJUSDEM *De Camphora ejusque geneſi* Pragæ 1737. 4°.

§. MCXVIII. *Jul. Bernh. von Rohr.*

Julii Bernhardi von ROHR, viri nobilis, rerum ad agrum colendum pertinentium amatoris, *Einleitung zu der allgemeinen Land- und Feldwirthſchaft der Deutſchen* Lipſiæ anno 1720. 8°. 1722. 4°. 1736. 8°.

Ad Viticulturam Germaniæ œconomicam DEHNII adnotationes adjecit Lipſiæ anno 1730. 8°.* Coburg 1738. 8°. *Vom Gebrauch und Miſsbrauch des Weins.*

EJUSDEM *Naturmäßige Geſchichte der wild wachſenden Bäume und Sträucher in Deutſchland* Leipzig anno 1732. fol.*, & a J. G. FRANKEN aucta Leipzig 1754. 8°. tamquam additamentum prodiit ad opus CARLOWITZII. Deinde aliqua habet de peregrinis arboribus, de morbis arborum, etiam de

 Fungis

Fungis & Muſcis, de fuligine, carbonibus, picis coctione, reſina, cineribus: porro ſingulatim de arboribus & fruticibus ſpontaneis, earumque uſibus œconomicis. Malles paſſim diſtinctiorem arborum definitionem, *Hagenbuche* (Carpinus), non bene cum Fago confunditur. Deſinit in fruticibus.

EJUSDEM *Phyſicaliſch-œconomiſcher Tractat von dem Nutzen der Gewächſe, inſonderheit der Kräuter und Blumen, und von Verbeſſerung ihrer Benennungen* Coburg anno 1736. 8°.*. In P. I. agit de uſu pictorio medicoque plantarum, ex recepta opinione. Pars altera pertinet ad criticam botanicam. Ex folii & habitus diverſitate plantas flore & fructu ſimiles jubet ſeparare. Nomina vult ab aliqua conſpicua qualitate imponi, non memor eam ſæpe unicæ ſpeciei propriam eſſe, neque in toto genere regnare.

EJUSDEM *Phytotheologia, wie aus dem Reiche der Gewächſe die Weisheit des Schöpfers erkannt werden möge* Francofurti & Lipſiæ anno 1739. 8°. 1745. 8°.*. Multa undique collecta de plantarum utilitate medica, fabrica plantarum &c. Nomina paſſim vitioſa.

Compendieuſe Haushaltungs-Bibliothec Leipzig 1726. 8°. 1755. 8°.

Obiter tango auctoris *Phyſicaliſche Bibliotheck* a viro ILL. *Abrahamo Gotthelf* KÆSTNER auctius anno 1754. 8°.* Lipſiæ editam. ROHRIUS vitioſe ſcripſerat. MUSAM, in exemplo anno 1537. de Veronica ſcripſiſſe.

EJUSDEM *Vollſtändiges Oberſächſiſches Wirthſchafts-Buch* Leipzig 1722. 4°. 1751. 4°.

EJUSDEM *Vollſtändiges Haushaltungsrecht* Leipzig 1716. 1719. 1734. 3. Vol. 4°. Si huc facit. ZOCHA.

§. MCXIX. *Galli.*

Agriculture parfaite — nouvelle découverte touchant la culture & la multiplication des arbres, des arbuſtes, & des fleurs Amſterdam anno 1720. 8°. SEGUIER. Nonne AGRICOLÆ opus p. 125.

BACHELIER, chirurgi, *Voyage de Marſeille à Lima* Paris anno 1720. 12°. Craſſi in botanicis errores.

LAVAL *Journal du voyage de la Louiſiane* Paris 1728. 4. anno 1720. ſibi adverſus ſanguinis fluxum Simarubæ extractum propinatum fuiſſe, ad ſemi drachmam, ter quater in dies, denique drachmam integram. De arbore Copal naſcente in Inſula fl. Miſſiſipi dicta Dauphine, quæ inciſa balſamum ſtillat.

J. B. GASTALDI *Quæſtio, Ergo calculoſis convenit ſemen Paliuri* Avenione anno 1720. 12°. *Journ. Sav.*

§. MCXX.

§. MCXX. *Germani aliqui.*

J. Jacobi KLEINKNECHT *De Scordio herba ſchediaſma poſthumum*, editum a *Joh.* FRANCO Ulm. anno 1720. 8°.*.

Valentin. HARTUNG *Enarratio plantarum officinalium* Lipſiæ anno 1720. HAUSVATER.

Angenehme Landluſt Frankfurt und Leipzig anno 1720. 8°. RINK.

Huc, cum annum ignorem, pono A. W. SIEVERT *Indicem plantarum horti Carlsruhani tripartitum.* 8°. BURCKH.

Matthiæ Erneſti BORETII *De Hieraciis Pruſſicis* Leid. anno 1720. 4°.*. Vix quidquam habet proprii.

EJUSDEM *De anatome plantarum & animalium* Regiomont. anno 1727. 4°.

EJUSDEM *Herbarium virum* cum nominibus lat. germ. Polon. dicitur in *Muſæo.*

Daniel KELLNERS, medici veterani, *Beſchreibung des Feldkrautes Millefolii* Nordhauſen anno 1720. 4°. In phthiſi profuiſſe.

J. CRUGER *Præjudicium everſum* Zittau 1720. 4°. de Sambuco &c.

Aloë Americana major, ſo zu Wien in Prinz Eugenii Garten anno 1720. geblüht.

Lubecenſium officinarum catalogus medicamentorum Lubec. 1725. 8°.

§. MCXXI. *Varii.*

Eric. ALROT *De Geſtricia diſp.* Upſal. anno 1720. 8°. Diſp. II. anno 1722. Habet etiam plantas indigenas.

Daniel KELLANDER, *Petri* filius, *De ſeminibus* Leid. 1720. 4°.

Diſſertation on the uſe and abuſe of Tabacco Lond. anno 1720. 8°.

BROADBENT *Domeſtik Coffee man* London anno 1720. 8°.

Georgii CRUMP, Americani, *De Arundine Americana ejusque uſu* Leidæ anno 1720. 4°.*. Sacchari fabricatio.

In *Phil. Tranſ.* n. 364. *Paulus* DUDLEY agit de modo, quo paratur Saccharum acernum.

IDEM n. 367. *De Toxicodendro Caroliniano*, ejusque vi venenata, per tactum aut odorem nocente.

N. 366. *Henricus* CANE De colore in vite & in Jaſmino, per inſitionem mutato.

IDEM

IDEM n. 374. De ſucco dulci ex Pomis, qualis ex Saccharo fieri ſolet.

IDEM n. 385. De fructibus horæis novæ Angliæ.

§. MCXXII. *Ex Bresl. Sammlungen.*

In *Breslauer Sammlungen* 1720. Menſe *Jan. Chriſtophorus* STREUBEL De vi adverſus calculum balſami Arabici (*e*).

Menſe *Aprili* De vi Delphinii vulgaris & Cyani, pariter ad calculum.

Menſe *Maji & Auguſti* KUFFNERI inventum, quo etiam herbæ in herbas, & herbæ in arbores inſeruntur (*f*). Piſa in fruticem inſita læte creſcere.

Menſe *Junio* Mortes cervorum a depaſto Colchico.

Ibid. De Onobrychide.

Et De cultu Coffeæ.

Menſe *Julio* Secale ſpica ramoſa; Lilium multiflorum, Aloë Americana, Cereus Peruvianus anguloſus.

Menſe *Auguſto David* HERMAN De Tritico ſiculo.

Menſe *Septembri* De Cereo Peruviano florente, & Ananaſa, cum icone Tulipiferæ.

Menſe *Octobri* De Cucurbita Walachica, & de Fungo mortui hominis caput referente.

Menſe *Novembri* Rapum monſtroſum.

De cultu Croci Auſtriaci.

De Fabariæ amuleto in hæmorrhoidibus cæcis utili.

§. MCXXIII. *Soc. Lit. Upſalienſis.*

Cum hoc anno (*g*) *Societas Literaria* cepit edere Upſaliæ *Acta Literaria Sueciæ*, ſcriptis fere trimeſtribus. Multa hic occurrunt ad rem noſtram, & hoc ipſo anno *Olai* RUDBEKII, quem diximus, *index plantarum itineris Laponici*, cum icone Dortmannæ.

§. MCXXIV.

(e) p. 107.
(f) Conf. p. 130.
(g) Video tribui OLAO RUDBEK, PLATN.

§. MCXXIV. *J. Bapt. Labat.*

J. Baptiſta LABAT, Dominicanus, in multis ſui ordinis officiis in America inque Europa exercitatus, catus homo & ad res agendas aptus, rei vero naturalis parum gnarus, magnus exſcriptor (*h*).

Primum Pariſiis hiſtoriam dedit ſui itineris in Antillas inſulas, longæque moræ, quam in gubernandis rebus ordinis ſuis impendit, Paris anno 1721. 12°. 6.Vol.* 1743. 12°. 8.Vol. la Haye anno 1724. 4°. cum titulo *Voyage aux Isles Antilles.* Inter innumera alterius finis, multa huc pertinent, ut tota Sacchari coctio, fuſe expoſita, pleræque etiam arbores utiles, medicæ, edules, & ad materiam pertinentes, cum earum ad humanos uſus aptitudine, qualem ipſe experiendo didicerat, iconibus autem ex P. du TERTRE ſumtis, & deſcriptione ſemibotanica. Ita Indicum, Orleanam, Rucu, Yuccam, Goſſypium, Zingiber, Nicotianam, Cacao fuſius, cum ſuo cultu, alias plurimas plantas brevius deſcripſit. Speciem quamdam *Mangle* ſuſpicatur corticem ferre Peruvianum. Inſulas Antillas pene omnes vidit.

Editio Pariſina ultima Coffeæ hiſtoria aucta eſt; de Saccharo etiam fuſius agit.

EJUSDEM *Voyages en Eſpagne & en Italie* Paris anno 1730. 12°. 2.Vol. Amſterdam anno 1731. 12°. 8.Vol.* etiam Germanice verſa 1758. 8°. 8.Vol. Minori parte huc pertinent, aliqua tamen. Diu Gadibus moratus eſt & Centumcellis, & Romæ, mores hominum potius ſpeculatus, etiam in re culinaria magis diligens, quam plantarum ſtudioſus. Paſſim tamen aliqua botanica intercedunt, ut in T. I. de vini in Hiſpania confectione. Integer porcus aut canis, in amplam vannum deponitur, & cum fermentantibus uvis, calce & aromatibus conſumitur, hinc maſſa tota demum pedibus conculcatur, & additur albumen ovi, ita fit egregium illud vinum circa Xerez celebre. T. II. de nuce ſerpentum antidoto, de Sapota, de Sapotilla, de Phaſeolo urente & urticario, de Vinis Romanis, & Bononienſibus, de Uva cornuta, de Brocoli nova Braſſicæ varietate. In T. IV. vini in Campania curandi artificia. Muſto aqua additur, quod coctum vino admiſcetur.

T. V. De Calabriæ fructibus, Manna, Croco, Dictamno. Mannam etiam in Martinica inſula invenit. De Cepis Siculis, Saccharo Siculo, Ficubus &c. De vino Siculo malvatico, ex ſemiſiccis, uvis expreſſis, poſtquam petiolum intorſerunt, muſto cocto in dolium conjecto.

T. VIII. De cultura Croci &c.

Hæc propria LABATI ſunt itinera, ſed etiam aliena edidit, primumque *Nouvelle relation de l'Afrique occidentale* Paris anno 1728. 12°. 5.Vol.*. Nempe

(h) Conf. THIBAULT *Martiniq.* p. 174. le BRETON *Journal de Trévoux* anno 1727 1730. 1732. 1733.

pe de Senegalia potiſſimum, & regionibus fluvio Senega adjacentibus. Plantæ intercedunt, ex aliis depictæ, earumque in uſus medicos & œconomicos fabricatio, ut Aloës, Maſtiches, Gummi Senegalici, quod idem eſt Arabico, Indici, Tamarindi, arborum Cucurbitiferarum, Guajavæ, Patattæ, Palmarum variarum, vinique palmei. Pleraque cæterum a D. BRUE habet, directore commercii Gallorum: regionis vero auriferæ deſcriptionem a D. COMPAGNON.

Voyage du Chevalier DESMARCHAIS *en Guinée, Isles voiſines & Cayenne* en 1725. 1726. & 1727. Pariter LABATO edente prodiit Paris anno 1728. 12°. 4.Vol.*. In Africa Regnum *Juda* potiſſimum deſcribit; in America Gujanam, hanc ex Commentariis D. de MILHAU, cum omnibus plantis ibi cultis, Coffea, Indico, Rucu, aliisque ſtirpibus utilibus, qui fuſus eſt Commentarius. In Africa parcior eſt.

§. MCXXV. *J. Chriſtian Buxbaum.*

J. Chriſtianus BUXBAUM botanicen ſolam excoluit, primumque *Enumerationem plantarum in agro Haleuſi, locisque vicinis naſcentium* Hallæ 1721. 8°.* edidit, divitem ſatis catalogum, etiam minimis plantis Muſcisque & Fungis abundantem, quorum aliqui novi ſunt. Properato librum edidit, quem metuebat a COSCHWIZIO ſibi ſurreptum iri.

Inde in Ruſſiam vocatus, porro Conſtantinopolin, in Archipelagum, Pontum & Armeniam miſſus eſt. *Centuriam I. plantarum circa Byzantium, & in Oriente obſervatarum* Petropoli anno 1728. 4°. maj.* dedit, qua novas aliquas, alias rariores, breviter deſcripſit, cum figuris fere unius rami, neque characterem exprimentibus; neque enim auctori ad hunc laborem ſatis erat patientiæ.

Eodem anno *Centuriam* II. Anno 1729. *Centuriam* III. Anno 1733. *Centuriam* IV. Anno 1740. *Centuriam* V. cum *appendice* ſubjecit. Multi inter eas Fungi, Lichenes, Muſci, etiam Europæi, & Gramina. Aliqua exempla vivis coloribus picta ſunt, quale vir ILL. J. GESNERUS poſſidet. Africanarum Orchidum figuras interpoſuit. Genera aliqua conſtituit, varietates expoſuit, in alios ſubaſper.

In *Commentariis Academiæ Imp. Ruſſicæ* Tomoque I. conſtituit genera Chamædaphnes (Andromedæ), Potamopityos (Alſinaſtri VAILLANTIANI), Ceratocarpi.

In T. II. conſtituit Badjagam, Lupinaſtrum, Poliifoliam (Andromedam), Serpyllifoliam (Linnæam). Subulariam deſcripſit & ad Alyſſon retulit, ad Androſacen vero, quæ olim Alſine, tum novam, Africanam: Ceratiam Bengalenſem ad Criſtam pavonis reduxit, tum Scirpum dixit, qui olim Juncus erat.

T. III. Multos Fungos per radices propagari per exempla. Periclymenum Norwegicum, Corni nunc ſpeciem, deſcribit; tum plantas rariores, Alſinen mariti-

maritimam Portulacæ folio Helianthemo adnumerat. Breynii Lunariam habet pro varietate; Muſcum Norwegicum cum umbraculo calyptra eſſe expanſa docet &c.

T. IV. Ocimophyllon, ſeu Dantiam deſcribit, & plantas quasdam ſubmarinas, & Pezizas, & Cyathoidem.

In *Nov. Eph. Nat. Cur.* Vol. I. Cl. Springsfeld edidit, ex *poſthumis* Buxbaumii ſchedis, de chenopodio pede anſerino aliqua, cujus pene omnes ſpecies conjungit: tum muſcos aliquos & fungos, quos iterum facit perpaucos, gramina varia, plantam umbellatam pomogetoni ſimilem, varietates Oſmundæ lunatæ, Rubum humilem. Potamopityn negat Alſinaſtrum eſſe.

§. MCXXVI. *Lud. Phil. Thümmig.*

Ludovici Philippi Thümmig *De arboribus ex folio educatis* Hallæ anno 1721. 4°. & Germanice in l. *Verſuch einer gründlichen Erläuterung der merkwürdigſten Begebenheiten in der Natur* Hall. anno 1722. 8°. 1735. 8°.*, demum inter *meletemata varii argumenti* Brunſvici anno 1727. 4°. recuſa. Egregia diſputatio. Mandirolæ experimentum variis modis repetiit, etiam absque oculo, ut pedunculus in truncum arboris abeat, callo ſubnato in pediculo, qui radices agit. Ea occaſione Cl. vir fabricam plantarum repetit, folii primum, quod plantæ ſit compendium; aereas petioli fiſtulas antliæ pneumaticæ ope demonſtrat, quæ aërem, & copioſe, per petiolum educit. Inde medullam in petiolo & nervis, & tubulos petioli & folii, duorum generum, diverſi generis ſuccos vehentes. Fibras ligneas ex caule in petiolum continuari, inque duos ramos abire docet, quem alter in petiolum folii, alter in gemmam abeat. Fabricam utriculoſam folii, & adeo parvas cellulas deſcribit, ut vermiculo ſpermatico minores ſint. De cuticula ejusque poris aërem exhalantibus, aquam reſorbentibus. Succum a foliis reſorberi, & ad radices mitti. Gemmas a foliis ali, cum quibus earum tubuli communicent, ex ea, quam diximus, diviſione. Sed etiam reliquam arborem a foliis ali. In medulla oculorum reperiri compendia, ab eorum radiculas naſci callum, quem in ligno reperias, ubicunque ramus de arbore prodit. Succum ergo nutritium circulum obire. Vide, ut ex folio poſſit arbor naſci.

Ejusdem *Verſuch einer gründlichen Erläuterung der merkwürdigſten Begebenheiten in der Natur* Hall. anno 1722. 8°.* Marburg anno 1735. 8°.*. Scopus eſt phænomena phyſica ex fabrica viribusque corporum explicare. Ad rem herbariam pertinent n. 10. de ſucco arborum per frigus manante. N. 12. de circulis annuis. N. 22. de arborum inverſione, ut rami in terram mergerentur & radices agerent. N. 28. Cur plus olei ex adultis plantis habeatur, quam ex teneris.

§. MCXXVII. *Petrus Shaw.*

Petri SHAW *Diſpenſatory of the royal College* London anno 1721. fol. & 8°. Si omnino eſt SHAWII.

EJUSDEM *Edimburgh diſpenſatory* London anno 1727. 8°. 1737. 8°. 1746. 8°. OSB. Notas addidit.

Idem in *Chymical eſſays* artem tinctoriam tractat.

EJUSDEM *Four eſſays on artificial philoſophy* London anno 1731. 8°.*. Fermentationem vinoſam, artem faciendæ cereviſiæ, augendæ copiæ ſpiritus ſtillatitii, & melioris ejus indolis obtinendæ: de ſpiritu frumenti, Arak &c.

§. MCXXVIII. *John Mortimer.*

John MORTIMER primum edidit *Art of husbandry being a full collection of all what has been written &c.* London 1707. 8°. deinde in *Part.* I. *Such additions as are proper for the husbandman and gardener, with a Calendar* London 1712. 8°. Inde utrumque librum *the whole art of husbandry* London 1716. 8°. 2. Vol. 1721. 8°. 2. Vol. Germanice *die ganze Wiſſenſchaft des Feld- und Ackerbaues* Braunſchw. 1753. 4°. Gallice vertente MARCO ANT. EIDOUS *l'agriculture complete* Paris 1765. 12°. 4. Vol.* quæ tamen editio multum ab Anglica diſtat, integra fragmenta inſerta habet, & nupera inventa, de quibus MORTIMERUS non potuerat cogitaſſe. Cæterum MORTIMERUS incipit a vivis ſepibus, ad quas Oxyacantham præfert: modumque docet quo plantatur in Provincia *Herefordshire*, ut ſurculus quisque inclinatus ad medium incidatur, tunc ad palum ligetur, & ſurculi ſuperflui amputentur. Prata: & de irrigatione aliqua. De ſiccandis paludibus, littoribus maritimis. Fœnum, gramina ſativa: Onobrychis, Medica, hæc additio libello declarata, Fromental quod avenna, Raygraſſ. Omnia fere ut in HALEO. L. II. de Aratris, inter quæ iterum Herefordienſe præfert, triplo celerius opere functum. Lincolnienſe circulari cultro radices herbarum incidens. Maceratio ſementis in calce, in nitro. L. III. De ſolo vario. L. IV. De accenſo ceſpite (Devonshiring). De argilla & marga, quæ terras argilloſas potius conſtringat. Arenæ in paludoſis utilitas: tum concharum lenier calcinatarum. De fimo: porcinum laudat. L. V. Cerealia, avena alba, nigra, rubra. Legumina. Cannabis, linum. De frumento conſervando. Dauci cultus pro pabulo. Herbæ tinctoriæ. Fuſe de lupuleto, de cereviſia ejusque coquendæ in variis Angliæ Provinciis artibus. In T. II. L. VI. De vitiis agriculturæ noxiis, herbis inutilibus. L. XI. De materie & ſylvis fere ex J. EVELYN. Utilitates arborum, ut ſylvæ fructuoſe cædantur. Addunt Galli cultum populi Italicæ. T. III. deterior prioribus. Olera, quæ videntur Gallici editoris. Arbores aliquæ exoticæ, coronariæ. T. IV. Arbores fructiferæ, inſitiones variæ. Rubigo. Arbor decrepita foſſione refocillanda. Pira ad ſiceram acerbiſſima meliora. Vinum in Anglia Campanico æquale. Cultus vitium ex BI-

DETO

DETO. Olivarum cultus, a D. EIDOUS additus. Cereviſia denuo, & ſicera, Vinum de ribe, aliisve baccis: opera menſtrua. Collector, judicii recti, a quo nolis nova exſpectare.

§. MCXXIX. *Angli Varii.*

MOORS *Englands intereſt or the Gentleman and farmers friend* London anno 1721. 8°. HARL.

The hopgarden London 1721. 8°. ZOCHA.

Pharmacopœa Collegi Regii Londinenſis Londin. 1721. fol. Amſterd. 1722. 8°.

§. MCXXX. *Gabriel Rzaczynski.*

Gabrielis RZACZYNSKI S. I. *Hiſtoria naturalis Poloniæ, Lithuaniæ* Sendomir anno 1721. 4°.*. Collectanea, non absque credulitatis nota. In Tractatu II. catalogum dat plantarum in officinas receptarum, & per varias provincias Poloniæ undique collectarum. In Podolia naſci vult Juliam, Moly Aſiaticum, Rhaponticum utrumque, verum & Juglandis folio. In Pokucia Apocynum erectum, Harmalam. In Lithuania Mandragoram. In Carpathicis montibus Aſphodelum, Iridem odoratam flore albo, Rhodiam, Tambos herbam balſamum continentem. Sic in aliis Provinciis. In Tractatu VII. enumerat arbores & frutices Poloniæ indigenas, quas inter ſuſpectæ & paradoxæ aliquæ, ut Cedrus Libani, Phillyrea, Platanus. De Fungis pluſcula. Pro Pinaſtro BELLONII habet Pinum humilem *Krummholz.*

Auctarium hiſtoriæ naturalis Poloniæ, Lithuaniæ &c. Gedani anno 1736. 4°.*. *Puncto* VII. iterum, etiam fuſius, de iisdem agit arboribus, tum de aliis. Repetitur *Phillyrea.* Habet verum Pinaſtrum, ſed nomen iterum Pino Mugho impertit. Tavolam recenſet absque ſynonymo. In *Puncto* IV. denuo catalogi ſunt plantarum ſpontanearum, qui aliquas etiam ignotas continent, ut herbam Katran; & in Ruſſia rubra Zingiber, quod incredibile.

§. MCXXXI. *Itali.*

Lithoſtrotum ſ. pavimentum operis muſici Palæſtrinum a J. Hier. FREZZA inciſum Rom. 1721. fol. ob plantas aliquas depictas.

Erat etiam in Bibliopolio D. NEAULME Lithoſtratum Præneſtinum depictum a SANTE BARTOLI, curante C. de CAYLUS, cum notis additis.

Joſephi ZAMBONI *Parnaſſi botanici fragmenta* Florent. anno 1721. 4°.

§. MCXXXII. *Breslauer Sammlungen.*

In *Breslauer Sammlungen* anni 1721. Menſe *Mart.* & *Novembri* teſtimonia habentur de Arnicæ viribus, ad ſudorem movendum, ad ſanguinem diſcutiendum.

De Aloë Ægyptia Menſ. *April.* & de linteo ex Aloës Americanæ filis texto.

Menſe *Majo* De Roſis ſalignis,

Et De Tulipa multiflora.

Menſe *Julio* De Liliis faſciatis multiflorisque, quæ per artem obtinentur.

Leonhardi Davidis HERMAN De Mandragora, cum icone crinita. IDEM anno 1733. Maslæ edidit 4°. *Gedanken über H. Brukmans* Ocymaſtrum flore viridi.

De Cereis Peruvianis florentibus, eo ævo raris, tum Menſe *Septemb.*

Menſe *Auguſto* De Roſis proliferis.

De vi ligni Alnei ad fugandos cimices.

Menſe *Septembri* De Ficoide Africana.

Menſe *Octobri* De Aloë Americana florente.

De Geniſtæ ſpinoſæ utilitate ad ſepes.

De commodis parcæ ſementis.

De arboribus connatis.

§. MCXXXIII. *La nouv. maiſon ruſtiqique.*

La nouvelle maiſon ruſtique &c. Paris anno 1721. 4°. 2. Vol. 1749. 4°. 2.Vol.*, quæ ſexta eſt editio. Differt a LUDOVICI LIGER opere; ambitu eſt vaſtiſſimo, foſſilia etiam & animalia complectitur, quæcunque eminus rem ruſticam adtingunt; nihil habet eruditi, plantasque ſuas, ut frumenta, male definit. Macerationes varias ad multiplicanda cerealia laudat. Catalogum habet plantarum ſpontanearum, cum nominibus Gallicis; ſic arborum, quas inter Caterach non exſpectes, floresque &c.

§. MCXXXIV. *Baſileenſes aliqui.*

J. Chriſtophori SCHMIDT *Analogia Regni vegetabilis cum animali* Baſileæ anno 1721. 4°.*. Varietates oriri ab obvolitante polline ſtamineo.

Emanuelis KOENIG, *Emanuelis* filii, olim noſtri amici, *theſes medicæ, botanicæ & anatomicæ* Baſil. anno 1721.4°.* & denuo anno 1724.4°.* Muſcos perfectas plantas eſſe, & ſuum habere ſemen.

EJUSDEM *Adverſaria anatomica botanica* anno 1731.

J. Rud. MIEG *Theſes Medicæ* Baſil. 1721. 4°. Laudat Chamæmelum leucanthemum, quo ſuperatus ſit volvulus. Iterum 1723. 4°.

Daniel

Daniel BERNOULLI *poſit. Anat. bot.* Baſileæ 1721. 4°.*. Non dari vaſa aërea plantarum, folium eſſe receptaculum humorum craſſiorum &c.

Chriſt. EGLINGER *Theſes ex anatome & botanica* Baſileæ anno 1721. Aliqua in TOURNEFORTIUM.

EJUSDEM *Theſes medicæ* anno 1724.*

J. Thom. HENSING *admiranda generationis rerum naturalium* Gieſſ. 1721. 4°. Habet ſexum plantarum.

§. MCXXXV. *Germani Varii.*

Bartholdi Henrici BROKES poëmata huc pertinent, quibus bene multas plantas concelebravit & deſcripſit, potiſſimum EJUS viri *Irrdiſches Vergnügen in Gott* Hamburg 1721. 8°. 1724. 8°. &c.

Das edle Landleben Braunſchweig 1721. 8°. ZOCHA.

Conrad HAGGER *neues Salzburgiſches Kochbuch* Augſpurg 1721. 4°.

Apothecker-Tod in dem fremden Kräuter-Thee &c. 1721. 8°.

Martinus BEL *Florem medicinæ ſ. ſcholam ſalernitanam cum verſione antiqua Bohemica* edidit 1721. 12°.

Daniel FABER *De Bellide minori* Heidelberg. anno 1721. 4°.*. Ad vires medicatas. Succo BRUNNERUM hæmoptyſin ſanaſſe.

§. MCXXXVI. *Benedictus Stæhelin.*

Hic etiam locus eſt dicendi de *Benedicto* STÆHELIN, caro olim VAILLANTII diſcipulo, amico meo, absque lacrumis non nominando. Mira ei fuit in Muſcis & Fungis indagandis ſolertia, quorum non ſine magno ſuo ſumtu magnum numerum delineari curavit. Eorum multi novi ſunt, quos cum merita laude in mea *ſtirpium hiſtoria* recenſui. Ut enim maxima Cl. viro in colligendis plantis erat conſtantia, & perluſtrandis, ita non par erat in conſervandis, inque ordine & in collectione ſuarum adnotationum patientia. In montanis itineribus plus ſemel dux mihi fuit & ſocius.

EJUS *Theſes phyſico anatomico botanicæ* Baſileæ anno 1721. 4°.* pertinent ad claſſem flore compoſito.

EJUS *Tentamen medicum* anni 1724. 4°.* De pollinis ſtaminei globulis, liquore, & particulis, de materie vegetabili WOODWARDI. De particulis floris a ſtaminibus & tubis diverſis.

EJUS *Obſervationes anatomicæ & botanicæ* ibid. anno 1731. 4°. De elaſtris & partibus floris a ſtaminibus diverſis. De ſubſultu particularum Equiſeti.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* anno 1730. aliquam partem egregiæ adnotationis ediderunt, particularum nempe ſpermaticarum Equiſeti quadricrurium ſubſultus, quem primus microſcopii ope STÆHELINUS ſpeculatus eſt.

§. MCXXXVII.

§. MCXXXVII. *J. Fridericus Henkel.*

J. Friderici HENKEL, metallurgi & chemici, celebris & ingenioſi viri, *Flora Saturnizans: Die Verwandtſchaft des Pflanzen- mit dem Mineralreiche, nebſt einem Anhange vom Kali Geniculato Germanorum und einer neu erfundenen blauen Farbe* Leipzig anno 1722. 8°.* 1755. 8°. ſed mea editio eſt anni 1721. Fuſe de plantarum vegetatione & incremento ſcribit, generationis absque ſemine defenſor, non botanicus. In aqua ſola ſemina vegetare expertus eſt, & incrementum atque vegetationem fermentationi tribuit. Fuſe de elementis plantarum, de earum vita, de terra, in quam reſolvuntur. Hæc omnia, paſſim paradoxa, legi utique merentur.

In *appendice* deſcribit Salicorniam, aliquot etiam alias plantas delineat, denique ſalem & alcalinum & marinum in illa reperit. Extracti partem, quæ in cryſtallos renuit concreſcere, cum vitriolico acido efferveſcentem, cæruleum pollinem Berolinenſi æqualem præcipitem dare vidit.

IDEM in *Eph. Nat. Cur.* Vol. II. Chamæmelum faſciatum depinxit.

§. MCCXXXVIII. *Varii.*

In *Bresl. Samml.* 1727. De plantarum cultu & fructificatione.

Vermeerderd en vernieuwt regiſter van meeſt alle de ſorten van peeren en appelen Leiden anno 1721. 4°.

Oeffening en regte behandling angaende het bebouwen der moeſtuyaen Leiden anno 1721. 4°.

§. MCXXXIX. *Laurentius Heiſter.*

Laurentius HEISTER chirurgiam potiſſimum coluit, tum praxin clinicam, denique etiam rem herbariam, cum & per itinera ſua multas ſpecioſas plantas peregrinas collegerit, & horto præfuerit, quo egregiæ plantæ alerentur. Magis tamen ad contemplationem totius ſtirpis, quam ad minutias floris, plantasve cryptogamias ferebatur. EJUS numeroſa, ſed fere paucorum foliorum, ſcripta ſunt, quæ ad rem herbariam pertinent.

EJUS prima diſputatio fuit *De collectione ſimplicium* Helmſtätt. 1722. 4°.*, putes vero eſſe reſpondentis C. *Friderici* RABE, neque enim eas ſuperſtitiones, lunæve cultum, ab HEISTERO exſpectes, & menſtruatarum mulierum proſcriptionem.

EJUSDEM *De Manna ejusque ſecuro & proficuo uſu in variolis confluentibus* Helmſtätt anno 1725. 4°.*. Aliqua ad hiſtoriam Mannæ naturalem.

EJUSDEM *De ſtudio rei herbariæ emendando* Helmſtatt. anno 1730. 4°.*. Suum conſilium aperit.

EJUSDEM

Ejusdem *De medicamentis Germaniæ indigenis Germanis ſufficientibus* ibid. anno 1730. 4°.*. In febre flores Chamæmeli laudat, in iſchuria ſemen Violæ martiæ &c.

Index plantarum rariorum atque officinalium, quas in hortum Helmſtadienſem intulit anno 1730. 8°.*. Multæ varietates. Conſtituit ad finem genera, cum bono charactere, Coffeæ, Conringiæ, (Heſperidis ſiliquis longis quadrangulis), Gakeniæ (Heſperidis tricornis), Schelhammeriæ (ſiliquis cornu Cervi diviſura); Meiboniæ (Hedyſari triphylli), Stifferiæ (Stapeliæ Linn.), Volcameriæ (Dracocephali citrati): Dilleniæ (Sherardiæ Dill.): Convolvuloidis (non convoluti): Melilotoidis (ſiliqua lata & plana): Pſittaci, Amaranthi tricoloris), Veronicellæ (floribus ſolitariis), Veronicaſtri (floribus ſpicatis): Tuberoſæ: Urticaſtri, (non urentis), Ranunculasphodeli, a radice.

Cum ſimili *catalogo anno* 1731. 8°.* edidit genus Helleboraſtri adonidisve perennis; Malveolæ, Carpini folio, Ornithopoidioidis trifolii, Cannabinaſtri Tetrahit, Perſpicilli.

Anno 1732. iterum cum ſimili *catalogo* Pſeudamaranthum (Stachyarpagophoram), Myrrhoides, ſemine aſpero. Lychnidem etiam in plura genera partitur.

Anno 1733. Trollium, Iriaſtrum.

Ejusdem Diſputatio *de foliorum utilitate, in conſtituendis plantarum generibus* Helmſtätt. anno 1732. 4°.*. Pro methodo naturali, & foliorum in characterem generis receptione, cum floris partes ſæpe obſcuræ ſint, & characteres dent difficillimos. Novam Ranunculorum Tournefortii diviſionem offert, & contra Fumarias nollet divelli.

Ejusdem *De Pipere* Helmſtätt. anno 1740. 4°.*. Piperodendri genus jam hic conſtituit, & iconem dat absque flore. Analyſin dat. Aqua piperata, olei ex libra drachmas ſpiritus copioſus.

Ejusdem *Animadverſiones in novum ſyſtema ſexuale Linnæi* Helmſtätt. anno 1741. 4°.*. Nimis parva eſſe ſtamina, a quibus characteres ſumantur; inconſtantem eſſe numerum: in Alſine omnino ex numero nihil confici poſſe: involucra in eodem genere inconſtantia eſſe, ut in Bupleuro; male nomina in officinis recepta mutari: Linnæum proprias leges non obſervare.

Ejusdem *De nominum plantarum mutatione utili ac noxia* Helmſtätt. anno 1741. 4°.* iterum in Linnæum. Legem convellit, qua ſancitur, conjungendas eſſe plantas, quarum fructificatio conſentit, & viciſſim, multumque inde naſci confuſionis, per exempla; paſſim etiam Linnæum multa genera perperam in unum collegiſſe. Etiam alias cauſas mutandorum nominum arbitrarias eſſe, debilesque; & ſyllabas *oides* male proſcribi. Addit *Molles* florem & ſtamina.

EJUSDEM *De Aurantiis eorumque uſu medico* Helmſtätt. anno 1741. 4°.*. Poſſe Aurantia & Limones diſtinctos a Citro manere. Cultus docetur, viresque medicæ variæ.

EJUSDEM *De Cydoniis eorumque eximio uſu medico* Helmſtätt. 1744. 4°.*. Genus diſtinctum poſſe manere, contra LINNÆUM. Diſplicere ſibi repetitionem ejusdem nominis Græcam & latinam.

EJUSDEM *Syſtema plantarum generale ex fructificatione ; & regulæ de nominibus plantarum a* LINNÆANIS *longe diverſæ* Helmſtätt. anno 1748. 8°. *. Methodus multa habet cum BOERHAAVIANA communia. Antiqua & recepta officinarum nomina jubet ſervare; neque ſatis habere cauſæ LINNÆUM, cur ea novet, & non bene genera ab aliis recte conſtituta ab eo viro ſollicitari.

EJUSDEM *Præfatio ad* BURCKARDI *epiſtolam, qua characterem plantarum naturalem &c.* Præfatur HEISTERUS de inventoribus methodi a ſexu & a partibus ad ſexum pertinentibus ſumtæ: dudum ea ſigna a R. J. CAMERARIO, & BURCKARDO eſſe adhibita, neque a J. CAMERARIO neglecta. JUNGII merita laudat, eique genus conſecrat, ex Salviæ gente. BURCKARDIÆ nomen. Indicæ arbuſculæ imponit, & utramque depingit.

EJUSDEM *De Nuce Been* Helmſtätt. anno 1750. 4°.*. Collectitia.

EJUSDEM *De generibus plantarum medicinæ cauſa potius augendis quam minuendis* Helmſtätt. anno 1751. 4°.*. Iterum in LINNÆUM. De Artemiſia, Abſinthio & Abrotano. Multa exempla expunctorum a LINNÆO nominum apud medicos receptorum, Acaciæ, Acetoſæ, Arnicæ &c.

EJUSDEM *Deſcriptio novi generis plantæ rariſſimæ, ex bulboſarum claſſe*, Brunſvic. anno 1753. fol.*, nempe Brunſvigiæ: flore monopetalo, inæqualiter ſexfido, ſex ſtaminibus, tuba unica. Ab Amaryllide, valde vicina, ſeparat, aliamque ejus ſpeciem, Sarnienſe nempe Lilium, Imhofiam vocat. Aloën etiam in plura genera ſuadet ſeparare.

Vol. V. obſ. 157. De plantis perennantibus, quæ pro annuis habentur.

Vol. VII. n. 81. & 82. De Piperodendro, ut in diſputatione.

N. 83. De vi corticis Peruviani fruſtra in gangræna adhibita.

Codices M.S. de materia medica, & collectanea botanica reliquit inedita.

§. MCXL. *Germani Varii.*

In *Eph. Nat. Cur. Centur.* IX. X. quæ anno 1722. prodierunt, *Chriſtianus* de HELWICH, Vratislavienſis medicus, utilitatem Lycopodii ad impetiginem & ulcera manantia laudat.

J. Matthiæ MULLER De delirio in integra familia, ab eſu Cicutæ nato, non lethali *Miſc. Nat. Cur. Centur.* IX. X. n. 62.

Codices

J. Caſp. GRIMMII De uſu Fabæ S. Ignatii n. 72.

Chriſtian Gottlieb REUSNER De balſamo Hungarico, & oleo Pini Campatheci humilis n. 97.

§. MCXLI. *C. G. Stenzel.*

Chriſtian. Godofr. STENZEL, Profeſſoris Wittebergenſis, viri minime indocti, cæterum non botanici, diſputationes aliquæ huc faciunt, *De Salvia in infuſo adhibenda* Witteberg. anno 1722. 4°.*. Valde laudat, Theæ præfert, cum lacte ſuadet conjungere. Ad infarctum pulmonalem, menſes reſides &c.

EJUSDEM *De venenis acutis* anno 1732. 4°. *De venenis ſterilitatem inducentibus* anno 1731. & *de anodynorum virtutibus venenorum* anno 1735. 4°.*, redeunt in L. III. de venenis.

EJUSDEM *De Ruta medicamento & veneno* ibid. anno 1735. 4°.*. Ad mala hyſterica, aliaque laudat.

EJUSDEM *De venenis* Libri III. Witteberg. anno 1733. 4°.*. Inter venena acuta agit de utroque Helleboro, ut tamen album rejiciat: de Elaterio, Gummi gutta, Cicuta, quam ita tractat, ut unicam videatur admittere, Aconito, Fungis, Hyoſcyamo. Inter venena ad ſterilitatem facientia, aliqua de Ruta, Nymphæa, Vitice &c.

EJUSDEM *De vini, alimenti ac medicamenti optimi virtute* 1736. 4°.

EJUSDEM *De venenata vini alimenti ac medicamenti optimi virtute* 1740. 4°.

EJUSDEM *De Herculeis minus Herculeorum remediorum effectibus* 1745. 4°.*. Lactucæ vires laudat.

EJUSDEM *De minus generoſis generoſorum medicamentorum effectibus* ibid. 1745. 4°.*.

§. MCXLII. *Germani Varii.*

J. Daniel SCHRAMM *De hortis veterum hebræorum* Marpurg 1722. 4°.

J. Lud. Chriſt. LEUTWEIN *De fuligine* Altdorf 1722. 4°. Conf. p. 81.

Philipp. Hieron. MULLER dictus WOHLHERMER *De aqua traumatica, eau d'arquebuſade* Heidelberg 1722. 4°.* de plantis ex quibus componitur.

J. STRAUCH *Vindemia juris, oder von dem Weine* recuſ. Jen. 1722. 4°.

Plantæ rariores in horto KLEINIANO Danzig 1722. BORET.

J. Theodor JABLONSKY *allgemeines Lexicon der Künſte und Wiſſenſchaften* Leipz. 1722. 4°. Königsberg 1767. 4°. auctum a J. J. SCHWABEN plantas etiam continet.

Der Land- und Hausvater, oder Unterricht, wie ein Land- und Hausvater ſeinen Meyerhof beſtellen ſolle Frankfurt 1722. 8°.

Brandenburgiſches Kochbuch Berlin 1723. 4°.

J. Martini Anaſtaſii ORTH *Flora delicioſa fecundo germinantis copiæ cornu ſuperba* Würzburg 1723. 8°. ZOCH.

EJUSDEM *Montes Franconici vini fertiliſſimi &c.* Würzburg 1727. 4°.*. Collectanea de vite, ejus partibus, tum uſu vario, & vino.

P. LUCIAN's *neu vermehrte Gartenluſt* Ulm 1723. 12°.

J. Frid. CRELL *De ſtudii botanici & imprimis ſyſtematis Riviani præſtantia* Lipſiæ 1723. 4°.

J. Anton. UMMIUS *De herba fumana* Groning. 1723. 4°.

J. Albertus GESNER, Archiater Würtembergicus, *de Zingibere* Altdorf. anno 1723. 4°.*. Analyſin radicis habet, aquam odoratam, liquorem acidum, acerbum, oleum de more duplex, leve alterum & penetrabile, alterum ponderoſius. Ex veſica paucius oleum ſtillat, Zingiberis odore.

Multæ etiam Cl. viri partes ſunt in *Diario Selecta Oeconomica dicto* Stutgardiæ edito.

Friderich Achatz WEHMAN *Hortus* CASPAR BOSIANUS Lipſiæ anno 1723. 12°. SEGUIER.

J. Henric. TIEMEROTH *De planta & fructu Ananas* Erford. anno 1723. 4°.*

J. Maximiliani PAITHER *De Aizoo* Oratio Perg. anno 1723. 4°.* Vix huc facit.

Salomon KINCK *De diæta ſaccharata conſervientur ad ſanitatem hominis* Regiomont. anno 1723. 8°. BALD.

Chriſtian Sigismund EYSFARTH *De morbis plantarum* Lipſiæ anno 1723. 4°.* Diſputatio minime ineruditа.

Icon Aloës, quæ in *Horto Schwarzenbergico* Vindobonæ anno 1723. floruit.

Ernſt. Guſtav. HEIMREICH *De Pimpinella alba* Altdorf. anno 1723. 4°.*.

Michaelis SCHENDI *Empirica illuſtris per nobiliſſima Euporiſta ad totidem morbos frequentiores profligandos* Auguſtæ Vindelic. anno 1723. 8°.

EJUSDEM

Ejusdem Epiſtolæ duæ de medicamentis nonnullis Indicis, terra ſeu ſucco Catechu ſimili Catacambra ad pulmonis mala utili, Acmella, cortice arboris Vanilla ſuaviſſime odorata, balſamo Rakaſira, Badjan, Ginſeng. B. Peruviano albo fragrantiori, oleo penetrabili & odoratiſſimo ligni ſantali citrini, Gummi Kikunemalo Copallo ſimili ſed facile ſolubili, Pareira brava ad arthritidem, ſemine urente Sabadilla Mexicano, radice Saja flavo tingente. Ipecacoanha varia, flava radice Iken, oleo Cajeput camphorato, Caryophyllo Plinii, cortice Jubaba Chacarillæ adfini. De Caffea ſpontanea Inſulæ Bourbon, de Gentiana Indica radice amariſſima.

Hieron. Ludolf *De noxa Tabaci poſt paſtum* Erford. anno 1723. 4°.*.

Ejusdem *De fabis Coffeæ* anno 1724. 4°. Valde contemnitur a Neumanno ob analyſin: quam dat: ſpiritum obtinuit acidum & oleum empyreumaticum.

Ejusdem *De Saponaria ejusque virtutibus ſpecificis* Erford. anno 1764. 4°.

Ejusdem *Einleitung in die Chymie* Erfurt anno 1752. 8°.*. Parum habet, quod huc faciat, de tartaro fere, de ſalibus acidis, urinoſis &c. quæ utcunque ad plantas referas.

J. Andreæ Hahn *De herbæ exoticæ Theæ infuſo, ejusque uſu & abuſu* Erford anno 1722. 4°.*. Habet analyſin. Extracti aquoſi quarta pars eſt, cum vitriolo atramentum facturi. Aqua ſtillatitia odorem Theæ habet. Cum liquore Theæ ſyrupus violarum rubeſcit.

Philœconomici arbeitſamer Land- und Hausvater Frankf. 1722. Hausvat. Annon idem p. 180.

Philon *De Conſervationibus, allerhand neue zum Ruhme des Tobacks gereichende Einfälle* Cölln 1722. 8°. Trew.

J. Bartholom. Adam Beringer *Plantarum exoticarum perennium Catalogus* Würzburg anno 1722. fol.*

Huc *Philippi Jacobi* Duttel *Tractatus de virulenta plantarum indole* trahi poſſit Auguſtæ Vindelicorum anno 1722. 8°. editus.

§. MCXLIII. *J. G. Duvernoi.*

J. Georgii Duvernoi, noſtri olim primi in anatomicis, & botanicis, præceptoris, qui Tournefortii diſcipulus fuit, *Deſignatio plantarum circa Tubingenſem arcem naſcentium* Tubing. anno 1722. 8°.* Anatomicis equidem potiſſimum laboribus vitam ſuam impendit; ſolebat tamen in agrum vicinum nobiſcum excurrere. Characteres dat plantarum obviarum, analyſin Tourne-

 FOR-

FORTIANAM, medicaſque vires. Rariores tamen aliquas habet, Cepam Junciſoliam, Cytiſum foliis lanugine ſubruſa hirſutis; Hieracium capillaceo folio, montanum anguſtifolium nonnihil incanum, Imperatoriam alteram, Lathyrum latifolium, Lepidium, Pentaphyllum album majus alterum, Piſum perenne.

§. MCXLIV. *Galli Varii.*

P. CASTEL S. I. *Conjéctures de phyſique, ſur la raiſon, qui fait, qu'on laboure les terres Journ. de Trévoux* anno 1722. M. *Mars.* Ad commiſcendum cum terra aërem.

De DEU *Voyage de Madagaſcar* Paris 1722. 8°. TREW.

Maniere de cultiver, la vigne & de faire le vin de Champagne Rheims anno 1722. 4°. MARTIN.

Le nouveau Cuiſinier royal & bourgeois Paris 1722. 12°. 2.Vol.

In *Mém. de l'Acad. des Sciences* anno 1722. M. PARTIET De Vanillæ variis ſpeciebus, & de ejus habitu.

SAUSSAI *Traité des Jardins* Paris anno 1722. 12°. *Journ. de Trévoux.* 1732. 12°. Hortulanus, totius horti curam deſcribit, arbores etiam, caldaria, ornamenta.

§. MCXLV. *Angli Varii.*

Joſeph MILLER *Botanicon officinale or a compendious herbal* Londin. anno 1722. 8°. Deſcribuntur plantæ, quæ in uſu ſunt, & virtutes eæ merentur.

Samuel DWIGHT *De vomitione, de emeticis medicamentis, de catharticis* London anno 1722. 8°.

Pharmacopœa Collegii Regii medici Edinburgenſis Edinburg. anno 1722. 8°. OSB. 1735. 8°. 1736. 8°. 1744. 8°. Brem. 1758. 8°. Gotting. anno 1742. 8°.* Venet. 1760. 12°. Genev. anno 1766. 8°. Concinna & brevis. Ad editionem London anno 1727. 8°. *Petrus* SHAW notas addidit, quæ in Anglicum ſermonum converſa eſt. Ad editionem Lond. anno 1748. 8°. W. LEWIS.

§. MCXLVI. *Bresl. Sammlungen.*

In KANOLDI *Diario* anni 1722. Menſe *Januar.* De Jalapæ noſtratis vera vi purgante.

Menſe *Februar.* De utilitate infuſi Veronicæ, Trifolii fibrini, & Impatientis hortenſis.

Menſe *Mart.* De Aloë Ægyptiaca, & aliquot exemplis mortium ab uſu Cicutæ aquaticæ.

Menſe *Maj.* De arbore Aurantia & Citrea poma ferente.

Iterum

Iterum De Cicutæ, etiam minoris, vi venenata.

Menſe *Julio* De Tunicis triticea Spica, de Roſa prolifera.

Ibid. De Vaccinii ſempervirentis infuſo theiformi, adverſus catarrhos utili.

Menſe *Auguſto* De Milii ſpeciebus, potiſſimum Hungarico maximo.

De olei Momordicæ Ceylanicæ vi ad ambuſta.

Menſe *Septembri* De Fabariæ cataplaſmate ad œdemata, ejusque noxio eventu.

Menſe *Octobri* Tritici Smyrnæi laudes.

Menſe *Novembri* De vi venenata Myrrhidis ſylveſtris ſemine levi.

Et iterum De Arnicæ vi medica.

§. MCXLVII. *Magnus Stridtberg.*

Magni STRIDTBERG *Bihang om potatoes* edidit cum *Jonæ* ALSTROEM *Swenska foreberden* Stokholm anno 1727. 12°.

EJUSDEM *Grundelig kunskap om Swenska akerbruket* Stokholm 1727. 8°.*. Liquorem ex fimo equino & calce mortua valde laudat, in quo ſementis maceretur, & quo ipſo depacta ſemina irrigentur; ut 80. culmos reddant, ipſe expertus.

Annon IDEM, cujus parvus libellus anno 1761. 8°. prodiit, *Landbrukets rätta högd uti rön och machiner.* Primum de cauſa fertilitatis terræ, ut ea obtineatur, ut muſco mundetur: de augenda fimi penu, ex conciſa fronde Abiegna, & fimo admiſta, in propria foſſa, cum luto cæruleo, terra paluſtri, aliisque repoſita: præfert tamen humanum ſtercus & urinam, quam accurate colligit, ejusque copiam definit. Fimo ſuo macilenta graminea perficit, ut bonum fœnum reddant, deinde hordeum. Inde Cannabis cultum laudat, & grana frumenti machina ab equis agitata ſuadet extricare.

In *K Swensk wetensk handling* 1754. trim. I. deſcripſit IDEM cultum Lupuleti, ope foſſarum ſubterranearum perficiendum, lapidibus tectarum, ſecundum quos lapides Lupuli plantæ ponuntur.

J. AHLICH *Hortus Suecicus bulborum, florum, olerum, arborumque frugiferorum generibus inſtructus* Stokholm. anno 1722. 8°. Suecice.

Jac. MANQUER *De nutritione arborum* Upſal. 1722.

§. MCXLVIII. *Phil. Tranſ.*

In *Phil. Tranſ.* n. 371. De reſina corticis Eleutheriæ.

Petri

Petri MARTIN ad G. SHERARDUM *Epiſtola De Pinace* plantarum, quem SHERARDUS parabat, deque plantis BURSERIANIS. Harum Catalogos dedit anno 1724. p. 495. & 530. Plurimæ inter eas raræ, etiam novæ ſunt, inter eas Anagallidaſtrum.

§. MCXLIX. *Galli Varii.*

MATHULON *Explications nouvelles des mouvemens les plus conſidérables de l'Univers &c.* Paris anno 1723. 4°. *Journ. Sav.* Proprias per machinas eos motus, & inter eos motum ſucci nutritii per plantas vult repræſentare.

AUBRY de la MOTRAYE *Voyages &c.* London anno 1723. fol. Amſterdam anno 1727. fol.* 3. Vol. Pluſcula huc pertinent, Allii in Ægypto ſuavitas, Lentiſci Chii hiſtoria. Rubus arcticus depictus.

J. Baptiſte MORON *Traité du Bézoard végetal, avec une explication de pluſieurs maladies ou il convient, enrichi de remarques anatomiques & chymiques* Genev. anno 1723. 12°. BURETTE. Arcanum ex plantis compoſitum.

Daniel LE CLERC in opere ſuo *Hiſtoire de la médecine* Amſterdam anno 1723. 4°.* multa habet huc pertinentia, etiam catalogum plantarum ab HIPPOCRATE dictarum &c.

J. Baptiſta du BOIS *Ergo gracilibus pomaceum vino ſalubrius* Paris 1723. 4°.* *Journ. Sav.*

§. MCL. *Itali.*

FULVIUS GHERLI, Chirurgus, cujus I. *Centuria obſ.* Venetiis anno 1719. prodierat 8°.*, & Secunda anno 1722. 8°. ſecuta eſt, citari meretur ob peculiares aliquas plantarum vires, quas propria ab experientia laudat, ut Osmundæ montanæ ad rachitidem.

J. Mariæ ROSSI *De interpretandis ſimplicium medicamentorum facultatibus oratio* Patav. anno 1723. 4°.

Stephano DANIELI *Racolta di queſtioni intorno le coſe di botanica e Notomia agitate tra Marc.* MALPIGHI *e G. Gerolamo* SBARAGLIA — *ed accennamenti da Stephano* DANIELI *da unirſi a quei degli autori del Giornale de letterati d'Italia, nel* Tomo XXXI. Bologna anno 1723. 8°. FALCONET. Magnus admirator SBARAGLI, & P. Anatomes Bononienſis.

Michaelis AMATI *De Opobalſami ſpecie ad ſacrum chariſma conficiendum requiſita* Neapoli anno 1722. 8°.

Blaſii BIAGII hic mentionem facio, Monachi Vallis umbroſæ, cui MICHELIUS Blaſiam dicavit.

François

François COREAL *voyages depuis 1666. jusqu'à 1697.* Amſterd. 1722. 12°. 2.Vol.*. Iter in Americam Hiſpanicam, etiam interiorem, a R. *Plata* in Peruviam, & per montana prov. Popayan Panamam. Paſſim deſcribit plantas celebriores, ut Chinam in Florida Provincia & Saſſafras. Yuccam Inſularum Antillarum parum ſalubrem eſſe, mitem vero naſci S. Marthæ. Modus præparandi Balſami, inter eos Guarimé. Arbores Braſiliæ, Popayani. Aloës pittæ commoda, absque plantæ nomine.

La BARBINAIS LE GENTIL *Voyage autour du Monde* Paris anno 1725. 12°. 3.Vol. Amſterdam anno 1728. 12°. 2.Vol. 1731. 8°. Chinenſium plantas nobiles deſcribit, fructum Litſchi, Sacchari arundinem, Theam, Rheum, quo etiam ad flavum colorem imprimendum utuntur, Mangle &c. Vir acuti ingenii.

Ubaldinus LANDI *in Supplem.* I. ad *Giorn de Letter* anni 1722. egit de frumento noxio & verminoſo, & in T. III. anno 1726. de Fungis, quorum aliquas varietates recenſet.

§. MCLI. *Gottlob Schober.*

In *Actis Eruditorum* anni 1723. Menſe *Octobr.* exſtat *Gottlob* SCHOBERI Epitome Diſſ. *de ſeminibus loliaceis & ſecalinis nigris corruptis, cum farina commiſtis, & alimenti modo adſumtis, varios morbos producentibus.* In Ruſſia convulſiones & paralyſes, ex ea cauſa, epidemice ſævierunt.

In Septimo Tomo MULLERIANÆ collectionis ad Hiſtoriam Ruſſiæ pertinentis continetur compendium memorabilium Ruſſico Moſcoviticorum, quod SCHOBERUS, qui in Ruſſia diu vixit, moriens reliquerat. Exſtat in eo *Flora Wolgenſis*, in qua Rhabarbarum Monachorum, & aliæ etiam calidarum regionum plantæ ſunt, etiam novæ, & inter eas nova genera Aſtracania, Lapathum pulchrum: Circa Terki, & Turkoe, etiam plantæ meridionales naſcuntur.

§. MCLII. *Jacob Savary.*

Dictionaire univerſel du Commerce & des Arts & métiers Paris anno 1723. fol. 2.Vol. & Supplem. anno 1730. fol. Amſterdam anno 1726. 4°. 3.Vol. Recuſum Genevæ anno 1742. fol. 4.Vol.* cum Supplemento anno 1751. fol. & una cum Supplemento Coppenhague anno 1765. fol. 5.Vol. Immenſum opus, primum auctorem habuit *Jacobum* SAVARY des BRUSLONS, editorem fratrem *Philemonem Ludovicum* SAVARY, Canonicum. Materia tinctoriæ artis & medicæ potiſſimum etiam hoc opus ingreditur, equidem paſſim collecta, cum auctor alios ſequeretur labores, & nimis uteretur LEMERYO & POMETO. Multa bona *Laurentius* GARCIN addidit. Ita videas de Macere circa Bimilipatnam naſcente cortice vix noto hic agi, ad dyſenteriam ſpecifico. In Supplemento adduntur deſcriptiones & characteres pleniores &c. A. *Malachia*

POSTLETWAITH Anglice converſum cum plurimis auctariis prodiit Londini anno 1753. fol. Titulum fecit, *The univerſal Dictionary of trade and Commerce.*

Compendium etiam prodiit cum titulo *Dictionaire portatif du Commerce &c.* Coppenhague anno 1761. 3.Vol. 8°.

§. MCLIII. *Petrus Antonius Micheli.*

Petrus Antonius MICHELI, hortulanus, illiteratus & pauper (*k*), ſed plantarum ſpontanearum ſtudioſiſſimus, inque iis per univerſam Italiam, Salzburgum usque venandis, ſolertiſſimus & feliciſſimus, magnus Fungorum, Muſcorum, Lichenum, Graminum, & varietatum indagator. Primum ejus opus eſt, *Relazione dell erba detta da Botanici Orobanche* Firenze anno 1723. 8°.*. Cum hæc herba adeo in Hetruria invaluiſſet, ut agri cultoribus, inſigniter noceret, quæſitum eſt, ut poſſet inviſa planta exſtirpari. Jubet MICHELI, ubicunque ſemen noxiæ herbulæ elapſum eſſet, terram concutere ad radices & polire: deinde menſe Aprili fabas aliaque legumina evellere, quarum ex tuberibus dignoſcatur, Orobanchen germinaturam: quod ipſum etiam malignum fabæ incrementum indicat. Poſſe intra horam unum hominem 190. plantas evellere, quarum quæque 200000. ſemina maturaret. Neque conſilio ſucceſſum defuiſſe. Recuſum eſt opuſculum Florentiæ anno 1752. 8°. cum *Ubaldi* MONTELATICI *Raggionamenti.*

EJUSDEM *Nova plantarum genera juxta* TOURNEFORTII *methodum diſpoſita, quibus* 1400. *nondum obſervatæ, quingentæ ſuis ſedibus reſtitutæ &c.* Florent. anno 1729. fol. min.*, cum 108. tabulis. Nobile & memorabile opus. Eo primum paſſim nova genera continentur, aut certe quæ auctor noviter conſtituerat; Anagallidaſtrum, Anguria, Anthemis, Bellidaſtrum, Bellis-Leucanthemum, Buccaferrea, Calamus, Chamæmelum, Drypis, Eugenia, Franca, Fraxinus, Glaucoides, Jaſminoides, Laurentia, Ledum, Leodontoides, Linokarpum, Monorchis, Montia, Orchiaſtrum, Ornus, Oſtrya, Papia, Parthenium, Pinaſter, Pſeudoorchis, Pſeudoruta, Santolinoides, Scorodopraſum, Tillia, Tozzia, Trifoliaſtrum, Valantia, Valisneria, Valisneroides, Zanichellia, quarum characteres exhibet, & numeroſas in nonnullis varietates. Deinde Graminum claſſem conſtituit, multa ejus claſſis genera definivit, Carices numeroſiſſimas recenſuit, ſemina depinxit. Muſcorum, ſed absque generibus, uberrimum catalogum dedit. Marchantias tamen, & Jungermannias, Marſileas, & adfines, in genera & ſpecies diſpoſuit. Lichenes in ordines redegit, eorum incredibilem copiam recenſuit. Denique Fungos integre conſtituit, hactenus fere neglectos, genera multa noviter definivit, ſpecierum inmenſum numerum, & plurimorum icones dedit (*l*). Etſi adeo in numero 1400. novarum pluſculæ prius dictæ, & varietates non paucæ continentur, etſi

(k) COCCHI *Opuſc. Scientif.* Vol. 19.

(l) Accurate de Fungis egiſſe GLEDITSCH *Fung.* p. 5.

etſi etiam MICHELIUS nonnunquam minutias rerum viderit, quas poſt eum nemo reperit, ut Fungorum antheras, plurima tamen hic nova ſunt & propria. Calamum COCCHIUS emendavit, aliquas figuras ALGHISIUS delineavit.

Tomus *ſecundus*, quo plantæ marinæ, & itinera botanica contineri debebant, a TARGIONIO promiſſus (*m*), nunquam prodiit.

Sed IDEM vir Cl. edidit *catalogum plantarum horti Florentini, opus poſthumum* Florentiæ anno 1748. fol.*. Præfuerat huic horto MICHELIUS, & anno 1736. catalogum ſcripſerat, parum plenum, ſi cum divitiis horti compares. Ordo alphabeticus, genera TOURNEFORTIANA, & nova aliqua Rhaponticoidaſtrum, Petaſidaſtrum, Hedypnoidaſtrum, Pentagonokarpos, Alſinanthemum. Multum indultum eſt varietatibus: icones aliquæ additæ. Quæ TARGIONIUS adjecit, & quæ multa ſunt, ea ſuo loco laudabimus.

Inter itinera ejusdem ILL. TARGIONII exſtant in *Tomo VI.* tria itinera MICHELI, primum anni 1733. in agrum Senenſem: alterum anni 1734. in montes Piſtorienſes: tertium anni 1728. per montes Volaterranos & vallem *d'Elſa.* In iis itineribus, præter alia naturæ opera, plurimæ etiam plantæ raræ, aut longis nominibus fere deſcribuntur, aut TOURNEFORTIANIS, magnum certe Floræ Italicæ incrementum.

Elogium P. *Ant.* MICHELI ab *Antonio* COCCHI ſcriptum, Florentiæ anno 1737. 4°. prodiit FALCONET, & in *Opuſc. ſcientif. è filol.* t. 19. Habet etiam aliqua ad ejus vitam pertinentia *Scipio* MAFFEI in *Diarii ſui*, quod Veronæ prodiit, Tomo III.

§. MCLIV. *Michael Angelus Tilli.*

Michaelis Angeli TILLI *Catalogus plantarum horti Piſani* Florentiæ anno 1723. fol.*. Simplicium lector fuit, & horti cuſtos, & Byzantii medicinam fecerat, anno 1685. eo miſſus, ut generum Sultani Wazir Muſtapha ſanaret, bene a Turcis exceptus. Eum Melitæ eo anno vidit CARLI. Aſiam (*n*) etiam & Africam (*o*), ad plantas legendas adierat. Plantæ numeroſæ, nominibus TOURNEFORTIANIS, cum multis varietatibus, quas a C. BAUHINO TOURNEFORTIUS receperat, TILLIUS repetit. Paſſim autem rariores deſcribit & depingit. Multa etiam hic MICHELII ſunt merita, plantæ rariores, aut novæ, in Italia detectæ, Gramina potiſſimum, vere nova, quorum multa in SCHEUCHZERI horto ſicco viderim. Aliqua de Xylaloë.

§. MCLV. *Angli.*

In *Philoſophicis Tranſactionibus* n. 376. incipit catalogus plantarum 2000.

(m) *Comm. Lit. Nor.* anno 1739. hebd. I.
(n) TARGIONI *Chorograph. Toſcan.*
(o) In ipſo opere ſuo & REDI *oper.* T. V. p. 128.

quas ex legato viri Ill. *Hans* Sloane pharmacopœorum Londinenſium Societas debet repræſentare, quo nunc officio eadem ſe liberavit. Sola nomina.

Pharmacopœa Collegii regii med. Londinenſis London 1724. 8°.

Notts *Cooks and confectionners' dictionary* London anno 1723. 8°. Osb. alii 1724.

Georgii Knowles *Materia medica botanica* Londin. anno 1723. fol. Poëma, quo quadringentæ plantæ deſcribuntur.

§. MCLVI. *Jacob Douglas.*

Hoc anno *Jacobus* Douglas, magnus inciſor, vir modeſtiſſimus, noſter olim amicus, Croci ſativi figuram & characterem dedit. Tubæ tres unciales ſerratæ.

In n. 410. albam, fulvam, nigram & cineream Ipecacoanham diſtinxit, & cineream reliquis prætulit.

Ejusdem *Lilium Sarnienſe, or a deſcription of the Guernſey Lilly — and a botanical diſſection of the Coffeaberry* London anno 1725. fol. Hiſtorica & botanica diſſ., quæ ad Lilionarciſſum Japonicum pertinet, cujus bulbi aliqui in inſulam Guernſey ejecti, ibi ſpeciem ſuam multiplicaverunt. Icon denique & cultus; omnia, ut ſolebat vir Ill. accuratiſſime. Baccam Coffeæ bilocularem, duos continentem nucleos pariter fuſe deſcribit.

Ejusdem *Arbor Yemenſis fructum Cafe ferens, or a deſcription and hiſtory of the Coffytree* Lond. anno 1727. fol.*. Accurata plantæ deſcriptio.

A Supplement to the deſcription of the Coffetree Lond. anno 1727. fol.*. Potiſſimum hiſtoriam potus Coffeæ, ut paulatim invaluerit, & Commercii Coffeæ.

Eidem tribuitur *Index materiæ medicæ* Lond. anno 1724. 8°.

§. MCLVII. *Breslauer Sammlungen.*

In *Bresl. Sammlungen* anni 1723. Menſe *Januar.* & *Junio* agitur de morbis ex Secali coniculato.

Menſe *Junio* & *Julio* aliqua de Cereo Peruviano florente, & Coffea: ſed iſtiusmodi brevioris paragraphos omittemus.

Menſe *Auguſto* de Lilio ſpicato multifloro, & de Citro prægnante.

De utilitate infuſi Abietis albæ adverſus calculum.

Menſe *Septembri* Roſæ ſalignæ, Roſæ proliferæ. De Coffea, Ananaſa &c.

Menſe

Menſe *Novembri* De Spongiæ uſtæ viribus adverſus ſtrumas, & de utilitate olei Cajeput.

§. MCLVIII. *Acta Varia Literaria.*

Kilianus STOBÆUS in *Act. Literar. Suec.* anni 1723. dedit iconem & hiſtoriam Heſperidis faſciatæ.

Laurentii BRODIN & ELFWING *De Trifolio aquatico* Abo anno 1723. (vel 1724.) 8°. A. L. SUEC.

In Tomo III. *Hiſt. de l'Acad. Roy. des Inſcriptions & belles Lettres* exſtat diſſertatio Cl. MAHUDEL de plantis Ægyptiacis in nummis expreſſis, Nymphæa flore albo ſeu Loto, Nymphæa flore roſeo ſeu Faba Ægyptia, Colocaſia, Muſa, Perſea.

In *Mémoires* ejusdem anni, de Heſperidibus agitur a Cl. MASSIEU.

In Tomo II. ſeu *Continuatione prima Miſcellaneorum Academiæ Berolinenſis* pluſcula ſunt botanici argumenti, tamen ut ad Chemiam una reſpiciatur. Huc ergo N. SPIES de ſalibus eſſentialibus plantarum amararum, ex infuſione cum ſpiritu vini acerrimo naſcentium, inque cryſtallos coaleſcentium.

J. H. B. Eſſe in polline ſtamineo, ut in oleo Lini, phlogiſton, quod cum terra metallica in verum ferrum abeat.

J. Leonhardus FRISCH Inſectorum & veteris linguæ ſtudioſiſſimus; de cortice toto ablato & renaſcente, absque arboris noxa.

§. MCLIX. *Caſpar Neumann.*

Caſpari NEUMANN, Pharmacopolæ, chemiæ periti & peregrinatoris, multa in rem herbariam merita ſunt. Hic in *Miſc. Berol. Contin.* I. prima adparet ejus de Camphora commentatio, poſtea auctius recuſa, Germanice Berolini anno 1727. 4°.*, in qua deſcribit veras in oleo ſtillatitio Thymi ſubnatas cryſtallos, quæ Camphoræ accenſeri debeant. Redit in *Philoſophicis Tranſactionibus* n. 431.

EJUSDEM *Lectiones publicæ de Opio, & Caryophyllis aromaticis* Berlin anno 1730. 4°.*. Germanice De variis modis, quibus Opium paretur, per inciſionem, ſucci expreſſi decoctionem & inſpiſſationem, reſidui, poſt optimum Opium eductum, coctione. Opii elementa reſinoſa & gummoſa commiſta eſſe, neque poſſe ſeparari. Totum Opium vim narcoticam poſſidere, vaporem etiam potentiorem eſſe. Ut debilitetur, ablato pingui, quod in decocta cum Opio aqua ſupernatet, reliquo colato, & fermentationi permiſſo. Inde Caryophyllorum arbor, & hiſtoria naturalis. Analyſis: partes oleoſæ a reſinoſis diſtinctæ, in quarum utrisque plantæ vires latent. De mangoniis in parando oleo Caryophyllorum adhibitis. Vitiatum acrius eſſe. Hæc, & omnia auctoris ſcripta legi merentur.

EJUSDEM *Lectiones publicæ, von vier Subjectis diateticis Thee, Caffee, Bier und Wein* Berolin. anno 1735. 4°.*. Theæ hiſtoria naturalis. Boheam ex Thea viridi arte parari poſſe, & ab auctore paratam fuiſſe, non ergo peculiarem plantam eſſe. Aquam virium plus de Thea educere, virorem etiam partesque magis adſtringentes in reſinoſa parte reſidere. Plurimum ineſſe terræ, olei odori aliquid. De ſuccedaneis, commodis & vitiis Theæ. De Thea Apalachina Pariſienſium.

In Coffea plurimum terræ eſſe, oleum eſſentiale nullum, reſinoſarum partium minus, quam gummearum. Gratiſſimas eſſe partes gummoſas, extractum reſinoſum ingratum. Deſtillando, alia omnia reperit, quam reliqui ſcriptores, multum, & ad $\frac{13}{32}$. olei fætidi, ſalis volatilis vix quidquam.

De cereviſia, nova pene omnia. Hiſtoria integra præparationis, fermentatio: analyſis cereviſiæ, variis locis paratæ, & tabulæ portionis, quæ in ſingula fuerit ſpiritus inflammabilis, reſinoſi & mucilaginoſi, acidi.

Similia in vinis molitus eſt. Spiritum vini plurimum reperit in malvatico, deinde in Neocaſtrenſi, reſinoſi & oleoſi viſcidi plurimum in Tinto, multum in Neocaſtrenſi, gummoſi plurimum in Hiſpanico, aquæ plurimum in vinis Marchicis. Omnibus tamen præfert vinum Tockajenſe. Porro vitis & fermentationis vinoſæ totam hiſtoriam tradit, & vinorum multorum varietatem.

Inde a morte auctoris *J. Chriſtian.* ZIMMERMANN Berolini anno 1740. 4°.* edidit C. NEUMANNI *Prælectiones chymicas*, vaſtum opus, paſſim mendoſum (*p*).

Deinde *Chriſtophorus Henricus* KESSEL, nepos auctoris, nitidam editionem operum omnium NEUMANNI edidit Zullichow. 4°.* multis voluminibus, ab anno 1749. ad annum 1755. excuſis. Ea quidem admiſtis potiſſimum in principio hypotheſibus HAMBERGERIANIS, & BOERHAAVII de elementis adjecta doctrina, dilatavit, non ſine admiſtis vitiis. In Tomo I. P. I. aliqua communia ad pharmaceuticas operationes, & vita auctoris.

P. II. De productionibus variis pharmaceuticis, etiam plantarum, ut aquis, oleis, balſamis, extractis. Aquas plantarum inodorarum inutiles eſſe recte monet. Acorem in ſpiritu vini latentem tuetur. In terebinthina Brigantina errat, quæ ex Larice provenit, non ex Terebintho.

In P. III. Palingeneſiam rejicit, cæterum de ſalibus agit.

Tomus II. anno 1751. & 1752. editus materiam medicam continet, quæ ad plantas ſpectat, omnino bonum opus, & omnibus fere præſtantius, quæ de ea re poſſidemus, etſi utique non plenum eſt. Omnes tamen, de quibus agit, plantas ipſe examini chemico ſubjecit, & extracta ſpirituoſa, gummoſaque prima & ſecunda ad pondus expendit, nam vulgarem analyſin contemnit. Multa egregie monet, de Agarico, potius venenato. De ſede olei in variis ſemi-

(p) TREW. *Comm. Lit. Nor.* anno 1740. hiſt. 22.

ſeminibus : ita in Aniſo oleum expreſſum in farina, eſſentiale in cortice latet. Aquilegiæ tincturam & ejusmodi inutilia medicamenta fere deridet. Bryoniam pro Mechoacanna venditam nocuiſſe. Gummi Anime ex reſina & oleo ſtillatitio mangonio fingi. Cæterum innumera ejusmodi omittere neceſſe eſt, & totum opus lecturis commendare. Diætetica opuſcula hic redeunt. Reliqua pertinent ad animalia & mineralia.

In Continuatione III. *Miſcellaneorum Berolinenſium* anno 1733. agit de depuratione olei Copau.

§. MCLX. *Matthias Bel.*

Matthias Bel, vir eruditus, ediderat *Prodromum Hungariæ antiquæ* Noriberg. anno 1723. fol. ſucceſſit *notitia Hungariæ hiſtoricographica*, cujus I. Tomus Vindobonæ anno 1735. fol. alter anno 1736. T. III. anno 1738. T. IV. anno 1742. prodiit. Ad hiſtoriam naturalem paucula aliqua confert, ut de plantis Comitatus Liptovienſis, qui alpinus eſt, Pinaſtro, Rhabarbaro monachorum, Dauco Cretico, Doronico &c. in T. II. Sed maxima pars operis intercidit, & minima cura Cl. viri fuit de naturali hiſtoria.

§. MCLXI. *Franciſcus Valentyn.*

Franciſci Valentyn, qui V. D. M. in Banda & Amboina fuit, & duobus itineribus Indiam Orientalem adiit *Oud en nieuw Oſtindien — naauwkeurige verhandelingen van Nederlands Mogentheyd in die geweſten Amſterdam.* 5.Vol. fol.*. Splendidum opus 1050. tabulis æneis ornatum; aliqua tamen parte ad nos ſpectat. In Tomo I. anno 1724. excuſo agitur de inſulis Moluccis.

T. II. De Amboina, Ceram & præfectura Amboinenſi, ubi auctor diu vixit. Aliqua hic botanica, Oleum Cajeput parari, non ex Cardamomis, ſed ex foliis arboris in Amboinenſibus inſulis naſcentis, Salicem referentis. Arbor longæviſſima Canaryboom.

Sed Tom. III. anni 1726. editi magna pars botanici argumenti. Adjutus eſt a vander Stelliis. Plantas Amboinenſes, plerumque arboreas, multas deſcribit, depingit 125. Hiſtoria fere ad Rumpfii modum, œconomicam & medicam arborum utilitatem, faciemque externam tradit, multasque varietates. Hic arborem Cajaputu videas deſcribi, non unius ſpeciei, ex cujus minori aliqua ſpecie, Cardamomum redolente, oleum Cajaput paretur. Hic arborem Saguiferam deſcriptam reperias, Caryophyllum &c.

Eodem Tomo de Banda agitur, & Nucis Moſchatæ hiſtoria œconomica datur.

In

In Tomo IV. quo Caput bonæ ſpei deſcribitur, anno 1726. fol. excuſo horti etiam Societatis dominæ hiſtoriam reperias, & catalogum herbarum ſiccarum *Henrici Bernhardi* OLDENLAND; De *Mauritii* inſula, etiam aliqua de Coffea habet. Tum de plantis Ceyloniæ & Cinnamomo, deque mira fertilitate Capitis bonæ ſpei.

§. MCLXII. *Germani Varii.*

Caſpari GEMEINHART *Catalogus plantarum circa Laubam naſcentium* Budiſſæ anno 1724. 8°. *. Catalogus RIVINIANA methodo diſpoſitus ſolorum nominum, plantarum paucarum, & fere vulgatiorum. Neque Aconitum unifolium in Luſatia putem creſcere.

N. K. P. S. *Der edle Scharbocks- oder Fieberklee* Görliz anno 1724. 8°.* alii 1723. 8°. Ad ſcorbutum potiſſimum valere. Utile eſſe decoctum, tum extractum, ipſum pulverem. Hiſtorias morborum recenſet, in quibus profuit, ſi credis, fere ad omnes morbos.

Erneſt. Theophil. FRIESE *De ſalubri uſu alimentorum e regno vegetabili quem animali* Regiomont. 1724. 4°.

Beati Franciſci LANGII *Catalogum plantarum circa Lucernam collectarum, cum deſcriptione itineris Montis Pilati*, citat Lucernæ editum Cl. SEGUIER: & paſſim Diaria citant, ſed certo didici, non prodiiſſe.

Das neueſte und wohl eingerichtete Kochbuch Frankfurt 1724. 4°.

Het Hollands Kookboek Leiden 1724. 4°.

Chriſtophori Conradi SICELII *De Belladonna* Jen. anno 1724. 8°.*. De ſymptomatibus ex uſu radicum per errorem in Cichorio mixtarum.

§. MCLXIII. *Galli aliqui.*

Andr. CRESSE, *R. Ludov.* DUVRAC *Ergo Pariſienſis agri vina tenuia Burgundo & Campano ſalubriora* Paris anno 1724. 4°.

In *Mém. de l'Acad.* anno 1724. *Jacobus* TRANT Cardioſpermi genus conſtituit, quod ad Calendulam pertinet.

Nouvelle inſtruction pour les confitures les liqueurs & les fruits Paris anno 1724. 8°. OSB.

§. MCLXIV. *Angli aliqui.*

The natural hiſtory of Chocolate London anno 1724. 8°. Harl.

Index materiæ medicæ, or a catalogue of ſimple medicines uſed in phyſik and ſurgery and two tables of ſimple medicines London anno 1724. 4°. Haenel. Idem quod Douglassio tribuitur.

Georgius Cheyne practicam botanices partem & diæteticen paſſim adtigit, ut in *Eſſay on health and long life* London anno 1724. 8°.* Gallice *L'art de conſerver la ſanté & de prolonger la vie* Paris anno 1725. 12°. 1764. 12°. (cum adjecto dictionario alimentorum). Bruxelles anno 1727. 8°. Egit de rerum non naturalium virtutibus medicis.

In *Philoſophicis Tranſactionibus* n. 383. legitur ſecunda Pentacoſte planta rariorum Chelſeyani horti. Sic porro.

Thomæ Fairchild, hortulani, experimenta de motu ſucci in plantis n. 384. Hieme etiam in iis plantis ſuccum adſcendere, quæ folia amittunt, ſiquidem & Laureola in Mezereon inſerta hieme floret & folia retinet, & viciſſim Quercus ſempervirens in vulgarem inſita folia dejicit. In Viburno radices in ramos abierunt, rami in radices &c.

§. MCLXV. *Breslauer Sammlungen.*

In *Breslauer Sammlungen* 1724. Menſe *Januario*, De Camphorifera arbore, eaque Lipſiæ florente.

Menſe *Februario* De telis Dreſdenſibus ex urtica textis.

Menſe *Aprili* De Narciſſo faſciato & multifloro.

Et De faba Coffeæ Lipſiæ maturata.

Aliqua De motu circulari ſucci nutritii.

Menſe *Majo* De Perſicæ foliis loco Theæ adhibitis: de Mahogani l. & ſapone roſato.

Menſe *Julio* Icon Tulipiferæ — Ribis racemis confertiſſimis.

Menſe *Auguſto* De Leucoji multifloro caulice. De Roſa prolifera, Nymphææ flore ſemipleno &c.

Menſe *Septembri* De Fabaria in libero aëre radices agente &c.

Menſe *Octobri* De Tuberibus &c.

Menſe *Novembri* De pernicioſo effectu Hellebori albi, indeque moto validiſſimo vomitu.

§. MCLXVI. *Iterum Angli &c.*

Guilielmi CHAMBERS *De Ribes Arabum & ligno Rhodio* Leid. anno 1724. 4°.*. A Monachis Montis Libani quotannis confectionem Ribis pro Satrapis Turcicis præparari. Verum eſſe Lapathum ex auctoritate *Guilielmi* SHERARD, in cujus fratris *Jacobi* etiam horto Elthamenſi ſculptum exſtat. Lignum Rhodium chemicis experimentis ſubjecit, aquam odoratiſſimam, extractum paulum ſtypticum: poſt fermentationem vero aquam validiorem & oleum uberius obtinuit. Aqua ſpirituoſa iners eſt.

The manner of raiſing ordering and improving foreſt trees with directions how to plant, make and keep woods, avenues, lawns, hedges London anno 1724. fig. 8°. BARB.

Dan. JUSLEN & *Henr.* HELSING *De ficu arefacta* Abo anno 1724.

§. MCLXVII. *J. Chriſtophorus Liſchwitz.*

J. Chriſtophorus LISCHWITZ, Profeſſor Lipſienſis & Wittebergenſis, aliquot opuſcula botanici argumenti edidit, & primum *Orationem inauguralem de veterum in re herbaria diligentia, & ad noſtrum uſque ævum botanices incremento* Lipſiæ anno 1724. 4°.*. Brevis eſt catalogus ſcriptorum celebriorum de re botanica.

EJUSDEM *De Virgis aureis* Lipſiæ anno 1731. 4°.*. Fuſus libellus, etiam de univerſis plantis radiatis adfinibus.

EJUSDEM *De plantis anthelminticis habitu externo & toto genere botanico diverſis* Kiel. anno 1742. 4°.*. Magnus libellus, quo plurimæ plantæ ad RIVINI ordinem recenſentur, & deſcribuntur, quæ utcunque adverſus vermes a quoquam laudatæ fuiſſent, etiam Chryſoſplenium, Hyſſopus, Palma, Alliaria, aliæ.

EJUSDEM *De plantis diaphoreticis & ſudoriferis charactere botanico diverſis &c.* Kiel. anno 1734. 4°. HEFTER.

EJUSDEM *De plantis doloroſam D.* JESU *paſſionem depingentibus, & de plantis reſurrectionem Chriſti & noſtram a mortuis referentibus* Kiel. 1739. 4°.

J. Franc. RAUCH *De aëre & eſculentis* Wien 1724. 4°.

EJUSDEM *De potulentis* ibid. 1724. 4°.

§. MCLXVIII. *Petrus Deſchizeaux.*

Pierre DESCHIZEAUX *Mémoires pour l'hiſtoire naturelle des plantes de Ruſſie, & pour l'établiſſement d'un Jardin de botanique à St. Petersbourg.* Petersb. anno 1725 8°. BURETTE. 1728. PLATN.

EJUSDEM *Deſcription d'un voyage fait à St. Petersbourg par l'Dechiſeaux.* Petersb. eodem anno Paris 1728. 8°. PLATN.

§. MCLXIX.

§. MCLXIX. *Matthæus Hiller.*

Matthæi HILLER, theologi Würtembergenſis, *Hierophyticon, ſeu Commentarius in loca Sacræ Scripturæ, quæ plantarum mentionem faciunt* Ultraject. anno 1725. 4°.*, eodem anno, quo auctor obiit, editum a *Salomone* PFISTER. Juſtum volumen, pertinet ad philologiam Orientalem. Alius auctori quam CELSIO ſcopus fuit, omnia enim collegit, quæ de planta aliqua conſignata reperit, uſus ipſa potiſſimum Sacra Scriptura, deinde hebraicis literis, tamen & Arabicis. Plantas ipſas non habuit cognitas: non enim Tiliam marem pro propria ſpecie Tiliæ habuiſſet. Dat catalogum plantarum in Palæſtina naſcentium collectitium.

§. MCLXX. *Germani Varii.*

Pharmacopæja Argentoratenſis Argentinæ 1725. fol.

J. Jacobi FICK, aut reſpondentis *Nicolai* BOERNER, diſputatio *de Rore marino* Jenæ anno 1725. 4°.*.

EJUSDEM *De aceto* Jen. 1726. 4°.

Gottlieb BUDÆUS *Catalogus materiæ medicæ & medicamentorum ſimplicium & compoſitorum in officina pharmaceutica Budiſſæ proſtantium* L. I. Germ. Budiſſ. 1725. 8°. PLATN.

Der ſorgfaltige Hauswirthſchafts-Verwalter Leipzig 1725. 4°.

J. Jacob BRÆUNERS *Deutſches Kräuterbuch* Frankfurt 1725. 8°.

VERESTOI *De Palma ardente* Franeker anno 1725. 4°. SEGUIER.

§. MCLXXI. *Breslauer Sammlungen.*

In *Breslauer Sammlungen* anni 1725. Menſe *Januario*, De Saccharo, ex aliis præter arundinem ſuccis cocto.

Menſe *Martio* De ſemine Aſparagi in melone reperto, & de Fungulis in Braſſica putreſcente, pro ſeminibus habitis (q).

Menſe *Majo* fraudulentum miraculum florum Bellidis in Ceraſo natorum.

Menſe *Julio* iterum de Arnicæ vi adverſus hæmoptyſin, & ad ſanguinem coactum diſſipandum &c.

Menſe *Auguſto* De pane Weſtphalico nigro — de Phallo.

Menſe *Novembri* De Betula Curonica, ejus ſucco, quem fermentatum bibunt.

De Chara.

De Momordicæ oleo ad hernias.

(q) De his etiam anno 1720. Menſe *Mart.*

§. MCLXXII. *Galli.*

ALEXANDER chirurgus in *Hiſt. & Mém. de l'Acad. des Sciences* anno 1725. hactenus deſcripſit arborem ceriferam Americanam (Gale).

Et poſſis huc trahere *Antonii* FIZES hiſtoriam fabricationis cremoris Tartari, qualis prope Monſpelium frequens exercetur.

Joſ. Amand. COLLOT *an ut in America ſic in hac regione Apalachines potus ſalubris* Pariſ. 1725. 4°. PLATN.

Lud. Claud. BOURDELIN *An opium hyſtericis* Pariſ. 1725. 4°.

EJUSDEM *An Pulmonum etiam in morbis ſuis ſit Kinakinæ locus* 1744. 4°.

De la FERRIERE *Le Ménage univerſel de la ville & des champs, & le Jardinier au gout du tems*, Bruxelles anno 1725. 8°. 1733. 8°. FALCONET.

Charles BAGARD *Diſcours ſur l'hiſtoire de la thériaque* Nancy 1725.

Inſtruction pour les confitures les liqueurs & les fruits Paris 1725. 8°.

§. MCLXXIII. *Angli.*

In *Philoſophicis Tranſactionibus* anni 1725. n. 388. Iterum 50. plantæ Chelſejanæ ad legatum *Hanſii* SLOANE.

N. 390. *Johannis* BROWN De Camphora. Non eſſe veram Camphoram, quam NEUMANN ex Thymo paret.

James SEDGWIK *A new treatiſe or liquors wherein the uſe and abuſe of wine, maltdrinkswater &c.* London 1725. 8°. PLATNER.

Jacobi HOUGTON *Obſervations geographical natural and hiſtorical, on the coaſt of Guinea* London anno 1725. 8°.*. Medicus cum fuerit, rem tamen naturalem & herbariam neglexit, ut nihil hic reperias, præter aliqua de arboribus & plantis, in re œconomica utilitatem habentibus.

§. MCLXXIV. *J. Chriſtian Kundmann.*

J. Chriſtiani KUNDMANN *Promtuarium rerum naturalium & artificialium Uratislavienſe* Breslau anno 1726. 4°. Redit in opere *rariora naturæ & artis, oder Seltenheiten der Natur und Kunſt des Kundmanniſchen Naturalien-Cabinets &c.* Breslau anno 1731. fol.*. In Parte II. pleraque ad plantas pertinent. De horto ſuo ſicco, Graminibus exoticis 120. a PETIVERIO aucto &c. De plantis marinis. De fructibus gravidis, de ſerico vegetabili ex Apocyno: de plantis, quæ panis defectum ſupplere poſſint, inprimis Papas (Battatas vocat). De Botrydis Ambroſioidis plantatione, Theæ ſuccedaneæ. De Lilio faſciato multifloro. De Cardamindi uſu, loco Capparum. De Corona ex Caryo-

Caryophyllis texta. De Cereviſia avenacea Uratislavienſi. Poſt P. III. de cibis inſolitis & deſideriis. Multa collectitia.

De nucibus Juglandibus racemoſis *Act. Nat. Cur.* Vol. V. obſ. 104.

Ejusdem *Sammlung von Natur- und künſtlichen Sachen, deutſch und latein* Breslau anno 1753. 8°.

§. MCLXXV. *Johannis Martyn.*

Johannis Martyn *Tabulæ ſynopticæ ad methodum* Rajanam Londin. anno 1726. fol. breviſſimæ.

Ejusdem *Methodus plantarum circa Cantabrigiam naſcentium* Londin. anno 1727. 12°. Ad methodum Raji diſpoſitæ ſunt, cum generum characteribus.

Ejusdem *Hiſtoriæ plantarum rariorum Decades V.* Londin. 1728. fol. max. & recuſæ cum Germanica verſione, cura *J. Danielis* Meyer pictoris Noriberg. anno 1752. fol. max.*. Pleræque exoticæ, vivis coloribus inſignes, inter eas novæ variæ, & Martynia, Gronovia, Maranta, Turnera, pluſculæ Granadillæ.

Ejusdem *Firſt lecture of a courſe of botany* London anno 1729. 8°.*. Definitiones & icones partium plantarum, hæ ex Tournefortio.

Ejusdem Iter Derbyenſe, cum catalogo plantarum rariorum. *Philoſoph. Tranſact.* n. 407.

Quæ ad Virgilium contulerit botanica, tetigimus. — Primum *Georgicorum* L. IV. ut videtur anno 1741. excudit Londini 4°. deinde 1746. 8°.* multis codicibus collatis. Pertinet huc potiſſimum agri cultus in L. I. ſed arborum vitisque etiam magis in L. II. Ad eos libros Vir Cl. eruditos Commentarios edidit, undique ex antiquis collectos, eo fine, ut plantæ veræ veterum nobis innoteſcant. Aliquarum etiam icones dat. In L. IV. De Cerinthe, Apiaſtro, & Meliſſa quærit. Pro Hyacintho Martagon habet, pro Amello Aſterem Atticum.

Bucolicorum ſplendida eſt editio Londin. anno 1745. 4°. magn.*. Quæcunque occurrunt plantæ Virgilianæ, eas quærit noſter conſtituere, multus in Liguſtro &c.

In *Philoſophicis Tranſactionibus* n. 475. deſcripſit Erinaceum ramoſum.

§. MCLXXVI. *P. B. Clarici. C. Trinci.*

Paolo Bartolomeo Clarici *Iſtoria e cultura della piante piu rigardevoli pel fiore* Venet. anno 1726. 4°.*. Sacerdotis opus, poſthumum, qui multum delectaretur Heſperidibus, & delineanda topographia. Tournefortium ſequitur, & ornamentis mythologicis abundat. Plantas peculiares vix habet, præter numeroſos flores plenos. Cultum docet.

Coſimo TRINCI *L'Agricoltore ſperimentato che enſegna la maniera piu ſicura di connoſcere, piantare, allevare e condure ſino dalli piu teneri alla loro perfezione alcune piante piu neceſſarie al vitto umano* Lucca anno 1726. 8°.* & auct. anno 1731. 8°. SEGUIER. Lucca 1759. quæ non prima eſt editio, ut paſſim lego Venet. 1763. 8°. cum tractatu de bombycibus. Patritius Piſtorienſis rure vixit, & absque eruditione artificia tradit, quibus agricolæ in fructibus agri ſui augendis utuntur. Primaria cura eſt vitium. Plures vult ſpecies coli, neque tamen miſtas. Cultum earum, quæ de arboribus pendent, plurimum lucri (*r*) dare. Inde Olivarum cultum fuſe tradit, & Ficuum, Pirorum, Heſperidum, artesque inſerendi cum ſemente. Lupinos colit. Vetat montano ſemine in planitie uti. Laudes civium meritus eſt (*s*).

Antonii Cæleſtini COCCHI, Romani, *oratio habita in aperitione horti botanici ſupra Janiculum* Romæ anno 1726. 4°.*.

§. MCLXXVII. *Hieronymus Feyoo.*

Hieronymi FEYOO *Teatro critico univerſal* Madrit Tom. I. anno 1726. T. II. 1728. T. VI. 1734. T. VIII. 1739. Gallice Paris anno 1742. fol. recuſum, & Italice Romæ anno 1744. 4°. a M. A. FRANCONI verſum. Etiam ad plantas ſe dimiſit & gloriatus eſt, plurimorum nummorum patriæ ſuæ compendium feciſſe, quod oſtenderit, plantas in Hiſpania naſci, quæ aliunde arceſſebantur. In Tomo II. hiſtoria naturalis eſt. In T. VI. miracula naturæ & agriculturæ. In T. VIII. de iis, quæ ex terra proveniunt. Laus agriculturæ Gallice verſa prodiit Londin. 1760. 8°.

Addidit operi ſuo *Illuſtracion Apologetica al I. ed II. Tomo del Teatro critico* Madrit 1751. 4°. 2.Vol.

Et *Cartas eruditas y curioſas por la continuacion del teatro critico* ibid. 1751. 4°. 3.Vol. CHIV.

§. MCLXXVIII. *Thomas Simſon.*

Thomæ SIMSON diſſ. *De erroribus circa materiem medicam* prima eſt quatuor *de re medica diſputationum*, quas edidit Edimburgi anno 1726. 8°.*. Nimis miſtam eſſe fabulis materiem medicam. Etiam HIPPOCRATEM & ARETÆUM medicamentis uſos eſſe absque certa cauſa utendi: corruptionem a GALENO & Arabibus auctam. Neque experimentis infuſoriis, aut admiſtis ad ſanguinem ſuccis rem confici. Male medicamenta ſimplicia miſceri animoſe monet.

§. MCLXXIX.

(r) Oppi.
(s) MONTELATICI p. 15.

§. MCLXXIX. *Angli aliqui.*

Benedicti Patris & Filii Whitmill's *Gardiners Univerſal Calendar* London 1726. 8°. Osb. 1747. 8°. ib. Opera menſtrua in horto coronario, & oleraceo, & plantarum catalogus, quæ quoque menſe primum florent; tum fructuum melioris notæ catalogus.

H. Howard's *Englands neweſt way in all ſorts of Cookery* London anno 1726. 8°. Zocha:

Charles Brikwell *Natural and political hiſtory of Portugal* London anno 1726. 8°.

§. MCLXXX. *David Wipacher.*

David Wipacher *Flora Lipſienſis bipartita* Lipſiæ anno 1726. 8°.*. Sola nomina Rivini, cum loco natali & menſe; inter ea nomina occurrunt certo erronea varia, ut Acanthus aculeatus. Quid Aſter humilis bifoliatus, trifoliatus. Cur Hedera Chenoſiris dicitur.

§. MCLXXXI. *J. Erneſtus Hebenſtreit.*

J. Erneſti Hebenstreit, viri eruditi, *De continuanda* Rivinorum *induſtria, in eruendo plantarum charactere* Lipſiæ anno 1726. 4°.*. Apologia eſt Rivini adverſus Raji, Schelhammeri, Rudbekii, & Dillenii objectiones. Catalogum addit plantarum, quas Riv. poſt editum opus ſuis tabulis inſculpſit, & hexapetalarum nuper editarum.

Ejusdem *De ſenſu externo facultatum in plantis indice* Lipſiæ anno 1730. 4°. De efficacia plantarum amararum, acrium, auſterarum, nauſeoſarum, acidarum, dulcium, ſalſarum, antiſcorbuticarum, mucilaginoſarum. Deinde de vi communi plantarum ejusdem claſſis botanicæ.

Ejusdem *Definitiones plantarum* Lipſiæ anno 1731. 4°.*. Eſt methodus plantarum. Claſſes ſupremæ ex floris regularitate & numero, inferiores ex ſeminibus.

Ejusdem *De methodo plantarum ex fructu optima* Lipſ. anno 1740. 4°.*. Fructum flori præfert: dat ſchema ex ſeminibus nudis & loculis, ad numerum fere Hermannianum.

Idem vir eruditiſſimus Africam, jubente Rege Auguſto II. adierat, ut hiſtoriæ naturalis theſauros conquireret, ſed nihil botanici de eo itinere edidit. Multa poſthuma reliquit; ut Theſes botanicas, multum in quibus rerum ad eam artem pertinentium aliquid.

Diſp.

Diſq. de ſummis plantarum generibus, & aliis quibusdam, quæ ſummis ſubſunt.

§. MCLXXXII. *Germani Varii.*

Pharmacopœa Amſterdamenſis Amſterdam anno 1726. 12°.

J. Caſimir HERT, Profeſſoris Gieſſenſis, *De Pimpinella ſaxifraga* Gieſſæ anno 1726. 4°.*. Radix ſicca igne arenæ ſubjecto dedit de more ſpiritum ex acido & lixivo miſtum, & ſalem volatilem. Inde de extracto &c.

Martin Gotthelf LOESCHER & auctor NICOLAI *Balſamum de Meccha* dixerunt Witteberg. anno 1726. 4°.*.

Pharmacopœa Ratisbonenſis Regenſpurg 1726. fol.

Fränkiſche Acta eruditorum . . . in dieſem Creiſe vorgefallene Curioſa und Merkwürdigkeiten in ſich haltend Nuremberg ab anno 1726. ad annum 1732. 12. Sammlungen. HUTH.

J. Theodor KLEIN *Faſciculus plantarum rariorum & exoticarum* 1726. 8°. HEISTER.

EJUSDEM *Tithymaloides fruteſcens Nerii folio? Nec Cacalia, nec Cacaliaſtrum* cum figuris Gedan. anno 1730. 4°. magn.*. Contra SCHREIBERUM, cujus deſcriptionem hujus plantæ dicemus. Eam noſter recte depingit, & a Cacalia ſeparat. KLEINIÆ ab ipſo nomen geſſit.

IDEM De arbore Liſtwinitza ferream duritatem induente *Comm. Lit. Noric.* anno 1736. p. 81.

Die Eberhardiſche Aloë Frankfurt anno 1726. *und Volcameriſche* Nürnberg anno 1726.

Das kleine Würtembergiſche Kochbuch Nürnberg 1726. 4°.

LANGER's *wohlgeſchlifner Wirthſchaft-Spiegel* Nürnberg 1726. 12°.

§. MCLXXXIII. *Galli Varii.*

Jac. Ant. MILLET & *J. Joh.* COSTAR *An Kina Kina hyſtericis* Paris anno 1726. 4°. PLATN.

EJUSDEM *An legumina præ cæteris alimentis ſalubria* Paris anno 1735. 4°.

PARENNIN S. I. De rhabarbari ſede natali, & de planta, quæ hieme in vermem abeat *Hiſt. de l'Acad.* 1726.

Relation

Relation de differens voyages dans l'Afrique, l'Amérique & aux Indes Occidentales 1726. 12°. Burette.

In *Journal* de Trevoux P. C. Breton de Coffea agit, quam plantavit & educavit anno 1726. Menſe *Mart.*

§. MCLXXXIV. *Breslauer Sammlungen.*

In *Breslauer Sammlungen* anno 1726. varia botanici argumenti continentur.

Menſe *Januario* De Cereo & Coffea, qualia multa ſupprimo.

Menſe *Majo* De Aurantiis difformibus.

Menſe *Majo* & *Julio* multa de re hortenſi & arborum cultu. Anima rationalis, critice malas partes amandans, hic admittitur.

Menſe *Julio* Deſcriptio Impatientis — De Hieracio myophoro.

Menſe *Auguſto* De præſtantia Secalis Livonici, toſti.

Menſe *Septembri* Iterum culmi multiplices, Roſæ ſalignæ.

§. MCLXXXV. *C. Jacob. Trew.*

Chriſtophori Jacobi Trew, Viri Ill. curioſa in plantis rarioribus fuit induſtria, quarum plurimæ ejus beneficio innotuerunt. Primum opuſculum fuit *Beſchreibung der groſſen Americaniſchen Aloë* Nürnberg anno 1727. 4°. oblong*. Cum anno 1726. Aloë Americana floridum caulem produxiſſet, noſter incrementum in dies adnotavit, cum meteorologicis tabulis contulit. Succum foliorum reperit acrem eſſe, alterius tamen ab Aloë officinarum ingenii, præter quem propria etiam in foliis reſina eſt. Flores numeravit 8265. Succus in floribus dulcis, vomitum etiam movet, & alvum. Florem accurate deſcripſit, maturumque fructum.

Ab anno 1750. ſplendidum opus per decades edidit fol. max.*, cujus nunc ſeptem decades plenas habemus. Sunt *plantæ ſelectæ, quarum imagines pinxit Georgius Dionyſius* Ehret. Plantæ vivis coloribus ad naturam & florentes ad ſtirpes expreſſæ. Earum deſcriptionem, & collata aliorum auctorum merita Trewius addidit. Inter eas plantas aliæ celeberrimæ ſunt, ut Cedrus, Ginſeng, Papaya, Tulipifera, tres Magnoliæ cum charactere, Muſæ duæ etiam cum toto charactere, Hura, Tacamahaca, Indigoferæ tres, Saſſafras. Aliæ vix aliunde notæ, ut Bocconia, Meadia, Ehretia, Palmifolia, Liliogladiolus, Meriana, Guelaha, Heliocarpus, Guanabanus. Nihil ſplendidius Flora poſſidet.

Ejusdem *Cedrorum Libani hiſtoria & character botanicus, cum illo Laricis, Abietis, Pinique comparatus* Noriberg. anno 1757. 4°.*. *Ers* vel Ares Arabum refert ad Cedrum, quo nomine in loco natali veniat. Craſſiſſimo inter conife-

ras trunco eſſe. Cedrum & Pinum ſquamas habere ſolitarias, Laricem & Abietem binas, interiorem majorem. A Pino Cedrum univolucro univerſali differre. Icones ad naturam ab EHRETIO delineatæ.

Anno etiam 1750. cepit edere florum hortenſium, etiam plenorum, ſplendidas icones, titulo *Amœniſſimæ florum imagines*, quas collegit *Chr. Jac.* TREW. *Decades* dedit VI. ſive tabulas 66.

Porro Eliſabethæ BLAKWELL Herbarium curavit in Anglicum & Germanicum ſermonem converti: totum etiam opus inſigniter emendavit. Primum hiſtoriam operum botanicorum, tum antiquorum, tum nuperorum, ad noſtra uſque tempora ex pleniſſima ſua bibliotheca addidit. Deinde nomina viresque accuratius recenſuit: curavit etiam, ut tabulæ majori cum cura ſculperentur, utque plerumque character eorum emendaretur, & nonnunquam tota planta noviter ad naturam delinearetur. Varietates & alias ſpecies a BLAKWELLIO omiſſas adjecit, & veram diſtinctarum ſpecierum dignitatem ſæpe defendit, plantæque, quoties meretur, hiſtoriam addidit. Poſterioribus voluminibus primum C. G. LUDWIG (*t*), inde E. G. BOSE, & potiſſimum *Georgius Rudolphus* BOEHMER manum adhibuerunt, cum TREWIUM nimii labores eam de hoc opere retrahere cogerent. Verſionem ſuſcepit *J. Fridericus* HEKEL, & characteres ſæpe ſubplevit *Franciſcus* SCHAL, hortulanus.

Denique poſtquam 500. tabulas BLAKWELLIANI operis ediderat, cepit, ſemper tuente utilia opera TREWIO, edi *appendix*, cujus 74. tabulæ nunc prodierunt, plantarum vel omiſſarum a BLAKWELLIA, aut minus recte ſculptarum.

In *Comm. Lit. Noric.* anni 1731. p. XIV. p. 202. 893. botanica aliqua habet.

EJUSDEM De Pſeudorchide *obſ.* p. 60.

De Dracunculo Calla p. 60.

De Aloë Africana cauleſcente &c. p. 91.

De Stratiote aquatica & Morſu ranæ p. 164.

Anno 1732. De Aloë Americana A. Draconis folio n. 9.

De modo, quo retia foliorum nudantur n. 10.

Anno 1734. De Malo florente n. 35.

Anno 1735. De propagatione plantarum varia, & de tuberibus calycis querni.

Anno 1736. De figuris in ligno fagino p. 137. 145.

De Coralliorum vegetatione p. 279. 315.

De Salvia pyrenaica Lavandulæ folio p. 361.

De

(t) A II. Centuria.

De Orchide tetrapetala, Sedo Afro perfoliato, Craſſula foliis teretibus, Peziza cinnabarina p. 409. cum perpulchris figuris.

Anno 1737. p. 129. ſeq. & 164. 187. De oleo Cajeput, & Cardamomorum ſpeciebus, cum earum iconibus.

De parum nota ſpecie Mallagettæ, reſpondente per omnia fructui Cajeput p. 163.

De faſciato Millefolio, & radicibus ex folio Aloës margaritiferæ natis.

P. 396. 402. & 409. Icones Perſicariarum vulgarium, cum varietatibus.

Anno 1738. p. 225. MAGNOLIA Cotini folio.

P. 377. De fabuloſa Serpentaria MUNTINGII, ex mala icone HAVENREUTERI nata, quam GESNERO miſerat, exque alia mala icone HEROLDI.

Anno 1739. hebd. 3. de Noſtoch.

Hebd. ult. de Piro monſtroſo.

Hebd. 6. 7. 13. 15. De flore Muſæ, & fructu, cum pulchris iconibus. Perianthium habere, & quatuor petala, & quatuor ſtamina, contra LINNÆUM.

Anno 1740. hebd. 47. De Cicuta terreſtri majori & Aconito cæruleo.

Hebd. 48. De Cicuta minori & aquatica.

Hebd. 49. De Oenanthe viroſa accurate egit & n. 50. noxæ hiſtorias aliquas addidit.

Anno 1741. agit n. 5. De Zingibere.

N. 37. De plantarum varietatibus, fertilitate Secalis.

N. 44. De bulbo in Tulipæ caule: de bulbis in caule Lilii albi.

N. 49. & 50. De Muſæ flore, cui ſtamina ſex, nectaria, flores ſteriles & fecundi.

N. 47. De Seneca Virginiana, Polygalæ ſpecie.

Anno 1742. n. 49. De Ninzin umbellifera KÆMPFERI & Ginſeng baccifera.

N. 51. De Helleboro albo & nigro, variorum auctorum.

N. 52. Saururi ſpecies cum icone; duo caules Aſparagi connati; Armeniaca flore pleno calycis ſegmentis ampliſſimis.

Anno 1743. Iterum de Helleboro albo n. 9. 10.

N. 36. Cannacori character emendatus.

Anno 1744. n. 41. 44. 46. 47. De Aloës variis ſpeciebus florumque diſcrimine. Ortus petali ex receptaculo non demonſtrat florem polypetalon.

N. 44. 45. De flore Liliaceo TOURNEFORTII.

N. 45. De ſyſtemate botanico ex flore, calyce & ſpatha, calyce nempe ſimplici, duplici, triplici, quadruplici; deinde perianthio per numeros diviſo.

N. 50. De Cannacori charactere.

N. 44. 45. De Hyacintho Africano duplici, & n. 31. 33. de Sago.

Anno 1745. n. 52. De Saururi fructu; characterem etiam plenum Coffeæ hic dedit vir CL.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* III. de Croci vero charactere, cum pulchris iconibus *obſ.* 129.

In *Voluminis* IX. appendice Cereum ſerpentem deſcribit, cum pulchris tabulis.

In *Nov. Act. Nat. Cur. Vol.* I. de Cedro Libani, & de Napea, planta Malvacea dioica, infertili, niſi mares in vicinia ſint.

In *Vol.* II. *app.* Saſſafras arboris hiſtoriam tradit, eaque occaſione de variis Lauri nobiliſſimis ſpeciebus ſtudioſe egit & ſollicite.

In *Vol.* III. *app.* vindicias ſententiæ ſuæ dedit de Cedro Libani, & una characteres & deſcriptiones plantarum coniferarum adfinium.

§. MCLXXXVI. *Stephanus Hales.*

Stephanus HALES, Eccleſiaſtici ordinis vir, pius, modeſtus, indefeſſus, ad inveniendum verum natus, edidit *Vegetable ſtatiks or an account of ſome experiences on the ſap of vegetables &c.* London anno 1727. 8°.*. Gallice verſum a BUFFONIO Paris anno 1735: 4°.*. Germanice Hallæ anno 1747. 4°.*. Italice Neapoli anno 1756. 8°. 1758. 8°.* vertentur M. ANGELA ARDINGHELLI. Belgice *Groyende weegkunde* Amſterdam anno 1734. Liber eximius, & cujus pauciſſimos habemus æmulos, qui totus potius legi volet, quam decerpi. Pertinent huc capita quinque. Primo conſtituit pondus incredibile humoris aquoſi, quem plantæ perſpirant, & qui in nonnullis intra unicum diem pondus plantæ æquat. Inde vim, qua arbores ſuccum nutritium trahunt, & potiſſimum vitis. Ea vis eſt in adtractili potentia tubulorum capillarium, & in calore ſolis, tanta vero, ut quinquies vim ſuperet, quæ in equo ſanguinem propellit. Tunc motum lateralem ſucci alentis, & liberum commeatum a trunco ad ramos, a ramis ad truncum. Oſtendit, ſuccum non vere in circulum ire, ſed interdiu adſcendere, cum nocte & frigore deſcendere. Denique capite quinto, aërem a plantis inſpirando adtrahi, & per folia, & per radices, minus per juniores ramos, magis per vetulos, æſtate cum ſucco plurimum. Aëris calorem a plantis accuratiſſime ſentiri, ut ſuccus vitis in aëre per nubem obſcurato intra unicum horæ minutum ad unciam deſcendat. Folia eſſe antliam, quæ motum ſucci, debilem alioquin futurum, acceleret. Inde fieri, ut arbores plorent,

plorent, quoad majuſcula nunc facta folia ſucci motum expediant, tunc enim deſinunt plorare. Interdiu perſpirare ſuccum, noctu reſorberi. Hæc omnia per experimenta confirmantur.

In capite ſeptimo ſyſtema vegetabile conſtituit. Folia pluviam inſpirare & rorem, antlias eſſe, quæ plantæ ſuccum nutritium elevent & fructui ſuppeditent, arbores ergo non nimis foliis privari debere. Fibras ſpirales videri aëris adſcenſum promovere. Pollinem ſtaminum, ut qui ſulfureus ſit, aërem elaſticum adtrahere, & cum ejus particulis maxime mobilibus uniri, & a piſtillo ſub veſperam reſorberi, & abire in punctum ſaliens. Sed hæc, quæ laudari merentur, infinita ſunt.

Gallica editio nonnulla habet uberius expoſita, etiam icones mutatas.

Germanica etiam aliqua de fabrica plantarum ex WOLFIANIS ſumta. Vaſa aërea plantarum ex variis arboribus deſcribuntur.

In *hæmaſtatiks*, quæ Londini anno 1733. 8°.* ſucceſſerunt, appendix aliqua habet ad plantas pertinentia. Cortice a ramo detracto etiam ramum inferiorem necari. Primo vere ſuccum omnino in inferiori parte arboris ſola lignum inter & corticem moveri, non vero in parte ſuperiori, neque per ramos eo tempore ſuccum fluere: contra autumno ſuccum de ramis fluere, non de trunco. A fructu Ficus ſuccum deſcendere in ramos, & putridum fructum eos ramos hoc veneno enecare. Spiralia vaſa videri aëris, non ſucci, adſcenſum promovere.

EJUSDEM *Account of his experiments upon tarwater* London 1745. 8°.

§. MCLXXXVII. *Angli Varii.*

William SNELLGRAVE *New relation of ſome parts of Guinea* London anno 1727. 8°. 1734. 8°. pauca ad hiſtoriam naturalem continet.

The vineyard: being a treatiſe ſhewing the manner of planting and cultivating vines in foreign parts: directions of making wines: method of planting vines in England. New experiments in grafting and inoculating all ſorts of fruits: a beſt manner of raiſing ſeveral ſorts of compounded fruits London anno 1727. 8°. SEGUIER.

Benjamin TOWNSHEND *Sendsman* London anno Lipſiæ 1727. 8°. 1768. 8°.*. *Vollkommner Saamenhändler &c.* Hujus editionis verſio non bona eſt, libelli multi in unum conjuncti. Varietates leguminum, ut piſorum: plantæ edules, flores, arbores, pabulares ſtirpes: catalogus plantarum apud hortulanum venalium: artificia, hæc brevia.

E. S. *Compleat Houſewife* London 1727. 8°. ZOCHA.

In *Phil. Tranſact.* n. 397. *Edmundi* BARRELL experimenta in ſeminando viſco facta. Facile ſuccedit, dum in rimoſum, neque in glabrum corticem ſemen

men depoſueris IDEM n. 405. Eam arborem in aliis ſtirpibus maſcula organa habere, in aliis feminina.

Caleb THRELKELD *Synopſis ſtirpium Hibernicarum* Dublin anno 1727. 12°.*. Catalogus alphabeticus, cum viribus medicatis collectitiis, a viro ſcripta, qui præter codices M.S. D. *Thomæ* MOLYNEUX, & aliqua ab amicis communicata, vix quidquam adderet ſui. Nollem ab eo homine in DILLENIUM ſcriptum fuiſſe. In appendice plantæ ſunt D. MOLYNEUX, pulchriores & rariores. Cur ficta dicantur nomina, non video.

In Supplemento IV. *Collectionum Breslavienſium* aliqua de Abiete, potiſſimum ramo ejus arboris vicinam Abietem perforante.

§. MCLXXXVIII. *Suecica.*

Petrus LUNDMAN *De Junipero* Hardervici anno 1727. 4°.*.

MAGNI MENTZER *Swenska akermannan* Stokholm 1727. 8°. De valore ruris œconomico, de lupuleto.

EJUSDEM *Utforlig beskrifning om holländska tabak örtens ans och ſkötſel lämpade after wort Climate* Stokholm 1747. 8°.

Erich SALANDER *Gärdsfogde inſtruction* Stokholm 1727. 8°. ut integra villa inſtruenda ſit cum lupuleto, agro, armento.

Jonas ALSTRÖM de cultu pattatas, quas commendat cum *Swenſka färoherdens trogna wägwiſare* Stokholm 1727. 12°.

Jacob SERENIUS *Engliſka akermannen och färoherden* Stokholm anno 1727. Contraxit Anglorum præcepta de ſepibus, pratis, fimo, leguminibus, cerealibus, lupuleto.

§. MCLXXXIX. *Germani Varii.*

J. Paul. Sim. HILSCHER *De abuſu potus Coffeæ in ſexu ſequiori* Jen. 1727 .4°.

EJUSDEM *De Gramine dactylo latiori folio, Schwaden vel Manna* Jenæ anno 1747. 4°.*. In Seplaſiis venale, proſtare, & eſſe de Gramine dactylo.

Georg Daniel COSCHWITZ & *J. Jac.* SCHULTHESS *Idea pharmacopœa rationalis* Hall. 1727. 4°.*.

J. D. LEOPOLD σημιδολογια *ſ. de betula* Tubing. 1727. 4°.

J. Anton KLOECK *De uſu & abuſu corticis Peruviani* Leid. 1727. 4°.

Hans SCHUPPEN *Kochbuch* Lübeck 1727. 4°.

F. C.

F. C. WEBERS *Gründliche Einleitung zum Gartenbau und inſonderheit zur Baumzucht, aus den Schriften des* QUINTINIE *und Jardinier Solitaire* Hamburg 1727. 4°. 2. Edition.

J. Gerard SCHELLER, V. D. M. *Reiſebeſchreibung von Lapland und Bothnien* Jena anno 1727. 8°.*. Huc pertinet caput 5. quo aliqua continentur de arboribus & plantis utilibus & conſpicuis Bothniæ & Laponiæ.

Neueröffnetes Materialien - und Naturalien - Magazin, in welchem die zur Arzney dienlichen Vegetabilia und Meergewächſe beſchrieben ſind, wobey alle Kräuter, Bäume, Gewächſe, Wurzeln, Thiere, Steine in 67. Kupfern vorgeſtellt werden Leipzig 1727. fol. GUNZ.

Urban Gottfried BUCHER *Sachſenlands Naturhiſtorie* Dreſden 1727. 8°.

Conſpectus materiæ medicæ ſelectioris, quo medicamenta uſitatiora ſerie alphabetica exhibentur, ac normæ inſtar Pharmacopolis Ratisbonenſibus cura Collegii medici præſcribuntur Ratisbonæ 1727. fol. TREW.

§. MCXC. *Iv. J. Stahl.*

Ivonis Joh. STAHL *De pane, potiſſimum Triticeo* Erford. anno 1727. 4°.*. Spiritum acidum ex pane Secalino obtinuit, igne ſubjecto, & oleum æthereum. Fermento abdomini impoſito, ſoluta alvus, ſed in multis nimius videtur. Laudat *eſſentiam panis.*

EJUSDEM *De Tabaci effectibus ſalutaribus & nocivis* anno 1732. 4°.*. Deſtillat ad vulgarem modum Tabacum ſpiritum acrem, & ſalem volatilem, oleumque empyreumaticum, cum acore fervens.

EJUSDEM *De Chocolata Indorum, ejusque viribus medicis* anno 1736. 4°.*.

EJUSDEM *De decocto Bromio* LOWERI anno 1729. 4°.

EJUSDEM *De uſu & effectibus potus Coffeæ* anno 1731. 4°.

EJUSDEM *De veris herbæ Theæ proprietatibus & viribus medicis* anno 1734. 4°.*. Analyſin dat. Extractum aquoſum auſterum, cum adfuſo ſpiritu vitrioli efferveſcit, & nigrum fit.

§. MCXCI. *Iſaac Rand.*

Iſaaci RAND Catalogus plantarum Legato SLOANEO debitarum, in *Phil. Tranſact.* n. 399.

EJUSDEM *Index plantarum officinalium, quæ ad materiæ medicæ ſcientiam promovendam in Chelſeyano horto ali & demonſtrari curavit Societas Pharmacopolarum Londinenſium* Londin. anno 1730. 8°.*. Plantarum 518. nomina, & indicium partis cujusque, quæ in medicina adhibetur.

EJUSDEM *Horti Chelſeyani Index compendiarius* Londin. anno 1739. 8°.*. Genera 793. Species permultæ, nomina ſola.

§. MCXCII.

§. MCXCII. *Acta Acad. Nat. Cur.*

Acta Academiæ Naturæ Curioſorum novo cum titulo *Voluminis* I. *anno* 1727. inceperunt excudi*.

In eo volumine *J. Henricus* Link pharmacopola Lipſienſis obſ. 29. novam Contrayervæ ſpeciem deſcripſit.

Obſ. 106. De arbore Coffeæ Lipſiæ florente.

J. Adamus Limprecht obſ. 52. a Cicuta hauſta delirium, vomitu ſublatum: cum ægrum, vidit ſupervixiſſe, & alium periiſſe.

Georg. Tobias Weismann decoctum viſci querni vidit in roborando ſyſtemate nervoſo utiliter adhiberi obſ. 191.

Conradi Grimm magna ſymptomata ex Cicutæ radice cum Paſtinaca adſumta obſ. 200.

In adpendice anonymi, procuratoris in Cinnamomi commercio, Canellæ ſeu Cinnamomi cujuscunque generis hiſtoria, ex Germanico verſa. Novem aut ſpecies, aut varietates, Cinnamomi hic recenſentur, & per depicta folia definiuntur, quæ omnes in Ceylonia proveniunt. Subjectus eſt Commentarius de variis plantis medicatis Indicis. De Camphora, & cera Cinnamomia. Idem libellus reperitur in *Phil. Tranſact.* n. 409.

§. MCXCIII. *And. Elias Buchner.*

Andreas Elias Buchner, Erfordiæ Profeſſor, inde Halæ, & Academiæ Naturæ Curioſorum præſes, cepit edere anno 1727. *Miſcellanea*, *ſeu Nachrichten von phyſicaliſchen und mediciniſchen Dingen* Erfurt 4°.* ad imitationem operis Kanoldiani, quatuor tamen poſt annos intermiſſa. In eo anno 1727. Menſe *Febr.* reperias noxam ſeminis Stramonii loco Nigellæ adſumti.

Menſe *Junio* De Eruca in Quercu conſpicua.

Menſe *Septembri* De frumenti Wallachici fecunditate; tum anno 1729. Menſe *Decemb.*

Anno 1728. Menſe *Junio* Aloës ſuccotrinæ rubræ florentis hiſtoria, cujus ſuccus erat Aloës odore.

Menſe *Julio* Exemplum virium antaſthmaticarum Colchici.

Menſe *Auguſto* Icon Aloës Succotrinæ florentis, & arboris goſſypiferæ *Capok*.

Menſe *Novembri* laudes Arnicæ ad nixus nimii noxam.

Anno 1729. Menſe *Novembri* De noxio effectu Cicutæ aquaticæ, & infuſi Cichorii uſu adverſus ulcera ſinuoſa.

Anno

Anno 1730. Menſe *Aprili*, De Phallo.

Menſe *Auguſto* De Aloë florida.

Menſe *Septembri* De arbore Draconis, & aliis plantis peregrinis florentibus.

Idem edidit *fundamenta materiæ medicæ*, — *Simplicium hiſtoriam, vires, & præparata exhibentia* Hall. anno 1754. 8°.*. Plantæ medicæ hic ſæpe deſcribuntur, ſemper autem vires medicæ, & elementa enarrantur. Ordo alphabeticus, neque omiſſæ plantæ obſoletæ. Lavendulam a Spica Nardi ſepares, neque Cicutam aquaticam inter medicamenta recipias, quando terreſtrem quæris.

—Ejusdem *Syllabus materiæ medicæ ſelectioris cum deſignatione ponderis, quo ſimplicia & compoſita in omnis generis formulis præſcribuntur* Hall. anno 1755. 8°.*

Plurimas etiam diſputationes edidit, quarum aliquæ argumenti ſunt botanici.

De genuinis principiis & effectibus Arnicæ Erford. anno 1741. 4°.* Analyſis. Salis fixi plurimum dat; eſſentiam cum ſpiritu vini grati odoris; extractum aquoſum blande amaricans. Ejus uſus medicus. Exemplum rheumatiſmi ea herba ſanati.

Ejusdem & R. Bertuch *De Fraxinella* Erford. anno 1742. 4°.*.

Ejusdem *De legitima præparatione ſalium eſſentialium vegetabilium* Erford. anno 1742. 4°.

Ejusdem *De nuce Juglande* R. Spindler Erford. anno 1743. 4°.

Ejusdem & Pachhelbl *De Pareira brava, ejusque virtutibus medicis* Erford. anno 1744. 4°.*. Analyſis illa vulgaris & inutilis.

Ejusdem & Helcheri *De radice Ipecacuanhæ* Erford. anno 1745. 4°.*. Iterum analyſis illa vulgaris, quæ ex omnibus fere plantis eadem obtinet principia.

Ejusdem *De venenis & eorum agendi modo* Hallæ anno 1746. 4°.

Ejusdem & Frauenknecht *De genuinis viribus Tabaci, ex ejus principiis conſtitutivis demonſtratis* Hall. anno 1746. 4°.*. Ex Tabaco Virginico poſt aquam habuit liquorem limpidum, penetrabilem, acrem, & primordia ſalis volatilis; deinde & oleum innatans, & alterum grave oleum empyreumaticum, acre, ut maxima olei ſit portio. Cum ſpiritu vini adjecto verus ſal volatilis adparuit. Cinis inſipidus cum pauciſſimo ſale. Decoctum cum aqua ſparſit odorem nauſeoſum, caput tentantem. Extractum valde amarum, acre, urens, nauſeoſum. Cum ſpiritu vini tinctura amara, acris, urens: extractum valde amarum, acre. Deinde vulgaris Tabaci analyſin dedit. Oleum empyreumaticum *rectificari* poteſt, ut olei animalis perſimile fiat. Sed tota diſſ. legi meretur.

EJUSDEM *De oleis expreſſis eorumque modo agendi* Hall. anno 1747. 4°.

EJUSDEM & LOEBER *De Curcuma officinarum ejusque genuinis virtutibus* Hall. anno 1748. 4°.*. Ex radice cum aqua deſtillata, contra negantem NEUMANNUM, aliquid olei ætherei obtinuit. Reſinoſum extractum copioſum, & aquoſum inflammabile paravit.

EJUSDEM & SCHWARZ *De genuinis Opii effectibus in corpore humano* Hallæ anno 1748. 4°.*. Aquam dat ſuo odore imbutam, absque oleo æthereo: Extractum porro ſpirituoſum, abunde, cum aquà vero unctuoſum quid, & aquoſum extractum, nullas vero ſalis cryſtallos. Cani, cui propinatum fuerat, vaſa cerebri turgida fuerunt. Felem occidit, celeriter etiam canem, cum ſaponaceum illud ei daretur. A fermentatione vis vaporifera augetur. Opium vim vitalem auget.

EJUSDEM & STEGMANNI *De ſalutari & noxio Ellebori ejusque præparatorum uſu* Hall. anno 1751. 4°.

EJUSDEM & ADAMI Coi *De damnis ex abuſu reſinæ Jalappæ* Hall. 1750. 4°.

EJUSDEM *De oleis eſſentialibus* Hall. anno 1752. 4°.

EJUSDEM *Obſervationes de quibusdam remediis frequentiori uſui reſtituendis* Hall. anno 1752. 4°.

EJUSDEM & FUCHS *De Pinaſtro ſeu Pino ſylveſtri* Hall. anno 1754. 4°.*.

EJUSDEM & auctoris *J. Chriſtian* EBEL *De Indo Germanico ſeu colore cæruleo ſolido ex Glaſto* Hall. anno 1756. 4°.*. Non per fermentationem ex Glaſto ſolidum colorem cæruleum obtineri, neque liquoris ſolventis ope, neque tantum materiæ tingentis poſſidere, quantum Indigo. Poſſe tamen adfuſo ad viridia folia Glaſti certo liquore dejici id cæruleum, quod eſt in Iſatide. Inveniſſe NEUENHAHNIUM vulgare, neque pretioſum medium, quo intra ictum oculi extractum ſaturate cæruleum de foliis maturis, profunde viridibus, iſatidis extrahatur. Indicum, ut præparatur, extractum eſſe inflammabile. Germanice, auctius, Braunſchweig anno 1757. 8°.*.

EJUSDEM & STONER *De vino ut medicina & veneno* Hall. 1756. 4°.

EJUSDEM & GUTTORF *Spicilegia quædam ad olei vini præparationem uſumque* Hall. 1758. 4°.

EJUSDEM & SCHMIDT *De Soda Hiſpanica ejusque uſu medico, chemico, œconomico* Hall. 1758. 4°.

EJUSDEM *De virtute corticis Peruviani antiphlogiſtica* Hall. 1768. 4°.

EJUSDEM *De uſu corticis Peruviani cum Camphora uniti in febribus ex putredine ortis* Hall. 1762. 4°.

EJUSDEM *De præſtantia Camphoræ in deliriis* Hall. 1763. 4°.

EJUSDEM

Ejusdem & Seelmatter *De gummi reſinis Kikekunemalo, Look & Galda* diſp. Hall. anno 1764. 4°.*. Aliqua ad vires medicatas.

Ejusdem & Kronecker *De uſu corticis Peruviani chirurgico* Hallæ anno 1766. 4°.

Ejusdem *De acutius defendenda fructuum horæorum in producenda dyſenteria innocentia* Hall. anno 1766. 4°.

Ejusdem & *Chriſtoph. Heinrich* Cruse *De purgantium reſinarum & gummatum converſione in ſapones horumque uſu medico* Hall. anno 1766. 4°.

Ejusdem & Wermuth *De plantarum amararum inſigni virtute medica* 1768. 4°.*

Idem, Fagini nomine adoptato, *diſpenſatorium Regium & Electorale Brandenburgicum* Erfordiæ anno 1734. fol. recudi fecit, multis incrementis auctum.

Ejusdem *Academiæ* S. R. J. *Naturæ Curioſorum hiſtoria* Hall. anno 1756. 4°.*. Huc omnino hactenus pertinet.

In *Abhandlungen* T. II. Hall. 1768. agit de vino lithargyro corrupto.

§. MCXCIV. *Anton. Wilh. Plaz.*

Antonii Wilhelmi Plaz *De Tabaco ſternutatorio* diſp. Lipſ. anno 1727. 4°. 1733. 4°.*.

Ejusdem *De potus Coffeæ abuſu, catalogum morborum augente* Lipſiæ anno 1733. 4°.*, recuſa in *faſciculo* anno 1751. 4°.* edito. Hiſtoria Coffeæ, elementa, noxæ, quas nimium extollit, certe in generationis, quæ ei potui tribuit, impedimentis.

Ejusdem *Hiſtoria radicum* Lipſiæ anno 1733. 4°.*. Varietates radicum, earumque corpus &c.

Ejusdem *Seminum diſquiſitio* Lipſiæ anno 1736. 4°.*. Seminis anatome, nutritio, varietas, figura.

Ejusdem *Foliorum hiſtoria* Lipſiæ anno 1740. 4°.*. Folii a cotyledone diverſitas; fabrica; color proprius; uſus; nutritio; morbi; varietas.

Ejusdem *Caulis plantarum* Lipſiæ anno 1745. 4°.*. Ejus & ligni anatome, ejus functio, utilitas, diverſitates. Spirales fibras defendit.

Ejusdem *De flore plantarum* Lipſiæ anno 1749. 4°.*. Petalon a folio differre, quod pediculo careat & tracheis. Flores plenos non eſſe monſtra, qui non rariſſime ſemina perfecta producant. Florum varietates. Non omnem floris colorem variabilem eſſe, nunquam in arboribus umbilicatis. Artificio color mutatur, ſed omnes flores ad naturalem colorem redeunt.

Hæ quinque diſſertationes cum titulo, *Organicarum in plantis partium hiſtoria* Lipſiæ anno 1751. 4°.*, redierunt, reviſæ & auctæ.

EJUSDEM *De plantarum plethora* anno 1754. 4°.*. A plethora plenitudinem florum naſci; alias plantas reſina aut gummi effuſo ſe plethora liberare.

EJUSDEM *Natura plantas muniens* anno 1761. 4°.*. Stipulæ, ſpinæ.

EJUSDEM *De plantarum facultatibus, ex ipſarum charactere neutiquam cognoſcendis, programmata tria* anno 1761. 1762. 1763. Recte monet.

EJUSDEM *De Saccharo* Lipſiæ anno 1763. 4°.*. De Saccharo potiſſimum Arabum.

EJUSDEM *De vulgatiorum remediorum uſu non rejiciendo* anno 1763. 4°.*.

EJUSDEM *De plantarum ſub diverſo cælo naſcentium cultura* Lipſiæ anno 1764. 4°.*. Imitandus nempe nativus cujusque plantæ calor.

§. MCXCV. *Hiſpani.*

Emanuelis MARTINI, Profeſſoris Valentini, *Diſſertacion ſopra la theriaca magna* Valentiæ anno 1727. 4°. CAP. de V.

Gaſpar VIDAL *Diſſertacion pharmaceutico-medica ſopra la compoſicion de la theriaca magna* Valentiæ anno 1727. CAP. de VIL.

Joſ. ARNAU *Certamen pharmaceutico Galenicum circa Theriacæ magnæ præſtantiam* Valencia anno 1727. 4°. CHIV.

§. MCXCVI. *Trivultini.*

In *Diario Trivultino* anni 1727. Menſe *Julio.* Cacao plurium generum deſcribitur, & flos, valde is ſingularis.

Incipiunt hic ab Menſe *Julio* deſcriptiones plantarum Americanarum ab homine perito, & in Inſulis Antillis vivente ſcriptæ. In hac particula videas Ananas, Achuru (Bois d'Inde), Caſſiam, Cacao, Gummiferam arborem, Indigo. Ubique characteres & deſcriptiones emendantur.

§. MCXCVII. *Batty Langley.*

Batty LANGLEY *Pomona or the fruit garden illuſtrated — Sure method of improving the beſt Kinds of fruit; directions for Pruning, Nailing, preſerving the bloſſoms, thinning of young fruits, preſerving of'em* London anno 1729. fol.*. Duæ partes, theoretica prima, altera practica. In priori STEPHANUM HALES fere ſequitur: ut vetet folia omnia deſtruere, quæ motum ſucci ad fructum accelerent, plantæque perſpirationem augeant. Omnibus enim foliis detractis ramos interire, etiam ſi umbram iis procuraveris. Perire etiam, ſi aquæ ſatis habuerint, folia autem ejus uſu excludantur: eadem vero folia ſufficere, & humoris

humoris ſatis plantæ ſuppeditare, etiam ſi terra nihil humoris addiderit. Jubet ergo ramos ad parietem per intervalla adfigere, quæ ſint æqualia longitudini folii; fructus paucos relinquere, juniores ab æſtu ſolis pomeridiani defendere: & legem fert, quæ annum definit, in cujus ramo quæque arbor fructum proferat, & in quanam parte ramos putare oporteat. Cæterum de terra agit, de principiis vegetationis, de cultu ſylveſtrium arborum & domeſticarum. Fructus horæos melioris notæ in 79. tabulis exprimit, quas foliorum & fructuum icones ad naturam accuratiſſime factas eſſe teſtatur, etſi florum figuræ obiter depictæ ſunt. Fructus deſcendunt ad Groſſulariam uſque & Fragariam, & plurimæ varietates recenſentur.

Accedit *Hugonis* STAFFORD Diſſ. de optimis ſpeciebus pomorum, ex quibus Sicera in Devonshire coquatur. Sylveſtres mali ſunt, quarum fructum præfert, aut mali ex ſemine natæ.

EJUSDEM *Sure method of improving an eſtate by plantations of oak, elm, aſh, beech and other timber trees* London anno 1728. 8°. *. Iterum de foliorum uſu & de neceſſitate perſpirationis aliqua, & propria & HALESIANA. Deinde cultum arborum tradit, ad materiem aptarum, calculosque ſumtuum, qui ad ſylvas condendas requiruntur. Varietates ubique multas habet, neque male, ſi ad uſus humanos aliam & aliam habent portionem. Videtur experientiam ad opus adtuliſſe, etiam fraudes in dimetienda materie obvias detegit. Liber omnino utilis.

EJUSDEM *New principles of gardening or the laying out parterrs &c. the various names deſcriptions virtues and cultivation of roots, pulſe, and herbs* London anno 1728. 4°. SEGUIER.

§. MCXCVIII. *H. L. du Hamel.*

In *Mémoires de l'Acad. des Scienc.* anni 1728. primum adparet celebratum nomen *Henrici Ludovici* DU HAMEL du MONCEAU, academici, cujus in partem œconómicam rei herbariæ maxima ſunt merita. Agit primum de Mucoris genere, quem vocat *Tuberoïdes*, quod radicibus Croci ſativi adhæret, eique perniciem infert. Bonam dat figuram Croci.

IDEM De varietatibus conſtantibus fructuum horæorum, quæ per inſitionem conſervantur. De effectu inſitionis: naſci ex ea, plicatis & rami & trunci vaſis, quamdam quaſi glandulam, in qua ſuccus pergat præparari: ramumque perfici, ſi in propriam, *ſylveſtrem*, arborem inſeratur. Videri ſpecies hybrides naſci ex polline ſtamineo alieno fructum fecundante. De eo per experimenta debere conſtare.

Anno 1729. Neceſſariam eſſe ad incrementum plantarum inæqualitatem in aëris temperie.

Anno 1730. primum egit de inſitione, quæ fructum meliorem facit, arboris vitæ nocet. Optime ſuccedit in Piro, quæ Piri ramum recipit, & Ceraſo, quæ alterius Ceraſi. Non ſuccedit, ſi arbor recipiens alio tempore floruerit, quam ea, quæ inſeritur. Nodus in loco inſitionis morbus eſt.

Ibid. initium anatomes Piri. Involucra quatuor, epidermis. Tela mucoſa, Tela petroſa, Tela fibroſa. Petras vocant duriores glebas, & in cute conſpicuas, & potiſſimum in pulpa, partim ſparſas, partim quaſi in canalem diſpoſitas, ſecundum Piri axin, qui ad umbilicum uſque pergit, ubi rupem quemdam efficit. Eas petras pro glandulis habet vir Clar. ſuccum perficientibus.

Anno 1731. Porro de fabrica Piri. De ejus vaſis. De nucleis, de eorum formatione ex germine.

Idem ibid. De inſitione. De ejus uſu in diminuendo proventu ligni, teneriori reddendo fructu. Ut is effectus perfectius poſſit obtineri, repetita inſitione, aut inſito ramo, cujus indoles non nimis indoli trunci ſimilis ſit.

Anno 1732. De fabrica ſeminis, cotyledonibus, eorum vaſis &c.

Anno 1736. De Mimoſæ motu experimenta. In tenebris immutabilis præſtat, ſemper aperta.

Anno 1737. Ejusdem & Cl. de Buffon varia de ligno. Ut ex libro naſcatur, de libro ſecundo ex magno gelu nato, &c. Germanice hæc redeunt in *Oeconomiſche Abhandlungen* T. VII.

Anno 1738. Idem agit de modo, quo lignum optime ad conſervationem & perennitatem præparatur. Oportet arborem tribus quatuorve annis ante uſum decorticare, ita aucta perſpiratione ſenſim emoritur, & lignum denſius fit.

Anno 1739. De vi Rubiæ, qua oſſa tingit. Redit in *Phil. Tranſ.* n. 457. Ibid. de vi pleuritidi adverſa Polygalæ vulgaris, & de Polygala Virginiana aromatica, in morbis pectoris inflammatoriis utili, Tennenti, Lemery & Jusſenii teſtimonio comprobata.

Anno 1740. De viſci ſeminatione, vegetatione, radicibus, ſexu modo duplici, modo ſimplici, cum bonis iconibus.

Anno 1744. De ablaqueatione, quæ tota in eo verſatur, ut ramus extra terram radices agat. Idem finis humectatione aſſidua facile obtinetur. Gemmas pro arbitrio agricolæ oſtendit aut radices agere, aut ramos producere. Experimenta pro regreſſu ſucci in radicem. Modus, quo rami in radices convertuntur.

Idem radices Aſparagi vidit ſe mutuo perforantes.

Anno 1746. De inſerendo. Fibræ rami inſiti cum fibris rami recipientis con-

continuantur, idque fit per cellulоſam telam, quam ramus ſuppeditat. Vulnus clauditur ab adſcendente cortice, & expanſa celluloſa tela ſub cortice poſitæ.

Anno 1748. Experimenta recenſuit plantarum absque alio alimento, ſola cum aqua natarum, cum in ſpongiis, inque muſcis ſemina ſata eſſent. Muſcus præterea humidus tenerrimarum plantarum, in ſola terra vix provenientium, germinationem promovet.

Anno 1751. Novum lignum ex cortice naſci, poſſe tamen etiam ex ipſo ligno corticem reparari, tantum ut prius cortex ſit, quam lignum.

Anno 1759. De Triticeo clavo, qualis ſolet in Secali reperiri.

Anno 1767. De ſale Sodæ in mediterraneis naſcentis. Poſſe tamen ad ſaponem faciendum adhiberi.

EJUSDEM numeroſiſſima opera ſunt, quæ ad plantas pertinent. Primum anno 1747. Pariſiis edidit *Art de la Corderie* 4°.* recuſ. 1769. 4°. In eo, ad minima ſe dimittente opere, Cannabis hiſtoria naturalis, & character traditur, & pulchræ icones.

EJUSDEM *Traité de la culture des terres* cepit edi anno 1750. Paris 12°.*. *Jethro* TULL in Anglia nuper novam rationem docuerat colendi agri, ut per intervalla cultæ, ſed ſementi vacuæ, areolæ ſepedales relinquerentur, in quas radices ſati Tritici ſe diffunderent. Id ut fieri poſſit, terra frequentius, quam ſolet, aranda eſt, ut pene hortenſi ſimilis ſit mobilisque: quatuor ideo in uno aratro cultris proſciſſa. Dum ſemen ex propria ciſta in cavas lineas demittitur, & ſementis fit compendium, & ſpatium agri omne uſui cedit. Hæc omnia Cl. du HAMEL in compendium contrahit, & tamen ornat, & phyſiologicas cauſas addit, cur uſui ſint. Agit præterea de vitiis ſegetum, de Onobrychide, de Medica. Germanice *Abhandlung vom Ackerbaue &c.* Dreſden anno 1752. 8°. HUTH. Belgice recuſum a CAR. van ENGELEN Amſtelodami anno 1762. 8°. 2.Vol.* additis LULLINI, quæ dicentur, AYMENI & aliorum experimentis, ipſiusque du HAMEL ab anno 1750. ad 1754. factis & libello D. THOME'. Titulus eſt *de nieuwe wyze van landbouw, uytgegeeven door een genootschap van liefhebbers van de landbouw in de vereenigden Nederlanden.* Notulæ additæ, etiam integri loco inſerti. Contra mutationem avenæ in Secale. In Belgio non ſucceſſiſſe Onobrychidis ſationem, ſed equidem Medicæ. Radices Tritici ad 21. pollicas deſcendere. Inſtrumentorum LULLINI ab H. L. du HAMEL perfectorum icones.

Tom. II. anno 1754. editus 8°.*. Per experimenta inventum eſt, in agro TULLIANA ratione culto una tertia plus tritici produci, & intra tres annos, cum nulla agro quies detur, ejus agri fructum duplicem eſſe: minusque periculum eſſe, ne culmi decumbant. In agro pingui parce ſerere oportet, in macro denſe. Accedunt LULLINI, Syndici nunc Genevenſis, viri magnifici, experimenta, & inſtrumenta, quibus terra magis, quam a vulgaribus cultris con-

conſcinditur. TULLIANAM ciſtam ſeminatricem du HAMELIUS perfecit. Agit de duplici uſtilagine. Laudatur Triticum longius ariſtatum.

Tom. III. Paris anno 1754. 8°.*. Iterum experimenta, quibus utilitas cultus TULLIANI ſtabilitur, variorum agricolarum periculis confirmata, LULLINI potiſſimum. Cultus Mayz, ubi mireris, maſculos flores deſtrui, ut pauci ſuperſint, ita craſſiores ſpicas ſperari. Inſtrumenta varia.

Tom. IV. Paris anno 1755. 12°.*. Experimenta anni prioris, & LULLINI, quæ etiam ſeorſim prodierunt. Variorum experimenta variis ex provinciis, variis etiam inſtrumentis facta, deque iis judicium auctoris. De rubigine, atrophia, aliisque ſegetum vitiis, demum de uſtilagine, & de ea Cl. AYMEN, & de clavo ſecalino. In LULLINO notat YOUNGIUS, quod ſumtus non in tabulas retulerit.

T. V. anno 1757. 12°.*. Iterum experimenta integris in agris facta a D. LULLIN, quæ confirmat, poſterioribus annis majorem novi cultus fructum percipi. Ager absque fimo duplicem in tribus annis meſſem dedit. Sic etiam vacuæ lineæ in Medicæ cultu ingenti fuerunt commodo, tum ad vites: paſſim etiam in Gallia ejus conſilii periculum factum eſt. De uſtilagine varia, ejusque antidotis. Ad conſervandum granum requiri ignis vim & toſtionem.

Tomus VI. anno 1761. 12°.* ſucceſſit. Quatuor arationes deſiderat auctor, etiam quinque. De Gramine avenaceo juba ſplendente, quod Galli pro *Rye-gras* habent, de Spergula. De variis fimi generibus, etiam potiſſimum de ovillo. De variis aratris, & eorum ſelectu. De ſemine tritici vetuſto, non malo eventu ſato, & de inutili maceratione. Pro majori falce contra minorem. De conſervatione grani.

Non ſeparabimus Cl. viri *Elémens d'agriculture* Tom. I. & II. primum Pariſiis anno 1764. 12°.* edita. Compendium eſt, non ut methodum auctor quæreret.

Tom. I. Pars I. agit de agri cultu: de radicum habitu ad vitam & incrementum plantarum. Non ſola aqua ali. De terræ diverſitate. Repetit ſuas iteratæ arationis laudes. De lætamine vario. Degenerationem & mutationem cerealium rejicit: de herbis noxiis, morbisque cerealium. Commendat toſtionem frumenti INTIERIANAM.

In Tom. II. Inſtrumentum ruſticum delineatur, & *Seminatorium*, quod porro laudat. De variis cerealibus, ubi monemus ne Zea pro Hordei ſpecie habeatur. De pratis etiam artificialibus, Leguminibus, Solano tuberoſo. Inde Lini cultus, & Dipſaci, Croci, Rubiæ. Arbores & vites omittit.

Hoc puto eſſe opus, quod Hiſpanice prodiit Madrit anno 1751. 4°. cum EBN ALWAM opere ejusdem argumenti. Anglice reviſed by MILLER 1764. 8°. 2. Vol.

IDEM

IDEM eſt *Kurzer Begriff des geſammten Feldbaues, gröſtentheils aus* Du HAMEL *de M. herausgezogen, mit neuen Abhandlungen, Zuſätzen und Erfahrungen* (vermehrt) Stuttgard anno 1764. 8°.* 2.Vol. Auctor compendii adjecit tractatus de cultu Nicotianæ, Lupuli, Papaveris, Carthami. Deinde fuſius de terrarum varietate egit; cum chemicis artificiis, ad earum indolem cognoſcendam idoneis. Porro de lætamine omnis generis. Auctor, ni fallor, Cl. NAST.

Cæterum hæc artificia Tulliana agricolæ fere deſeruerunt.

Porro magnum de arboribus opus Cl. du HAMEL orſus eſt. Prima pars eſt *Traité des arbres & arbuſtes, qui ſe cultivent en France, en pleine terre* Paris 1755. 4°. 2.Vol.* nempe de arboribus & indigenis, & potiſſimum etiam Americanis, quæ hiemes Gallicas tolerant. Ordo alphabeticus, methodus & nomina TOURNEFORTIANA: tum adſculpti characteres, quos iis auxit, qui poſt TOURNEFORTIUM detecti ſunt. Varietates conſtantes, quarum in re œconomica ſuum ſit diverſum pretium, tamquam ſpecies conſervavit. Icones MATTHIOLIANAS, magnæ editionis, adjecit ſuisque ſupplevit. Deſcriptionem, cultum cujusque arboris & utilitatem variam recenſuit: varietatibus connumeratis 1000. arbores deſcripſit, undique a magnorum hortorum præfectis adjutus. Pinus varias deſcribit, picisque & terebinthinæ fabricationem accurate docet. Fuſe de Moro, de Olea, Quercu. Germanice vertit *Car. Chriſtophorus* v. OELHAFEN, & notas addidit Noriberg. anno 1762. 1763. 4°. 3.Vol.

EJUSDEM *Mémoire ſur la Garance & ſa culture, avec la déſcription de ſes étuves pour la déſſécher & des moulins pour la pulveriſer* Paris anno 1757. 4°.*. Cum inter omnes ſativas ſtirpes Rubia in datæ menſuræ agro plurimum emolumenti det colentibus, nuper valde eſt laboratum, ut ejus plantæ cultus commendaretur. Ergo noſter primum depactionem tradit, quem laborem tertio annorum tritici meſſe alternat. De caldariis valde quæritur, ut poſſint æquabiliter undique calefieri. Aratrum etiam aptius deſcribitur. Icon plantæ valde glabra & adfinis Gallio ſylvatico.

EJUSDEM *De la phyſique des arbres, de l'anatomie des plantes & de l'œconomie végétale, avec une diſſertation ſur l'utilité des méthodes de botanique* Paris anno 1758. 4°. 2.Vol.*. Nobile opus, cujus merita non poſſumus in noſtram brevitatem contrahere. Diſſertatio præmiſſa de methodis, arborum nempe ſolarum adfinitatibus. Nollet nuper tot genera mutata fuiſſe. Negat botanicos ſatis definiviſſe, quomodo a ſpecie varietas differat, cum in arboribus varietates dentur ſtabiles, & per ſua ſigna definitæ. Negat etiam magis, certos dari diverſorum generum limites. Ipſius operis pars prima eſt trunci anatome. Epidermis, tunc celluloſa tela; & laminæ corticis, per quas celluloſa tela cortici ſubjecta ſe effert. Vaſa ſuccifera, cujusque plantæ propria. Lignum, ejus vaſa propria, vaſa aërea, vaſa aquoſa. Medulla, quæ de celluloſæ telæ genere eſt. Falſum reperit vir ILL. ea deſtructa fructus obtineri absque oſſiculo

culo. Non certum eſt, vaſa aërea aëri propria eſſe, certum vero, abire in fibras ligneas. Alburnum eſt lignum mollius, imperfectum, ſemicorticale, nam certo in lignum abit. Microſcopium cavos tubulos non demonſtrat, ſed tranſitus humorum. Succus aceris de ligno fluit, non de cortice, & magis ex parte arboris ſuperiori. Succus nutritius & in ligno reperitur & in cortice, vaſa tamen corticis majora ſunt. Is ſuccus & adſcendit a radice, & viciſſim deſcendit. Radicum par eſt fabrica. Deinde folia, ubi aliqua addas. Foliis ab inſectis deſtructis fructus minus integre matureſcunt. Vapor exhalans non mere aquoſus eſt. Ut exhalant folia, ita inhalant: multa hic ex BONNETO. Inde flores: ſemina adparent ante ſtamina. De fructu uberrime, & ejus fabrica, potiſſimum in Piro: de rete vaſorum ſub cortice, de glebis petroſis, de earum ſingulo vaſe; de ramis in pulpam diviſis. Quodque ſemen ſuam habet a tuba portionem. Pro duplici ſexu: de Terebintho a Piſtacia impraegnato. Aliqua de Muſcis; de Equiſeto.

T. II. De ſemine, de cotyledonibus, quarum numerus non conſtans ſit: de germinatione ſeminis: de incremento, per gelatinam organicam. Et cortex in lignum abit, & corticem lignum reparat. Vulnera reparantur per interiores laminas corticis, neque ex ligno. Inde inſitio. Fibræ rami inſititii cum trunco coaleſcunt per celluloſam naturam. Nimis diverſæ indolis rami non comprehendant. Inſitio non mutat ſpeciem rami, neque trunci. Utique ex radice aëri expoſita rami, ex ramis terræ inmerſis radices proveniunt. Utique in cortice germina latent. Negat a lumine ejusve defectu folia aut complicari, aut evolvi. Horologium plantarum infidum eſſe. Succus in terra incipit præparari, neque terra vere nutritias particulas arbori impertit. De viſci vegetatione. Succus adſcendit absque exhalatione, fere a calore motus. Colorati liquores lignum tingunt, non corticem. Succus per lignum adſcendit, non per corticem, & pars ſucci in radicem redit. Morbi arborum.

Germanice vertit Nob. OELHAFEN Nürnberg anno 1764. 4°. 2.Vol.

EJUSDEM *Des Semis & plantations des arbres, & de leur culture* Paris anno 1760. 4°.*. Germanice Nürnberg anno 1763. 4°. Hoc opere vir ILL. artificia docet, quibus obtinetur, ut, quantum ejus fieri poteſt, celerrime ſylvæ ſerantur & convaleſcant. De varietate regionum & ſitus; de ſolo cuique arbori peculiariter apto. De ſeminariis, plantariis; de vario modo, quo quæque arbor coli amat. De tranſpoſitione, ubi putat radicem perpendicularem ad vitam arboris non neceſſario requiri. De variis modis, quibus ſylvæ ſeruntur. Aratrum laudat, & ſationem cum cerealibus. Hæc omnia vero ſumtus magnos faciunt. De conſervatione ſylvarum. In *appendice* de Ceraſis Illyricis, & compendium diſſ. REICHELIANÆ de vaſis ſpiralibus plantarum.

EJUSDEM *De l'exploitation des bois, ou moyen de tirer parti des taillis demi futayes, & hautes futayes* Paris anno 1764. 4°. 2.Vol.*. Pertinet equidem ad rem œconomicam. Reperit tamen vir Cl. lignum pene nullam terram continere:

nere: in papiniano lebete abire in terram friabilem. Meliora eſſe meridionalium regionum ligna. Interiora & inferiora arborum duriora eſſe. De varia utilitate arborum ſylveſtrium. Æſtate melius eſſe arbores cædere. Exhalare arbores cæſas, uberius quidem decorticatas. Cur lignum findatur, & de modo, quo cavetur, ne rimas agat: de varia ligni utilitate.

EJUSDEM *L'art de rafiner le ſucre* Paris anno 1764. fol.*; inter eas artes, quæ juſſu Academiæ deſcribuntur. Aliqua de ipſa Arundine Saccharifera. Germanice Königsberg 1765. 4°.

In *Supplément au traité de la conſervation des grains* Paris anno 1765. 12°.* pluſcula ſunt de progreſſu novi cultus TULLIANI, de ejus frumenti bonitate: de cultu majoris Milii, & Apocyni. Germanice Königsberg und Leipzig anno 1768. 8°.

EJUSDEM *Du transport de la conſervation & de la force du bois* Paris anno 1767. 4°.*. Infinita ſeries experimentorum, quæ potiſſimum ad variam materiem pertinent, & ad eas artes & encheireſes, quibus optime conſervantur, flectuntur, adaptantur, ligna ad uſus humanos idonea. Aliqua de eo uſu, ad quem certæ arbores peculiariter aptæ ſunt, pinus ad malos, fagus ad remos. Pondera lignorum, inter ea quernum ſuperat. De evaporatione ſucci, lentiſſima. Sed omnino, quæ vir ILL. utiliter expertus eſt, nequeunt enumerari.

EJUSDEM Splendidum opus *traité des arbres fruitiers contenant leur figure, leur deſcription, leur culture &c.* Paris 1768. 4°. 2.Vol.* Poma unice deſcribit, & baccas, non nuces, neque ſpecies ſylveſtres. Incipit a conſiliis de cultu arborum pomiferarum in genere, a terra & ſeminario ad uſque decerpendi laborem, cum inſerendi & putandi legibus. Inde genera recenſet & ſpecies, etiam eas, quæ a botanicis repudiantur, quæ tamen ſe conſtanter per ramos propagant: Varietates primarias elegantiſſime delineat, deſcribit omnes, fuſe & minute.

EJUSDEM *Erklärung der Kunſtwörter aus der Botanick und von dem Landbau.* Seorſim prodiit, gallice & latine Nürnberg 1766. 8°.

§. MCXCIX. *Hiſpani. Itali.*

Joh. LOCCHES *Tyrocinium pharmaceuticum theoretico practicum Galenico chymicum auctum* Madrit anno 1728. 4°. Barcinone anno 1751. 4°. Laudat CAP. de VILA.

J. Baptiſtæ FELICI *Parere intorno alla Cioccolata* Firenz. anno 1728. 4°.*. Chocolatam reprobat, quod calida ſit, viſcoſa, miſta fumoſis aromatibus. Languorem ab ejus uſu naſci per aliquot horas ſuperſtitem, adhærere enim ventriculo, dolores facere colicos, demum frequentes apoplexias. Reſtituendis debilibus & convaleſcentibus convenire: ſed etiam Saccharum adgreditur. Adjecta ſunt poemata aliqua, cum adnotationibus medicis.

Contra hoc ſcriptum tria alia prodierunt, omnia, in editionibus meis, anno 1728. & Florentiæ 4°.

Primum eſt *Lettera in cui ſi eſaminano le ragioni addutte dell' autore del primo parere intorno all uſo della Cioccolatta.* Auctor *Laurentius* SERAFINUS. Non valde calidam eſſe, & egregie nutrire.

F. C. C. S. I. *Altro parere intorno alla natura ed ad uſo delle Cioccolatta* ſignatum eſt *Franceſco* ZETI. Optimum eſſe alimentum. GIUNTINO video tribui.

L. AVANZINI *Lezione Academica in lode della Cioccolatta.* Adeo non calefacere, ut refrigeret.

§. MCC. *Philippus Miller.*

Philippus MILLER, celebris hortulanus, in *Phil. Tranſact.* n. 403. egit de modo, quo plantæ ex ſeminibus obtinentur, quæ nunquam in ſtirpem ſuam convaleſcere putatum ſit, ut ex nuce Cocos plantata. Germinare cogit in ſcobe coriariorum, tunc in terram transfert. Eodem modo aliæ peregrinæ arbores propagantur, quarum fructus teſta prædura ſunt.

EJUSDEM magnum opus *The Gardeners dictionary* ſæpiſſime editum eſt; editiones meæ ſunt tertia anni 1737. fol.* & multo auctior ſexta anni 1752. fol.*, poſt quam multæ aliæ ſecutæ ſunt, & nuper octava. Prodiit etiam Dublini 1741. fol. HUTH. Primum ni fallor prodierat 1724. 8°. 2.Vol. Phyſices partem, quæ ad rem hortenſem pertinet, & docet hic, & ad promovendum plantarum cultum primus adplicuit; deinde plantas ſingulas, cum earum ſpeciebus, deſcribit, cultumque optimum indicat, qui in Anglia feliciſſime ſuccedat, ut Britanni omnibus Indorum theſauris fruantur. Omne etiam inſtrumentum, & hibernacula & tepidaria hic reperias. Non poſſumus ſingula perſequi, id unice monemus, vix aliud opus hujus generis in uſu receptum eſſe. Vitium vinique hiſtoria fuſiſſima eſt.

Ad finem catalogi acceſſerunt plantarum variis modis & imprimis cultu conſentientium.

Germanice a G. *Leonhardo* HUTH editum Lexicon prodiit Noribergæ fol. T. I. anno 1750. T. II. anno 1752.* iterum 1769. fol.

Et *Supplementum*, quo additamenta editionis anno 1752. continentur, anno 1758. fol.* Belgice Leid. anni 1746. 1747. fol. 2.Vol.

Compendium prodiit Londin. anno 1735. 8°. 4.Vol. Valde virum laudat KALMIUS in *Berättelſ.* p. 2. Contra alii varia carpunt. Putationem non intelligere, nimis laudare arbores muro adfixas, nimis ſpernere antiquos, nimis acrem eſſe de aliis judicem *fruit trees* p. 10. 11.

EJUSDEM

EJUSDEM *Figures of uncommon plants deſcribed in the gardeners dictionary* London ab anno 1755. ad 1760. fol. 2.Vol.*. Trecentæ ſunt tabulæ, ad naturam depictæ, plantarum aut in medicina utilium, aut alioquin rariorum, & minus notarum. Delineationes bonæ, ſculptor paſſim nimis propere labore ſuo ſe expediit. Multas ſpecies, quas LINNÆUS pro varietatibus habet, noſter ſuæ dignitati reſtituit, ſpeciesque minute diſtinxit. Raræ intercedunt, ut herba Paragai, Baſteria, Ptelea, Kalmia, Saracena, Hydrangea, Morea, Watſonia (Meriana Trew Antholyzæ ſpec. Linn.) Sideroxylon, Ferraria, Tacamahaca, Cunonia, Dayena.

Germanice Noribergæ 1768. fol.

EJUSDEM *Gardeners Kalendar* London anno 1732. 8°. 1733. 8°. OSB. 1734. 8°. 1748. 8°. & octavum anno 1749. 8°.*, Dublin anno 1735. 8°. Redit etiam cum VI. editione Dictionarii. A Cl. C. W. BUTTNERO Germanice verſ. Gotting. anno 1750. 8°.*. Opera ruſtica per menſes: cultus variarum plantarum vix antea cultarum, quarum multas florentes coluit, quæ in Gallia calidiori nondum floruerunt. Catalogos dedit ſecundum cultum, quo egent, plantarum, ut conjungat, quarum eadem cura eſt. Ad oleraceas plantas, & hibernaculis deſtinatas & flores, atque demum arbores fructiferas pertinet. Catalogos in methodicum ordinem translator diſpoſuit.

EJUSDEM *Method of cultivating madder as it is practiſed in Zeeland with their manner of drying ſtamping and manufacturing it* London anno 1758. 4°.*. Simplex, & practicus liber. Ut colatur Rubia, ut evitetur inæquabilis caloris vitium, omnia ad modum incolarum Inſulæ *Schouwen*, in qua plurima colitur. Bona icon adjecta.

In *Philoſ. Tranſact. Vol.* XLVIII. P. I. adnotat, non videri ex Sphondylio noſtrate Kamtſchadales ſuum Saccharum parare, ſed ex *altiſſima* ſpecie *Tranſylvanica.*

In *Vol.* XLIX. P. I. & in *Vol.* L. P. I. demonſtratum it, arborem verniciferam venenatam eamdem eſſe cum Toxicodendro Americano, pariter venenato.

Ex ejus lexico fragmenta aliqua decerpta Bernæ prodierunt, ut vitium cultus 1766. 8°. Germanice & Gallice, olerum ib. 1766. 8°. fructuum horæorum 1767. 8°.

§. MCCI. *Angli.*

John JAMES *Theory and practice of gardening — relating to pleaſure gardens* London anno 1728. 4°. BARB.

In *Phil. Tranſact.* n. 400. *David* KINNEIR exemplum ſalubris uſus Camphoræ in mania retulit.

N. 418. De bulbis aquæ immerſis maturius ſuos flores producentibus.

Ephraim CHAMBERS *Cyclopædia* London 1728. fol. 2. Vol. editio VII. 1751. & 1752. fol. & Supplement *to his Encyclopædia* London 1753. fol. 2. Vol. Italice Napoli 1757. fol. & *Suppl.* Venet. 1765. 8°. Habet etiam botanica, breviter quidem, fuſius in *Supplemento*, ubi & characteres ſunt, & muſci aliqui ex DILLENIO ſumti. Ejus auctor eſt *Georgius* LEWIS. Plantarum in uſum medicum receptarum vires & commoda recenſet, & cultum edulium, ac hortenſium.

§. MCCII. *Galli.*

Joachim Le GRAND *Hiſtoire d'Abiſſinie* Paris anno 1728. 4°. & 8°. ad P. *Hieronymi* LOBO parum utiles commentarios. Adjecit aliqua de plantis, paulum ſuſpecta & miraculoſa.

CROS *De la Rhubarbe du pais de Beziers* prodiit *in Mém. pour à l'hiſtoire du Diocéſe de Beziers* Biterris anno 1728. 4°. SEGUIER.

J. de la CROIX *Connubia florum* Paris anno 1728. 8°. Germanice in MYLII *Phyſ. Beluſtigungen.*

Jean BOUILLET *Létre écrite au ſujet de la Rhubarbe* Beziers anno 1727. 4°.

EJUSDEM *Des mauvais effets des Champignons* Beziers anno 1744. 4°. *, cum elementis medicinæ practicæ.

EJUSDEM De hiſtoria naturali agri Biterrenſis epiſtolæ: excerptæ in *nouvelles recherches ſur la France* Paris 1766. 12°. Si huc faciunt.

Franciſcois GUISLIER du VERGER *Traité des liqueurs, eſprits & eſſences, & de la maniére de s'en ſervir utilement* Louvain anno 1728. 12°. etiam de Thea, Caffea, Chocolata, aquis ſtillatitiis.

§. MCCIII. *Diaria.*

Hoc ipſo etiam anno ceperunt edi *Commentarii Academiæ Imperialis Petropolitanæ*, quorum 14. Tomi, tum tredecim alii prodierunt, qui dicuntur *novi*. Paſſim etiam novas plantas continent.

Sic etiam *Andreas* CALOGHERA cepit Venetiis edere *Opuſculi ſcientifichi e filologichi* ab anno 1728.

In T. I. *Franc. Maria* MARZUOLI Coralloidis Fungi varias ſpecies dixit & in tomi 30. de Coralliorum natura & uſu egit. Recuſæ ſunt duæ diſſertationes, alia nempe *de Coralliorum natura analyſi & uſu in medicina*, alia *de fungorum origine* Luccæ anno 1741. 4°.

T. VI. *Franc.* COGROSSI De Sacchari vi aves occidente; de Mimoſa.

T. VIII. De China China. Philologia de Lauro.

§. MCCIV. *Laur. Garcin.*

Sed etiam *Bibliothéque Italique* primum anno 1728. 8°. Lauſannæ prodiit. In ejus Tomo II. *Laurentus* GARCIN, qui Indias viderat, M. PINGRE' novam methodum pollicentem exagitat. De eodem argumento literæ GARCINI & MASSUETI exſtant in *Bibl. Gall.* T. XIV.

IDEM multa utilia adjecit ad *Dictionaire de Commerce* SAVARII.

EJUSDEM Deſcriptio Oxyoidis, & de Muſa, adnotationes *Philoſ. Tranſact.* n. 415. Tum *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. ann. I. obſ. 22.

EJUSDEM Mangoſtan *Phil. Tranſ.* n. 431. quam nunc LINNÆUS dicit Garciniam.

EJUSDEM Cypri ſeu Hennæ hiſtoria n. 489.

EJUSDEM Salvadora novum genus n. 491. calyce monophyllo quadrilobo. ſtaminibus quatuor ex tubæ baſi natis, ſtylo ſimplici, bacca rotunda mono ſperma, adfinis RIVINIÆ.

Obſervationes etiam cum J. BURMANNO communicavit, quæ ad Amboniense opus RUMPFII acceſſerunt, ut characterem arboris Bilimbing, quæ ſit prunus decaſtemon, petalis quinque, tuba quinquefida, calyce ſemiquinquefido, bacca quinqueloculari, ſeminibus ſex & ſeptem. Iterum characterem *Namnam*, flore pentapetalo decaſtemone, tuba ſimplici, calyce quadrifido, ſegmentis duobus majoribus cochlearis figura, fructu ſemiorbiculari curvilineo tuberculoſo, ſemine unico reniformi.

In *Journ. Helv.* anno 1744. menſe *Sept.* edidit *Létre a l'occaſion de quelques remedes nouveaux & experimentés qu'il a decouverts dans ſes voyages.*

§. MCCV. *J. Diet. Leopold. F. B. v. Lindern.*

J. Dieterich LEOPOLD M. L. edidit Ulmæ anno 1728. 8°.* *delicias ſylveſtres Floræ Ulmenſis.* Ordo alphabeticus, nomina latina & Germanica. Subalpinæ aliquæ plantæ intercedunt; cæterum multas varietates admiſit, plantasque non ſemper certas.

Franciſci Balthazar LINDER ſeu *von* LINDERN, medici Argentoratenſis, *Tournefortius Alſaticus, opuſculum, cujus ope tiro plantas circa Argentinam naſcentes facillime dignoſcere poſſit.* Argentor. 1728. 8°.*. Plurimas icones ad naturam delineari curaverat, quas mihi olim oſtendit, ſed pictor oleo uſus eſt, quo vix perinde minutæ circumſcriptiones duci poſſunt. Earum iconum aliquas & in hoc opere edidit, & in ſequente: hic ordo per menſes diſpoſitus, plantæ aliquæ raræ, etiam novæ, ut Pyxidaria, quam Cl. ALLIONE LINDERNIAM dixit.

EJUSDEM *Hortus Alſaticus, plantas in Alſatia, imprimis circa Argentinam naſcentes, ordine deſignans* Argentor. anno 1747. 8°.*. Prius opuſculum auctum,

ctum, etiam ſecundum menſes diſtributum, cum aliis iconibus. Plantas aliquas raras: ut Equimedium, ipſe locis remotis plantavit, & reddidit indigenas.

§. MCCVI. *J. G. H. Kramer.*

J. Georg. Henrici KRAMER, medici militaris, *Tentamen novum, ſeu methodus* RIVINOTOURNEFORTIANA *herbas facillime cognoſcendi* Dreſden 1728. 8°.*. Nempe plantas primo ſecundum menſes diſtribuit, quibus florent; deinde in tabulas diſpoſuit, ubi ex methodo potiſſimum RIVINI ex flore, ſemine, habitu, quæque denique definitur. Conſortia plantarum mirifica fecit, claſſibus omnibus, etiam generibus disjectis. Non monopetalas eſſe, quibus ſtamen ad petalon adhæret.

EJUSDEM *Tentamen botanicum renovatum & auctum* Viennæ anno 1744. fol.*. In præfatione primum varia tradit de plantarum minus vulgo notis viribus, de methodo, de itineribus ſuis alpinis, de vocabulis technicis, de partibus & vegetatione plantarum, de vitibus &c. Tabulæ fere ſimiles, ut multum utatur ſitu florum in ſummitate, in ramis, ex radice naſcentium. Primæ tamen claſſes ſunt ex RIVINO, floribusque regularibus vel difformibus. Paſſim errores intercedunt, & fabuloſa.

EJUS *Haus- und Land- Apotheck . . . bewährte Mittel wider die auf dem Lande graſſierenden Krankheiten* Augſpurg 1757. 8°.

EJUSDEM De radicis Cicutæ cum Petroſelino miſtæ vi venenata, cum pro Aſparago ſubſtituta fuiſſet. In *Comm. Lit. Nov.* hebd. 12.

Anno 1735. hebd. 3. Helianthemo phthiſin ſanari. De nonnullis plantis Hungariæ indigenis.

Hebd. 36. De Cotino in Hungaria naſcente.

Anno 1741. n. 27. De oleo ex arillis uvarum, ſpiritu vini ex vinaceis, add. anno 1742. n. 20.

Anno 1744. hebd. 27. Ranunculum Thalictri folio deſcripſit & depinxit.

§. MCCVII. *Belgæ.*

Jardin de Hollande en fleurs, fruits, & orangeries Amſterdam 1728. 8°.

De naauwkeurige Bloemiſt of de nieuwe Nederlandſche Bloemhof Leiden 1728. 8°. ZOCHA. Annon idem liber.

§. MCCVIII. *Sueci. Dani.*

G. T. DAHLMAN *Den färdige trägardsmäſtaren* Stokholm 1728. 8°. *Act. Suec.*

J. Adolphi JACOBÆI *De ſtructura & vegetatione plantarum* Hafniæ 1728. 8°. alii 1727.

§. MCCIX.

§. MCCIX. *Caſpar Boſe.*

Caſpar BOSE, Profeſſor Lipſienſis, diſputationes varias botanicas edidit. ut Lipſiæ anno 1728. 4°.*. *De motu plantarum ſenſus æmulo.* Characterem Mimoſæ veræ & ſpuriæ definit. Flores etiam ſolem ſequentes, noctu florentes aut clauſos huc refert, roſæque de Jericho phænomena, & fructuum diſſiliones, & Zoophyta. Hæc omnia animæ plantarum tribuit.

EJUSDEM *De calyce* TOURNEFORTII Lipſiæ anno 1733. 4°.*. Defendit ſummum virum, adverſus PONTEDERAM, & calycis varietates recenſet.

In *Act. Erudit.* anno 1734. florem Muſæ deſcripſit.

§. MCCX. *Germani Varii.*

Chriſtophori Danielis MELZERI & STEINII diſputatio *de Coralliis* Regiomont. anno 1728. 4°.*.

J. C. DITHMAR *De trifolii cura* anno 1728. 8°.

EJUSDEM *Einleitung in die œconomiſche und Cameral-Wiſſenſchaften, und Verzeichniß eines hierzu dienlichen Bücher-Vorraths* Frankfurt an der Oder anno 1745. 8°.

Fr. PAROCIUS (niſi nomen corruptum eſt) *De roſa aurea omnique ævo ſacra* anno 1728. 4°. BURCK.

J. Adam KULMUS *De plantis earumque nutritione* Gedan. anno 1728. 4°.

EJUSDEM *De literis in ligno fagi repertis* anno 1730. 4°. ibid.

J. Georg RICHTER *Unterſuchung vom Caffee* anno 1728. 4°.

IDEM *Vom grünen Thee* Stargard.

Gründliche Einleitung zum Gartenbau Hamburg anno 1728. 4°.

§. MCCXI. *Adrian v. Royen.*

Adriani v. ROYEN Horti Leidenſis præfecti, & BOERHAVII ſucceſſoris, quo hortum regente idem maxima incrementa cepit, diſp. inauguralis *de anatome & demonſtratione plantarum* anno 1728. 4°.*

EJUSDEM *Oratio inauguralis, qua jucunda, utilis & neceſſaria medicinæ cultoribus commendatur doctrina botanica* Leidæ anno 1729. 4°.*.

EJUSDEM *Carmen de plantarum amoribus & connubiis* Leidæ anno 1732. 4°.*

EJUSDEM *Floræ Leidenſis prodromus exhibens plantas, quæ in horto Academico Lugduno-batávo aluntur* Leidæ anno 1740. 8°.*. Methodus nova, a LINNÆANA diverſa, & naturali propior, multis placuit, quod genera ab ipſa natura conjuncta non perinde divelleret. Palmæ ergo, Lilia, Gramina, Amentaceæ (Juliferæ

liferæ & coniferæ), capitatæ, diſcoideæ, radiatæ, planipetalæ, compoſitæ ſtaminibus liberis, Tricoccæ, apetalæ (vocat incompletas), fructifloræ, pleræque ex iſoſtemonibus, calycifloræ, cucumeraceæ, polyſtemones, ringentes Linnæi, didynamiæ, columniferæ, oligantheræ, diploſantheræ, polyantheræ ſingulæ claſſem efficiunt. In oligantheris habet noſtras mejoſtemones, & iſoſtemones pleraſque. Diploſantheræ ſunt noſtræ diploſtemones. Ipſe catalogus ditiſſimus eſt, nomina Linnæana. Interſperſæ paſſim novæ, etiam nova genera, additi characteres claſſici.

Ejusdem *Elegia cum Botanices profeſſionem poneret* Leid. anno 1754. 4°.*.

§. MCCXII. *J. H. Degner.*

J. Hartmanni Degner, medici & Conſulis Neomagenſis, diſſertatio *de Turfis ſiſtens hiſtoriam naturalem ceſpitum combuſtibilium, qui præcipue in Hollandia reperiuntur, & ligni loco uſurpantur* Trajecti anno 1729. 8°.*. Germanice Frankfurt und Leipzig 1731. 8°. 1760. 8°. Bonus liber & utilis. Prima ſpecies turfæ huc non pertinet, ex limo ficta. Sed ex Muſco, cum paucis radiculis Ericæ, vilem, ad multa utilem ceſpitem componi docet, cumque Gramine paluſtri arundinaceo, ut Muſcus & Gramen primaria ejus ſit materia. Etiam analyſin dat: ſpiritus alkalinus volatilis ex eo ceſpite paratur, tum extractum gummoſum & reſinoſum; ſed legi meretur.

Ejusdem *Hiſtoria medica de dyſenteria bilioſo contagioſa* Trajecti edita anno 1738. 8°.* & recuſa anno 1754. 8°.* tangi debet ob fuſiorem de viribus Simarubæ in diarrhœa, & de radicis Salap utilitate tractationem. Illum corticem, poſt legitimas evacuationes, ad longas diarrhœas commendat, non ſemper ſufficientem. Fuſe de Salap, quæ fructus ſit. Solanum tuberoſum in dyſenteria laudat. De gutta gambi & Cateſchu.

§. MCCXIII. *Lud. Bourguet.*

Ludovici Bourguet *Létres philoſophiques ſur la génération & le mécaniſme organique des plantes & des animaux* Amſterdam anno 1729. 12°.*. Pro evolutione.

§. MCCXIV. *Germani.*

Der neu angekommene Holländiſche Gärtner Nürnberg anno 1729. 12°.* 1737. 12°. Nobilis, ut videtur, auctoris & experti, qui artificia Batavorum calleat & aperiat. Subjicitur hortus hibernus, plantarum in aqua florentium. Altera pars pertinet ad arbores nanas, Aurantias & Citros.

Nachricht von einem Holz-Cabinete, welches anno 1729. in die Königl. Naturalien-Kammer zu Dreſden geliefert worden Dreſden und Leipzig 1729. 8°. Burck.

J. B. Pictorii *gründlich informirter Gärtner* Nürnberg 1729. 8°.

J. F.

J. F. Felber *immerwährender Haus- und Wirthſchafts-Calender* Nürnberg 1729. 4°. Zocha. Frankfurt 1740. 4°.

J. Caſp. Barberger & Fuggart *Medicina ſine remediis & medicamentis e pharmacopolio ſumtis* Bamberg 1729. 8°. Trew.

Chriſt. Heinr. Dankwerth's *wohleingerichtetes Kochbuch* Hanover 1769. 8°.

J. Ant. Joſeph. Scrinci & Petersilka *de uſu & abuſu corticis Chinæ Chinæ* Prag. 1729.

Diſpenſatorium Auſtriaco Viennenſe Wien anno 1729. fol.

§. MCCXV. *Varii.*

Martin Warren *Epiſtola, in qua corticis Peruviani incertitudo & inſalubritas explicatur* Cantabrig. anno 1729. 8°. Seguier.

Suarez de Ribero *Pharmacopolium pauperum* Madrit 1729. 4°.

Ejusdem *Clave medico chirurgica univerſal* Madrit anno 1730. Lexicon, quo etiam botanica continentur. Cap. de Vila 1738. 4°.

Ejusdem *Manifeſtatio centuriæ ſecretorum a* D. J. Curvo Semmedo *expertorum & illuſtratorum* Madrit 1736. 4°.

Ejusdem *Obſervationes* de Curvo (Semmedii) *compendiatæ & illuſtratæ cum admirabilibus arcanis medicis* Madrit 1735. 4°. Cap. de Vil.

Ejusdem *Breviarium medico-chirurgicum variorum ſecretorum* ibid. anno 1739. 4°. 2. Vol. Cap. de Vil.

Georg. Wallin *Nuptiæ arborum* Upſal. anno 1729. 4°. Seguier.

Aelvebemes *Grundwahl til plantekänningen* Upſal. anno 1730. 16°. *. Putem eſſe *Laurentii* Roberg: claſſium Tournefortianarum ſunt nomina, & ad quamque icon alicujus floris pro exemplo.

§. MCCXVI. *Melchior de Ruuſcher. Belgæ.*

Melchior de Ruuscher *Natuerlyke hiſtorie van de Conchenille beweezen met autentique Documenten* Amſterdam anno 1729. 8°.* Belgice & Gallice. Teſtimoniis publicis Notariorum confirmavit, animal eſſe, non fructum, quod in arte tinctoria dicitur *Cochenille*.

Exſtat in *Philoſoph. Tranſact.* n. 413. & in Mylii *Phyſ. Beluſtigungen.*

J. Omeling *De Opio* Groning. 1730. 4°.

Pharmacopœa Groningana Groning. 1730. 4°.

§. MCCXVII. *J. H. Kniphof.*

J. Hieronymus Kniphof, Profeſſor Erfordienſis, anno 1729. in Buchneri *Miſcellaneis* diſſeruit de modo plantarum imagines fuligine exprimendi.

Ad

Ad epiſtolam BRUKMANNI reſpondet Erfurt. anno 1733. 4°.* *Antwort auf D.* BRUKMANN's *Schreiben, wie die Kräuter nach dem Leben abzudrucken.* Didicit anno 1729. ab extero, & eo artificio expreſſas plantas, cum titulo *Botanica in originali, ſeu Herbarium vivum, oder lebendiges Kräuterbuch, in welchem Blumen- Baum- und Küchen- Gewächſe abgedruckt, ſamt dem œconomiſchen und phyſicaliſchen Nutzen beſchrieben,* atramento impreſſum Erfordiis edere cepit anno 1733. fol.

Centuria I. eodem fere titulo bis anno 1733. edita fuit, alterum nempe exemplum cum commentario.

Inde opera I. *God.* TRAMPE Hall. fol. Centur. I. ad XII. ab anno 1756. prodiit ad 1766.

Diſtinctum opus eſt *Botanica in originali pharmaceutica* Erford. 1733. fol. cum figg. coloratis TREW. & *Zweytes Hundert durch* CHRISTIAN REICHART *beſchrieben* ibid.

EJUSDEM *Examen ſuccedaneorum quorumdam corticis Peruviani febrifugi* Erford. anno 1747. 4°.*. De Hippocaſtano, Fraxino, Pruno ſylveſtri, nucibus Cupreſſi, Gallis, Gentiana, Chamæmelo, quod laudat, Caſcarilla, quam in quotidiana febre Chinæ Chinæ præfert.

EJUSDEM *De Gramine levidenſi at præcellentiſſimo* Erford. anno 1747. 4°.*. Gramine nempe canino, cujus vires medicatas laudat.

EJUSDEM *Phyſicaliſche Unterſuchung des Pelzes, welchen die Natur durch Fäulnüß auf einigen Wieſen hervorgebracht hat* Erford. anno 1753. 4°.*. Conferva filis facta fragilibus. Auctor ex Gramine per eluvionem macerato putat natam eſſe: telam corpori humano adplicatam nocuiſſe.

EJUSDEM *Abhandlung vom Salat* Erfurt anno 1757.

S. P. GASSER J. C. *Einleitung zu den œconomiſchen, politiſchen und Cameral-Wiſſenſchaften* Hall 1729. 4°. Si huc facit.

§. MCCXVIII. *Hans Egede.*

Hans EGEDE *Gamle Grönlands nye perluſtration* Hafniæ anno 1729. 4°. ſed multo auctius & perfectius anno 1741. 4°.*, & Germanice Francofurti anno 1730. 4°.*, Berolin. anno 1763. 4°., vertente J. G. KRUNIZ. Anglice London 1745. 8°. Gallice vertente des ROCHES de PARTHENAY Paris anno 1763. 8°. Pius homo & temporibus dignus apoſtolicis, maximo ſuo labore obtinuit, ut in Grönlandiam occidentalem mitteretur, Evangelium genti derelictæ & efferatæ nunciaturus. Miſerrimæ regionis hiſtoriam naturalem dedit, & in ea etiam plantarum aliquarum meminit, quarum nonnullas depinxit, diverſas a MARTENSIANIS, & magis meridionales.

§. MCCXIX.

§. MCCXIX. *G. B. Bulſinger.*

In *Comm. Acad. Petrop.* Ann. IV. exſtant *Georgii Bernhardi* BULFINGERI obſervationes de tracheis plantarum, ex Melone; faſciculos nempe vaſorum vidit, robuſtis lateribus, per totam plantam protenſos, inmiſtos fibris ligneis.

In Tomo V. Adnotationes de foliis & radicibus Cichorii. Ex ſectione radicis novas radices prodire ex limite corticis & ligni, prodire etiam ex ſegmentis radicis quater diviſæ, ut vir ILL. conſtantiam in regenerandis novis plantis admiratus ſit. Perpetuo ex parte inferiori radices prodeunt, ex ſuperiori folia.

In Tomo VI. De fructibus frondifloris & Limone prægnante, Malo ex apice florente, Roſa prolifera.

§. MCCXX. *Galli.*

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* anni 1729. Cl. DORTOUS de MAIRAN Senſitivam, etiam a luce excluſam, ad diei & noctis alternas vires explicari & connivere.

Urbanus LEAUTE' *Ergo Sagou phthiſicis prodeſt* Paris anno 1729. 4°.*. 1734. BALD.

§. MCCXXI. *Angli.*

A Catalogue of trees shrubs plants and flowers which are hardy enough to bear the cold of our climate and the open air, and are propagated in the gardens near London: by a Society of gardeners London anno 1730. fol. magn.*. Plantæ pleræque exoticæ, cum figuris coloratis: pluſculæ inprimis coniferæ, & pleræque omnino fruticoſæ. Aliquæ etiam varietates.

John COWELL *The curious and practical gardener* London anno 1730. 8°.*. Bonus vir & candidus. 1. Aliqua de terræ varietate & aptis ad quamque ſpeciem ſeminibus. 2. De cultu Bananas, Ananas, Guajavæ. 3. De bulboſis plantis. Eas ſeri vult, ut novæ varietates obtineantur. 4. De forma & cultu arborum pomiferarum. 5. Sive eſt BRADLEYII ſive COWELLII l. de Aloë Americana, quæ apud COWELLUM floruit, de Cereo ſexangulo, & de Meſpilo ſpinoſa biflora. Aliquæ icones adjectæ.

Johannes CLARKE, qui ex Madera, & Virginia pulchras plantas cum accurata hiſtoria ſoli retulit, COWELLO dictus (*u*), nihil ut puto ſcripſit.

R. BROOKES *Natural hiſtory of Chocolate* London 1730. 8°.

In ejus *Introduction to phyſik and ſurgery* London 1763. 8°. continetur etiam botanica.

(u) p. 125.

Ejusdem *Natural hiſtory of vegetables as wel foreign as indigenous* London anno 1763. 12°.*, qui ſextus Tomus eſt compendii phyſici. Materia medica, ſeu catalogus plantarum ad cibos, ad medicamenta, ad alios uſus humanos pertinentium. Breviter ipſas utilitates addit. Miræ paſſim nominum confuſiones. Pro Solano tuberoſo Helianthum deſcribit &c. Arum recens in pilulas cum aliquo amaro gummi fingit. Succos plantarum dat abundantiſſime. Cicer calculoſis dolores augere. Icones paſſim additæ.

Edward Wrigth *Obſervations made in travelling through France and Italy* London anno 1730. 4°.*. Plantas rariores, & arbores non illaudatas dimiſit, tunc agri vitiumque cultum.

George Rye *Obſervations on agriculture* Dublin 1730. 8°.

Charles Carter's *complete practical Cook* London 1730. 4°.

D. Radcliffe *Practical diſpenſatory* vix huc facit London 1730. 8°. editum, curante E. Strother.

§. MCCXXII. *Joh. Junker.*

Joh. Junker *Chemiæ conſpectus theoretico-practicus* Hall. anno 1730. 4°. 1738. 4°. 1750. 4°. Germanice 1749. 1753. Editio II. Gallice verſa, & a D. de Machy edita eſt Paris anno 1757. 12°. ſex Vol.*. Paſſim ad herbarum præparationes & vires. Alterne ſubjecto ſale augeri oleum eſſentiale. Tomus VI. multa etiam de plantis habet.

Ejusdem *De maſticatione foliorum Tabaci in Anglia uſitata* Hall. 1745. 4°.

Ejusdem *De cortice Peruviani diſcreto & ſolertius experimentando* ibid. 1759. 4°.

Ejusdem *Compendium materiæ medicæ* ibid. 1760. 4°.

§. MCCXXIII. *Galli.*

Nullus annus adjectus eſt collectioni tabularum *Livre des differentes eſpèces d'oiſeaux, fleurs, plantes & trophées de la Chine, tiré du Cabinet du Roi de France & gravé par Huepner 60. grandes planches* Bibl. Neaume.

Nicolas Groselier *Obſervations curieuſes ſur toutes les parties de la phyſique* Paris anno 1730. Conf. p. 110.

§. MCCXXIV. *Varii.*

Diſcorſo apologetico por el Chocolate Madrit anno 1730.

Joſeph Serer *Lettera ſopra la bevanda del Caffé Europæo* Veron. anno 1730. Commendat ſecale toſtum, loco Coffeæ, Roſæ folia pro Thea.

Sebaſtian

Sebaſtian da ROCHA PITTA *Hiſtoria d' America a Portugueza* Lisbon. anno 1730. fol. Aliqua etiam de Canna Saccharina, Tabaco, Manyoc, Aypi, Oriza, planta ſenſitiva, Vanilla, Amomo, Cacao, aliisque.

§. MCCXXV. *Germani.*

Des Seidenbaues Balance mit andern landwirthſchaftlichen Nutzungen Berlin 1730. 4°. LEHM.

Schleſiſches und Brandenburgiſches Land - Hauſs - und Wirthſchafts - Buch Nürnberg 1730. 4°.

Gutbefundenes Gartenbuch, item *von Bienen und Tauben* 1730. 8°. ZOCHA.

J. Chriſt. BAUMGÆRTNERS *vollſtändige, liebliche und annehmliche Gartenluſt* Nürnberg 1730. 8°.

EJUSDEM *Gartenluſt in Geheimniſſen rarer zur Gärtnerey gehörigen Künſten* Nürnberg 1732. 8°.

Gottfried Ephraim BERNER Sambucum in Ceraſo germinantem, & alia id genus vidit *Eph. Nat. Cur.* Vol. II. obſ. 72.

J. Conradi STEIGERTHAL, Archiatri olim Hannoverani, De Cereo Peruviano, qui Noribergæ anno 1730. floruit, cum floris deſcriptione *Philoſ. Tranſact.* n. 416.

In *Act. Erudit. Lipſ.* anno 1730. exſtat *Frutex ad verum ſuum genus relatus* a J. F. S. Nempe amici olim noſtri *J. Friderici* SCHREIBER, aliis equidem ſtudiis innutriti lib. de Cacalia, quæ KLEINIA.

Philippus Johannes von STRAHLENBERG edidit anno 1730. *Das Nord- und Oeſtliche Theil von Aſien* Stokholm anno 1730. 4°.*. Caput XIII. quo agitur de Sibiriæ hiſtoria naturali, etiam arbores & plantas ejus regionis tradit, & earum uſus œconomicos.

Erneſtus Chriſtophorus BARCHEWITZ, miles, ſex annis vixit in Inſula Letti, proxime inſulam Timor. Idiota equidem, tamen arbores Moluccarum cultas & ſpontaneas hactenus deſcripſit. EJUS *Oſtindianiſche Reiſebeſchreibung* Chemnizii anno 1730. 8°.* prodiit.

§. MCCXXVI. *H. F. Teichmeyer.*

Hermanni Friderici TEICHMEYER, Soceri noſtri, & Profeſſoris Jenenſis, *De ſuffocatione ex muſto fermentante* Jen. 1729. 4°.*

EJUSDEM *De Caapeba ſeu Pareira brava* Jen. anno 1730. 8°.

EJUSDEM *De ſale eſſentiali vini* ibid. anno 1730. 4°.

EJUS

EJUS *De Coralliorum rubrorum tincturis* Jen. 1734. 4°.

EJUSDEM *Inſtitutiones botanicæ* Jen. anno 1737. 8°.* 1764. 8°. Brevis libellus, tironibus deſtinatus. Definitiones partium plantarum, floriſque, & *methodus* BOERHAAVIANA.

EJUSDEM *Inſtitutiones materiæ medicæ* Jen. anno 1737. 4°.* ſecundum claſſes ſuorum effectuum.

EJUSDEM *De ſale de Seignette* Jen. anno 1742. 4°. Germanice verſum, & cum commentariis editum, opuſculum a *Godofredo Henrico* BURGHARD Breslaw. anno 1729. 8°.*. Huc pertinet, quod is ſal ex Soda cum cryſtallis tartari paretur. Artem autem conficiendi ſalis primus ILL. noſter Socer aperuit. BURGHARDUS acrius in eum commentatus eſt.

Hermanni Pauli JUCH *Specificum antifebrile* Erfurt anno 1730. 4°.

EJUSDEM *De genuino Amygdalarum in medicina uſu* Erford. anno 1733. 4°.*. Aquam odoratam, oleum ex amaris amygdalis paulum ſubacre.

EJUSDEM *De Camphora* Erford. anno 1737. 4°.

EJUSDEM *De Coronopo ſaluberrimo culinarum acetario* anno 1739. 4°. *. Plantaginis nempe ſpecies, cujus vis tonica laudatur.

EJUSDEM & PRÆTORII *Analyſis de vera indole & virtute Rhabarbari* ibid. anno 1745. 4°.* Extracta facit aquoſa & ſpirituoſa, & reſinoſum multo uberius obtinuit, quam NEUMANNUS.

EJUSDEM & ZANGERL *De Ebulo, ejusque uſu medico* Erford. anno 1745. 4°.*. Ad vires medicas.

EJUSDEM *De radice Chinæ, ejusque limitandis laudibus* anno 1753. 4°.

§. MCCXXVII. *M. Sarrazin.*

Michael SARRAZIN, medicus Quebeci, De ſucco ſaccharato Aceris ſacchariferi fructu minori egit anno 1730. *in hiſtoria Acad. Reg. Scient.* Ut ſuccus Saccharo coquendo aptus obtineatur, debet arboris pes nive tectus eſſe, quæ ad ſolem colliqueſcat, nocteque priori oportet gelaſſe. Mireris etiam Apocynum Smyrnæum Saccharum dare.

§. MCCXXVIII. *Albertus Seba.*

Alberti SEBA, Aromatarii Amſtelodamenſis, Præparatio vegetabilium in *Phil. Tranſ.* n. 416. Nempe de ſcelctis foliorum & fructuum.

IDEM *Locupletiſſimos rerum naturalium theſauros* deſcripſit, quos collegerat, & quorum magnificum indicem cepit edere anno 1734. fol.*. Primo hoc volumine

lumine continentur Sceleti foliorum, fructuum, radicum. Inde icones plantarum rariorum, Sago, Mori papiriferæ, (hæc a Kæmpferiana diverſa), Camphoræ, Sideroxyli, Maſſoy, Acmellæ, Schœnanthi, Ligni ſancti.

Succeſſerunt T. II. 1735. T. III. 1758. T. IV. 1765. In Tomo III. reperias fungos aliquos, & paſſim plantas potiſſimum marinas.

Ejusdem Nova aromata *Eph. Nat. Cur.* Vol. IV. obſ. 62. Radix Sarlas ſeu Acori paluſtris veri. Placenta Cattagambar. Radix Salab, Radix Ickan & Trazo, Radix Caſminaris, Cortex Laſioli, Cortex Jubaba, Radix Peſulina.

Ejusdem *Catalogus van de cabinet van . . Zeegewaſſen . . .* Amſterdam anno 1752. 8°.

§. MCCXXIX. *Journal de Trévoux.*

In *Journal de Trévoux* anni 1730. Varia monita in Labatum de plantis Inſularum Antillarum. De Rucu, Taulala, Maranta. Et iterum de Frangipana, Jaſmino, Cujeti, Manjoc.

In Menſe *Februario* De Copaïva, tribus ſpeciebus ligni lactei, de Ceraſo, quæ Malpighia, Canella, Amomo, Goſſypio arboreo, Mahot, Mibi Seriana.

In Menſe *Martio* De arboribus Aliſier, Bois immortel, Canelle des Isles, a Labato male pro Cinnamomo habita, Aro, quæ pro radice Chinæ data eſt.

In Menſe *Junio* iterum de Acaſchu, Ligno fætido, Cacao, Bignonia, Vanillæ tribus ſpeciebus.

D. de Pomesnil in S. Domingo primus Coffeam coluit ab anno 1715. P. Margat promittit Geographiam, hiſtoricam & œconomicam phyſicamque ejus inſulæ. Ita M. de Trevoux menſe *Jun.*

§. MCCXXX. *M. Catesby.*

Marci Catesby *Natural hiſtory of Carolina, Florida, and the Bahama Islands* T. I. London anno 1731. fol.*. T. II. anno 1743. fol.*. Gallice & Anglice. Germanice Nürnberg 1750. fol. Ipſe Americam adierat. Plurimas plantas raras depictas dedit, Caſtaneam Chinkapin, Cypreſſum Americanam, Quercus varias, Ipecacohanam, quæ Podophyllon, Xanthoxylon, Ariſtolochiam, Serpentariam, Terebinthum elemiferam, Hypopityn unifloram, Magnolias, Toxicodendron, Tulipiferam, Saſſafras, Platanum, Juglandes aliquas, Gale ceriferum, Lobeliam Plumerii, Eleutheriam Winteranam, Braſiletto, Caſſinen, Batattam, Liquidambar, lignum Campechianum, duas Saracenas, Indian Pink (Anthelminticam), Plumerias, Mançanillam, Balſamiferam, Catesbæam, præter plurimas, quarum genera nondum erant definita. Icones aqua forti, non

 ſcalpro

ſcalpro factæ, ſed bonæ, ut tamen nolis characteres requirere. In addita hiſtoria naturali Carolinam deſcribit, tum cerealia & alias plantas edules aut utiles. Tabulæ ſunt 200.

Secuta eſt *Appendix viginti tabularum*, in quibus Cacao, Vanilla, Acaſchu, Stewartia, aliæ pinguntur London. 1748. fol.

Sola hiſtoria naturalis, ſeu *Beſchreibung von Carolina, Florida, und der Bahomos Inſeln &c.* prodiit Nürnberg 1767. fol.

§. MCCXXXI. *J. Dom. Civinini.*

Giovanni Domenico CIVININI *Della Storia e natura del Caffé diſcorſo Academico* Firenze anno 1731. 4°.*. Hiſtoria potus Coffeæ ex D. GALAND, icon ab *Antonio* JUSSIEU ſumta.

EJUSDEM *Della Storia degli agrumi lezione Academica* Firenze 1734. 4°.*. Mala medica eſſe, quæ nobis Citria, & paulo ante ALEXANDRI tempora Athenienſibus civibus dono data innotuiſſe. Aurea poma eſſe Aurantia: & eo pertinere Perſicum pomum MACROBII & PALLADII, quo ævo vulgo in Italia culta fuerint, ut alias monuimus.

§. MCCXXXII. *J. Arbuthnot.*

John ARBUTHNOT *An eſſay concerning the nature of aliments* London anno 1731. 8°.* alii 1730. Germanice verſum *Deutliche Regel zur Ordnung im Eſſen und Trinken* Hamburg anno 1744. 8°.*. Gallice *Eſſai ſur le choix des alimens* Paris anno 1741. 12°. RAST. 1755. 8°. BOERHAAVIANUS. Cæterum huc pertinet C. 3. de natura & fabrica vegetabilium, de eorum uſu medico, ſpiritu rectore, &c. Summa genera fere ſequitur.

In parte ſecunda, quæ practici eſt argumenti, peculiariter de oleribus, fructibus, aliisque eſculentis agit & potulentis, deque cujusque indole & effectu, ut Theæ &c. Corticem Chinæ Chinæ etiam adverſus peſtem & gangrænam laudavit.

§. MCCXXXIII. *Jethro Tull.*

Jethro TULL *New horſe hoeing husbandry or an eſſay of the principles of tillage and vegetation* London anno 1731. 4°. 1733. fol. OSB. 1739.

EJUSDEM *Supplement to the horſe hoeing husbandry* anno 1739. Germanice *Abhandlung von dem Ackerbau* anno 1752. 8°. Hunc potiſſimum auctorem ſecutus eſt Cl. du HAMEL in *Traité de la culture des terres* Paris 1753. 12°.

Mea editio eſt anni 1762. 8°.* aliquantum aucta, & detractis litibus brevior. Vir nobilis, per Meridionalem Europam iter fecerat, aliquot annis in Septi-

Septimania vixerat, legerat antiquos, comparaverat nuperorum labores, domum ipſe agrum coluerat, excitati ingenii vir, & proprias ſibi ſemitas aperturi. Princeps ei finis fuit, terram ita ſubvertere, ut quam plurima ſpatiola inter ejus particulas naſcerentur, in quæ radiculæ ſe diffunderent. Nutritionem enim plantæ æſtimabat eſſe in ratione ſuperficiei internæ terræ, in quas radices agi poſſent: ut nutritio vero ita fertilitas. Experimenta multa profert, ut aratro, ſuffoſſave terra, plantarum magnitudo & proventus auctus ſit, & correctus languor. Ipſam fimum nihil facere niſi mobilitatem. Non ſolam aquam plantas nutrire, neque earum aliquem ſenſum eſſe, quo alimentum ſibi idoneum eligant, & venenatos noxiosve ſuccos perinde a radicibus adtrahi. Principem adeo ſcopum omnis arationis eſſe terræ ſubactionem intimam, eamque experimento facto plus poſſe, quam fimum. Ut ergo mobilitatem eam adquirat, noſter duos, ad ſummum tres, ſulcos ducit, in quos ſemina demittat. Deinde vacuas areolas relinquit 5. vel 6. pedum latitudine, in quas radices ſe diffundant. Eas areolas quater arat, aratro proprio, absque rotis, quo ligonem ſe putat imitari. Deinde ſemina non de manu ſpargit, ſed de ciſta biloculari dimittit, ut eorum nihil pereat. Ita & ſementis facit compendium, & fimi, & ſemina æqua profunditate, & æquis intervallis diffundit, ut in numeroſiores culmos, & robuſtiores, & pinguiores ſpicas laturos convaleſcant, neque ulla quies agro indulgeatur. Aratra propria & inſtrumenta excogitavit: ad perſcindendam terram aratrum quatuor cultris inſtructum, quod equidem vulgo deſeritur: tum aratrum illud *horſe hoe*, quod ligonis vices repleat, & aratrum cum ciſtis ſemen dimittentibus, quod in hac ultima editione perfecit. Calculis poſitis & multo minus (noncuplo) ſe ſumtus facere putat, & meſſes æquales obtinere, perpetuo meliores, ut terra magis adtenuatur, & vacuum agrum nunquam pati. Inde peculiariter cultum deſcribit raporum, tritici, onobrychidis, medicæ, quam fatetur & optimam ſibi terram poſcere, & a gramine paulo ſerius aut ocyus ſupplantari. Deſideratur, quod fimi uſum voluerit abolere, quod nimis elevatas velit areolas quas conſerit, terræ ſuperficiem augeri perſuaſus; quod aratrum quatuor cultrorum unice novo ceſpiti reſcindendo conveniat. Ruſticis potiſſimum diſplicet inſtrumentorum pretium: & labor, qui ipſis inanis videtur, arandi, ubi nihil ſeras.

§. MCCXXXIV. *Germani Varii.*

J. Jac. JANTKE *Selectus materiæ medicæ* Noriberg. anno 1731. 8°. 1749. 8°. etiam 1720. 8°.

Theodori HASÆI *De ligno Sittim* Bremæ anno 1731. 8°. in EJUSDEM *Diſſ. & obſ. philologicarum Sylloge* Bremæ 1732. In ea de ligno Sittim, de rubo Moſis.

J. Rud. CRAMER & *J. Rud.* RAHN Diſputatio philologica *de Myrto* Tiguri anno 1731. 4°.

Allgemeines œconomiſches Lexicon, nebſt Anhange eines land- und hauswirthſchaftlichen Calenders Leipzig anno 1731. 8°. HUTH. 1734. 8°.

Hoc etiam anno cepit prodire *Groſſes Univerſal-Lexicon aller Künſte und Wiſſenſchaften* Leipzig 1731. ad 49. 64. Vol.* fol. B. B. Etiam botanica continet.

J. Herman FURSTENAU'S *Gründliche Anleitung zu der Haushaltungskunſt und denen dahin gehörigen fürnehmſten Schriften* Lemgow anno 1736. 8°. Si agriculturam continet.

EJUSDEM *Deſiderata Oeconomica* Rinteln anno 1731. 4°.

EJUSDEM *Einleitung zur Haushaltungs-Vieh-Arzneykunſt* Wolfenbüttel anno 1747. 8°.

Eigentliche Art, den Seidenbau mit Nutzen zu tractiren Berlin 1731. 8°.

J. Nicol. MARTINI *Methode von Beſtellung des Wald- und Forſtweſens* Ulm 1731. 8°. ZOCHA.

Der zu allerley guten Getränken anweiſende wohlerfahrne Kellermeiſter, oder von Wein, Bier, Eßig, Meth und Brandtenwein Nürnberg 1731. 8°. 2. Vol.

Gottfried's von MEYERN *kluger Hausvater* Frankfurt 1731. 8°.

§. MCCXXXV. *Comm. Bononienſes.*

Hoc anno ceperunt prodire *De Bononienſi artium & ſcientiarum Inſtituto Commentarii* Bonon. 4°. maj.*, edente docto Viro & eloquente, *Franciſco Maria* ZANOTTI. Commentarii peculiariter reſpondent fere *Hiſtoriæ Academiæ Regiæ Pariſinæ*, & breves continent commentationes. Ad rem noſtram pertinet *Herculis* CORATII planta, in aqua pluvia orta, Confervæ, ut videtur, ſpecies.

J. Maria STANCARI De Fungi Melitenſis vi ſanguinem cogente experimentum. Nulla videtur.

EJUSDEM De Opio: vim eſſe in parte oleoſa.

Pleniora ſunt, quæ dicuntur Opuſcula. Inter ea hoc volumine continetur *Hippoliti Franciſci* ALBERTINI De cortice Peruviano diſſertatio, clinici argumenti.

FANTINUS De Acmella: utique calculoſis conferre.

§. MCCXXXVI. *Commercium Literarium Noricum.*

Aliud & plurimum ad botanicen lucis adfuſurum, Diarium hoc ipſo etiam anno cepit edi, *Commercium* nempe *Litterarium Noricum, ad rei medicæ & naturalis incrementum inſtitutum* Noribergæ anno 1731. 4°. a Societate quidem medica, ſed tamen potiſſimum a *C. Jacobo* TREWIO viro ILL. elaboratum. In eo multæ quidem ſunt librorum cenſuræ, & *extracta* ex iis, quæ utiliora viſa ſunt. Multa tamen etiam propria ſubacti laboris opuſcula intercedunt.

In

In anno I. *J. Sebaſtianus* ALBRECHT agit De Belladonnæ effectibus venenatis & funeſtis p. 332. tum anno II. n. 16.

In anno 1736. p. 91. IDEM De vi corticis Peruviani ad gangrænam.

De ſeminibus intra Melopeponem germinantibus *Vol.* V. obſ. 23.

Anno 1741. De bulbis Lilii albi caulinis, & de pomis ſero florentibus.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* VI. obſ. 121. Cretici Thlaſpidii flores ex fumo Tabaci decolores.

Vol. IIX. obſ. 11. Folia Raphani, quæ in foramen propriæ radicis deſcenderunt.

Vol. IX. Roſas Salicis nihil vel boni portendere, vel mali.

In *Actis Eruditorum* hujus anni Muſa deſcribitur.

§. MCCXXXVII. ALBERTUS von HALLER.

Hoc etiam anno primum aliqua ad rem herbariam pertinentia edidi. Ab anno 1728. ingens opus molitus eram, Hiſtoriam ſtirpium Helvetiæ. Ad eam proprio labore herbas colligere ceperam, omniumque characteres naturales ad BOERHAAVII morem conſignare. Eodem anno longum per alpes iter abſolveram, Sabaudicas, Valeſiacas, Bernenſes: deinde anno 1730. Simmiæ valles alpes porreptaveram, anno vero 1731. Valeſiacas, Bernenſes aliquas, & Juræ culmina. Cum paſſim nova aliqua reperirem, cepi, quæ putabam me detexiſſe, ea publici juris facere. In *primo* ergo *anno Commercii Literarii Norici* anno 1731. deſcripſi Androſacen flore ſeſſili, & Xeranthemum, quod non differt ab Auſtriaca Ptarmica.

Veronicam alpinam Bugulæ facie anno 1732. n. 38.

Saxifragiam alpinam foliis Androſaces villoſæ n. 12. nempe Gregorianam.

Anno 1733. Orchidem SCHEUCHZERO non dictam, ſed CHOMELIO & MICHELIO.

Anno 1734. Aſtragalum Helveticum SCHEUCHZERI, qui Hedyſarum alpinum eſt, & Veronicam fruteſcentem, quam a Serpyllifolia ſuperavi.

Anno 1735. Orchidem rotundum, cum charactere; & Melampyrum flore hiante, nemini prius dictum præter CELSIUM, cujus catalogum ignorabam.

Anno 1736. Alchimillam &c. quæ eſt Cherleria.

Anno 1740. n. 1. Aliqua de Digitali & de Polypodii charactere monui.

In *Philoſ. Tranſact.* n. 472. Cyani novam ſpeciem deſcripſi.

Anno 1735. in Diario Tiguri edito, cui titulum fecerant *Tempe Helvetica.* edidi *Iter Alpinum* anni 1731. recuſum in *opuſculis meis.* Alpinas aliquas deſcripſi, Melampyrum flore hiante; Dryadem, ut nunc vocatur, a Caryophyllata ſeparavi, Cherleriam primum dixi, & Aretiam ſeſſilem.

Anno 1736. poſt multa interim abſoluta itinera alpina, Göttingam ad cathedram etiam botanicam vocatus, in ſtudium herbarum merito incubui.

De *methodo ſtudii botanici* Programma inaugurale edidi anno 1736. 4°.* Muſcorum diſcrimina tradidi, & oſtendi quod inde a LINNÆO effectum eſt, Muſcos roſeos proxime a Mnio diſtare: deinde in plantis, in univerſum, ſtaminum ad petala rationem conſideravi, & diploſtemonum claſſem, & iſoſtemonum, & aniſoſtemonum conſtitui, quæ omnia in recentiora ſyſtemata recepta ſunt. Gentianas tentavi diſtinguere, fere tredecim. Redit in *Opuſculis.*

De *Veronicis quibusdam alpinis* Spec. I. & II. edidi Göttingæ anno 1737. 4°.*. Fuſe deſcripſi, & ſynonyma collegi, ad Veronicam fruteſcentem, Bugulæfoliam, Bellidifoliam, & icones addidi.

Sic eodem anno *De Pedicularibus* egi 4°.* ut *ſpecimen* darem *Hiſtoriæ ſtirpium in Helvetia ſponte naſcentium.* Species deſcripſi tredecim, novas aliquas addidi, confuſas conatus ſum ſeparare.

Ex itinere in ſylvam Hercynicam hac æſtate ſuſcepto obſervationes botanicæ prodierunt Göttingæ anno 1738. 4°.* recuſæ in *opuſculis.* Siſymbrii ſpeciem nemini poſt THALIUM dictam definivi & delineavi. Plantas aliquas rariores conatus ſum conſtituere, Petaſitidem DILLENII, Pirolam ſtaminibus rectis, diu a LINNÆO recuſatam, Melampyrum corollis hiantibus CELSII, Solidaginem Saracenicam latifoliam, alia.

De botanices utilitate Oratio anno 1739. 4°. dicta Göttingæ & in *Opuſculis.*

Iter Helveticum anni 1739. deſcripſi Göttingæ, 1740. 4°.*, & in *Opuſculis.* Rariorum plantarum ſynonyma ſimili opera conatus ſum extricare. Rariores aliquas dixi, ut Limodorum, Carduum Lappæ capitulis, Heſperidem Serratifoliam, Bryi novam ſpeciem, & Sphagni, pleniusque CHERLERIAM, Aſtragalum ſericeum, Daucum Alſaticum, Saxifragiam GREGORIANAM.

Enumerationem plantarum indigenarum Helvetiæ Göttingæ anno 1742. fol.* editam interim omitto, tantum ut adnotem, de eo libro ex eo botanices ſtatu judicari debere, qualis tunc erat, non ex eo, qui nunc eſt. Certe qui Gentianas, Aſtragalos, Allia, Aretias, eo tempore notas, & in univerſum alpinas plantas, cum iis contulerit, quæ tunc exſtabant hiſtoriis, is de meo labore poterit judicium ferre.

Enumerationem plantarum in Horto Gottingenſi naſcentium Gottingæ anno 1743. 8°.* edidi, brevem, ut horti, quem nuper condidiſſem. Aliqua in eo nova, ut Lychnis Sibirica, Fagopyrum Sibiricum &c.

In

In *Upſalienſis Societatis Literariæ* actis anno 1742. Amethyſtinam conſtitui.

Floræ Jenenſis RUPPIANÆ *editionem* Jenæ anno 1744. 8°.* datam curavi. In ipſis locis natalibus plantas RUPPIANAS recenſui, icones pluſculas addidi, Plantaginellæ, Hyſſopifoliæ, Lactucæ Salicinæ, Jacobeæ parvifloræ, Heſperidis, Myrrhidis aureæ, paſſim etiam plantas raras deſcripſi.

Allii genus naturale conſtitutum Gottingæ prodiit anno 1745. 4°.* & in *Opuſculis.* Unicum genus eſſe Allii, Cepæ & Porri oſtendi, neque ullo modo ſeparari poſſe: Inde ſpecies, quas haberem, accurate deſcribere, ſynonyma colligere ſum conatus, aliquarum etiam icones addidi, obſoleti Allii, & atropurpurei.

Opuſcula botanica recenſa, retractata & aucta Gottingæ anno 1749. 8°.*. Prius quæ dixi, ea emendata continet, & aucta; potiſſimum etiam Allium.

Enumeratio plantarum Horti Regii & agri Gottingenſis aucta & emendata Gottingæ anno 1753. 8°.* ſecuta eſt. Multo plenior & accuratior. Paſſim additæ deſcriptiones plantarum rariorum aut novarum, quales ab amicis acceperam, ut, in exemplo, duarum Potentillarum Sibiricarum.

In *Opuſculis Germanicis* paucula huc faciunt, de plantis Coromandeliæ &c.

In *Commentariis* novæ *Societatis Scientiarum* Gottingenſis plantas novas deſcriptas dedi, Cyanum anno I. calyce plumoſo, Cyanum calycibus ſplendentibus dentatis, Amethyſtinam, Horminum pendulum, Geranium uniflorum. Raras etiam, & nondum ſatis notas, dixi Cirſii alpinum genus, Valerianam tetraſtemonem, Phlomidem AMMANNI, Melilotum latiſſimis ſiliquis, Orchidem lilifoliam, Lerchiam. Aliqua etiam in generibus & ſpeciebus vulgo receptis correxi.

In Tomo II. Allium Suevicum, & Ruſſicum, & Aſtragalum curva ſiliqua, aliumque erectum, & perpulchrum Teucrium, & Rhamnum parum cognitum, Nepetam; Chenopodium ſpinuloſum, & Axyrin depinxi, aliasque plantas deſcripſi & definivi.

Miſi etiam ad eamdem *Societatem* fuſum *de Orchidum genere libellum*; tum alium de *plantis novis*; alium de *Graminibus nondum dictis*, quæ in ejus Societatis chartis latent.

In Diario *Helvetico*, *Taurinenſi*, & *Bernenſi* ſeptem libellos edidi, dum majus opus edere differebam, qui omnes demum in *Actis Helveticis* prodierunt, & primo *Orchidis genus conſtitutum* dedi in iis *Actis* anni 1760. inque Vol. IV. difficile certe opus, & neceſſarium, cum in pulchro genere alii nimias ſpecies diſtinguerent, alii veriſſimas expungerent, & haberent pro varietatibus. Collegi ergo ſpecies Orchidum in Helvetia naſcentes 39. & ex fabrica ſtaminum in quatuor genera diviſi, delineari curavi, & minutiſſime deſcripſi, ut litium fieret finis. Inter eas aliquæ perraræ ſunt.

Emen-

Emendationum ſtirpium Helveticarum Pars I. prodiit Bernæ anno 1759. 4°.* Finis fuit emendare, quæ in magno meo opere non ſatis firma fuiſſent, ſpecies rite diſtinguere, quarum diſcrimina nondum accurate definita haberentur; veras ſpecies vindicare, quas nuperi botanices ſcriptores oppreſſiſſent; ſpecies nuper inventas, aut novas, addere prioribus. Novas aliquas adjeci, ut Alſines ſpecies tres. Recuſa eſt Baſileæ in Vol. VI.

Inde in *Miſcellaneorum Societatis Taurinenſis* Tomo II. anno 1760. edito ſecundam partem *emendationum* dedi, qua prior per reliquas claſſes ſtirpium continuatur. Geniſta hic nova, & Aſter novus hic adporent, & Hieracii ſpecies evolvi. Recuſa eſt Baſil. in Vol. VI. *Actor. Helv.*

Emendationum Pars III. poſt nova itinera Baſileæ anno 1760. exeunte edita eſt. Multæ hic plantæ novæ, Muſci, Lichenes, Salices, Gramina, tum Saxifragiæ aliquæ, Alſine, Laſerpitium, Cardamine, Phaca, Carduus, & Cyano ſimilis planta, Hieracium, Taraxacum.

Emendationum Pars IV. Bernæ ad finem anni 1761. prodiit 8°. Correctiones aliquas Muſcorum continet & Salicum, & Graminum novas ſpecies, & Saxifragam, & Heſperidem, & Betonicam, & Achilleam, & Aſterem ramoſiſſimum. Baſileæ recuſa eſt in Vol. VI. *Act. Helv.* aliquanto emendatior.

Pars V. anno 1763. exeunte Baſileæ in *Act.* Vol. V. prodiit. Pertinet iterum ad Muſcos: novum hic Geranium, novam Turritidem deſcripſi.

Pars VI. Baſileæ ſucceſſit anno 1764. in Vol. VI. *Act. Helv.* Iterum aliquæ plantæ ſeparatæ, & novæ Anemones, Primulæ, Gentianæ ſpecies.

Anno 1745. Ad quartum Tomum operis WEINMANNIANI præfationem addidi, de iconibus plantarum a Germanis paratis.

In *Diario Bernenſi*, *Abhandlungen und Beobachtungen durch die œconomiſche Geſellſchaft zu Bern* anno 1763. n. 2. Fruticum & arborum Helvetiæ indigenarum catalogum dedi.

In eodem Diario anno 1764. opera ruſtica expoſui, quæ Rupe ſuſceperam.

Denique anno 1768. ſucceſſit Bernæ *Hiſtoria ſtirpium Helvetiæ indigenarum* fol. Tom. 3*. Præfatio compendium hiſtoriæ naturalis Helvetiæ continet & potiſſimum Alpium. Methodus mea eſt, aliquanto perfectior, cum claſſes ſuperiores a ſtaminum ad petala ratione repetitæ hic in minores ordines dividantur, pleroſque naturales. Genera ſubinde a LINNÆANIS diverſa, nomina ſæpe. Plantæ omnes ad naturam deſcriptæ, nonnullæ in 48. tabulis depictæ. Subjecta eſt utilitas œconomica & medica, breviter omnia, ut vix quidquam *criticæ* dederim. Plantarum numerus paulo infra 2500. quem potuiſſem leguminibus auxiſſe, aliiſque paſſim absque cultu provenientibus plantis edulibus. Novæ pluſculæ, & multæ hic primum definitæ, potiſſimum in magnis generibus Orchidum, Veronicarum, Gentianarum, Saxifragiarum, Graminum, Muſcorum.

Ejus

Ejus operis nomina ſola cum titulo *Nomenclatoris ſtirpium Helvetiæ indigenarum* prodierunt Bernæ anno 1768. 8°.*. Pauculæ emendationes acceſſerunt nuper natæ.

Mea eſt etiam in *Mém. de la Soc. Oecon. de Berne* anno 1770. P. I. deſcriptio plantarum, quæ ad armentorum & pecudum pabulum feruntur, quas inter & Sulla eſt ſ. Hedyſarum, & Faronche ſ. trifolium ſtellatum, & *Birdgraß* graminis paniculati ſp. Scopus eſt, ita has plantas pabulares definire, ut de earum vera ſpecie conſtare poſſit.

Inde *Agroſtographiæ* SCHEUCHZERI Supplementum. Deſcriptiones rariorum graminum, plerumque novorum, quæ inter plantas ſiccas SCHEUCHZERORUM fuerunt. In *Miſcell. Taurin.* T. IV. editum eſſe puto Turin. 1771. 4°.

In *methodo ſtudii medici* botanices etiam aliquam hiſtoriam edidi, quem librum Amſtelodami anno 1751. 4°.* vitioſe excuſum, Veneti in ſua nova editione multo magis corruperunt.

§. MCCXXXVIII. *Iterum Germani aliqui.*

Fridericus ZWINGER, Profeſſor Baſileenſis, *Theodori* filius, edidit anno 1731. *poſitiones anatomico botanicas* 4.* Pauculæ ſunt adnotationes botanici argumenti.

IDEM in BRUKERI *memorabilibus* paſſim adnotationes botanicas, & catalogos ſtirpium in vicinia ſponte naſcentium adjecit.

Fungum longo petiolo in *Act. Helvet.* I. deſcripſit.

IDEM patris Theatrum botanicum edidit, recognovit & auxit.

Johannis Godofredi UNGER & HAHNII *Papirus frutex* Lipſiæ 1731. 4°.*. Philologia, & deſcriptio collectanea.

Melchior SCHERB, Helvetus, *De loco & ſitu plantarum* Baſil. 1731. 4°.*.

Samuel CORYLUS dictus NITCHMANN De Corylo Jacobi Leid. anno 1732. fol. in IKENII theſauro.

Pharmacopœa Lewardienſis Leeuwaard. anno 1731. 12°.

Gottlieb STÖLLE *Hiſtorie der mediciniſchen Gelahrtheit* huc referas, etſi non fuit peritus Botanices Jen. anno 1731. 4°.*.

Diſpenſatorium Boruſſo - Brandenburgicum anno 1731. fol. SCHULZ.

§. MCCXXXIX. *Tranſactiones Philoſophicæ.*

In *Philoſophicis Tranſactionibus* anni 1731. n. 418. T. MADDEN oſtendit, aquam ſtillatitiam Lauroceraſi ex peſſimis venenis eſſe.

Martini TRIEWALD De floribus in aqua, cui bulbi immerſi, maturius florentibus.

IDEM ſuam Caldarii fabricam deſcripſit in I. Trim. 1739. *Wetenſk. Acad. Handl.* & in Trim. II. de cultu Lupuli egit.

EJUSDEM De peregrinarum arborum in Suecia plantatione experimenta, ut Amygdalorum.

EJUSDEM De vegetatione ſeminum melonum vetuſtorum. In *Ph. Tranſ.* n. 464.

EJUSDEM in *Wetenſk Handl.* anno 1741. n. 2. De Melonum cultu.

EJUSDEM De Filicini cineris ad ſaponem parandum utilitate ib. anno 1742. n. 2. & De ſerendo Secali toſto cum Hordeo.

EJUSDEM De viribus Camphoræ in Mania anno 1744. n. 1.

De palude conſerenda ex ruſtici *Taps Matts* LAURENTII F. indicatione.

EJUSDEM De Agricultura Germaniæ borealis ib. n. 2.

EJUSDEM De Glycyrrhizæ cultu n. 3.

EJUSDEM De cultu Lathyri tuberoſi n. 4.

Anno 1745. n. 1. 2. 3. 4. & anno 1746. n. 12. De cultu Mororum & Serici in Suecia.

N. 420. *Cromwell* MORTIMERI Experimenta circa vim venenatam aquæ Lauroceraſi.

William HOUSTOUN Contrayervæ icon & deſcriptio n. 421. LINNÆUS inde DORSTENIAM dixit.

IDEM Catalogum M. S. plantarum Jamaicæ, Cubæ, Venetiolæ, & Campechiæ; annis 1728. 1729. & 1732. lectarum ineditum reliquit.

In *Mercure* anni 1731. *Febr.* reperitur epiſtola D. le BOEUF, Joignienſis, *ſur la bonté des vins de Joigny.* Egregia eſſe vina & paria Altiſidiorenſibus.

EJUSDEM *Létre au ſujet de l'ordonnance de Bocchus Mercure* 1732. *Mars*, Colles patriæ ſuæ ad vina proferenda eximia paratos eſſe.

§. MCCXL. *Galli.*

Nicolai le ROY de St. AIGNAN *Ergo Ananas alimentum medicamentum* Paris anno 1731. 4°.*.

Lud. Joh. le THUILLIER & *Rob. Hub.* LINGUET. *Ergo alimenta Sacchara condita ſalubrio* Paris 1731. 4°.

Catalogue du Cabinet les S. de la FAILLE *en coraux &c.* la Haye 1731. 8°.

§. MCCXLI.

§. MCCXLI. *Thomas Short.*

Thomas SHORT *Explanation of the technical words made uſe of in botany* London anno 1731. ut video.

EJUSDEM *Medicina Britannica, Or a treatiſe on ſuch phyſical plants as are found in the field, or gardens in great Britain* Londin. anno 1747. 8°.*, quæ ſecunda eſt editio, prior anni, ni fallor, 1745. Plantæ 329. ſecundum ordinem alphabeti recenſæ, cum farragine virium medicatarum undiquaque collecta. Adjecta eſt adpendix de modo, quo plantæ ad uſus medicos colliguntur, præparantur, deſtillantur, ut vocant.

EJUSDEM *Diſcourſe on Tea, Sugar, Milk, made wines, ſpirits, Punch, Tobacco, with plain and uſeful rules for gouty people* Londin. anno 1750. 8°.*. Ediderat, uti lego anno 1731. tractatum de Thea, quem hic puto repeti. Pondera indicat, quæ quæque ſpecies Theæ in aqua frigida, calida, aut in ſpiritu vini amiſerit, & quæ putat particularum copiam indicare, quas quisque liquor ſolvit: plus autem Thea amittit in aqua. Extractum gummoſum, grati odoris, paravit: ſal fixus ex mediorum claſſe eſt. De viribus medicis fuſe, quas in plurimis morbis admittit. Validius infuſum Theæ viridis, ſcopo adhibet emetico. Saccharum valde laudat. Varia vina factitia deſcribit, & hydromellis ſalubritatem commendat. Debilior & deterior eſt ſpiritus frumenti, quam vini ſpiritus. Tafia ſeu *Rum* ſalubrior eſt utroque, iterumque melior ſpiritus Orizæ *Arak.* Potum Punch commendat. Cereviſiam ex fabis piſisve optimam coqui poſſe ſperat. Cereviſiam cæterum in frigidis regionibus, in calidis vinum præfert. Multa alia non huc pertinent.

§. MCCXLII. *J. O. Rudbek.*

J. Olai RUDBEK, *Olai* filii, *planta Sceptrum Carolinum dicta* Upſal. anno 1731. 4°.*. Splendida ſpecies Pedicularis, quam Sueci nomine Regio decoraverat, cum bona deſcriptione, icone & charactere. Patri inventam tribuit.

LIB. X.

LINNÆUS.

§. MCCXLIII.

Hoc anno 1732. primum *Caroli* Linnæi opuſculum prodiit, viri, qui maximam in univerſa re herbaria converſionem molitus eſt, & qui omnino pene integre ſuo fine eſt potitus. A natura ardente animo inſtructus, acerrima imaginatione, ingenio ſyſtematico, opportunitatibus imprimis poſteriore ſuæ vitæ parte uſus copioſiſſimis, cum ex univerſo orbe undique ad eum certatim naturales theſauri confluerent, omnibus ſui animi viribus, quas poſſidet maximas, in novam rei herbariæ conſtitutionem incubuit: ſeque vivente & ſuperſtite placita ſua a plerisque ſuis coætaneis recepta vidit. Neque diſſimulari poteſt, multo accuratius, quam prius ſolebat, ab eo ſingulas plantæ partes definitas eſſe, multoque magis naturam exprimere, quæ nunc dantur, deſcriptiones, etſi novam fere linguam ad eam rem excogitatam fuiſſe fatendum eſt. Reliqua ſigillatim addemus.

Prima in *Act. Lit. Suec.* annorum 1732. & 1735. edita eſt *Flora Laponica*, ex itinere nata, quod eo ipſo anno 1732. emenſus eſt. Hic primum videas claſſes ſuperiores a ſtaminibus ſumtas, inferiores a tubis, utrasque a numero, ſitu, & aliquando a proportione, quam nunc methodum ſexualem vocant. Multæ potiſſimum apetalæ.

Inde anno 1735. edidit *Syſtema naturæ*, in cujus parte botanica eadem methodus redit, perque eam genera diſponuntur, quam porro methodum vir Cl. tenuit. Summo labore genera conſtituta eſſe, & characteres redintegratos, palam eſt: ipſe ordo a natura certe longiſſime recedit, qui naturales claſſes divellat, & plantas diſſimillimas colliget, ſeparet ſimillimas. Altera eſt editio anno 1740. 8°.* hactenus ſolorum nominum.

Germanice verſa eſt ea editio, & Germ. atque latine edita a *J. Joachimo* Lange Hallæ anno 1740. 4°. Huth.

In editione IV. Paris anno 1744. 8°.* ab auctore emendata, nomina Gallica acceſſerunt. Quæque etiam nova editio generum numero priores ſuperat.

Editio

Editio eadem, cura Cl. AGNETHLERI Hallæ anno 1747. 8°. excuſa eſt.

Editio VI. Holmiæ cum tabulis æneis prodiit anno 1748. 8°. & Lipſiæ anno 1748. 8°.

Alia Holmiæ anno 1753. 8°. HARTMANNUS partem edidit, quæ ſpectat ad plantas, Suecice verſam.

Anno 1756. 8°.* Leidæ editio auctior ſucceſſit, editioni VI. ſimilis, in qua breves adſunt generum characteres, hactenus utiles, quod ſpecificas notas cujusque generis contineant. Recuſa eſt Luccæ anno 1758. 8°.

Editio X. Holmiæ anno 1759. 8°.* multum præſtat prioribus, cum ſpecies generibus ſubjectas habeat, absque equidem ſynonymis. Hæc editio Halæ recuſa fuit cura *J. Joachimi* LANGE anno 1760. 8°. 2.Vol. tum Lipſiæ anno 1762. 8°. & Vindobonæ 1767. 8°. niſi hæc ad ſequentem facta eſt.

Editio XII. nuper Holmiæ anno 1767. 8°. edita*. Paſſim aliqua emendavit, ut in Epipactide, & multa addidit.

Adjecit huic editioni *plantarum Mantiſſam*, in qua genera nova 45. ſpecies multæ, & emendationes, & deſcriptiones.

EJUSDEM *Muſa Cliffortiana* Leid. anno 1736. 4°.* Hartecampii floruerat in *Georgii* CLIFFORT horto, quo patrono LINNÆUS aliquamdiu uſus eſt. Plena hiſtoria & character expeditus, etſi alii Cl. viri paulo aliter florem ſe habere repererunt: difficilis enim & paradoxa planta eſt.

EJUSDEM *Bibliotheca botanica* Amſterdam. anno 1736. 8°.*. Etſi parum plena eſt, neque ſubito potuit plena naſci, ingenii tamen ſui auctoris veſtigia fert, in tabulis inque tota diſpoſitione.

Una prodierunt *Fundamenta botanica*, plantæ potiſſimum partes variis modis in claſſes & ordines conjectæ, earum definitiones: nectarium conſtitutum, non perpetuo ſui ſimilis particula. Deinde leges conſtituendorum generum, nominum, ſpecierum, varietatum. Vires claſſicæ. Recuſa ſunt Paris anno 1744. 8°.* Luccæ anno 1758. 8°.*.

EJUSDEM *Flora Laponica ex itinere anni* 1732. Amſterdam. anno 1737. 8°.*. Magno labore juvenis acerrimus deſerta, paludes, ſylvas, & montes Laponiæ peragraverat. Plantas in vaſta regione legerat omnino 537. ſed inter eas novas paſſim, & raras, boreales plantas. Utilitatem medicam & œconomicam ubique addidit, qualem ab indigenis percepit, adnotationes etiam botanicas interſperſit, icones demum pluſculas liberalitate Societatis privatæ Amſtelodamenſis adjutus adjecit.

EJUSDEM *Genera plantarum eorumque claſſes naturales ſecundum numerum, figuram, ſitum & proportionem omnium fructificationis partium* Leidæ anno 1737. 8°.*.

Et *Corollarium generum plantarum &c.* ibid. eodem anno 8°.*. Methodus, quam dixi, ut plerumque numerus ſtaminum agmen ducat, aliquando proportio, ut in didynamiis, tetradynamiis, aut coalitus, ut in Syngeneſia, in columniferis, in papilionaceis, aut ſitus, ut in Gynandriis, Monœciis, Diœciis, Polygamiis. Totus equidem cuique generi character naturalis præfigitur, ut tamen velles ſeorſim expreſſum, quod quodque genus peculiare habet, & quo ſeparatur ab adfinibus.

Sæpe recudi fecit, ſemper inſigniter auctum opus, etiam emendatum, ut Leidæ anno 1742. 8°.*, Hallæ anno 1752. 8°., Holmiæ anno 1754. 8°.* & 1764.* Viennæ 1767. 8°. Ad finem, plerisque in editionibus, adjecti ſunt ordines 58. naturales, ſubjecta genera incommoda, quæ nondum locum in naturali aliqua claſſe repererunt.

EJUSDEM *Hortus Cliffortianus plantas exhibens, quas in hortis ſiccis & vivis Hartecampi* coluit G. CLIFFORT Amſterdam. anno 1737. fol.* ſplendidum opus, pulchris ornatum tabulis æneis, ex liberalitate *Georgii* CLIFFORT. Hic incepit (ut in Flora Laponica) vir Cl. ſpecies generibus ſubjicere, & ſynonyma, in plantis fere peregrinis & hortenſibus, quarum multæ raræ & novæ. Intercedunt paſſim adnotationes aliquæ botanicæ. Icones hic reperias *Collinſoniæ, Rauwolfiæ, Turneræ, Diervillæ, Parkinſoniæ, Bauhiniæ, Heliocarpi, Browalliæ, Martyniæ, Amorphæ, Daleæ, Siegesbeckiæ, Milleriæ, Lobeliæ, Anthoſpermi, Dioſcoreæ, Kiggelaariæ, Cliffortiæ, Hernandiæ, Huræ, Roellæ.*

EJUSDEM *Critica botanica, in qua nomina plantarum generica, ſpecifica & variantia examini ſubjiciuntur* Leidæ anno 1737. 8°.*. Partem quartam fundamentorum botanicorum hic uberius deducit, quæ agit de nominibus plantarum. Generum nomina vult ſibi ſtare, neque ab ulla ſimilitudine deduci, neque barbariem ſapere. Nomina Cl. virorum in plantis ſuadet dedicari, rectius, quam VAILLANTIUS. Nomina ſpecierum jubet definitionem exprimere ſuæ plantæ: ideoque RIVINIANA & BAUHINIANA rejecit. IDEM tamen in poſterioribus operibus præter nomina erudita *trivialia* introduxit, quorum vulgo uſus eſſet, & quæ ipſa ſunt RIVINI nomina. Multum hoc opere ſibi conflavit invidiæ AUCTOR, quo, ut puto, voluit rationem reddere, cur nomina in re herbaria recepta undique rejecerit.

EJUSDEM *Claſſes plantarum*, ſeu *ſyſtemata plantarum a fructificatione deſumta* Leid. anno 1738. 8°.*. Pars fundamentorum II. Exponit methodos hactenus notas, ab ipſo retro CÆSALPINO: ſubjungit propriam, a calyce ſumtam, nunquam tamen in ipſa re adhibitam: tum ordines plantarum 65. quos putet naturales eſſe, & methodos aliquas, quibus aliquæ claſſes in ſuos ordines & genera dividuntur.

Cum in locum ROBERGII ſucceſſiſſet vir Cl. cepit diſſertationes edere, fere omnes novis aut rebus, aut de rebus judiciis, conſpicuas.

Oratio

Oratio inauguralis *de neceſſitate peregrinationis per patriam hactenus* huc ſpectat Leidæ anno 1743. 8°.* excuſa, qua utilitas botanices ornetur, etiam ideo, quod ab exteris ſæpe plantæ redimantur, quæ botanici in patria detexerint &c. Redit in *Amœnitatum* T. II.

Inter diſputationes prima nobis eſt *de Betula nana* Upſal. anno 1743. Fruticulus borealis hic deſcriptus & depictus, absque tamen charactere.

Oratio *De telluris habitabilis incremento* Upſal. anno 1743. 4°.* & in Amœnitatum T. II. Hic primum novam profert hypotheſin, unicum individuum androgynarum plantarum, unum par ſexu diſtinctarum a principio natum fuiſſe: inde reliqua *individua* ſenſim prognata. De fecunditate plantarum ex numero ſeminum, variisque adminiculis.

Ficus anno 1744. 4°.* Species variæ, & varietates ſexus, & caprificatio. Femininos flores fecundari polline ab inſectis propriis adlato: nova undique theoria, de qua nuperorum varia ſunt judicia.

Ejusdem *Peloria* anno 1744. 4°.* Monſtrum plantæ a Kalmio detectum: Flos Linariæ in aliam tubuloſam figuram degenerat, & quinque nunc ſtamina habet, & quinque calcaria. In variis Antirrhinis ejusmodi flores a nuperis detecti ſunt.

Ejusdem *Oeländska och gothländska reſa* Holm. anno 1745. 8°.*. Germanice Leipzig 1764. 8°. Hall. 1765. 8°. Iter in inſulas meridionales & calidiores Sueciæ, plantis raris plenas. Per univerſam quidem naturam vir Cl. rariora hic venatus eſt, in primis tamen etiam plantas, quarum characteres paſſim conſtituit, utilitates a paganis didicit, locos natales etiam inexſpectatos detexit: potiſſimum ad tinctoriam artem utiles plantas indagavit.

Ejusdem *Flora Suecica exhibens plantas per regnum Sueciæ naſcentes* Holm. anno 1745. 8°.*. Plantarum ſpecies 1140. cum utilitatis medicæ compendio, loco natali, paſſim etiam adnotationibus. Multas ubique veras meridionalium regionum ſpecies pro varietatibus habuit, quas ipſe non legiſſet. Nonnunquam in alios ſcriptores aſperius animadvertit.

Alia editio multum aucta prodiit anno 1755. 8°.*. Plantæ fere 1300. Adnotationes numeroſiores.

Ejusdem *Corallia Balthica* Upſal. anno 1745. 4°.*. Ea ad polyporum opera refert: cæterum Gothlandica Corallia deſcribit & depicta dat.

Ejusdem & R. Martin *Plantæ Martinoburſerianæ* Upſal anno 1745. 4°.*, herbas nempe Burseri ſiccas in 25. volumina repoſitas, quas *Petrus* Martin recenſuerat. Redit hic earum catalogus cum nominibus Linnæanis, aut noſtris. Duas Veronicas diverſiſſimas conjungit 148. 150. Ad finem character eſt arboris, quæ gummi Guttæ fert.

Ejusdem

EJUSDEM *Hortus Upſalienſis* anno 1745. 4°.* nuper nempe hibernaculis & tepidariis ornatus. Catalogus brevis; vitæ RUDBECKIORUM adjectæ. Prior RUDBECKIUS hortum condidit, alter patrem in adornandis Campis Elyſiis adjuvit.

EJUSDEM *Paſſiflora* anno 1745. 4°.* ſpecies 22. deſcriptæ, aut certe definitæ, præter 18. dubias.

EJUSDEM *De Anandria* anno 1745. 4°.* Petaſitis genus flore clauſo, in Sibirica proveniens. Oſtendit ſuum ſtamineum tubum habere.

EJUSDEM *Acroſtichum* anno 1745. 4°.*. Cum ei generi characterem fecerit, totum dorſum ſeminali ſcobe obſitum habere, deſcribit 18. plantas filicinas, plerasque peregrinas, quibus ea nota eſt.

EJUSDEM & WAHLBOM *Sponſalia plantarum* anno 1746. 4°.*, nempe de fecundatione partium femininarum floris, quæ per maſculum antherarum pollinem fit. Vivere etiam plantas, dormire, & alia ſimilia habere animalium. Ubi tuba longior eſt ſtaminibus, flos fere nutat. Antheræ ubique ita diſponuntur, ut pollinem tubis inſpergere poſſint. Recuſa eſt diſſertatio Luccæ anno 1758. 8°.* & in linguam Italicam converſa.

EJUSDEM *Flora Ceylanica, ſeu plantæ Indicæ Ceyloniæ* a P. HERMANNO ab annis 1670. ad 1677. *lectæ, ab Auguſto* GUNTHERO *orbi redditæ.* Stokholm. anno 1747. 8°.*. Pharmacopola Hafnienſis quinque volumina plantarum ſiccarum, in Ceylonia a P. HERMANNO lectarum, cum LINNÆO communicavit. Is pro ſuo in plantas amore eas ſcrutatus, numeroſiſſima nova genera conſtituit, reliquas ſtirpes aut ad ſua genera reduxit, aut quæ obſcura erant & dubia deſeruit. Novas paſſim deſcripſit, alias depinxit.

EJUSDEM *Wäſtgöta reſa* Holm. anno 1747. 8°.*. Multa iterum ad plantarum characteres & vires medicas, aut venenatas, pertinentia huc pertinet; has potiſſimum in Phellandryo, Cicuta aquatica, Crambe. Theæ Suecicæ meminit &c. Zoſteræ characterem deſcripſit &c. Germanice Lipſiæ 1765. 8°.

EJUSDEM *Nova genera plantarum* Upſal. anno 1747. 4°.*. Multa genera ex Ceylanicis HERMANNI, alia etiam aliunde ab ILL. viro repetita, etiam Europæa, ut Camphoroſma, Inula, Zoſtera, Cervaria, Bufonia.

EJUSDEM *Vires plantarum* Upſal. anno 1747. 4°.*. Potiſſimum de viribus claſſicis plantarum agit. Aſclepiadem pro ſuſpecta habet, dulcia laudat.

EJUSDEM *Hortus Upſalienſis* Holm. anno 1748. 8°.*. Catalogus plantarum in Suecia ſponte naſcentium, quas in horto coluit. Numerus inſignis, & multæ plantæ, quarum genus unica ſpecie contentum eſt; Sapor libri, qui horti Cliffortiani, nonnullæ etiam adnovationes & icones, nomina ſæpe nova & genera commutata.

EJUSDEM *Flora œconomica* Upſal. anno 1748. 4°.*. Plantarum Suecicarum utilitas œconomica, & medica. Multa hic auctori propria.

EJUSDEM

Ejusdem *De curioſitate naturali* Upſal. anno 1748. 4°.*, hominis charactere proprio, qui ex terra fit, per regnum vegetabile, per inſecta, per aves ſenſim perfecta, quoad digna ſit, quæ in hominem abeat.

Viridarium Cliffortianum Amſterdam anno 1748. 8°. Non vidi.

Amœnitates Academicæ ceperunt edi Holmiæ & Lipſiæ anno 1749. 8°.* tomusque primus eodem anno etiam Leidæ 8°.* recuſus eſt. Continet diſputationes, quas recenſuimus: tum alias non hujus argumenti. Paſſim aliqua Auctor adjecit & monuit.

Ejusdem *Materia medica*. L. I. *de plantis* Holmiæ anno 1749. 8°.*. Plantas plurimas, & celeberrimas, ob utilitatem medicam, ut tamen verum earum genus ignoraretur, ad ſua genera revocavit, ut Ipecacoanham ad Caprifolium, Cocculos ad Meniſpermum, Been album ad Centauream, Myrobalanos Emblicas ad Phyllanthum, Pareiram bravam ad Ciſſampelon. Varias etiam plantas ob vires medicatas celebrat, quas officinæ ignorant. Ginſeng bacciferam a Ninſeng umbellifera ſeparavit. Salap ad Orchidem Morionem reducit. Sed totum opus legere oportet, quod ſit inter optima auctoris. Cum *Lud.* Tessari *Materia medica contracta* prodiit Venet. 1762. 8°.

Ejusdem *De Oeconomia Naturæ* anno 1749. 4°.*. Ut ex Muſco paludum terra utilis renaſcatur. Erucas hactenus utiles eſſe, quod noxia Gramina coerceant, quæ ſola imperium pratorum ſibi ſumtura fuiſſent. Omnia in tellure demum ad hominis utilitatem conſpirare. Ubi ſtaminibus tuba longiora, ibi flores nutant, ut tubæ fecundari poſſint; & fecundati iidem eriguntur. Ubi flores maſculi infra femininos ponuntur, ibi folia tenuiſſima, aceroſa, impediunt, ne pollen ſeminalis ſurſum evolet, ut in coniferis.

Ejusdem *Lignum Colubrinum* Upſal. anno 1749. 4°.* Triplicem antidotum eſſe Serpentum morſus, Mungos nempe Kæmpferi: Modira Caniram Horti Malabarici, Strychni ſpeciem, in officinis cum nomine ligni Colubrini receptam, ſuſpectam tamen: Demum Ophioxylon foliis quaternis Linn.

Ejusdem *De radice Senega* Upſal. anno 1749. 4°.* & ea occaſione de multis Polygalæ ſpeciebus, quo Penæam refert & Polygaloides. Demum de Seneca, ſeu radice gentis Zonnontuan, quæ ſanguinem coactum apta ſit diſſolvere, ex Tennenti experimento.

Ejusdem & Loeflingii *Gemmæ arborum* Upſal. anno 1749. 4°.*. Multa gemmarum genera diſtinguit & deſcribit; & modum, quo folia complicantur; & ſucceſſionem foliorum, fructuumque, qui ex gemmis naſcuntur. Claſſes, quas conſtituit, numeroſis exemplis illuſtrat. Peregrinæ & calidæ plantæ fere gemmis deſtituuntur. Ipſæ gemmæ fiunt aut foliis, aut petiolis, aut ſtipulis, aut his omnibus. Ita quatuor claſſes naſcuntur. Bulbi gemmæ ſunt.

Ejusdem

EJUSDEM & HESSELGREN *Pan Suecus* anno 1749. 4°.*. Catalogus nempe plantarum, quas equus, bos, capra, ovis & ſus aut oblatas in cibum verterunt, aut viciſſim refutarunt, in 2314. experimentis & 816. ſtirpium ſpeciebus. Duabus hic adnotationibus locus eſt; plurimas nempe plantas ſiccas edules fieri, quas recentes & ſucculentas armenta & pecora refutant: deinde aliis & aliis in regionibus alium his animalibus fuiſſe guſtum. Equiſeti radices mei porci rejecerunt.

EJUSDEM & *Laurentii* MONTIN *Splachnum* Upſal. anno 1750. 4°.*, nempe de Muſco Norvegico umbraculo maximo & patente: tum de alio Muſco congenere: denique de Bryo, quod vir Cl. Splachnis adnumerat, etſi non habet umbraculum; adjectus eſt Juncus gluma biflora terminali.

EJUSDEM & P. J. BERGII *Semina Muſcorum* Ib. anno 1750. 4°.*. Negat quemque ſemina Muſcorum nota habuiſſe, etſi MICHELIUS, & DILLENIUS, & gemmas & pollinem capſularum utique accurate ſunt rimati. Quæ etiam pro ſeminibus Vir Cl. habet, nos gemmis adnumeramus.

EJUSDEM *Skonska reſa* Stokholm. anno 1751. 8°.*. Itineris in Scaziam anno 1749. ſuſcepti deſcriptio. De cultu paludum molliorum. De planta venenata *Stäkan*, ex qua morbi epidemici armentorum quotannis fere oriantur: Oenanthen innoxiam eſſe. De Manna ex Gramine anatum parata. Character Subulariæ. Fungus muſcarius cimices necat &c.

EJUSDEM *Philoſophia botanica, in qua explicantur fundamenta plantarum, cum definitionibus rariorum* Holm. anno 1751. 8°.*. Opus magni momenti, & multi laboris, cujus fructus in breves aphoriſmos collecti hic habentur. Omittimus hiſtorica; ſequuntur partes plantarum, & floris, & nectaria. Multa & pulchra de floribus plenis. Viventium a principio quamque ſpeciem unico pare conſtitiſſe. Pro ſexu ſtirpium & fecundatione tubæ per antherarum pollinem. Novas ſpecies naſci. A fructificatione (ut vocat) characteres ſumi debere, habitum clanculum conſuli. Florem tamen fructui præfert. Iterum critica de nominibus. Nomina trivialia. Contra varietates, quas plurimas admittit, ubi nos ſpecies videmus: & ideo fere pro varietatibus habet, quod facie differant, etſi fructificatione conveniunt. Notas diſtinctionum mavult a minimis ſumere particulis. Vires claſſicas defendit. Terminos technicos iconibus explicat &c.

EJUSDEM *Plantæ Kamtſchatcenſes rariores* Upſal. anno 1751. 4°.*. Plantæ novæ ex Kamtſchatka adlatæ; paſſim cum deſcriptione; nova etiam genera, ut Anabaſis, Cimicifuga. Aliquæ etiam delineatæ.

EJUSDEM *De ſapore medicamentorum* anno 1751. 8°. Pro definitiooe virium medicarum ex ſapore.

EJUSDEM *Amœnitatum Academicarum volumen ſecundum* Holm. 1751. 8°.*. Diſputationes poſt primum volumen editas, cum duabus, quas diximus, orationibus continet, tum alia, & nonnullas emendationes.

Ejusdem *Nova plantarum genera* Upſal. anno 1751. 4°.*, potiſſimum ex Kalmii itinere nata, ex converſis Mitchelii generibus, ex nominibus aliorum auctorum mutatis, aliisve adnotationibus. Stellariam nunc a Coriſpermo ſeparat.

Ejusdem *Plantæ hybridæ* Ib. anno 1751. 4°.*. Memorabile opuſculum. Novas ſpecies plantarum perpetuo augeri: novasque imprimis ex adulterio gigni, quando pulvis antherarum alienæ plantæ tubas conſpergit. Exempla adducit, Veronicam inter & Verbenam natæ plantæ: alterius ab Anemonoſpermo & Calendula genitæ, iterum alterius ex Primula & Cortuſa. Multas etiam dudum notas ſtirpes huc trahit, ut violaceum Glaucium ex Chelidonio & Rhœade; Romanam Urticam, Cymbalariam &c. Verum certum eſt, hybridas plantas ſteriles eſſe, & difficillime propagari: plurima etiam exempla hic produci, ubi duo parentes ſpurii putati partus multis & terris & maribus remoti vivunt.

Ejusdem *Obſtacula medicinæ* Ib. anno 1752. 4°.*. Recte notat, quam negligenter medici in ſtirpium virtutibus definiendis ſe geſſerint, morbos non diſtinxerint, vires alienas tribuerint, plantas inertes, etiam noxias, pro utilibus per errorem adhibuerint, ipſas plantas ignoraverint &c.

Ejusdem *Plantæ eſculentæ patriæ* Ib. anno 1752. 4°.*. Plantas recenſet, quæ duriſſimis temporibus, & in annonæ ſumma difficultate, poſſunt in cibum recipi. Eo etiam Scirpum refert, Daucum, Chærophyllum ſylveſtre, Polygonum, Fagopyrum volubile, Filipendulam, Glandes, ipſum Lolium, Empetrum, Tulipam. Sequuntur ſuccedanea, Cicer pro Coffea, Calendula pro Croco &c.

Ejusdem *Euphorbia* Ib. anno 1752. 4°.*. Difficile etiam nunc genus deſcribuntur & definiuntur 53. ſpecies, pleræque ad naturam.

Ejusdem *Odores medicamentorum* Ib. anno 1752. 4°.*, quorum multi in vegetabilibus habitant.

Ejusdem *Rhabarbarum* Ib. anno 1752. 12°. Criſpam ſpeciem, etiam olim in horto noſtro dictam, pro vera habet & officinali.

Ejusdem *Cui bono* Ib. anno 1752. 4°.*. Apologia pro hiſtoria naturali; Muſcorum & Lichenum utilitates Graminumque, tum plantarum peregrinarum.

Ejusdem & Forskohl *Hoſpita inſectorum Flora* Ib. anno 1752. 4°.*. Catalogus plantarum cum inſectis, quæ in quaque amant paſci, ſæpe numeroſiſſima.

In *Muſæo Teſſiniano* Holm. anno 1753. fol.* aliqua medica ſunt.

Ejusdem magnum opus *Species plantarum, exhibentes plantas rite cognitas, ad genera relatas, cum differentiis ſpecificis, nominibus trivialibus, ſynonymis ſelectis, locis natalibus* Stokholm. anno 1753. 8°. 2.Vol.*. Primum adnotaſſe oportet, ſolas hic plantas recenſeri, quas auctor coram habuerit, numeroſiſ-

 ſimas

ſimas adeo, etiam Europeas, omitti, quoties viri oculos fugerant. Deinde copioſiſſimum tamen eſſe catalogum, cum undique per diſcipulos, amicos, etiam ignotos, plantæ rariſſimæ ad Cl. virum confluxerint. Paſſim priora ſua placita emendavit, & quas varietates dixerat, inter ſpecies recenſuit. Rariores paſſim deſcribit.

Idem opus retractatum & auctum vir Cl. anno 1762. edidit 2.Vol. 8°.* potiſſimum Indicis & peregrinis plantis ditius. Studium idem. Iterum paſſim aliquas ſpecies recepit, quibus fidem negaverat, & tamen in pluſculis pergit in ſententia, quam nuper demum deſeruit, ut plerasque nunc pro ſpeciebus adgnoſcat, quas inter varietates relegaverat. Maximum opus, & æternum, plenius futurum, ſi aliis, etiam plantarum gnaris viris, fidem habuiſſet, qui in regione magis auſtrali plantas ſeptentrioni a natura negatas recentes & florentes viderunt.

EJUSDEM *Vernatio arborum* Upſal. anno 1753. 4°.* Tabula, in qua dies, quibus 19. arbores in diverſis Sueciæ provinciis florere ceperunt, & Hordeum ſatum, iterumque demeſſum eſt.

EJUSDEM *Incrementa botanices* Ib. anno 1753. 4°.*. Merita de re herbaria patrum, fundatorum, ſyſtematicorum, & reformatorum, quorum ordo cum LINNÆO incipit.

EJUSDEM *Demonſtrationes plantarum in horto Upſalienſi* anno 1753. ibid. anno 1753. 4°.*. Catalogus plantarum horti, cum rariorum aliqua deſcriptione. Nomina trivialia.

EJUSDEM *Herbationes Upſalienſes* Ib. anno 1753. 4°.*. Quatuor parva itinera circa Upſaliam definiuntur, & in quoque recenſetur, quæ plantæ reperiantur, nominibus ſolis trivialibus.

EJUSDEM *Inſtructio Muſæi* Ib. anno 1753. 4°.*. De plantarum exſiccatione, conſervatione, de nonnullis celebribus hortis ſiccis.

Hic clauditur Volumen III. *Amœnitatum Academicarum* Holmiæ 1756. 8°.* excuſum.

EJUSDEM *Plantæ officinales* Upſ. anno 1753. 4°.*. Catalogus Linnæanus plantarum, quarum aliqua pars in medicinam recipitur: de modo, quo integerrimæ ſerventur: de iis, quæ in Suecia poſſint provenire.

EJUSDEM *Cenſura medicamentorum ſimplicium vegetabilium* Ib. anno 1753. 4°.*. Rejicit inutilia, commendat efficaciores plantas, quarum vires ſæpe parum notas indicat.

EJUSDEM *Flora Anglica* Ib. anno 1754. 4°.*. Catalogus Linnæanus nominum trivialium: cedere Suecicæ Floræ Sylvaticarum & alpinarum numero, ſuperare eamdem marinis (& calidiorum regionum plantis). Dubias aliquas ſubjicit, quæ nobis videntur certiſſimæ.

EJUS-

EJUSDEM *Stationes plantarum* Ib. anno 1754. 4°.*, nempe ſolum, quod quæque planta requirit, & in quo ſolo perfectionem ſibi debitam adtingit. Claſſes ſunt aquaticæ, alpinæ, umbroſæ, campeſtres, montanæ; ſecundum has claſſes vir Cl. Floram Suecicam diſtribuit, nominibus trivialibus. Eſt autem multum in his arbitrarii. Betula nana alpes Helveticas fugit, torfacea ſequitur humiliora, ſic Trollius Europæus, Arnica, Acetoſa major, Anthericum, & perinde in aliis claſſibus res ſe habet.

EJUSDEM *Herbarium Amboinenſe* Ib. anno 1754. 4°.*. Catalogus fere mille plantarum, ſæpe cum nominibus trivialibus LINNÆI.

EJUSDEM *Horti cultura Academica* Ib. anno 1754. 4°.*. Cælum & ſolum, in quo quæque planta creſcit, & quorum utrumque in horto oportet imitari.

EJUSDEM *Centuria I. plantarum* Ib. anno 1755. 4°.*. Inter eas multæ ſunt, quas prius noſter recuſaverat admittere: aliæ peregrinæ; nonnullæ hic deſcriptæ.

Centuria II. Ib. anno 1756. 4°.*. Iterum multæ Europeæ, nunc demum inter veras plantas admiſſæ.

EJUSDEM & CRAMER *Somnus plantarum* Ib. anno 1755. 4°.*. Somnum vocat complicationem foliorum nocturnam, quæ a lucis defectu pendere videtur, certe non a frigore. Formam definit, quam complicatum quodque folium induit, & iconibus exprimit, plantasque recenſet, quæ quamque formam induunt.

EJUSDEM *Fungus Melitenſis* Ib. anno 1755. 4°.*. Deſcriptio ad ſiccum fungum facta, cui anthera ſolitaria eſt, calyx quadrifolius, ſemen unicum & tuba unica. Adhibetur ad vulnera, etiam ad jacturas ſanguinis muliebres.

EJUSDEM *Metamorphoſes plantarum* Ib. anno 1755. 4°.*. Evolutionem plantulæ, & floris potiſſimum fructusque, comparat cum evolutione papilionis, qui intra erucam latuit. Deinde mutationes plantæ per ætatem obrepentes, ut repentis Ranunculi ex globoſo: tum florum plenorum, aliasque varietates adnotat.

EJUSDEM *Calendarium Floræ* Ib. anno 1756. 4°.*; nempe pro cælo Suecico. Annum in duodecim periodos, non quidem menſtruas, dividit; ſecundum eas plantas recenſet. Primi flores, ſementis tempus, meſſis, & foliorum lapſus accurate adnotantur. Prima floruit Corylus, Aprilis M. 12. Julio M. fœnum demetunt, M. Auguſto Cerealia.

EJUSDEM *Flora Alpina* Ib. anno 1756. 4°.*. Non quidem Alpes deſcribit, ſed montes boreales Lapponiæ & Norvegiæ. Catalogus plantarum parcus, nomina trivialia: plantæ ipſæ pleræque montanæ potius, quam alpinæ.

EJUSDEM *Flora Palæſtina* Ib. anno 1756. 4°.*. Ex *Friderici* HASSELQUIST itinere nata, tum ex prioribus, SHAWIO aliiſque. Deſiderares nomina Arabica.

Ejusdem *Flora Monſpelienſis* Ib. anno 1756. 4°.*. Ex plantis a D. Boissier communicatis. Nomina iterum trivialia.

Ejusdem *Specifica Canadenſium* Ib. anno 1756. 4°.*. In univerſum medicæ artis laudem in ſpecificis ponit. Inter ea Trioſteoſpermum febrifugum, radix Seneca pleuritidi adverſa, Lapathum Britannicum ad ulcera dyſepulota efficax, Spigelia ad vermes, Chenopodium ambroſioides adverſus eosdem. Lobelia ex Kalmii experimento adverſus luem veneream.

Ejusdem *De acetariis diæteticis* Ib. anno 1756*. Plantæ nempe, quæ in acetaria recipiuntur. Portulacam lapides adrodere, Cucumeres febrem intermittentem produxiſſe.

Hæc ultima eſt diſſertatio Tomi IV. *Amœnitatum Academicarum*, qui anno 1759. 4°.* excuſus eſt.

Ejusdem & Holmii *Flora Danica* Upſal. anno 1757. 4°.*. Nomina trivialia.

Ejusdem *Panis diæteticus* Ib. anno 1757. 4°. Alia præter noſtra Cerealia etiam recenſentur, quæ panem ſubeunt, ut cortex pini, Lichen Islandicus.

Ejusdem Buxbaumia Ib. anno 1757. 4°.* vera nempe, cum nova deſcriptione, in quam ſtamen recipit, quod nobis eſt columella, etiam in aliis Muſcis a nobis reperta.

Ejusdem *Transmutatio frumentorum* Ib. anno 1757. 4°.*. Contra Verginii inventum, qui repetita deſectione putabat Secale in Triticum mutari. Negat hic Linnæus, novas ſpecies in natura naſci.

Ejusdem *Culina mutata* Ib. anno 1757. 4°.*. Quæ nempe alimenta & condimenta in locum eorum ſucceſſerint, quibus priſci Romani & Græci uſi ſint, cum major nunc telluris pars cognita ſuos theſauros in Europam effuderit. Locos etiam natales novorum olerum quærit.

Ejusdem *Spigelia anthelmintica* Ib. anno 1754. 4°.*. Varia adverſus vermes inteſtinales medicamenta. Deinde Spigelia iſta, quæ Arapabaca Pisonis, habetur pro *Indian pink* Americæ Septentrionalis, & adverſus idem malum laudatur. Icon addita.

Ejusdem *Medicamenta graveolentia* Ib. anno 1758. 4°.*. Catalogus plantarum graveolentium, cum eorum virtute medicata. In nervos agere, & fœtida quidem repercutere: nam habet graveolentia odore grato, ut Violam, Leucojum &c.

Ejusdem *Frutetum Suecicum* Ib. anno 1758. 4°.*. Rara intercedunt, ut Emerus. De viribus medicatis. Aliqui peregrini frutices, qui Suecico in aëre durant.

Ejusdem *Pandora inſectorum* Ib. anno 1758. 4°. Iterum Catalogus plantarum, & inſecta, quæ in quaque paſcuntur.

Ejus-

EJUSDEM *Arbuſtum Suecicum* Ib. anno 1759. 4°.*. Arbores 25. cum cultu, variisque ad earum hiſtoriam pertinentibus, ſecundum menſes LINNÆANOS, quos non oportet oblivifci, ſola de Suecia veros eſſe. Utilitates etiam variæ & peculiares paſſim hic docentur.

EJUSDEM *Auctores botanici* Ib. anno 1759. 4°.*. Circa 80. celebriores auctores hic recenſentur, cum ætate & ſcriptis.

EJUSDEM *Inſtructio peregrinatoris* Ib. anno 1759. 4°.*. Breviter oſtendit, ad quæ peregrinator utiliter advertat.

EJUSDEM *Plantæ tinctoriæ* Ib. anno 1759. 4°.*. Plantæ colorem utcumque fundentes, ſive tinctoribus utiles ſint, ſive pictoribus. Multa hic minus vulgo nota. Lycopus ad nigrum colorem facit, cortex Berberis ad flavum &c.

EJUSDEM *Animalia compoſita* Ib. anno 1759. 4°.*. Potiſſimum de Coralliis. A nervis diſcrimèn plantarum ſumi & animalium.

EJUSDEM *Flora Capenſis* Ib. anno 1759. 4°.* Auctores: genera propria: plantæ ſingulares, trivialium nominum Catalogus LINNÆANUS.

EJUSDEM *Flora Jamaicenſis* Ib. anno 1759. 4°.* Auctorum catalogus: plantæ BROWNIANÆ, Linnæano ordine diſpoſitæ, præter eas, quas LINNÆO non contigit vidiſſe. In generibus multa mutat.

EJUSDEM *Pugillus Jamaicenſis* Ib. anno 1759. 4°.*. Plantæ aliquæ BROWNIANÆ, deſcriptæ & denominatæ.

EJUSDEM *Nomenclator botanicus* Ib. anno 1759. 4°.*. Plantæ aliquæ medicatæ, nominibus ex variis linguis diſtinctæ. Germanica valde vitioſa.

Hæc *Amœnitatum Academicarum* Tomus V. complectitur, Holmiæ anno 1760. 8°. editus*.

EJUSDEM *Generatio ambigena* Upſal. anno 1759. 4°.*. Patrem in planta, & in animale, dare exteriorem fetus partem & corticalem, matrem interiorem. Sed Equa ex Aſino mulum parit, etiam cute & pilis matris ſimilem.

EJUSDEM *Politia naturæ* Ib. anno 1760. 4°.*. Muſci ſunt naturæ pauperes, gramina ruſtici, herbæ nobiles, arbores magnates. Inſecta nimia regni vegetabilis incrementa coercent.

EJUSDEM *Flora Belgica* Ib. anno 1760. 4°.*. Ejus auctores; ſolum: plantæ rariores, tunc Catalogus LINNÆANUS, nominibus trivialibus, ex GORTERO ſumtus & COMMELINO.

EJUSDEM *Plantæ Africanæ rariores* Ib. anno 1760. 4.*. Secundum ordinem ſuum, LINNÆUS centum Capenſes ſtirpes deſcribit: deinde catalogum nominum trivialium dat.

EJUSDEM

EJUSDEM *Macellum olitorium* Ib. anno 1760. 4°.*. Plantæ aliquæ, quas nonnunquam fames edules fecit, ut herba Coſta, Bugloſſa: aliæ vulgo eſculentæ.

EJUSDEM *Potus Coffeæ* Ib. anno 1761. 4°.*. Plena hiſtoria botanica & medica.

EJUSDEM *Inebriantia* Ib. anno 1762. 4°.*. Plantæ hic narcoticæ recenſentur, Opium, Peganum, Maslac, quod pro Bangue Perſarum habet, aliud Bangue Indicum, Datura, Betel, quam ignoraveram inebriare.

EJUSDEM *Termini botanici* Ib. anno 1762. 4°.* pene 700. a LINNÆO excogitati; menſura a digitis ſumta, certe ſecundum ſtaturam variabilis. Recuſa eſt Lipſiæ anno 1767. 8°.

EJUSDEM *Planta Alſtrömeria* Ib. anno 1762. 4°.*, a FEUILLEO Lilionarciſſis accenſa, hic delineata.

EJUSDEM *Nectaria florum* Ib. anno 1762. 4°.*. Non ſolas foveas mellugine plenas hac voce deſignat, ſed quidquid fere præter ſtamina & petala in flore eſt, etiam pilos, elaſtra.

EJUSDEM *Fundamentum fructificationis* Ib. anno 1762. 4°.*. Magni facit Vir Cl. inventum ſuum. Muſam habet pro hybride, aliasque hybrides recenſet, & ſuſpicatur, multarum ſpecierum genera fere eo pertinere.

EJUSDEM *Reformatio botanica* anno 1762. 4°.*, quam ſibi tribuit. In nominibus utique trivialibus RIVINUM imitatus eſt, varietates a ſpeciebus adeo ſollicite diſtinxit, ut nimis multas faceret. Recenſet ſuos adſeclas, his me liberaliter adnumerat.

EJUSDEM *Prolepſis plantarum* Ib. anno 1762. 4°.*; etſi præfigit annum 1760. Memorabile opuſculum. Folia arborum producta eſſe anni ejusdem, quo adparent. Secundo anno oriri bracteas, ſive folia floribus interpoſita vera folia, ſed quæ a floreſcentia impediuntur, ne in folia convaleſcant. Tertio calycem, verum folium. Quarto petala, non ſatis a calyce diverſa; ſtamina quinto: tubam ſexto. Mirum inventum & ſollicita inquiſitione dignum. Plurimæ tamen arbores ante ſextum annum florent & fructus ferunt, potiſſimum vites & Perſica.

EJUSDEM *Fructus eſculenti* Ib. anno 1763. 4°.*, quos inter nollem reperiri deſtinatas avibus acerbiſſimas baccas Rhamnoidis, ſabuloſas baccas Uvæ urſi &c. Numeroſæ tamen plantæ hic recenſentur, utcunque ad cibum aptæ.

EJUSDEM *De Prolepſi plantarum* diſſ. II. Ib. anno 1763. 4°.*. Iterum medullam a matre, corticem a patre eſſe: corticis alimento aucto fructificationem ſegneſcere, ſubtracto augeri. Aquam minuere fertilitatem aucta portione corticis, calorem augere, propulſa foras medulla. Eam, quando in fructum convaleſcere nequit, abire in folia: nutrimentum nimium, ſtamina, tubasque, tulipæ iterum in folia convertere. Folia ex cortice oriri, ex libro calycem,

ex

ex ligno ſtamina, tubas & fructus ex medulla; quinque adeo annis ſerius fructum adparere, quam folia. Aliqua tamen folia ex medulla oriri. Bulbi continent totam plantam involutam. In Anemones Sibiricæ radice primi, & ſecundi anni, & porro, ad decimum usque, plantas diſtinctas contineri, quæ in annis prodibunt.

EJUSDEM *Lignum Quaſſiæ* anno 1763. 4°.*. Ante multos annos in Surinamia notum, nunc in Europa innoteſcit, amarius, calidius, efficacius, Peruviano cortice. Genus pene eſt Fabaginis.

EJUSDEM *Raphania* anno 1763. 4°.*. Raphaniſtrum delineat, huic crampos & tetanum epidemicos tribuit.

EJUSDEM *Amœnitatum Academicarum Volumen VI.* Holmiæ anno 1763. 8°.* prodiit.

EJUSDEM *Hortus culinaris* Upſal. anno 1764. 4°.*. Cerealium catalogus, olerum, condimentorum, leguminum, arborum, florum.

EJUSDEM *Opobalſamum declaratum* Upſal. anno 1764. 4°.*. Docti viri, quos Rex Daniæ in Arabiam miſit, plantam Balſami Meccani detexerunt, Elemiferæ adfinem, duarum ſpecierum. Addit auctor novum genus Forsköhliæ.

EJUSDEM *Spiritus frumenti* anno 1764. 4°.

EJUSDEM *De potu Chocolatæ* anno 1765. 4°.*. Laudat.

EJUSDEM *De potu Theæ* anno 1765. 4°.*. Tandem obtinuit ut Upſaliæ floreret. Petala ſex, ſtamina multa, fructus, ut KÆMPFERUS. De Thea etiam aliqua habet in *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* anni 1763.

EJUSDEM *Purgantia indigena* anno 1766. 4°.*. Huc etiam Valerianam numerat, & Lichenem aphthoſum. Violam ſuſpicatur vires habere Ipecacoanhæ.

EJUSDEM *De neceſſitate promovendæ hiſtoriæ naturalis in Ruſſia* anno 1766. 4°.*. Flora Sibirica, paupertima. Addita icon novæ Fumariæ.

EJUSDEM *De uſu hiſtoriæ naturalis in vita communi* anno 1766. 4°.*. Variæ rariores aut noxæ; aut utilitates plantarum. Leviſticum ſerpentes intoxicare. Duæ plantæ ad finem ſculptæ, Hyoſcyamus & Chriſtophoriana.

EJUSDEM *Uſus muſculorum breviter adumbratus* anno 1766. 4°.

EJUSDEM *Mantiſſa plantarum* Stokholm 1767. 8°.*. Genera nova 45. priorum emendationes, multæ ſpecies novæ vel nunc primum receptæ, quarum aliquæ, contra Cl. viri morem, ſunt varietates: aliæ novæ, multæ raræ.

In appendice Syſtematis naturæ T. III. edit. Holmiæ anno 1768. 8°.* plantæ aliquæ Helveticæ adgnoſcuntur, Scopolia ad Hyoſcyamum reducitur.

EJUSDEM *Mundus inviſibilis* anno 1767. 4°.*. Valde ſingularis alternatio vitæ animalis & vegetabilis in genere fungino. Videtur eo ſpectare, ut ſitus in cadaveribus animalculorum efflorefcat: ex ſitu Fungi ſurgant.

EJUSDEM & H. TOENNING *Rariora Norwegiæ* anno 1768. 4°. quem vide.

EJUSDEM *Fundamentum Agroſtographiæ* anno 1765. 4°.

EJUSDEM *De Coloniis plantarum* 1768. 4°.*. Plantis nempe ex aliis regionibus advenis ut Chryſanthemo Segetum ex Jutia, Melampyro ex Germania, ex Virginia Pyxidaria &c.

EJUSDEM *De menthæ uſu* anno 1769. 4°.

Amœnitatum Tom. VII. Catalogum etiam habet editionum operum ſuorum.

EJUSDEM & LUUT *Flora Akeröenſis* anno 1769. 4°.*. Plantarum nomina trivialia.

Diſputationes omnes Cl. viro tribui, quas in *Amœnitatibus* ſuo cum nomine edit. Quare excluſi Cl. PETERSEN de *cortice Peruviano diſputationem.*

In *K. Swenska Wetenskaps Academiens handlingar.* anno 1739. dedit inſignem diſſertationem de plantarum cultu, ad locum natalem & ſoli naturam accommodato.

Anno 1740. n. 2. De plantis medicis Sueciæ indigenis egit, quæ aliunde petuntur.

N. 3. Centum plantarum in Gothlandia repertarum Catalogus.

Anno 1740. Trim. 4. De utilitate botanices in re œconomica.

Anno 1742. n. 1. De plantis tinctoriis Gothlandiæ & Oelandiæ.

N. 2. Deſcriptio Amaryllidis pulcherrimæ (Jacobeæ); de magna utilitate Triglochinis.

N. 3. Commendatio Medicæ croceæ. Icon & deſcriptio Phaſeoli ſiliquis radiatis.

Anno 1743. De Uva urſi ſeu Jackashapuk Sinus Hudſonici.

EJUSDEM Sibirici Fagopyri icon & commendatio anno 1744. n. 2.

EJUSDEM Deſcriptio & icon Petiveriæ n. 4.

EJUSDEM *Limnia, ſpecies Claytoniæ* anno 1746. Trim. 2.

Anno 1748. Trim. 4. De ſerendis ſylvis. Humido ſolo Abietes tradendæ ſunt, Pini ſicco.

Anno 1750. n. 3. De Slökorn, ſeu de frumento ab inſectis eroſo, & pleno eorum excrementis.

Anno

Anno 1753. Duas Nicotianæ ſpecies depingit.

Anno 1754. De alpibus Laponicis conſerendis plantis peregrinis.

Anno 1755. Mirabilem Longifloram ZINNIO etiam dictam deſcribit.

Et Lepidium Cardamines facie, hiſpanicum.

Anno 1756. Deſcriptio novi & ſingularis generis Ayeniæ, tum Gauræ, cum iconibus.

Anno 1757. Trim. I. LOEFLINGIA & MINUARTA.

Anno 1762. n. 3. De cultu Rubi Akerbär. Vere tegere oportet, ne ſolis radii nimis præcociter eum feriant.

Anno 1763. Trim. I. De Cereviſia.

In *Actis Literariis Upſalienſibus* anno 1740. dedit Orchidum genus conſtitutum. Claſſem Orchideam in genera diviſit, tum ſpecies recenſuit. Conjunxit militares omnes; globoſam cum compacta, Epipactides quatuor, Orchidem fucifloram & Muſcifloram; tres Ophrides diverſas: ſed hæc pene omnia in poſterioribus ſcriptis emendavit.

Anno 1741. LOBELIÆ Americanæ deſcriptio & icon.

Decem nova genera.

Anno 1743. Sidæ ſpeciem depingit.

Anno 1750. ſ. tomo ultimo Scabioſæ ſpeciem deſcribit & Penthorum.

In *Act. Petropolitan. nov.* T. VII. Nitraria conſtituta.

Præmium etiam meruit cum juberentur periti *ſexum plantarum experimentis novis ſtabilire vel impugnare* Petrop. 1761. 4°.

§. MCCXLIV. *A. F. Walther.*

Auguſtini Friderici WALTHER, Profeſſoris Lipſienſis, inſignis anatomici, *Plantarum exoticarum indigenarumque, quas in horto coluit Catalogus* Lipſ. anno 1732. 8°.*. Alphabeticus, ſolorum nominum.

EJUSDEM *Deſignatio plantarum, quas hortus* (A. F. W.) *complectitur, accedunt novæ plantarum icones* 24. Lipſiæ anno 1735. 8°.*. Iterum ſeorſim plantæ hibernaculi; perennes; & annuæ. Synonyma addit & nonnullarum rariorum proprias icones. Hortus, ut privati, copioſus.

EJUSDEM *De ſtructura plantarum Progr.* anno 1740. 4°.*. Fibræ, vaſa, tela celluloſa: alia tenerior ſpongioſa natura, quæ tracheas replet. Medullæ fibræ, & celluloſitas. Non dari arterias venasque, etſi vera vaſa ſunt in folio, flore &c.

EJUSDEM *De oleis eſſentialibus* Lipſiæ anno 1745. 4°.*. Varia ejus modi olea dixit, ut ex Galbano; Cæruleum, ex Seſeli montano J. B.

EJUSDEM *De Silphio* Lipſ. anno 1746. 4°.*. Deſcribit ad nummos veterum, & colligit, quæ de Silphio Syriaco & Cyrenaico reliquerunt.

§. MCCXLV. *P. le Breton.*

Hoc anno 1732. P. le BRETON cepit in *Diario Trivultienſi Juin, Juillet, Aouſt, Septembre, Octobre, Novembre :* & in anni 1733. *Janvier, Mars, Avril, Juin, Aouſt, Septembre, Octobre & Novembre*, catalogum dare alphabeticum celebriorum plantarum, & potiſſimum arborum Americæ, quas bene deſcripſit, etiam botanice, & ſæpe PLUMERII genera addidit, etſi alias mera barbara nomina retinuit. Magni momenti opus eſt, quod colligi mereretur & recudi. De indice etiam tribus generibus in eo diario egit.

§. MCCXLVI. *A. G. Richter.*

Adolphi Gottlob RICHTER *De corruptela medicamentorum* Dreſd. & Lipſ. anno 1732. 8°.*. De mangoniis Scammonei, Sennæ, Croci, aromatum: de plantis, quas pro aliis Pharmacopolæ ſubſtituunt: etiam de oleis, aquis, ſirupis, corruptis.

§. MCCXLVII. *Balthaſar Ehrhard.*

Balthazaris EHRHARD, medici Memmingenſis, plantarum ſtudioſi, primum Ulmæ anno 1732. 8°.* edita eſt *Mantiſſa botanologiæ Juvenilis.* Plantas ſiccatas & chartæ adglutinatas vendebat. Earum hic catalogum dat, deinde artificia docet, quibus plantæ ſiccantur & conſervantur.

EJUSDEM *Continuatio ſyllabi plantarum, quarum ſpecimina ſicca botanophilis offeruntur* Memmingæ anno 1746. fol.*. Plantas alpinas habet fere 36.

EJUSDEM Plantæ itineris in Tiroliam ſuſcepti *Phil. Tranſ.* n. 458.

Inde LONICERI *Herbarium edidit* Ulm. anno 1737. fol.* eique non mediocrem appendicem adtexuit. Addit potiſſimum nuper detectas vires plantarum, priſcis minus notas.

EJUSDEM *Unterricht von einer zu verfaſſenden Hiſtorie der nützlichſten Pflanzen, Kräuter und Bäume* Memmingen anno 1752. 4°.*.

Denique ſuſcepit id populare opus, *Oeconomiſche Pflanzen-Hiſtorie*, quo plantas utiles, ſecundum menſes & locos natales deſcribere, viresque medicas, & œconomicos potiſſimum uſus enarrare volebat. Tomo I. Ulmæ 1753. 8°.* edito utilitatem Botanices ornat. Inde ſpontaneas plantas percurrit, deque laboribus hortenſibus aliqua interponit, & de materie. Tomus IV. ſecutus eſt anno 1756.* ſimilis ſaporis, inde reliqui. In Tomo VII. iter ſubalpinum deſcribitur, plantæque ibi repertæ. Tomus XII. index eſt totius operis, & anno 1761. prodiit. Non ingratum lectu opus, neque abſque propriis experimentis. Intermortuus eſt labori auctor ante Tomum V. quem *Phil. Fridericus* GMELIN continuavit.

In

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* VIII. n. 90. De viſci modo agendi.

In *Oeconom. Nachricht* T. VIII. plantas 78. ab ORTHIO pro noxiis recenſas nominibus adjectis declarat.

§. MCCXLVIII. *J. Gerard Wagner.*

J. Gerardi WAGNER, celebris clinici, *arboreti ſacri perfectioris ſpecimen ſiſtens Laurum ex omni antiquitate erutum* Helmſtad. anno 1732. 8°.*. Philologica collectio.

§. MCCXLIX. *Galli.*

Hyacinthi Theodori BARON, Decani, *Codex medicamentarius, ſeu Pharmacopœa Pariſienſis ex mandato facultatis medicæ, in lucem edita* Paris anno 1732. 4°. & *J. Baptiſtæ Thomæ* MARTINENQ, Decani, editio auctior & emendatior Paris anno 1746. 4°.*, & Francofurt. anno 1760. 8°. Catalogus medicamentorum ſimplicium, adjectis, quæ ex quaque arte Pharmaceutica præparantur, aut compoſita medicamenta, quæ ea ſimplicia ingreditur. Deinde formulæ præparationum & doſes.

EJUSDEM *Hyacinthi Theodori* BARON & *G.* & *Lud. Guilielmi* le MONNIER diſſ. *An ſenibus Chocolatæ potus* Paris 1739. 4°.

GUENIN *tr. de la culture parfaite des Oreilles d'ours* Paris anno 1732. 12°. Bruxelles anno 1735. 12°.* 1738. 8°.* absque nomine. Simplex & inornatus. Ex ſeminibus provenire auricularum pulchras varietates: ignorat autem matrem harum plantarum ex alpibus adveniſſe, quod vel ipſe amor frigoris demonſtrat, cum optime in nivem ſemen ſpargatur, menſibus Decembri & Februario. Notæ pulchriorum varietatum: præferri *puras*, ſive unicolores, maxime quarum color unicus tamen per ſuos gradus diffluit. Cultum docet, alioquin facilem.

§. MCCL. *William Ellis.*

William ELLIS, qui ruri vixit & agrum coluit, per literarum tamen potius commercia & frequentia itinera, varia artificia ad agri cultum & inſtrumentum pertinentia didicit, quam ex propriis experimentis. Non diſplicet Youngio. Bona multa habere, alia ridicula (x) alii. Semina vendebat, arbuſculas, aromata. Multa ſcripſit. Ejus *Practical farmer or Herefordshire husbandman containing many improvements in husbandry* prodiit Londini anno 1732. 8°.*. De variis Tritici ſpeciebus: de Hordei ſemente ope muriæ perficienda, de utilitate methodi Tullianæ, de herbis fœnum artificiale præbentibus, de arboribus fructiferis in agris, de fimo, de aratrorum varietate. Hæc in ſola, quam poſſideo, parte II.

(x) KALM. Reſa I. p. 195.

EJUSDEM *The modern husbandman or the practice of farming*, per menſes prodiit ab anno, (mihi anno 1741.) ad annum 1744. octo voluminibus demum in unum collectis. OBS. Non botanicus, nominibus uſus, quæ vix certis plantis adplices. Scopus eſt oſtendere, quomodo ex quaque villa plurimum emolumenti poſſit obtineri, alternis ſementibus, variis aratris, fœni vario genere, pecudum cura, alio modo. Germanice *Anleitung für einen Landmann, oder neue Abbhandlung von dem Ackerbau und der Gärtnerey* Leipzig 1750. 8°. 1756. 8°. ut lego.

Agriculture improved or new experiments in husbandry for the month of April London anno 1736. 8°.* SEGUIER & pars ad *Auguſtum**. Utilitas aratri duplicis nuper inventi. De Graminibus artificialibus, fimo &c.

Chiltern and vale farming explained according to the laſt improvements of the practical farmer London anno 1733. 8°. SEGUIER. 1745. 8°. 1747. 8°.*.

The London and country Brewer: London anno 1738. 8°. 2.Vol. ob Avenæ deſcriptionem SEGUIER.

Video etiam citari ejus *complet planter and cideriſt* 8°.

EJUSDEM *The timber tree improved* London anno 1742. 8°. 1747. 8°.*. Germanice Lipſiæ anno 1752. 8°.*. De Quercu potiſſimum, quam neque profunde vult depangi, neque transferri. De Fago, cujus materies maceratione a vermibus liberatur. De Fraxino, Hippocaſtano, Oxyacantha ad ſepes utiliſſima. Nomina mala, ut vix dignoſcas, quas plantas velit. Vix credas in Anglia Guajacum facile convaleſcere.

§. MCCLI. *Angli Varii.*

N. COKER *Survey of Dorſetshire, containing the natural hiſtory of the country* London anno 1732. fol.

John RUSHWORTH *two letters, shewing the great advantage of the bark in mortifications* London anno 1732. 12°.*. Primus, ni fallor, potentiſſimas corticis Peruviani adverſus gangrænam vires revelavit.

John DOUGLAS *Short account of mortifications and the ſurprizing effects of the Bark* London anno 1732. 8°.*

Natural hiſtory of the Arbor vitæ London anno 1732. Si huc facit.

G. SMITH *Inſtitutiones chirurgicæ, or principles of ſurgery* Londin. 1732. 8°.*. Materies medica chirurgica, per claſſes virium.

§. MCCLII. *G. F. Muller.*

Ger. Friderich MULLER, noſtri olim GMELINI in magno itinere comitis, *Sammlung Ruſſiſcher Geſchichte*, cujus *primum* volumen Petropoli prodiit anno 1732. 8°.*.

8°.*. Etſi ſcopus hiſtoricus potius eſt, paſſim tamen aliqua ad rem herbariam pertinent. Ita in T. VII. SCHOBERI Floræ variæ. Cl. LERCHII ad easdem adnotationes, quibus plantas circa Aſtracan & *Terek* naſcentes explicavit, etiam potiſſimum magnam cucurbitacearum plantarum varietatem.

In Tomo IX. *Gottlob Friderici Wilhelmi* JUNKER De re naturali regionis Tanain inter & Boryſthenem poſitæ relatio, de plantis utilibus ibi provenientibus, de arboribus etiam ignotis.

§. MCCLIII. *Germani Varii.*

Jacob. Bernh. Antonii RAUCH *De uſu & abuſu Croci Auſtriaci* Vienn. anno 1732. 4°. Cultum etiam & modum creſcendi breviter deſcribit.

Adami Joſeph BESENECKER *Cerevifia Auſtro Viennenſem mechanico clinice elucubrata* Viennæ anno 1737. 12°.*, huc analyſis, elementa varia eorumque proportio.

Bernhardi FELDMANN *Comparatio plantarum & animalium* Leidæ anno 1732. 4°.*. Fetum multa habent cum plantis communia, nervos cum plantarum fibris. Sed tota diſputatio legi meretur.

Franciſci Joſephi GRIENWALDT *Vita plantarum* Altdorf anno 1732. 4°.*.

Henr. Joh. BYTEMEISTER *Auctarium curioſitatum naturalium* Helmſtatt anno 1732. 8°. Si huc facit.

Conrad. IKEN *De Lilio Saronitico.*

J. Jac. HALLER *De Manna occulto.*

J. Heinrich SCHRAMM *De operariis in vinea.* Omnes in collectione *Theol. Philol.* IKENII & HASÆ Amſterd. 1732. fol.

Literæ ad amicum de KLEINII & BREYNII *Opuſculis* Amſterdam 1732. 4°. Si huc faciunt.

Aug. Frideric. COELER *De Uſnea ſeu Muſco cranii humani* Leid. 1732. 4°.*. Plantam ſuam non ſatis definit.

Suſanna EGERIN *Leipziger Kochbuch* Leipzig anno 1732. 8°. 1753. 8°. etiam Suecice verſ.

Pharmacopæja Leidenſis Leid. anno 1732. 8°.

Gottfried KLEINER'S *Gartenluſt im Winter, durch Betrachtung verſchiedener Gartenſprüche H. Schrift* Hirſchberg anno 1732. 4°. niſi Theologici argumenti eſt.

J. Con-

J. Conradi GMELINI De retibus foliorum per putredinem præparandis. In *Comm. Lit. Nor.* 1732. n. 34.

Die kleine Theetafel — Bericht vom ſiebenfachen bewährten Kräuter-Thee Hamburg anno 1732. 8°.

§. MCCLIV. *Galli.*

In *Mémoires de l'Académie des belles Létres & Inſcriptions* T. VI. continetur P. *Bernardi* de MONTFAUCON Tractatus *de papiro*, ejus proventu, & chartæ ſcriptoriæ præparatione. Venetiis recuſum eſt opuſculum anno 1746. 8°. Italice.

§. MCCLV. *Natalis Antonius Pluche.*

Vulgo l'Abbé PLUCHE, vir pius & ingenioſus. Ejus *Spéctacle de la nature* Paris anno 1732. & ſeqq. 12°. 8. Vol.* prodiit, tum Anglice verſum a D. HUMPHREYS anno 1736. ad 1748. Italice Venez. 1752. 12°. 14. Vol. Germanice vertente M. v. SCHMIDLIN anno 1760. 8°. 2. Vol. Belgice per le CLERCQ Haag ab anno 1737. ad 1748. Hiſpanice per *Stephanum* de PEREIROS Madrit anno 1752. 4°. Dialogi, ex quibus juvenis, quaſi ludendo, hiſtoriam naturalem diſcat. In Tomo I. fabrica plantarum ad ſenſum GREWII & MALPIGHII deſcribitur; vegetatio, partes floris, ſexus, plantæ aliquæ utiles.

Tomo II. Horti flores præcipui, eorum cultus, & icones. Inde arbores domeſticæ & familiares, pariter depictæ, tum oleraceus hortus, & fructus, Segetes, vinum, materies, etiam foci, & arbores eo pertinentes S. III. Prata & plantæ pecoribus alendis utiles. De generatione plantarum. Commodum undique & amœnum Compendium.

In *Phil. Tranſ.* n. 456. egit De uſtilagine.

§. MCCLVI. *P. Sarrabat.*

P. SARRABAT S. I. ſub nomine de la BAISSE, *Diſſertation ſur la circulation de la Séve des plantes, qui a remporté le prix, au jugement de l'Académie* (de Bordeaux) Bordeaux anno 1733. 8°.*. Minime contemnendum opus, & per experimenta natum. Plantas in ſuccum Phytolaccæ demerſit; color adſcendit in corticem radicis, magis tamen in fibras teneras: imbibit adeo ſuccum nutritium cortex radicis, magis tamen partes radicum tenerrimæ. Medulla nihil reſorbet, & plantæ ea reſecta æque bene vivunt. In ipſo flore venæ reticulatæ colorem induunt, & folia in nervis purpura variantur, & ſtamina rubent, ut neceſſe ſit ſuccum alentem celeriter eo venire. Sed etiam inverſæ plantæ & in aquam ſubmerſæ, ſuccum colorantem bibunt, ut tamen minus alte adſcendat; & ali quidem planta per ſummitates poſſit, ſed minus recte. Alimentum proprias per fibras ligneas adſcendit, ut eæ fibræ venæ ſint nutritiæ, & neque cortex, neque medulla, ad alendam plantam faciant. Hinc, demto cortice, planta tamen alitur, proprio experimento. Succus celeriter

cer adſcendit, ſed in plicis & extremis florum moram patitur. Ex fibris ligneis ſuccus tinctus etiam in foliorum nervos, ſed fere ſolos venit, ſoli enim fere tinguntur, niſi ſero. Cortex a ligno tingitur & nutritur, per vias transverſas, neque cortex venas rubras habet, ut quidem lignum. Parum eſt, quod per medullam adſcendit, neque ſupra primum nodum, & a parte quidem ſuperiori, cum ſuperne medulla vigeat, dum inferne ſicca eſt. Neceſſe eſt ergo, ſuccum deſcendere: Nam diſſectis foliis Tithymali partes ſupremæ lacte exhauriuntur, non infimæ, & eædem magis ſucculentæ ſunt, imæ pene ſiccæ. Quare ſuccus plantarum abſoluto ſuo motu deſcendit, & ramo bifido ſuperius uno ſurculo in aquam demerſo alitur alter ſurculus, deſcendente ſucco: & de reſecto Chelidonio aut Tithymalo ſuccus coloratus (per phytolaccam) deſcendit. Cum caſu in trunco Juglandis cavea nata eſſet, in eam truncus arboris radicem emiſit.

§. MCCLVII. *Angli Varii.*

A treatiſe ſhewing the nature and method of planting manuring and dieting a vineyard London 1733. 8°.

Compendious account of the art of breeding and nurſing of the Silkworm London 1733. 4°.

On the preparation and reſtauration of malt liquors London 1733. 8°. Oeconomia cereviſiæ.

§. MCCLVIII. *Galli Varii.*

Eman. Maurit. du VERNEY *An panis jurulentus ad ſpiſſitudinem glutinoſam percoctus inſalubris* Paris 1733. 4°.

J. Damianus CHEVALIER & J. A. DUVAL *An vini potus ſalubris* Paris 1733. 4°.

Petri MALOET & *Jac. Fr.* VANDERMONDE *An a tabaco naribus aſſumpto peculiaris quædam cephalagiæ ſpecies aliique adfectus* Paris 1733. 4°.

§. MCCLIX. *James Alleyne.*

James ALLEYNE *New Engliſh diſpenſatory* London 1733. 8°.*. Prima pars huc pertinet, qua materies medica traditur. Plantæ ad RAJI methodum per claſſes recenſentur, adduntur vires medicatæ, quas hic auctor paſſim minus ornat prioribus, in eo utilior; recte etiam de iis medicamentis monet, quæ obſoleta ſunt. Ab Oenanthe convulſiones natas vidit, absque funeſto tamen eventu.

§. MCCLX. *J. Phil. Burggrav.*

J. Philippi BURGGRAV *Lexicon medicum univerſale* Francofurti 1733. fol.*. Olim amicus noſter, vaſtum opus molitus, praxi clinica impeditus, non ultra literam B. progreſſus eſt. Plantas medicas fuſe & abunde tractat, ut criticam etiam ex veteribus hiſtoriam det; deinde deſcriptionem: tunc analyſin; demum vires medicas, plenum opus ſuturum, ſi abſolviſſet.

EJUSDEM *Bedenken von dem Werke der Erzeugung* ib. 1737. 4°.* Oeconomia vegetabilis. Fructus prægnantes, geminati, coaliti.

§. MCCLXI. *Thran & Eichrodt.*

Chriſtiani THRAN *Index plantarum horti Carlsruhani tripartitus* anno 1733. 8°.* Hortulanus diligentiſſimus in titulo nominatur, audio tamen medicum Cl. J. *Frid.* EICHRODT calamum commodaſſe. Prima parte peregrinæ & teneriores plantæ, altera perennes traduntur, tertia annuæ: Multæ raræ intercedunt, plurimæ tamen varietates. THRANIUM princeps in Africam cum HEBENSTREITIO miſerat.

Cl. EICHRODT *De tertianaria herba* Baſil. 1737. 4°.

Novam editionem dedit *Horti Carsruhani, in tres ordines digeſti* titulo *Joſua* RISLER pharmacopeus Löhrach. anno 1747. 8°.*, ita tamen, ut pene novum opus ſit, multum auctum & mutatum, heſperidibus numeroſiſſimis inſtructum, tum aliis peregrinis.

§. MCGLXII. *J. Georg Gmelin.*

In *Actorum Nat. Curioſor. Vol.* III. anni 1733. pluſcula botanici argumenti continentur. Hic primum reperio opuſculum veteris amici *J. Georgii* GMELIN Tubingenſis, qui decennali itinere per Sibiriam perfecto innumerabiles plantas novas detexit, quarum exigua pars prodiit, plurima latet. Icones vidi pulcherrimas, vivis factas coloribus, quarum elegantiam ſculptores non ſunt adſecuti. Hic agitur de colore coccineo, ex ligno Fernambucenſi educendo obſ. 83.

Iter Sibiricum magnificentiſſime publicis ſumtibus ſuſtentatus, & pictoribus aliisque adjutoribus inſtructus, decimo anno abſolvit. Redux cum aliquamdiu mecum vixiſſet, & plantas meas perluſtraſſet, ſollicite etiam ſuas ſtirpes cum Europæis, earumque auctoribus contuliſſet, edidit Petropoli anno 1747. 4°.* primum, & anno 1749. alterum Tomum Floræ Sibiricæ. In præfatione tabulas dat aliquas plantarum Europeæ & Sibiriæ communium, aliarum, quæ utrivis propriæ, aut demum ad exiguum terræ tractum quaſi fixæ ſunt. Ex ROYENI claſſibus hic Lilia adparent, & Gramina, Amentaceæ & Umbelliferæ. Plurimæ novæ, etiam genera nova, rariorum deſcriptiones & icones, multum criticæ botanicæ, vires medicæ etiam ex indigenarum indicio. In Tomo II. plantæ flore compoſito & tricoccæ. Genera vir Cl. paſſim mutat & perficit, quæ omnia enarrari nequeunt.

Tomus III. a *J. Georgio* GMELIN elaboratus, a nepote ejus *Samuele Theophilo* GMELIN poſt multos annos excuſus eſt, Petropoli anno 1768. 4°.* auctus claſſe ſiliquoſa, ringente, & columnifera, auctus etiam ex catalogis plantarum peculiaribus a J. GMELINO relictis, & ex codicibus STELLERI. Claſſes hic reperiuntur apetalarum: fructiflorarum: calyciflorarum: ringentium; & ſiliquoſarum. Studium ſimile, icones numeroſæ, ad naturam depictæ, critica cum aliis ſcriptoribus comparatio, rariorum hiſtoria, utilitates paſſim medicæ & œconomicæ. Plantæ novæ & rariores multæ. EJUS-

Ejusdem *Sermo de novorum vegetabilium poſt creationem diviſorum exortu* Tubing. anno 1749. 8°.*. Itineris primo compendium. Pro ſexu duplici plantarum. Polypi cum plantis analogia. De plantis hybridibus. Linnæi tamen exempla vix admittit, cum ſpecies pro hybridibus habitæ in regionibus naſcantur, quibus alter pater deeſt. In Delphiniis putat hybrides haberi.

Ejusdem Diſputatio, cui titulus *Rhabarbarum officinarum* Tubingæ anno 1752. 4°.*. Extractum gummoſum pondus reſinoſi ſuperare. Ut Kiachtæ ſollicite ematur. Ad Wolgam Lapathum rotundifolium naſci. Rheum verum non eſſe Rhabarbarum glabrum Ammanni, non criſpum. De Rhei veri vi medica.

Ejusdem *De Coffea* ibid. anno 1752. 4°.*. Ut ejus potus cum cortice Peruviano conjungatur.

Ejusdem *De innocuo & egregio corticis Peruviani in febribus intermittentibus uſu* Tubing. anno 1754. 4°.

In ejus *Reiſe durch Sibirien*, ſeu quatuor voluminibus Gottingæ ab anno 1749. ad annum 1752. excuſi itineris * parum ad rem herbariam pertinet, cum aula Ruſſica eas divitias Floræ ſuæ Sibiricæ ſervatas vellet. Aliqua tamen de vi vulneraria Anacampſerotis purpureæ.

Ejusdem Aliqua de plantis Ruſſicis *Comm. Lit. Noric.* anni 1733. hiſt. 33. 35.

Ad Gmelinum, puto, pertinere *Das Leben Georg Wilhelm* Steller's Frankfurt anno 1748. 8°.*. Adjutor fuerat Gmelini; Americam adierat, maximos labores ad rem herbariam augendam exhauſerat, quando eum in reditu mors occupavit.

Ex programmate publico Tubing. 1749. fol. Germanice verſa eſt *Kurze Nachricht von J. Georg* Gmelin Gotting. anno 1749. 8°.*.

§. MCCLXIII. *Hiſpani. Itali.*

Pedro Lozano *Deſcripcion chorographica del terreno rios arbores y animales de las provincias del gran Chaco* Cordua anno 1733. 4°. Pars Americæ inter Peruviam & Paragay hic deſcribitur, non neglectis etiam plantis, quas nobiliores fert.

§. MCCLXIV. *Miſc. Nat. Cur.*

J. Georgii Hasenest, medici Onoldenſenſis, Dementia ex uſu Belladonnæ *Eph. Nat. Cur. Vol.* III. obſ. 85.

Vol. IV. obſ. 45. De ſerenitate animæ ex Opio.

J. Friderici WEISMANN *De utilitate Populi, ejusque balſamo & ſpiritu* Vol. III. n. 92.

J. Godofredi HEIDENREICH Plantarum ad confinia Sinenſis Imperii repertarum Catalogus *ib*. obſ. 114.

J. Friderici BOELII De vi ſternutationem movente Valerianæ obſ. 125.

§. MCCLXV. *P. H. G. Mæhring.*

In *Comm. Lit. Noric. ann.* 1732. & 1733. primum adparet *Pauli Henrici Gerhardi* MOEHRING Anatome vegetabilium ; foliorum nempe in aqua maceratorum ſceleti.

Anno 1735. p. 220. De vi Allii adverſus hydropem.

Et p. 386. De nonnullis plantarum monſtris.

Anno 1736. p. 20. Hippocaſtani corticem febrem non domare.

Pag. 250. De plantis faſciatis.

Anno 1737. p. 163. De Aſparago faſciato.

Anno 1740. hebd. 6. De diſcrimine Fumariæ cavæ & ſolidæ.

Anno 1742. Emendavit Illecebri characterem obſ. 1.

Et n. 10. Verbaſci ſpeciem accurate definivit.

Anno 1743. hiſt. 12. Rhagadiolorum duorum characterem dat.

Hiſt. 4. De duabus Digitalibus.

N. 15. De Senecione Artemiſiæ folio & duabus Filicibus.

Anno 1744. hiſt. 4. De Atriplice maritima palmata.

N. 49. De Sago.

N. 50. De Filice & Polypodio.

Anno 1745. De Lampſana orientali maxima.

EJUSDEM *primæ lineæ horti privati* Oldenburg. anno 1737. 8°.*. Adnexa genera, Corrigiola, emendatior, Arnica, Volubilis (Fagopyrum alatum), Alſinanthemon, alia.

In *Philoſ. Tranſact.* n. 455. Deſcripſit characterem Salicorniæ, Ruppiæ, Illecebri, Hippuridis, tum Verbaſci & Jacobææ ſpeciem.

In *Actis Naturæ curioſorum Vol.* VI. *obſ.* 84. Cotulæ ſpecies, ad oram maris Friſaci nata. *Obſ.* 85.

Obſ. 85. De Valerianis cornucopioideis.

Obſ. 117. Narthecii genus conſtitutum, & potiſſimum Narthecium ſtaminibus villoſis.

Obſ. 118. Caucalis Mauritanica, vulgari ſimilis, fructu majori.

Vol. VII. n. 117. 118. 119. Hypericum paluſtre villoſum, & quadratum, & humile.

Vol. VIII. n. 123. Fucus caule teretifolio, ſingulari, oblongo, marginibus undulatis.

§. MCCLXVI. *Comm. Lit. Nor.*

Chriſtophorus Maximilianus CNOPF in anno 1733. *Commercii Lit. Noric.* hebd. 26. De innoxio infuſo Lauroceraſi.

Jac. Chriſtophor. SCHEFLER ib. heb. 26. De mortibus ex baccis Solani.

§. MCCLXVII. *Germani Varii.*

J. Rudolph. TIDEMAN *De Sambuco* Groning. anno 1733. 4°.*. Practici argumenti. Contra editorem hiſtoriæ plantarum BOERHAAVII.

J. Chriſt. EHRMANN *De Cumino* Argentor. 1733. 4°. IDEM edidit MAPPI alſaticam floram.

J. Chriſtoph. HUBER *De auro vegetabili Pannoniæ* Hall. 1733. 4°. præſide Cl. ALBERTI.

J. Samuel LEDEL's *Succincta Mannæ excorticatio, oder Betrachtung des Schwadens* Sorau 1733. 8°. ZOCHA.

Merkwürdige Naturalienkammer mit lateiniſch- und deutſchen Erklärungen Leipzig 1733. fol. Si huc facit.

THARSANDER's *allgemeiner, ſehr curieuſer und immerwährender Haus- und Reiſe-Calender, oder œconomiſches und jedem nützliches Haus- und Handbuch* Berlin 1733. und 1751. 8°.

W. Guil. MUYS *De venenis eorumque antidotis* Franeker anno 1733. 4°.*, etiam de vegetabilibus.

J. Friderici KORONZAI *De erroribus ex ignorantia botanices ortis* Hallæ anno 1733. 4°.*. Aſtragalum pro Galega vendi, Thelypterin pro Helleboro nigro.

Friderich Gottlob HAUPT *Pharmacopola, ad compoſitionem Mithridatii & Theriacæ Andromachi invitat* Berol. anno 1733. 4°. PLATNER.

Ambroſii ZEYHER *vernünftige Anweiſung zur Oeconomie, und vernunftmäſſige Verbeſſerung des Feldbaues* Frankfurt 1733. 4°. 1757. 8°. 1764. 8°. Nimium tribuit muriæ nitri.

J. BUXTORF *Theſes anatomico botanicæ* Baſil. anno 1733. 4°.*.

J. Henrici RESPINGER *Theſes anatomico botanicæ* Baſil. anno 1733. 4°.*.

J. Jacobi HUBER *Poſitiones anatomico-botanicæ* ibid. anno 1733. 4°.*.

IDEM anno 1738. partem magnam alpium Rhæticarum adiit, plantasque collectas ad me retulit.

EJUSDEM Progr. *De Cicuta* Caſſel. anno 1764. 4°.* Plantarum, quæ pro Cicuta habentur, diſcrimina.

Claudii PASSAVANT, M. D. filii noſtri olim hoſpitis, *Theſes anatomico-botanicæ* Baſil. anno 1733. 4°.*.

Joh. Gottfried de HAHN *De veris Meſuæ Syri ſcriptis non deperditis, ſed ſub* J. DAMASCENI *nomine conſervatis* Breslav. anno 1733. 4°.*

§. MCCLXVIII. *J. Frideric. Cartheuſer.*

J. Friderici CARTHEUSER, Profeſſoris Francofurtenſis ad Viadrum, *Specimen amœnitatum naturæ & artis, oder Kurze Abhandlungen aller Merkwürdigkeiten der Natur und Kunſt* Halle anno 1733. 4°.*, & *Amœnitatum naturæ* T. I. Halle anno 1735. 4°. equidem nihil habet botanici.

Sed ejus *Rudimenta materiæ medicæ rationalis* Francofurti ad Viadrum anno 1741. 8°.* & *Pharmacologia theoretico-practica, medicamentorum officinalium uſitatiorum præparatio, natura, modus operandi &c.* Berolini 1745. 8°.*. Præparata quidem medicamenta deſcribit, ſirupos, electaria, pilulas, tincturas, olea & alia ejusmodi; tum ſub quoque titulo medicamenta magis uſitata; ſed eo ipſo labore utilitatem ſimplicium medicamentorum docet, quæ in eſſentias, aquas, ſirupos tranſit. Cæterum Chemiæ & Boerhaavianæ, & Stahlianæ, & Neumannianæ peritus.

EJUSDEM *Fundamenta materiæ medicæ, tam generalis, quam ſpecialis. Pars prior* Francoſurti ad Viadrum 1749. 8°.* Paris 1752. 8°. Venet. 1755. 4°. Pars poſterior Francof. ad Viadr. 1750. 8°.*. Claſſes medicamentorum ſecundum virtutes medicatas. Deinde ſimplicem medicamentorum analyſin tradit, ad NEUMANNI morem, in quatuor cujusque unciis inſtitutam. In viribus medicamentorum parcus eſt, & verus, & multa habet propria. Acrimoniam Naſturtii & ejus claſſis in acido elemento ponit: perinde Sedi. Oleum Caryophyllorum non acre eſſe. Sarſaparillam & Chinæ radicem inutiles eſſe, non ita terreſtris Hederæ. Extractum Lilii convallii alvum ducere &c.

Nova EJUSDEM operis editio prodiit Francf. Viadr. 1767. 8°. 2. Vol.*, multum aucta & emendata. Ita, ut de plantis agamus, de Saccharo, Acriviola, radice Mungo, Scrophularia, ligno Colubrino Nephritico, Hermodactylis, radice Seneca, Nardo, Botry, Culilavan, utroque cortice Winterano, Liquidambar, Car-

Cardamomis, Vanilla, Scozonera, Saponaria, lichenibus nonnullis, Uva urſi, Spondylio, Alchemilla, Camphora, multa nova hic reperias. Gallice prodiit Paris anno 1769. 12°. 4.Vol.*

EJUSDEM *De genericis quibusdam plantarum principiis hactenus plerumque neglectis* Francof. ad Viadr. anno 1754. 8°.* 1764. 8°.*. Bonus libellus, Camphoram ad hæc principia (elementa) refert, & eo nomine Camphoram Thymi inſignit; porro ſales volatiles oleoſos Benzoin, Zingiberis, Majoranæ: Ceram non apum ſolarum, ſed arboris ceriferæ Chinenſis, Roris marini, Nucis moſchatæ, Butyrum Cacao, Sebum Chinenſe, Sebum Gales, Cinnamomi, ſaponem Sapindi &c. Saccharum vulgare, tum Aceris, Aloës, Algæ Islandicæ, Betæ, Dauci &c. Spiritum balſamicum acidum Sideritidis, Marrubii albi.

EJUSDEM Diſputationes botanici & chemici argumenti pluſculæ ſunt.

EJUSDEM *De Catharticis quibusdam ſelectioribus* Francof. ad Viadr. 1742. 4°.

EJUSDEM *De inſigni Camphoræ activitate medica* anno 1745. 4°.*

EJUSDEM *De eximia Myrrhæ genuinæ virtute* anno 1746. 4°.*.

EJUSDEM *De ſalibus plantarum nativis* anno 1747. 4°.*.

EJUSDEM *De eſculentis in genere* anno 1747. 4°.*.

EJUSDEM *De ligno nephritico Colubrino & ſemine Santonico* anno 1749. 4°.

De cortice Caryophylloide Amboinenſi, vulgo Culilawan Francof. ad Viadr. anno 1753. 4°.*. Lauri ſpeciem, ex Rumpfio deſcribit. Libra una dat drachmam olei ætherei, & aromaticam aquam ſtillatitiam. Odor olei ex Saſſafras & Caryophyllis miſtus eſt. Plus habet extracti aquoſi, quam reſinoſi. Aroma eſt, quod vim cordis & ventriculi augeat &c.

EJUSDEM *De Marrubio albo & Alchemilla* anno 1753. 4°.*. Analyſis NEUMANNIANA: extractum ſpirituoſum grate balſamicum, & tamen pene emeticum; aquoſum ſalſe amarum; ingrati odoris, minoris efficaciæ; vinoſum extractum gratum, nec debile. Sic Alchemillæ ſimilis analyſis.

EJUSDEM *De oleo Cajeput* anno 1754. 4°.*. Ab Indis ex Cardamomo parari, ex majori ejus aromatis ſpecie. Non dat ſupra 5. guttas, & in hydrope utile reperit. Ex rotundis Cardamomis oleum paravit ſimile, ſed debilius.

EJUSDEM *De Cardamindo* anno 1755. 4°.*. Iterum analyſis: vires antiſcorbuticæ, nephriticæ.

EJUSDEM *De ſale Sodae* anno 1756. 4°.

EJUSDEM *De præcipuis balſamis nativis* anno 1756. 4°.

EJUSDEM

Ejusdem *De Chenopodio Ambroſioide* anno 1757. 4°.*. Iterum analyſis; oleum inde habuit æthereum, ad ſebi modum coactum, & ſpiritum copioſum camphoratum.

Ejusdem *De radice Saponariæ* anno 1760. 4°.

Ejusdem *De Branca Urſina Germanica* anno 1761. 4°.

Ejusdem *De Saccharo* anno 1761. 4°.

Ejusdem *De Lichene Cinnereo terreſtri* anno 1762. 4°.

Ejusdem *De Chocolata analepticorum principe* anno 1763. 4°.

Ejusdem *Theſes quædam diæteticæ miſcellaneæ ad eſculenta ac potulenta ſpectantes* Francofurti anno 1763. 4°.

Ejusdem *De ſimplicibus balſamicis & aromaticis* anno 1764. 4°.*. De variis oleis eſſentialibus, de reſina, Camphora.

Ejusdem *De Amylo* Francof. ad Viadr. anno 1767. 4°.

§. MCCLXIX. *Chriſtian Reichardt.*

Chriſtianus Reichardt, Conſul Erfordienſis & Pharmacopola, ad ſecundum Tomum iconum ex viris plantis expreſſarum Kniphofii deſcriptiones addidit Erford. anno 1734. fol.

Ejusdem *Hiſtoriſche Nachricht von denen bey Erfurt gelegenen dreyen Brunnen, deren Beſchaffenheit, Cultur &c.* Erford anno 1745. 8°.*. In foſſas locus aquoſus diſtribuitur, in quibus Siſymbrium (vulgo Naſturtium) aquaticum, ad uſus culinares colitur. Accurate cultus docetur, etiam aliqua ejus herbæ hiſtoria traditur.

Ejusdem *Abhandlung von allerley Saamenwerk* Erfurt anno 1750. 8°.*. Contra macerationem ſeminum, & contra imaginarium ſemen Braſſicæ, quod Fungis conſtet. Tabulas pro tempore ſationis, pro diuturnitate vis germinantis, pro pondere ſeminis, ad agri menſuram comparata. Ramoſarum plantarum ſemina rara eſſe debere. Ut tenuia ſemina optime ſerantur. De Braſſica cauliflora ſollicite ſcribit. Redit in T. I. ſequentis operis.

Ejusdem *Gartenſchatz* T. I. Erfurt anno 1753. 8°.*, non differt a priori. T. II. ibid. anno 1753. 8°.*. De ſeminario, cultura arborum & heſperidibus. Per experimenta nata omnia. Nitrum tamen ad fertilitatem facere. Foſſionem ad vites colendas laudat. Magis ſerotinæ arbuſculæ ſylveſtres, quam domi ex ſemine natæ. Anulos in ligno non definire annua incrementa. Vidit utique radices in ramos abiiſſe.

T. III. ibid. eodem anno De oleribus, de bulbis, & radicibus. Novum inſtrumentum ad eruendas herbas noxias. Avenam ſpontaneam Viciis ſatis deſtrui,

deſtrui, Sonchum repetita reſectione, per vernos menſes. Coriaceam ſcobem optime incrementa plantarum præcipitare. De cauſa, quæ braſſicas corrumpit, ne in capita conglobentur. Bona ſemina eſſe, quæ trita oleum fundant. De Raphano maculato, nova ſpecie &c.

T. IV. ibid. anno 1753. 8°.*. De horto oleraceo & medicinali, Aniſo nempe, Majorana, aliisque herbis ad medicinam utilibus: de Carthamo, qui plurimus circa Erfordiam colitur: de cultu Iſatidis, Nigellæ, Papaveris, Thymi, Meliſſæ &c. LINNÆANIS non placebit, quod Spinachiæ plantas mares vult avulſas. De Caro culto, cui radix bulboſa.

T. V. ibid. anno 1754. 8°.*. In præfatione Cl. adfinis noſter, & auctoris gener DARIESIUS, experimenta aliqua de ſeminibus maceratis recenſet, quæ feliciter cecidiſſe videntur. Liber ipſe tradit artem 18. continuis annis, eumdem agrum, absque ulla requiete conſerendi, poſtquam abunde lætaminis nactus, & profunde aratro ſubactus fuerit. De aratione. Stipulæ non fecundant. Semine utendum maturo & obeſiſſimo. De leguminibus. Cicer Coffeam æmulari. De Medicæ, Onobrychidis & Trifolii cultu & utilitate, cum iconibus. Mirum Medicam pro fœno inutilem dici, & Cordum, quod nobis pinguiſſimum, Erfordiæ pro deterrimo fœno haberi. De pratorum cultu, foſſione, Graminis canini deſtructione.

T. VI. anno 1755. 8°.* De floribus & herbis coronariis, & de Lupulo. Fuſe de Auriculis: de Ranunculo & Anemone, & de bulboſis floribus, Hyacinthis etiam potiſſimum.

EJUSDEM *Einleitung in den Garten- und Ackerbau* T. I. Erfurt 1758. 8°.* De re hortenſi agit, multaque emendat, quæ AUCTOR aliter ſe habere expertus erat, quam in priori opere dixerat. De fimis, inter quos bubulum præfert. De Primulis, quas credit Auriculis palmam prærepturas. De oleribus, de Braſſica pro alendo pecore late per integros campos ſerenda. Iterum de cultu Siſymbrii aquatici, re alibi ignota. De viticultura.

T. II. Erford. anno 1759. 8°.* De agro, Cerealibus, leguminibus, plantis medicatis, fœno artificiali, vitibus & pratis. Alternas variæ ſementis vires laudat: & Margam ex foſſis extractam. De Aniſo & Carthamo Erfordiæ vulgo cultis, & de Sorgo. Appendices variæ, peritorumque dubia.

EJUSDEM *Gemiſchte Schriften* Erford 1762. 8°.*. Boni ſenis varia cogitata, ad rem hortenſem, œconomicam. De beta radice marmorata; male a MILLERO rapis accenſeri, quæ mera ſit varietas betæ rubræ. De braſſica radice napiformi, pane ex ea piſto: eamdem melius aliis rapis alere, Dauci radicem equos reficere. De pane ex paſtinaca hortenſi, gravi, bono tamen, ſi farina ſecalina admiſceatur. Braſſicam capitatam hibernam ab æſtiva non differre. Contra cultum medicæ. Arboribus nocere: difficillime eradicari, ſuffocari a gramine. Vaccas multo utilius in ſtabulo paſci. Herbæ aliquæ, quas pecora

pecora amant. Aliæ noxiæ, aut inutiles. Ut arundo exſtirpetur, reſecando ſub aqua, ut aqua ſubeuns radices putrefaciat. Carum nocere in pratis, quod incredibile. Urticam quatur vel quinquies poſſe pro pecore demeti. In Pimpinella errat, quæ enim verno tempore in vino infundebatur, erat ſanguiſorba, non ſaxifraga. De conferva prata occupante. Triticum æſtivum ariſtatum pauciorem aquam in farina pati: poſſe corrigi. Contra cerealium in alias ſpecies commutationem. Pro vino Erfordienſi: fuiſſe ubi Burgundico non cederet: ut præparetur, ſuper bonas baccas rubras effuſo vino albo optimo, & una fermentato. De vino enulato. Equus occiſus a propinato Capſico. De conſervandis per hiemem plantis & radicibus. Cerei flores. Uſus œconomicus caulium lactucæ. PETRI de Carduo Benedicto compendium. Mirum poſſe edulem reddi contundendo. Roſæ Salignæ. T. DAVID TIMME Epiſtola de cultu rhois vulgaris in collibus apricis. Multiplex ejus arboris utilitas. Varia erronea reperiri in collectionibus SCHREBERI p. 354.

§. MCCLXX. *Itali.*

Caroli AFFEYTAT *il ſemplice ortolano in villa, e l'accurato giardiniere in citta — con un trattato de garofani* Milano anno 1734. 12°. SEGUIER.

Antonii Joſeph RODRIGUEZ, monachus, in Palæſtra critico-medica Pampelon. 1734. 4°. In T. II. 1738. excuſo, tituli ſunt *Catharſis y medicamentos purgantes. Vomito y medicamentos emeticos, narcoticos.*

J. Antonii TARGIONII TOZZETTI *de præſtantia & uſu plantarum in medicina* Piſis anno 1734. fol.

IDEM, celebris nunc medicus Florentinus, Florentiæ 1748. fol.* edidit *Catalogum plantarum horti Cæſarei Florentini* MICHELIANUM. Præmiſit luculentam præfationem, in qua hiſtoriam horti dedit, quem *Laurentius* GHINUS Coſmi juſſu anno 1544. condidit. Celebres inter cuſtodes *Joſeph* CASABONA & MICHELIUS. Ipſe TARGIONIUS, poſt ſuſcepta itinera, aliquamdiu horto præfectus fuit anno 1737. deceſſit de munere anno 1745. Alter labor TARGIONII *appendix* eſt. Multas plantas rariores deſcripſit, peregrinas & Italicas; plantas etiam bene multas addidit MICHELIANIS. Aliqua etiam genera conſtituit, ut Rhaponticoidaſtrum, placenta nuda diverſum.

EJUSDEM *Relazioni d' alcuni viaggi fatti in diverſe parte della Toſcana per oſſervar le produzioni naturali e gli antichi monumenti d' eſſe* Firenz T. I. anno 1751. 8°.*. Finis viro quidem non fuit potiſſimus plantas legere, legit tamen pluſculas, nomina longiora, & pene deſcriptiones addidit. Itinera in vallem Eranam, & Piſas ſuſcepta. Multas rariſſimas plantas hic reperias, ſubinde etiam varietates. Catalogum plantarum agri Piſani Arnus exundans hauſit. De Olei conficiendi modo, & Olivæ morbo. De mortibus ex Fungis venenatis. De horto Piſano & ejus præfectis.

Tomus

Tomus II. ibid. anno 1751. 8°.*. In Piſanum agrum, & Volaterranum. MICHELI de marinis plantis ſententia. Dari dioicas crebris floribus, & Monoecias paucis. Et flores & fructus Fuci membrana obduci, quæ ſemina dimittat floresve. Globoſa illa ſunt, aëre plena, floris filamentis ſimilia. In fructu polypi nidulantur. Sola cum aqua in arena, ſilicibus contritis, teſtis ovorum, & carbonis polline ſemina germinaſſe. Uvæ ſpontaneæ dulces.

In III. Tomo Firenz. anno 1751. 8°.*. Maſſam Carraram petiit, & inſalubrem illam oram maritimam, inde in alpeſtria Garfagnana tranſiit.

Tomus IV. Firenz. anno 1752. 8°.* continet iter porro alpinum. De Moris a M. Ducibus dudum cultis, & civibus ſuis commendatis: de quatuor aut quinque varietatibus Mori albæ: de earum ſucco ſaccharino.

In Tomo V. Florent. anno 1752. 8°.*. De Manna potiſſimum agitur, quæ ex Fraxino & Orno decorticata obtinetur. Ea Manna plurimum utuntur apes. Porro de Manna Calabrina.

Tomus VI. Firenz. anno 1754. 8°.*. Iterum de ea ora maritima.

Inſeruntur hic itinera MICHELII in agrum Senenſem, hunc plenum plantis, inter quas varietates pluſculæ: aliud in montes Piſtorienſes, multis plantis alpinis divites.

Denique additamenta TARGIONII ad quinque priores Tomos. Utique etiam album Hyoſcyamum venenatam vim habere.

Novam editionem prodire lego, in cujus primo Tomo oleum fagi vehementer laudetur Florent. anno 1768. 8°.

EJUSDEM *Prodromo della Corografia e della Topografia fiſica della Toſcana* Firenz. anno 1754. 8°.*. De prima facie botanica orbis terrarum. Primæ ſtirpium ſpecies primævis in alpibus habitarunt, inde in colles deſcenderunt. Plantæ uſibus humanis aptæ omnes ſunt ad unam in Europa peregrinæ. De agri cultu: ei olim dediti Hetruſci. Enumeratio virorum, qui plantas invenerunt. Promiſſa elogia L. GHINI, *Andreæ* CÆSALPINI, P. A. MATTHIOLI. Hiſtoriam integram botanices Hetruſcæ delineat, nunquam daturus, cum clinicæ fere medicinæ ſe addixerit. Plurima tamen hic memoria exſtat auctorum Hetruſcorum, qui in plantis laborarunt.

EJUSDEM *Raggionamenti ſull' agricoltura Toſcana* Lucca anno 1759. 8°.*. Sermones ſunt dicti in Academia Georgophilorum. De ſolo Hetruriæ, recondita monumenta, alias laudanda. Quam terram macilentam dicere oporteat, quam pinguem. Filices pro ſigno habet terræ pinguis. Quo modo deterior terra corrigatur. Arundinis cultus. Quinquies in Hetruria arant. Cura cinaræ. Maſtix ex ora maritima Piſana. De Tritico molli, & de duro illo Siculo, multo meliori. Caſei ovilli a Tithymali paſtu venenati.

§. MCCLXXI. *P. J. Malouin.*

Paulus Jacob. MALOUIN, *Chymie médicinale, contenant la maniére de préparer les remédes les plus uſités &c.* primum Pariſiis anno 1734. 12°. alio titulo, *Traité de Chymie &c.* tum duobus voluminibus 12°. anno 1750.* denique anno 1755. 12°. 2. Vol.* prodiit, & Germ. Altenburg. 1764. 8°. Tomi I. pars III. tota de plantis eſt, deque earum partibus, elementis, & præparatione varia. Paſſim minus cognitas vires medicatas docet, ut ſucci Borraginis ad pleuritidem. Nimia adfuſa aqua minuit vires olei. Ex Enula Camphora. Fuſe de vinis Gallicis. Laudes confectionis Hametch &c.

EJUSD. *Art de Munier de vermicellier & de boulanger* Paris anno 1767. fol.* De vario frumento, de ejus molitione, de alica veterum, de particulis organicis ex farina natis, de uſu fermentationis ad ſubigendum viſcidum, de pane ex aliis plantis facto, de Sego &c.

§. MCCLXXII. *J. Julius Hecker &c.*

J. Julii HECKER, viri ſcholaſtici & theologi, *Einleitung zur Botanik* Hall. anno 1734. 8°.*. Methodum RIVINI in tabulas diſpoſuit, genera cum brevi charactere adjecit. Recenſuit, quæ ad uſus humanos ex plantis educantur. Plantas medicatas, cum aliqua deſcriptione & uſu methodico, ſecundum literarum alphabeti ordinem enumerat.

EJUSDEM *Specimen Floræ Berolinenſis* Berlin anno 1742. fol. ſunt icones, fuliginis ope, de ipſis plantis expreſſæ, non ingrato ſpectaculo.

Guſtavi HARMENS & FIELLSTROEM *De medicina Laponum*, Londini Gothor. anno 1734. 4°.*, & in *mea collectione diſp. pract.* T. VI. Medicamenta Laponum recenſet, Lichenem Eryngii folio, Angelicæ caulem, Pini reſinam, Agaricos ad cauteria utiles.

§. MCCLXXIII. *Angli.*

The flowergarden diſplayd — above fourhundred repreſentations of the moſt beautiful flowers colourd to the life: — the ſecond edition, with the art of raiſing flowers in the depth of winter as it is practiſed by Sir *Thomas* MORE London anno 1734. 4°.*, prior anno 1732. 4°. prodiit SEGUIER. Plantarum hiſtoria breviſſima, icones confuſe in muſcaria diſpoſitæ. MORII artificium eſt plantarum aliunde vernarum in bona terra hortenſi, latoque vaſe terreo ſuſpenſarum.

Guil. HUGHES *The flowergarden* London 1734. 12°.

Georg THOMSON *Short method of diſcovering the virtues of plants* London anno 1734. 8°.*. Per ſapores, odores, ſimilitudinem characteris: ex HOFMANNI ejusdem ſenſus diſſertatione.

MID-

Middleton's *fourhunderd new receipts in Cookery* London 1734. 8°.

The Lady's companion in Cookery, Paſtry, preſerving, pikling, condying London 1734. 8°.

In T. III. *Act. Edimburgenſium* dicitur de cortice Coneſſi ad dyſenteria ſpecifico.

§. MCCLXXIV. *Germani.*

Balthazar Ludwig Tralles *De virtute Camphoræ refrigerante* Hallæ anno 1734. 8°. practici eſt argumenti.

Ejusdem *De Opio* eximium opus, cujus I. Tomus anno 1757. 4°. Uratislaviæ prodiit. Vires conſtituit, quas Opium in corpore humano exſerit. Secundus Tomus prodiit anno 1759.* Tertius anno 1760.* Quartus ann. 1762.*

Ejusdem *Verſuch eines Gedichtes über das Schleſiſche Rieſengebürg* Breslau anno 1750. 8°.*

Henrici Cannegieter *De herba Britannica* in Procopio *memorata* Haag. anno 1734. 4°.* alibi a nobis indicata eſt.

In *Comm. Lit. Noric.* anno 1734. hebd. 33. *Chriſtophorus* Fritsch Pira florentia deſcribit.

Sigm. Frid. Dresig & Steger *De cicuta Athenienſibus pœna publica* Lipſ. 1734. 4°. Erudita diſſ.

Abraham Kriegel diſſ. *De Spongiarum apud veteres uſu* Lipſ. 1734. 4°.

Coſmus Conrad. Cuno *Obſervationes durch Microſcopia der Inſecten* Augſpurg 1734.

J. F. Bachstroem *Obſervationes circa Scorbutum* Leid. 1734. 8°.* De victus vegetabilis neceſſitate.

J. Baptiſta Karcher *De Anetho* Argentorati anno 1734. 4°.*.

J. Lud. Calandrini *Theſes de vegetatione & generatione plantarum* Genevæ anno 1734. 4°. Seguier.

Wohlbewährte Garten-Geheimniſſe, wie Pflanzen und Gewächſe zu tractiren, nebſt ſympathetiſcher Würkung der Natur, und einem Anhang von der wahren Baumzucht, inſonderheit den Zwergbäumen und andern Gärtnereyen, aus dem Franzöſiſchen überſetzt Nürnberg anno 1734. 8°. 1738. 8°. Wienn anno 1752. 8°. 1754. 8°. 1756. 8°. cum adpendice de arborum cultu.

Guldene Kunſtpforte zu allerhand Curioſitæten, Künſten und Wiſſenſchaften Nürnberg 1734. 8°. 1755. 8°.

Die ſorgfältigen Väter anno 1734. Deſcripſerunt montes Sudeticos, & plantas aliquas. De pino humili, de lichene violam redolente.

§. MCCLXXV. *Phil. Tranſ.*

In *Phil. Tranſ.* n. 432. *Guilielmus* COURTEIS De plantis in aqua florentibus. *Vincentius* BACON De morte ex Napello.

§. MCCLXXVI. *Galli Varii.*

In *Mem. de l'Acad. Royale des Sciences* CLAUDIUS BOURDELIN, nepos, dedit, Mémoire ſur le ſel lixiviel de Guajac.

Létre ſur la Biére Valenciennes 1734. Satis bene, ex hordeo hiberno cum lupulo optime coqui. Modus & encheireſes. Clarificatio cum decocto pedum bubulorum absque noxa eſt.

COLONNE *Hiſtoire naturelle de l'Univers* Paris anno 1734. 12°. 4.Vol. Habet etiam de plantis proprium libellum, homo credulus.

N. FEVRE *Catalogue du meilleur fruit*, Mercure de France ann. 1735. m. Aouſt.

Catalogue des arbres & arbriſſeaux, qui peuvent ſe cultiver en pleine terre Paris anno 1735. 8°. In FALCONETI catalogo tribuitur *Bernardo* de JUSSIEU.

§. MCCLXXVII. *M. M. Ludolf.*

Michael Matth. LUDOLF *Anfangsgründe der Arzneywiſſenſchaft, zum Grunde ſeiner Lectionen über die Materiam medicam und botanicam* Berolin. 1734. 8°.

EJUSDEM *Catalogus plantarum Berolini demonſtratarum* Berolin. 1756. 8°.*. Nomina TOURNEFORTII, ſynonyma LINNÆI & aliorum. Subjecta eſt ſynopſis duarum diſſertationum de *methodo botanica.*

In *Mém. de l'Acad. de Berlin* anno 1745. etiam compendium exſtat diſſertationis de methodo botanica, de qua ſtamina rejicit & cotyledones.

§. MCCLXXVIII. *J. Wilhelm Weinmann.*

Hoc anno prodiit *multilinguis phytanthozaiconographiæ index* Aug. Vindelicorum anno 1734. fol. primæque tabulæ vaſti operis. Pharmacopœus Ratisbonenſis magno animo immenſum opus ſuſcepit, quod a morte demum Cl. viri perfectum eſt. Tabulæ ſunt 1025. vivis coloribus pictæ. Sed dudum vir alioquin mitiſſimus C. J. TREW adnotavit, ſpecies a varietatibus minime diſtingui, flores in iconibus vix exprimi, neque fuiſſe in auctore eam peritiam rei herbariæ, ut veris generibus ſuas plantas ſubjiceret. Sermonem & deſcriptiones Cl. DIETERICH addidit, ego præfatus ſum. Belgice interim anno 1736. edi ceptum eſt, addente aliqua Cl. BURMANNO.

§. MCCLXXIX.

§. MCCLXXIX. *Belgica.*

PIETER le CLERCQ *natuurkundinge aanmerkingen van de Kon. Societ van London getrokken* Amſterdam 1735. 4°. 2. Vol.

Uytgeleezene naturkundige afhandelingen Amſtelodami anno 1734. 8°. & ſequentibus * editæ, nihil habent proprii, ſed excerpta ex Anglicis diariis de noxa Napelli, & aquæ Lauroceraſi, de florentibus in aqua plantis; ex BRADLEYO aliqua, &c.

PETRI van BAALEN *De cortico Peruviano ejusque in febribus intermittentibus uſu* Leid. 1735. 4°.*

Kweekſchool voor liefhebbers der hooven en tuynen Leyden 1735. 4°.

§. MCCLXXX. *C. E. Kuhnhold.*

Chriſtiani Erneſti KUHNHOLD *Dreyhundert ſelbſt gemachte Experimente, und dem Tractate Herrn Zeigers entgegengeſezte Oeconomia experimentalis* Erfurt anno 1735. 4°. *. Multa longo uſu expertus, neque ignarus mathematum aut Chemiæ, cæterum repetitor. Pes cubicus terræ abſorbet 23. menſuras cereviſiarias aquæ. Semina macerata ſæpe deterius provenire. In agro 6. 553. 600. pedum quadratorum requiri unctuoſi libras 10500. id fere ex urina repeti. Contra oleum vegetabile ZEIGERI, nempe lixivium ex calce. Inutilem eſſe ſeminum macerationem, ſi unctuoſum in agro defuerit. Solutione vitrioli inſecta abigi. Belgas ſuam in floribus felicitatem debere fimo vaccino prioris anni, in foſſa putrefacto. In lapidibus nitro imbutis decimam partem eſſe nitri, quod in lixivium tranſeat. Non placet auctori ſeminator, neque in terra humida locum poteſt habere. De cujusque terræ & ſoli commodis & incommodis. In arena quintam vel ſextam partem farinæ lapideæ ſe reperire. Fimus ante omnia pratis debetur, & ab iis perficiendis bonus colonus incipit. Aliqua de Marga lapidea, & de ceſpite bituminoſo, cujus utile ſit lætamen. Valde laudat Solanum tuberoſum, cujus mirifica ſit multiplicatio.

§. MCCLXXXI. *J. M. Geſner.*

Hujus anni eſt eximia editio *ruſticorum J. Matthiæ* GESNERI Lipſ. anno 1735. 4°.*, quam cum iis ruſticis diximus. Ipſe, etſi minime ruſticis operibus adſuetus, tamen ut ingenio valebat, multa ad declarandam veterum agriculturam contulit. Nuper audio recudi, cura Ven. ERNESTI.

§. MCCLXXXII. *Itali.*

Ricordi d' agricoltura tratti di migliori autori di coltivazione accommodati al Clima di Toſcana Ediz. III. Firenze anno 1735. 8°.

§. MCCLXXXIII. *Germani.*

Burchardi Davidis MAUCHART *Butyrum Cacao novum & commendatiſſimum experi-*

experimentum Tubing. anno 1735. 4°.*. Melioris notæ *diſputatio.* Aliqua primum de arbore Cacao, deinde de butyro. Analyſes nucleorum Cacao. Poſt abactam mitiori igne aquam, butyri habetur pene ſexta pars; & paulo plus olei expreſſi. De eo ipſo butyro ſtillat ad ignem aqua ſpirituoſa, acidula.

EJUSDEM *De clarificatione vini turbidi* ibid. anno 1742. 4°.*. De vinis per 248. annos Argentinæ ſervatis.

Heinr. STEK *Erbauliche Gedanken von den Nelken* Augſpurg anno 1735. 8°.

Wolfgang. Adolph. SCHROENII *Syntagma de rebus ruſticis & œconomicis* Erford. anno 1735. 8°.*. Collectio ex veteribus.

P. FRIEDEL'S *Philoſophiſche Garten-Geſellſchaft*, d. i. *heilſame Betrachtung des Buchs der Natur* Halle 1735. 8°.

Chr. Steph. SCHEFFEL, Profeſſoris, *de micto pharmacomania deque majori medicinæ certitudine ex uſu ſimplicium medicamentorum præ compoſitis adquirenda* Grifswald. 1735. 4°.*.

J. Gottlob HERTEL *De tranſpiratione plantarum* Lipſ. 1735.

Iſrael HIEBNER'S von SCHNEEBERG *Geheimniß der Sigillen, Kräuter, Steine* Frankfurt 1735. 4°. Erfurt 1751. 4°. Alchimiſta.

Frid. Ulrich STISSER'S *Einleitung zur Landwirthſchaft der Deutſchen* Jena 1735. 8°. ZOCHA.

EJUSDEM *Forſt- und Jagd-Hiſtorie der Deutſchen* Jen. 1737. 8°. Laudari video. Prodiit etiam Leipzig 1754. aucta a H. G. FRANCKEN.

Icon Aloës Americanæ mucronato folio, quæ Ratisbonæ floruit 1735.

§. MCCLXXXIV. *Sueci.*

Laurentii LILIEMARK *Berättelſe om blommar och des atskilliga delars werkan och gagn forſwenskat utur Tournefort* Upſal. anno 1735. 4°.* cum iconibus ligneis.

§. MCCLXXXV. *Comm. Lit. Nor.*

In *Commercio Literario Norico J. Samuel* de BERGER, Vir ILL. olim amicus noſter, *hebd.* 4. De corticis Peruviani uſu egit.

Et n. 20. De Sambuci utilitate in febribus inflammatoriis.

ILL. & deſideratiſſimi WERLHOFII De vi corticum Aurantiorum antifebrili non ſatis certa teſtimonium *hebd.* 13.

§. MCCLXXXVI.

§. MCCLXXXVI. *Benedictus Maillet. Alii.*

Benedictus MAILLET, Conſul olim gentis Gallicæ in Ægypto, reliquit commentarios, ex quibus J. B. le MASCRIER hæc collegit, cujus etiam ſtylus eſt *Déſcription de l'Egypte &c.* Paris anno 1735. 4°. 2.Vol. la Haye anno 1740. 12°. 2.Vol.*. In opere, paſſim fabuloſo, pertinet ad rem herbariam Létre IX. Tom. II. qua agitur de præcipuis & celebribus plantis Ægypti. Etiam hic mireris Carthamum pro Loto haberi, Papirum pro Muſa.

IDEM MASCRIER cum LUPI opere de Æthiopia relationem dedit SAVERIEN.

J. Ant. MILLET & *Barthol.* MURRY *E. legumina præ cæteris alimentis ſalubria* Paris 1735. 4°.

Andreæ PICQUER *Medicina vetus & nova continens pharmaciam* Valencia 1735. 8°. 1743. 4°. habet materiam medicam ſecundum claſſes.

§. MCCLXXXVII. *J. Atkins.*

Joh. ATKINS, Chirurgi, *relation of his Journy to Guinea, the Braſil and the Weſtindies* London 1735. 8°.* & prius anno 1723. 8°.

EJUSDEM *Obſervations on the coaſt of Guinea* London anno 1758. 8°.* Vix adtingit rem herbariam.

§. MCCLXXXVIII. *Galli aliqui.*

In *Mém. de Trévoux* anno 1735. Aug. Epiſtola habetur, qua VERGINII nupera inventa refutantur. In agro nempe Avena conſito, hac reſecta, ſucceſſit altero anno meſſis triticea, cujus culmi ex proprio grano nati radices habebant, cum Avenæ radicibus confuſas.

Bernardi de JUSSIEU, ſummi botanici, quem vero nimia modeſtia a ſcribendo deterruit, de Pilulariæ charactere, pleniſſima hiſtoria in *Mémoir de l'Academie* 1739.

Catalogue des arbres & arbriſſeaux qui ſe peuvent éléver aux environs de Paris Paris 1735. 12°. ad imitationem ſimilis catalogi Londini editi, cum nominibus Gallicis.

EJUSDEM Lemnæ pariter ex imis eruta hiſtoria *Mém. de l'Acad.* anni 1740.

IDEM *Mém. de l'Acad.* anni 1741. De quadam tela, quam recte ad Conſervam refert.

Anno 1742. De plantagine monantha.

EJUSDEM & MUNIER *E. omni tempore & ætate ſalubris potus Coffeæ* Paris anno 1743. 4°.

Idem & Collot dedit anno 1725. 4°. diſputationem in hæc verba, *Ergo ut in America, ita in hac regione apalachines potus ſalubris?* Commendat vir Cl. Recuſa eſt anno 1743. De editione operis Tournefortii conf. p. 5.

§. MCCLXXXIX. *J. Bapt. du Halde.*

J. Baptiſtæ du Halde S. I. multa volumina *des Létres édifiantes & curieuſes* edidit.

Ejusdem *Déſcription géographique, hiſtorique, & phyſique de l'Empire de la Chine & de la Tartarie Chinoiſe* Pariſiis anno 1735. fol. 4.Vol. edidit, ſplendidum opus, Hagæ anno 1736. 5.Vol. 4°. recuſum, etiam Germanice verſum & Roſtoci anno 1747. 4°. 4.Vol.* redditum, & Anglice 8°. 4.Vol. Hiſtorici quidem potiſſimum eſt argumenti, naturæ tamen etiam dona interponuntur, & aliqua de re herbaria. In Tomo II. arbores aliquæ utiles & celebriores obiter depinguntur, & de Mori cultu agitur. In Tomo III. dicitur de libro botanico Chinenſi Principe *Pentſao*, ejusque quaſi Compendium exhibetur. Deinde de Ginſeng, de Thea, de nucleo Theæ, de Rheo & aliis plantis medicatis Chinenſium, de arbore cerifera, ſaponaria, de plantis tinctoriis. In Tomo I. & IV. aliqua itineraria exſtant Jeſuitarum, quæ hactenus etiam aliqua ad rem herbariam pertinentia continent, ut meſſis militaris radicis Ginſeng.

Excerptum ex eo opere compendium ſeorſim prodiit *Nachrichten, wie mit dem Seiden- und Maulbeerbaume zu verfahren* Wolfenbüttel 1753. 8°. Heister.

§. MCCXC. *Chriſtianus Gottlieb Ludwig.*

Chriſtianus Gottlieb Ludwig, Sileſius, Profeſſor nunc Lipſienſis Primarius, Africam cum Hebenstreitio adierat: inde redux plantas coluit, & paſſim in botanicis laboravit. Primum *de vegetatione plantarum marinarum* diſputavit Lipſ. anno 1736. 4°.* diverſoque inde modo nutritionis.

Ejusdem *De ſexu plantarum* progr. anno 1737. 4°.*. Pro duplici plantarum ſexu. De fecundatione palmarum per pollinem maſculum, quam in regione Scherid cominus viderat.

Ejusdem *Methodus plantarum ſexualis* Linnæi anno 1739. 4°.*. Contra eam methodum dubia.

Ejusdem *De minuendis plantarum generibus* Lipſ. anno 1737. 4°.*.

Ejusdem *De minuendis plantarum ſpeciebus* anno 1740. 4°.*. Varias cauſas adducit, quæ varietates in plantis efficiunt, monetque, ne pro ſpeciebus nobis imponant.

Idem *Radicum officinalium bonitatem ex vegetationis hiſtoria dijudicandam eſſe generatim oſtendit* Lipſiæ anno 1743. 4°.*. De ſucci in radicibus præparatione. Bonam radicis conditionem ex cortice fere adparere.

Idem

Idem *Radicum bonitatem* &c. *ſpeciatim oſtendit* Lipſ. anno 1743. 4°.*. Per exempla, ad Glycyrrhizam, Pentaphyllum, Rubiam, Eſulam, Ipecacoanham &c.

Ejusdem *De colore florum quædam obſervata* anno 1756. 4°.*. Radix fere alba; foliorum viridium ſuccus ſæpe albus. Color a ſole ruber, a frigore albus, &c.

Ejusdem *De colore florum mutabili* anno 1758. 4°.*. Ut evaneſcant ſtriæ coloratæ florum Sinapi, ut flores albi violaceum colorem induant, Verbaſcum lacteſcente flore in flavum ut per horti cultum tranſeat; & alia id genus.

Ejusdem *De colore plantarum ſpecies diſtinguente* anno 1759. 4°.*. Sæpe color varietas eſt, alias verum diſcrimen, ut in Fraxinella.

Ejusdem *De rei herbariæ ſtudio & uſu* Lipſ. anno 1768. 4°.* cum ad curam botanices rediret.

Ejusdem *Aphoriſmi botanici* Lipſ. anno 1737. 8°.*. Compendium hiſtoriæ botanices. De methodo, generibus conſtituendis & ſpeciebus. Anatome plantarum. De modis, quibus vires medicatæ plantarum deteguntur.

Ejusdem *Inſtitutiones regni vegetabilis* ibid. anno 1742. 8°.*, & auctius anno 1757. 8°.*. Pars I. hiſtorica, ad methodum pertinet. Plantam ab animale differre motu ſuccorum per celluloſam telam; motusque cauſa a calore, non ab interno motore nata. Sedes & fons characterum & diſcriminis plantarum. De methodo naturali dubitat. Nomina multa Tournefortiana, a ſimilitudine ſumta, tuetur, nomina ita fabricando, ut per omnes ætates plantæ conveniant. Pro hybridibus. Methodus Linnæi a petalo ejusque numero, inde a ſtaminibus, tunc a tubis, denique a fructu. In ſecundo tomo anatome plantarum & œconomia vegetabilis deſcribitur, ſollicite & accurate. Partes plantarum magno ſtudio deſcriptæ & diviſæ, earumque fabrica anatomica. Cuticula interna, externa, tela celluloſa. Vaſa ſuccifera variæ figuræ, etiam triquetra. Materies utriculoſa in cavis caulis, vaſorumque. Ab aere potiſſimum vis fecundans fimi pendet. Diverſitas in ſuccis plantarum fit a diverſa fabrica vaſorum & celluloſæ telæ. In vaſis & medulla eſt, & ligneæ fibræ. Ut ſuccus plantarum in vaſis perficiatur. Nectaria videntur nimis ſpiſſos ſuccos excernere. Contra evolutionem, ex mutationibus, quæ ex variis cauſis plantæ creſcenti ſuperveniunt. Bulbi non gemmæ, ſed radices ſunt. De tracheis dubitatur; neque a ſola aqua planta nutritur. Rete foliorum ſimplex in Acere; duplex in Aquifolio; triplex forte in Citro. Folium ſuccum præparatum partim cauli reddit. Vaſa aerea ſunt vaſa ſuccoſa contracta, celluloſa tela exſucca. Plura non licet hic repetere.

Ejusdem *Definitiones plantarum* Lipſiæ anno 1737. 8°.*. Eædem auctæ & emendatæ anno 1747. 8°.*. Characteres ex omnibus partibus plantæ ſumti, ut in methodo naturali: ſpecies pleræque Tournefortianæ, tamen & nuperæ.

 Claſſes

Claſſes a petalis eorumque numero & regularitate: deinde a ſtaminibus, tubis. Methodum naturalem rejicit.

Eaſdem *Definitiones Georgius Rudolph:* BOEHMER emendatas & auctas edidit anno 1760. 8°.*, ditavit nuperis, etiam BROWNII generibus. Multa utiliter emendat. Valantiam ad Gallium reducit. Baſellam aliter deſcribit. Vitalianam ad Aretiam refert. Centaurium a Gentiana ſeparat. Paſſim alia genera conjungit, quæ omnia non poſſumus perſequi. Fungi ex GLEDITSCHIO, Muſci a DILLENIO.

Ad Diarium *das allgemeine Magazin*, & ad *Commentarios Lipſienſes* multum contulit. Collectionem imaginum plantarum, fuligine expreſſarum, moderatus eſt Hallæ anno 1760. & ſqq. fol. *Comm. Lipſ.* X. P. 2. Titulus eſt *Ectypa vegetabilium uſibus medicis præcipue deſtinatorum &c. virium & culturæ brevis deſcriptio.*

In *Adverſſ.* n. II. GREDINGI exſtant experimenta facta cum extracto ſtramonii, dato a gr. 1. ad 30. in diem. Rariſſime epilepſiam ſanavit, ſomnum dedit bonum, appetitui non nocuit, ſed oculis. Sitim fecit ſæpe maximam, & ventris tormina. Alvum non adſtrinxit, urinam ſæpe largiter movit: paucos levavit.

IDEM CL. GREDING *Adv.* IV. Belladonnæ vires exploratæ ſomnum fecit placidum, urinæ copiam auxit, oculos inflammavit, epilepſiam non ſuſtulit.

§. MCCXCI. *Johannes Burmann.*

Johannes BURMANN, ex familia nobili & opulenta natus, & eruditione varia celebri, noſter olim amicus, in conſervandis & ornandis Clarorum Virorum operibus multum laboris, & ſumtus impendit, potiſſimum vero in iis, quibus plantæ Indicæ deſcribuntur. Primum anno 1736. editionem Belgicam Herbarii WEINMANNIANI, additis Africanarum plantarum tabulis, ditavit.

Inde edidit anno 1737. *Theſaurum Ceylanicum*, Amſterdam 4°.*, quem olim laudavi. Ad plantas ſiccas *Pauli* HERMANN, & *Johannis* HARTOG, catalogum recenſuit, adjutus etiam delineationibus a J. *Friderico* GRONOVIO & a G. CLIFFORT acceptis; porro collectione W. *Adriani* van der STEL; & theſauro WITSENIANO, tam iconum, quam plantarum ab HERMANNO, HARTOGIO & OLDENLANDIO lectarum. Ita Catalogum plantarum Ceylaniæ Inſulæ elaboravit, cum ſynonymis, & rariorum & novarum iconibus & deſcriptionibus. Genera nova, qua erat modeſtia, pauca conſtituit, quæ ſunt Antideſma, Aro Orchis, Leucas, Melaſtoma, Micrococcos, Moringa, Muſſaenda, Urinaria (HERMANNI). Cinnamomum verum depictum dedit, tum aliam ſpeciem, & Lignum Colubrinum de Liguſtri genere. Manghas venenato lacte plenam arborem, Grana Tiglia, & plurimas plantas medicatas, & ſua utilitate celebres deſcripſit; plantas horti Malabarici explicuit, novasque numeroſas addidit. Claſſis umbellifera perparea eſt, & Cruciatæ in Ceylania fere deſiderari videntur, niſi Sinapiſtrum velis. Ad finem Catalogus adjectus eſt plantarum Africanarum HERMANNI, OLDENLANDII, HARTOGII.

Ex codicibus WITSENII & A. vander STELL natæ ſunt *Decades* X. *variorum plantarum Africanarum*, quarum quatuor anno 1738. inde ſex anno 1739. Amſtelod. 4°.* ſunt editæ. Genera copioſum numerum fere ſpecierum habent, Euphorbia, Tithymali, Stapeliæ, Apocyna, Cotyledones, Oxalides, Gerania, a quibus vir Cl. Pelargonia flore difformi ſeparat, Rapunculus & Rapuntium, Chamelææ, Thymelææ, Xeranthema, Chryſocomæ, Polygalæ, Gnaphalia. Pentagoniam, Caryophyllæam, Oosterdyckias, Serrariam, nova genera fecit. Aliquæ hic umbelliferæ. Sideroxylon hic etiam occurrit. Omnes ſpecies deſcriptæ & depictæ, plurimæque earum novæ.

RUMPFIANO operi addidit interpretationem latinam; adnotationes, nomina botanica, harmonias aliorum auctorum.

Demum PLUMERIANAS poſthumas tabulas ſuo ſumtu ſculpi & edi curavit, iisque deſcriptiones adjecit, & nupera nomina, & priora: ita de novo orbe perinde bene meruit, ut de priſco, & utriusque divitias patefecit, numeroſas, vix notas, ſua tamen utilitate celebratas plantas, plurimas novas exhibuit.

In *Nov. Act. Nat. Cur.* T. II. anno 1761. depinxit & deſcripſit duo nova genera, Wachendorfiam, quam & ſeorſim edidit, & Ferrariam.

Nuper *floram Amboinenſem* ſ. Indicem in omnes icones herbarii Amboinenſis edidit, & ſimili cum titulo *floram Malabaricam* ſ. Indicem in hortum Malabaricum Amſterdam 1769. fol.* in quo pleræque plantæ Indicæ ſua ad genera reducuntur.

§. MCCXCII. *M. C. Hanow.*

Michaelis Chriſtophori HANOW, celebris phyſici & Profeſſoris Gedanenſis, *erläuterte Merkwürdigkeiten der Natur* Gedan. anno 1737. 4°.*, ſed prodierunt anno 1736. 4°. Breves libelli, ſingulis hebdomadibus editi, phyſici fere argumenti, pauca botanica hactenus continent, de pomis, & piſis conſervandis, de anacampſerote ex ſicco nata aſſere, absque terra, de plantis hieme virentibus, de horto Card. Eſtenſis, de Manna Schwaden.

EJUSDEM *Danziger Erfahrungen* anno 1739. 4°.

EJUSDEM *Nützliche Danziger Erfahrungen* anno 1740. 4°.*.

EJUSDEM *Abgeſönderte wöchentliche und monatliche Danziger Erfahrungen* Gedan. anno 1741. 1742. 4°.*.

EJUSDEM *Wiedervereinigte Danziger Erfahrungen* ibid. anno 1743. 1744. 1745.

EJUSDEM *Zum gemeinen Nutzen eingerichtete Danziger Erfahrungen* ibid. anno 1746. 1747. 1748.

EJUSDEM *Danziger Nachrichten, nebſt gelehrten Anmerkungen* ibid. anno 1749. 4°.

EJUSDEM *Danziger Erfahrungen zur Beförderung der Einſicht in die Natur und Kunſt* 1750. 1758. 4°.*.

Omnium idem fere eſt ſapor, quem primo loco dixi.

Hæc collecta ſunt in *Seltenheiten der Natur und Oeconomie*, &c. & edita a *J. Daniele* TITIO Lipſiæ anno 1753. 8°.* & 1755. 8°.* Tomus I. ad animalia pertinet. Badiagam hic deſcripſit. Ejus globulos negat eſſe ova.

Tomo II. aliqua continentur ad plantas facientia, faſciatas, proliferas, & nonnullas rariores. Faſciatas a coalitis caulibus interpretatur, Martagon bulbiferum frequentiſſimum eſt. De Piſang & nuce Cocos. De uſtilagine duplici & Secali conniculato. De Peziza, &c. De Fungis & plantis fungoſis variis. De pane ex Solano tuberoſo facto. Aliqui negant Secale corniculatum aut nocere, aut fœtido eſſe odore.

In Tomo III. Iterum aliqua ad peregrinas aliquas plantas, Roſam de Jericho, Aurantium prægnans, Citrium prægnans, flores decolores, annulos ligni, ſpicas Cerealium multiplices, Fungos plantarum putreſcentium.

IDEM in *phyſices dogmaticæ:* T. III. Hall. anno 1766. 4°.* egit de plantis, & primum de earum fabrica & vita. Deinde peculiariter de arboribus, quarum fabricam & uſus œconomicos tradit.

Alia eſt collectio *Opuſculorum* Pars I. quam etiam J. D. TITIUS edidit Hall. 1761. 4°. Progr. fere non hujus argumenti ſunt.

EJUSDEM *Phyſicæ dogmaticæ* Tomus III. Hall. 1766. 4°.* continet Phytologiam generalem, & Phytologiæ ſpecialis partem, qua arbores deſcribuntur, noſter enim auctor arbores ab herbis ſeparat. Tradit ergo fabricam plantæ, & vitam. Partes plantæ proprias definit, radices, caulem, folia, florem. Deinde aliquas nobiles arbores ſeorſim deſcribit, ut Palmas. Inde arbores coniferas: tum alias raras, ubi Baobab ad Populos refert, quæ malva eſt: porro arbores noſtrates Europæas, cum utilitate varia, ſæpe cum PLINII locis. Platanus germanis ignota eſt, & *Masholder* nomen eſt Aceris. Exoticas intermiſcet celebriores. De ligno præduro, lente creſcente, nigro, in Islandiæ petroſis reperto, quod caſu aliquo hinc in aqua deſcendere dicit, inde aqua leviorem eſſe.

Inde Tomi IV. Hallæ 1768. 4°.* excuſi pars prior plantas continet herbaceas, fabricam partium, plerumque cum LINNÆO comparatam. Admittit principium vitale, obſcura perceptione corpus ſuum regens & formans. Methodi variæ, claſſes, monſtra: neque enim hic ad peculiares ſpecies deſcendit.

§. MCCXCIII. *Galli.*

Recueil de Létres, Mémoires & autres piéces, pour ſervir à l'hiſtoire de l'Académie des Sciences & belles létres de Béziers, Béziers anno 1736. 4°. Aliqua hic de Rhapontico Gallico Cl. BOUILLET.

Catalogue des plus excellens fruits, qui ſe cultivent dans les pépiniéres des Chartreux de Paris, avec leurs déſcriptions Paris 1736. 12°.

Abbé

Abbé BELLET *Catalogue de differentes eſpeces de raiſins, qu'on cultive a Saintefoix en Perigard, en Languedoc, a Cadillac & aux environs de Bourdeaux* anno 1736. miſſus ad Acad. Burdigalenſia.

Analyſe de pluſieurs polychreſtes ultramarins, leurs uſages & propriétés Paris 1736. 8°. MEAD. 12°. FALCONET.

In *Mém. de Montpelier* anno 1736. de motu florum plantarum cichoreacearum.

De la GUERINIERE *Ecole de la Cavalerie* Paris 1736. fol.

Jac. Franc. VANDERMONDE & St. VAST, *Ergo infirmis a morbo viribus reparandis Ginſeng* Paris anno 1736. 4°. Americanum idem cum Sinico eſſe.

§. MCCXCIV. *Angli Varii.*

Nic. SALMON *Antiquities of Surrey with ſome account of the natural hiſtory of the country* London anno 1736. 8°. Aliqua de Lupuli cultu habet. Dedit etiam *Antiquities of Eſſex.*

The compleat family piece — the gentlemans and farmers beſt guide London anno 1736. 12°. SEGUIER.

Hoc anno ad ornandam agriculturam Societas coaluit Dublini, quæ hebdomadatim ſuas adnotationes edidit, & prima eſt Societatum, quæ ad agri colendi artem colendam coaluerunt. Pars earum ſchedarum a D. THEBAULT Gallice verſa prodiit Paris 1759. 12°. quæ agit potiſſimum de lini cultu, & de ſicera: lupulo, emendandis paludibus.

A deſcription of a great variety of animals and vegetables extracted from the beſt authors of natural hiſtory London anno 1736. 8°. SEGUIER.

The manner of raiſing, treding, pulling of flax practiſed in Flanders. In l. *Intereſt of Scotland* anno 1736. edito.

In *Phil. Tranſ.* n. 442. & 443. *Johannes* BELCHIER habet experimenta oſſium in vivis animalibus Rubia tinctorum.

Pharmacopœa Collegii Regii Medici Londinenſis anno 1736. 8°. OSB.

BAYLEY'S *Dictionarium ruſticum, being a new and compleat hushold dictionary for the uſes both of city and counntry* London 1736. 8°.

Catalogue of plants in the gardens near London Lond. 1736. fol. LAMB.

§. MCCXCV. *Itali & Hiſpani.*

Franciſci ARISI *Il Cioccolate trattenimento* Cremon. anno 1736. 4°. Si huc facit.

Antonii CAMPILLO, Pharmacopolæ, *Faro Medico Eſpagirico theorico practico* Saragoſſ. 1736. 8°.

Phar-

Pharmacopæa Taurinenſi Torino 1736. 4°. RAST.

Caroli de AQUINO *Nomenclator agriculturæ* Rom. anno 1736. 4°. FALCON.

J. Jac. ZANICHELLI *Enumeratio rerum naturalium, quæ in Muſæo Zanichelliano reperiuntur* Venet. anno 1736. 4°. Zoophyta, Marina.

EJUSDEM *Intorno alle facoltà del Hippocaſtano* Venez. anno 1733. 4°.*. Arborem deſcribit, deinde corticis amari pulverem. Variis in experimentis eamdem cum Peruviano cortice faciem induere, & eadem dare elementa; duabus etiam drachmis ſub introitum paroxyſmi datis, febres intermittentes profligaſſe. Recuſum eſt in *Opuſc. Scient. e filolog.* T. X.

EJUSDEM *Oſſervazioni intorno all abuſo della Coffea ed alla virtute di un nuovo Te Veneziano* Venez. anno 1755. 4°.*. Hiſtoriam naturalem Coffeæ dat, culpat, ut olim N. ANDRY, quod torreatur, oleumque empyreumate corrumpatur, ei oleo frequentes convulſiones imputat, quæ noſtro ævo invaleſcunt. Theam Euganeam non nominat, cui gratiam tribuit Chinenſi majorem.

Patris ut alias indicavimus, poſthumum opus edidit.

Mariani SEGUER *Epiſtola de febrifugo* J. J. MANGETI edita cum ETTMULLERI operibus Geneveniſibus anno 1736. fol.

§. MCCXCVI. *G. H. Burghart. Alii.*

Michaelis MORGENBESSER diſſ. quæ premium meruit propoſitum, pro ſolutione quæſtionis, *was des Schöpfers Abſicht bey den Blumen geweſen* Leipzig anno 1736. 8°.

Gottfried Heinrici BURGHART *Iter Sabothicum, oder Reiſe auf den Zobtenberg* Breslaw. anno 1736. 8°.*. Habet etiam plantas in hoc monte ſponte naſcentes, cum nonnullis ad earum utilitatem ſpectantibus.

EJUSDEM *Dritthalb hundert Anmerkungen zur Abhandlung vom Seignettiſchen Salze* Breslaw. anno 1749. 8°.* hactenus huc ſpectant, quod is ſal ex vegetabilium cineribus & ſuccis præparetur; ſed cum chemicis melius recenſetur.

EJUSDEM *Wohleingerichtete Deſtillier-Kunſt* Breslau anno 1748. 8°.*, & *neue Zuſätze zur wohleingerichteten Deſtillier-Kunſt* ibid. anno 1748. 8°.*. Aliqua parte ad vires medicatas plantarum pertinet, ut ad myrrhæ fumum, quem adverſus ephelides laudat; aliqua adverſus corticem Chinæ Chinæ.

Medicorum Sileſiacorum ſaturæ, quarum ſpecimina Uratislaviæ ab anno 1736. ad annum 1742. 8°.* octo prodierunt, & tribuuntur Cl. viro, quem modo diximus. In eo Diario Lolii comeſti ſymptomata, Lilium faſciatum polyanthon legas. De Siliqua dulci & Abelmoſch. De Sale volatili plantarum.

Caroli

Caroli Wilhelmi SACHS Calycis Alkekengi ſceletus. Lilium polyanthon. Roſa prolifera.

Chriſt. Heinrici Timothei BURGHART experimenta cum ſucco Aloës florentis facta. Dulciſſimus, ſed nauſeoſus, ingrati odoris, aceſcit cum putrèdine, vomitum movet, & inſpiſſatus alvum ducit.

Gottfried Wilhelm. MULLER De odore Fungi cadaveroſo.

§. MCCXCVII. *Des Landes.*

Des LANDES *Recueil de différens traités de phyſique & d'hiſtoire naturelle* Paris anno 1736. 12°. Mea editio ſecunda dicitur, & eſt annorum 1748. & 1753. 12°. 3.Vol.*. Primus Tomus, præter libellum de conſervatione frumenti, continet tractatum de veloci vegetatione plantarum; mera collectanea. In tertio LAWRENCII eſt libera traductio.

§. MCCXCVIII. *Belgæ &c.*

Servatii Auguſtini VILLERS *Hygieine* Lovan. anno 1736. 4°. hactenus huc ſpectat.

CORNEL, LEONHART van AMSTERDAM *Cibi potus & condimentorum plurimorum conſideratio medica* Leid. 1736. 4°. PLATN.

BROKMAN *Hushållsbock* Nörköping 1736. 4°. 2.Vol.

§. MCCXCIX. *Sam. Urlſperger & Bolzius.*

Samuelis URLSPERGER *Ausführliche Nachrichten von der Colonie Salzburgiſcher Emigranten in America.* Multæ particulæ. Prima, ut puto, Hallæ anno 1736. prodiit, etſi editio mea, quæ ſex numeros continet, anni eſt 1741. 4°.*. Verus auctor *J. Martinus* BOLZIUS V. D. M. vir judicio valens, neque incurioſus, etſi naturalis hiſtoriæ imperitus fuit. Paſſim adeo bona aliqua ad plantas utiliores Americæ pertinentia intercedunt.

Continuatio I. anno 1738. 4°.*. Hic de Perſicis ſpontaneis, & aliis naturæ dotibus: de Anguria, Caſtanea, Uva. De arboribus coniferis & picis coctione.

Zweyte Continuation Hall. anno 1739. 4°. De Saſſafras.

Dritte Continuation Hall. anno 1740. 4°. De oleribus ſuis; ſed potiſſimum de morbis epidemicis, quos miſeri exules paſſi ſunt.

Vierte Continuation Hall. anno 1740. 4°.*. Denique contra præjudicatam boni viri opinionem adhibitus cortex Peruvianus, & ſanata febris.

Fünfte Continuation Hall. anno 1740. 4°.*. De ſemente, de Goſſypii cultu.

Sechste Fortſetzung Hall. anno 1741. 4°.*. Tandem exſulibus propriæ meſſes contigerunt, Mayz, Oryzæ, Solani tuberoſi. De vitibus ſpontaneis, Moris nigris, Perſicis absque nucleis.

Siebendte Continuation Hall. anno 1741. 4°.*. De agri cultu: tempore ſementis, Prunis ſpontaneis indigenis, grati ſaporis, valde reptantibus. Panis ex Mayz, bonus ſi Tritici nonnihil admiſceas.

Achte Continuation Hall. anno 1744. 4°.*. Farina ex Oryza pulcherrima. Initia cultus Mororum & Serici. Vitium cultus optime ſuccedit, inoculatis vitibus Maduranis in indigenas.

Neunte Continuation ibid. anno 1743. 4°.*. Bonæ ſapidæque Uvæ ſpontaneæ. Perſica eximia: ex iis ſpiritus ſtillatitius.

Zehnte Continuation ibid. anno 1744. 4°.*. Hortus botanicus conditus. Meyeri chirurgi excurſiones botanicæ.

Eilfte Continuation ib. anno 1748. 4°.*. Cerealia Germaniæ in nova Georgia pulcherrime creverunt, ſed absque aratro & equis. Fabæ. Iter in Carolinam.

Tomus II. Sex ſequentes numeros continet.

Zwölfte Continuation ib. anno 1746. 4°.*. Rapa enormia, quorum unum duos homines ſatiet. In pinetis agrum meliori fructu coli.

Dreyzehnte Continuation ib. anno 1747. 4°.*. Mori ſpeciem Hiſpanicam majori cum quæſtu coli. Serici prima meſſis.

Vierzehnte Continuation ib. anno 1749. 4°.*. Cydonia optima. Arbores cito florere, cito perire. De eduli Avena paludum. De Thea indigena boni ſaporis. De variis Cucurbitis.

Fünfzehnte Continuation ib. 1749. 4°.*. De Indici quæſtuoſo cultu: a nullo animale lædi. Cypreſſi rubræ & albæ. Laudes radicum Potatos. De Myrto cerifera, lentoque colligendarum baccarum labore. Clima Oryzæ favet & Fabis, ſed illam cum labore coli.

Cum alio titulo idem opus continuatum eſt *Das Americaniſche Ackerwerk Gottes.* Ejus I. pars prodiit Auguſtæ Vindelie anno 1754. 4°.*. Serici cultus auctus. Rubigo frequens, occupatur præmatura ſatione. De Caſſine Creekiis familiari. Uvas melius in præaltis palis creſcere.

Zweytes Stück ib. anno 1755. 4°.*. Facilis cultus Mororum & abundans.

Pars III. Habet cultum Indici.

Pars IV., quæ anno 1767. ſucceſſit, præparationem docet Indici.

Hæc fuſius recenſeo, qui magna cum voluptate hunc librum legerim.

§. MCCC.

§. MCCC. *Johannes Amman.*

In *Commentarior. Petropolitanor.* Tom. VIII. *Johannis* AMMAN Scaphuſini, *J. Conradi* filii, primitiæ leguntur. Plantæ exoticæ pluſculæ, cum iconibus. Melilotus ſiliqua membranacea: tum nova genera Lemtopetaloides, Ricinocarpodendron, Siphonanthemum, Petroſpermadendron, Michelia.

IDEM De Ficubus ex arboris trunco natis.

Anno IX. Alſinanthemum THALII. Betula folio ſubrotundo, cum bonis iconibus.

Anno X. Filicaſtri genus conſtituit, & aliquot filices eleganter depingit.

Anno XI. Bermudianæ ſpecies, & Caſſiæ, & Fungi.

T. XIII. Lapathum orientale humile ſemine pulchro.

EJUSDEM *Stirpium rariorum in Imperio Ruſſico ſponte provenientium icones & deſcriptiones* Petropol. anno 1739. 4°.*. Plantæ partim novæ, a GMELINO, & a MESSERSCHMIDTIO deſcriptæ, qui juſſu Auguſtæ propiorem Sibiriam ſolus percurrerat, partim ab ipſo AMMANNO, ad plantas ex ſeminibus provenientes factæ, quas HEINZELMANNUS & GMELINUS ex Sibiria miſerant. Stirpes omnino 284. plurimæ novæ, etiam nova genera, Amethyſtina, Arguſia, Aſpalathus, Cymbaria, Quadruncinata. Icones pluſculæ, ad ſiccas plantas factæ, & plerarumque deſcriptiones.

§. MCCCI. *Jacobi Loghan.*

In *Philoſoph. Tranſactionibus* anni 1736. n. 441. J. LOGHAN experimentum reperitur de Mayz granis ſterilibus, cum maſculæ ſpicæ amputatæ fuiſſent.

EJUSDEM, Præſidis in conſilio Penſylvanico, *Experimenta & meletemata circa generationem plantarum* Londini anno 1747. 8°.* prodierunt, latine & Anglice. Deſcriptio floris Mayz, & experimenta eadem. Pro duplici plantarum ſexu, quem MILLINGTONO tribuit. De germine in farinoſam partem ſeminis radices agente. Vertit C. MYLIUS in *Phyſic. Beluſtig.* T. III.

§. MCCCII. *Selecta Francofurtenſia.*

Hoc anno cepit edi novum Diarium, *ſelecta* nempe *medica Francofurtenſia Anatomen, Chirurgiam, materiem medicam, medicinam illuſtrantia* Francofurti ad Viadr. anno 1736. 8°.*.

Tomus I. De cortice Mandragoræ, ejusque vi narcotica. De Papavere, Alſine, &c.

Tomus II. anno 1740. *J. Andreas* HARNISCH De vermibus Raphano expulſis: & de duobus hydropicis Pimpinella nigra ſanatis.

Tomo IV. anni 1747. *Barthold Ludwig* HYCKEL De noxis a nimia ingurgitatione radicum Solani tuberoſi natis.

IDEM De effectibus Stramonii egit *Comm. Lit. Noric. ann.* 1744. n. 2.

Et *J. Andreas* HARNISCH in eodem Tomo IV. *ſelectorum* De utilitate Pimpinellæ nigræ, ſucco cæruleo, in eryſipelate ſuppurato & exulcerato.

EJUSDEM *Meditationes botanico-medicæ de Pimpinella nigra* editæ ſunt Lipſiæ anno 1757. 4°.* Plantæ deſcriptio. Vis ſpiritum vini tingens. Vis alexipharmaca & diuretica. Exempla in achoribus, arthritide vaga, malo hyſterico, catarrho ſuffocativo, teſticulo venereo, variolis malignis, febre petechiali, ulceribus malignis, &c.

§. MCCCIII. *Germani Varii.*

J. Jac. BOSE *De potioribus morbificis ad varios ſcripturæ locos* Lipſ. diſſ. I. anno 1736. 4°. II. anno 1737. 4°. HEFF.

J. Jacobi KIRSTEN, Profeſſoris Altdorfini, *De Styrace* Altdorf. 1736. 4°.*. De variis generibus Styracis liquidæ & ſiccæ.

EJUSDEM *Alba Liguſtra cadunt, Vaccinia nigra leguntur* Altdorf. 1764. 4°.*. Liguſtrum eſſe & baccas ipſius Liguſtri.

EJUSDEM De oleo Salviæ & Copaivæ *Act. Nat. Cur.* Vol. V. obſ. 163.

Vol. VI. obſ. 141. Cerei ſcandentis deſcriptio, qui Altdorfii floruit.

EJUSDEM *De Arecca Indorum* Altdorf. anno 1739. 4°.*. De Catechu ex ea præparata, de eſſentia. Additæ icones, etiam fructus Siriben.

EJUSDEM *De exiguo pretioſorum quorundam medicamentorum effectu.*

Andreæ Danielis BRUCH *Obſervationes practicæ de radicis fruticis Juniperi decocto* Argentor. anno 1736. 8°.*. Ad fætida ulcera, gonorrhœam malignam, dolores iſchiadicos, malignum de utero liquamen, ozænam, etiam exemplis adductis.

Chriſtophori Andreæ HEDER *De Hedera terieſtri* Altdorf. anno 1736. 4°.*. Aqua odorem herbæ retinet. Inde ſpiritus ſtillavit pene alcalinus & empyreumaticus, tum oleum: inutilis, præter aquam, analyſis. Laudes nimiæ.

J. Frid. RUBEL *Vera vini . . . conſtitutio in Franconia, & imprimis Swinfurti,* Schweinfurt anno 1737. 4°.

EJUSDEM *Phyſicaliſche Beſchreibung von den Eigenſchaften des Weins in Franken* Nürnberg 1754. 8°.

EJUSDEM *Merkwürdigkeiten aus dem Reiche der Natur* Frankfurt 1762. 4°. Si huc facit.

EJUSDEM

Ejusdem *Materia medica ſeleƈtiſſimorum remediorum ſimplicium & compoſitorum* Bareith 1738. Platner. Recuſa eſt Nürnberg 1764. 8°.

Vorſtellung und Recommendation des rothen Melnicker Weins, als ein bewährtes Mittel wider das Podagra und die Steinſchmerzen Nürnberg und Prag anno 1736. 8°. Huth.

§. MCCCIV. *J. Gottlieb Gleditſch.*

J. Gottlieb Gleditsch, Lipſienſis, Profeſſor Berolinenſis, vir induſtrius, & in experimentis ſolers & felix, de re herbaria optime meruit. Primum ejus opus eſt *Catalogus plantarum, quæ in horto Gen. von* Zieten *Trebnizii coluntur* Lipſ. anno 1737. 8°.*. Nomina. Plantæ, ut in horto privato multæ, etiam cum varietatibus. Admiſtæ ſpontaneæ.

Inde *conſideratio epicriſeos* Siegesbeckianæ Berlin. anno 1740. 8°.*. Defenſio Linnæi non incommoda. Aliqua peculiaria de florum cultu.

Ejusdem *De methodo botanica* diſp. Francof. ad Viadr. anno 1742. 4°.*, recuſa Lipſiæ anno 1742.*. De viribus medicatis: quæ conſerventur, quæ in ſiccata planta pereant. De efficacia loci natalis; generis nullam eſſe conſtantem vim, quæ in omnibus ſpeciebus dominetur. Laudat Rivinianam methodum pro tironibus.. Methodum nullam vires plantæ indicare.

Porro *de Fuco ſubgloboſo ſeſſili & molli lucubratiuncula* Berolin. 1743. 4°.*. Plantarum paluſtrium catalogus. Globoſæ & gelatinoſæ plantæ bona deſcriptio, aliæque ſpecies adfines.

In *Commentariis Academiæ Scientiarum Berolinenſibus* multa edidit noſtri argumenti.

Anno 1748. p. 60. De utilitate corpuſculorum diaphanorum, quæ Michelius in Amanitis reperit. Laminæ breviores in utraque pagina plenæ ſunt ſeminibus, & corpuſculis pellucidis, verrucarum ſimilibus: & de extremo earum margine antheræ dependent. Corpora pellucida in duris Fungis nulla ſunt, & videntur, dum intumeſcunt, dimovere laminas, cogereque ſuperficiem ſeminalem, ut aërem & pollinem antherarum admittat. Videntur etiam officio fungi ſpongioſorum corpuſculorum, quæ tubarum finem obducunt.

Anno 1749. Ut ex putredine plantæ generis fungoſi oriantur, ut per aërem earum ſemina ferantur, & ſpeciem ſuam propagent.

Idem Palmam infecundam polline maſculo ſicco, & aliunde adlato, fecundavit.

Idem primas lineas dat ſyſtematis plantarum a ſitu & origine ſtaminum ſumti. Conſtantiorem eſſe aliis methodis. Nullum dari genus, cujus ſpecies aliæ ſtamina habeant petalo adfixa, alia thalamo. In Cucubalo & Silene tamen a receptaculo ſtamina venire. Exempla methodi in liliaceis, vaſculoſis monangiis, graminibus.

Anno 1751. Pneumonanthen conſtituit, genus a Gentiana ſtaminibus coaleſcentibus diverſum.

Anno 1754. Plantarum catalogum dat, quibus per experimenta propria reperit, coria durari poſſe. Deſcribit Malum humilem floribus apetalis femineis.

Anno 1755. De ramo Abietis faſciato.

Anno 1756. De Uſtilagine, cum ruptis glumis. Partem mali eſſe a meſſe præmatura, & a ſemine imperfecto.

Annis 1757. & 1758. De aliquibus, quæ plantæ tum animalibus communia habent.

Anno 1759. De Ægolethro. Pro ſpecie habet Erigerontis fætidi.

Anno 1761. Vol. 17. De monſtroſa fructificatione Iridis paluſtris anguſtifoliæ, in qua plurimi flores minores ſteriles coacervantur: tum de Lilio albo monſtroſo.

Anno 1763. Carpobolum deſcripſit.

Anno 1764. Tom. 20. deſcribit Thyrſines nomine Hypociſtidem veterum.

Anno 1766. Tom. 22. Definit Zieteniæ characterem, quæ Stachydi adfinis maximo calyce differt.

In Tomo 23. ſ. anni 1767. deſcribit triplex & poſtremum potiſſimum experimentum palmæ Chamæropis per inſperſum pollinem maſculum fecundatæ, quo fit, ut ejus fructus fecundi ſint, & in novam plantam convaleſcant. Idem in Lentiſco experimentum bene ſucceſſit, & in piſtacia.

Idem *Mém. de Berlin* 1768. ſ. Tom. 24. de caricum utilitate, quorum ceſpites exciſi, & congeſti, bonas dant ſemitas per paluſtria ducentes. Aliquæ etiam hujus claſſis ſpecies deſcribuntur. Laudat balſamicam indolem Caricis arenariæ.

Anno 1769. Albucæ & Alethridis characterem ex vivis plantis emendavit.

Eorum plurima recuſa edidit, titulo præfixo *Vermiſchte phyſicaliſch-botaniſch-œconomiſche Abhandlungen* T. I. Hall. 1765. 8°. De plantis ad rem coriariam utilibus numeroſis, adſtringentibus, cum vitriolo martis cæruleum colorem dantibus, aut nigrum. Bona experimenta cum iis plantis fecit. De transplantandis coniferis arboribus jam maturis. De ſerendis glandibus. De Palma infecunda, quam Vir Cl. inſperſo polline alterius ſpeciei fertilem reddidit. De uſtilagine ejusque ſede. De herbis ſericum ferentibus noſtratibus, deque herbis ovibus pabulum ſuppeditantibus. Repetit hic & emendat Thyrſines characterem.

T. II. anno 1766. 8°.* De plantis, quas apes amant, inter quas non quæreres herbas naſturcinas, Linariam; Populum, Poma, Roſas ſuſpicareris. Laudat cultum Spergulæ, Rubiæ, Lupuli, Croci. Enumeratio plantarum ad ſepes idonearum.

Ejusdem

Ejusdem Tom. III. Berlin. anno 1767. 8°.*. De Ægolethro, de Fuco molli. Ornatius de Malis, quæ absque flore fructus, cum maturis nucleis ferunt. De ſabuletis Marchiæ, quæ pinis conſerere ſuadet vir Cl. De plantis in arenoſis naſcentibus. De plantis, quas oves amant. De Caricis uſu ad coercendas paludes.

Alia collectio nuperior eſt, *Vermiſchte Bemerkungen aus der Arzneywiſſenſchaft, Kräuterlehre und Oeconomie* T. I. Riga ſ. Leipzig anno 1768. 8°.*. Experimenta curioſe capta de declinatione plantarum verſus horizontem. De analogia plantarum & animalium. De cultu arboris Draconis, & curanda ejus putredine. De neceſſitate legum, quibus collectio ſtirpium tutior & accuratior reddatur.

Ejusdem *Betrachtungen über die Beſchaffenheit des Bienenſtandes in der Mark Brandenburg* Riga & Mittau 1769. 8°.* Auctius, quam prodierat in miſcellaneis. De melle plantarum potiſſimum etiam Melianthi. Ab antheris ceram colligi, potiſſimum longis & copioſis, a nectariis & plantarum tubis imis mel ſugi. Verna mella dare frangulam. Apes amare Fagopyrum, Sinapi, Lupulum, Serpyllum. Tilias eximium mel ſuppeditare. Catalogus plantarum, quæ a primo vere ad autumnum apes nutriant. Taraxacum noxas tithymali coercere. De vero Rheo palmato. Plantas flavo colore tingentes eum colorem continuo prodere. Borraginem ab apibus præ aliis amari.

In Flora Lipſienſi Cl. Boehmeri genus dorſiferum per ſubtiles characteres diſpoſuit.

Ejusdem *Methodus Fungorum* Berlin. anno 1753. 8°.*. Genera fere Linnæana, ſpecierum immenſum compendium. Characteres ex Michelio. Varietates plurimas facit, Erinaceum cum Polyporo conjungit. Nomina longa, cum deſcriptione bona. Coloribus vix utitur.

Ejusdem *Syſtema plantarum a ſtaminum ſitu* Berolin. anno 1764. 8°.*. Claſſes tantum quatuor, a ſitu ſtaminum ſumtæ, Thalamoſtemones, Petaloſtemones, Calycoſtemones, Styloſtemones, demum Cryptoſtemones. Ordines inde a numero ſtaminum, a conjunctione: tunc a flore, vel calyce. Genera Linnæana. Characteres breves, paſſim correcti. Rapuntium a Lobelia ſeparatum, & alia genera nova. Filices ex imo ſubrutæ, & noviter conſtitutæ.

Ejusdem *Anleitung zu einer vernunftmäßigen Erkenntniß der rohen Arzneymittel* Berlin anno 1767. 8°.*. Plantæ, quæ in uſu ſunt frequentiori, recenſentur, cum viribus medicatis. De efflorescentia ſalina Atriplicis, Ceraſi. Analyſes paſſim, & vera judicia.

Ejusdem *Alphabetiſches Verzeichniß der gewöhnlichſten Arzneygewächſe* Berlin 1769. 8°.*. Plantæ uſitatæ, aliquæ etiam raræ & parum notæ: vires etiam minus vulgatæ, ut Caricis arenariæ efficacia Sarſaparillæ æmula.

In *Commercio Literario Norico* anni 1741. n. 37. characterem dat Equiſeti.

§. MCCCV.

§. MCCCV. *J. Blakſtone.*

J. BLAKSTONE, pharmacopolæ, *faſciculus plantarum circa Hareſield ſponte naſcentium cum appendice ad loci naturam ſpectante* Londin. annò 1737. 12°.*. Nomina, ſynonyma, loci natales. Plantæ multæ vulgares, raræ aliquæ, ut Cardamine impatiens, Pervinca major, Fritillaria, Geranium lucidum, Gramen ſpartium juncifolium, Hypericum pulchrum & ſupinum, Juncus montanus paluſtris, &c.

EJUSDEM *Specimen botanicum, quo plantarum plurium Angliæ indigenarum loci natales illuſtrantur* London anno 1746. 8°.*. Adiantum petræum perpuſillum, Sibthorpia, Bifolium minimum, Braſſica ſpuria exilis, Bupleurum minimum, Cardamine hirſutior, Caryophyllus pallidus, Centunculus, Chamærubus ſaxatilis, Cirſium Anglicum & Britannicum, Echinophora, Epimedium; Fungos etiam aliquos depingit, Geaſtrum, Echinum infundibuli formam.

§. MCCCVI. *Germani.*

In edicto Regio Hanoveræ anno 1737. edito remedio adverſus incrementum Chryſanthemi ſegetum docentur.

FRID. WILHELM'S, Königs in Preuſſen, *renovirte Holz- Maſt- und Jagdordnung* Berlin 1737. fol.

Reiſen auf das Schleſiſche Rieſengebürge von 1696. bis 1737. Hirſchberg 1737. 4°.

Die bezauberte Coffee- und Thee-Welt Frankfurt 1737. 8°.

J. Georg SCHENKEN *compendiöſes Kochbuch, nebſt einem Küchenzettel* Langenſalza 1737. 8°. 1747. 8°. 1756. 8°. 1766. 8°. &c.

Beſchreibung des grünen Gewölbes in Dreſden Frankfurt 1737. 4°.

Elieſer, der in ſeiner Haushaltung bemühte Hauswirth und ſorgfältige Bauersmann Berlin 1737. 8°. editio II.

VIDALIN *de beneficiis regiis adverſus Islandos* Lipſ. 1737. fol. etiam hiſtoriam naturalem ejus inſulæ tradit.

In *Comm. Lit. Noric.* anni 1737. p. 82. *J. Jacobus* GEELHAUSEN egit de butyro Cacao, ejus præparatione, & noxa, cum ſumtum in globulos induraretur.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* IV. anno 1737. *J. Adam* RAYMANN Artemiſiam albam optimum præbere fomitem obſ. 8.

IDEM contra uvas inauratas *Eph. Nat. Cur. Cent.* IX. obſ. 41. & Vol. VI. obſ. 129.

J. Chri-

J. Chriſtian SENKENBERG *De Lilio convallium* Gotting. anno 1737. 4°.*. Varietates plantulæ. Tum vires medicæ, amaror eximius, vis ſternutationem movens; analyſis; vis baccarum in variis morbis, etiam ad epilepſiam, febresque intermittentes.

J. Gottl. WORM *Oſtindianiſch- und Perſianiſche Reiſe* Dreſden anno 1737. 8o. In Java militaverat, legatum in itinere Perſico erat comitatus. Ipſe breviſſime ſcripſit, ut idiota. Sed *Caſparus* WEISS V. D. M. inmenſum addidit commentarium, in quo plantæ nobiliores Indiæ fuſe deſcribuntur, opera collectitia.

§. MCCCVII. *Sueci.*

Rud. Chriſtoph. TRACHT *De ſuccedaneis* Upſal. anno 1737. 4°.*. De Acacia, cum icone, & Pruno noſtrate. De Peto & Hyoſcyamo. De Cedro & Junipero, Vite & Groſſularia, Saccharo & Melle.

Petri HAMNERIN *Vires medicæ plantarum quarumdam indigenarum* Upſal. anno 1737. 4°.*. Catalogus alphabeticus, cum brevi virium medicarum enumeratione.

§. MCCCVIII. *L. P. Krauſe.*

Ludwig Philipp. KRAUSE, hortulani non incelebris, *kluger und ſorgfältiger Gärtner* Langenſalze anno 1737. 8°. 1741. 8°.* 1754. 8°. 1763. 4°. non valde candidi, qui ſe excuſet; quod non aperiat hortulanorum arcana: ſuperſtitioſi, qui multum tribuat ſignis cæleſtibus; nominum corruptoris (y): nimii miraculorum præconis, qui plantam ex diverſis compoſitam ajat provenire, ſi diverſarum ſpecierum ſtirpes in unam ſcrobem dederis. Ablactationem pro plantis exoticis valde laudat. Catalogum cæterum habet plantarum hortenſium, cum cultu, & varietate florum. Dixit etiam opera menſtrua, hortum oleraceum, arboretum, & arbores cultas, ſigillatim, earum morbos, Lupuletum, &c.

EJUSDEM *Catalogus herbarum, arborum & fruticum*, Berolin. 1753. 8°.*. Plantas venales habet; & ſuas indicat.

In *Philoſ. Tranſact.* anno 1737. n. 446. *Guilielmus* ARROT, Chirurgus Scotus, deſcribit quatuor corticis Peruviani varietates. Putes albam diverſam eſſe arborem a vera.

In *Eſſays of a Society at Edimburg* pauca fere botanici ſunt argumenti. J. STEDMAN agit de Opii noxis & virtutibus T. IV.

SMITH's *Compleat houſewife* London 1737. 8°. OSB.

§. MCCCIX.

(y) Toram vocat Napellum cæruleum;

§. MCCCIX. *C. Aug. a Bergen.*

Caroli Auguſti a BERGEN, noſtri olim amici, & Profeſſoris Francofurtani ad Viadrum, adnotatio de Fungo corylino orbiculari *Comm. Lit. Nor.* 1737. ibid. p. 179.

Anno 1739. hebd. 35. De Alchimilla (Knawel) coccifera, quæ uberius repetiit in epiſtola *de Alchimilla ſupina ejusque Cocco* Francof. ad Viadr. anno 1748. 4°.*. De planta, ſed imprimis de inſecto.

EJUSDEM Programma *utri ſyſtemati Tournefortiano, an Linnæano, primæ partes deferendæ ſint* Francofurti ad Viadrum anno 1742. 4°.*. Cenſura in TOURNEFORTII claſſes minus naturales, aut certas. Petalorum numerum magis ludere, quam ſtaminum, &c. Verbaſci ſtamina duo inferiora eſſe absque pappo.

EJUSDEM *Lapis Lydius medicamentorum bonæ notæ regni vegetabilis, quoad radices, ligna, herbasque* ib. anno 1744. 4°.*. Bonas notas malasque indicat.

EJUSDEM *Lapis Lydius, quoad fructus, ſemina, reſinas, gummi reſinas, & gummoſa concreta* Francof. ad Viadr. anno 1745. 4°.*. De Acaju, nuce Been, Cacao, Dactylis, Faba S. Ignatii, Jujubis, Macere, Nuce Moſchata, & aliis exoticis.

EJUSDEM *Lapis Lydius &c., quoad balſama, ſuccos expreſſos, integras plantas* anno 1746. 4°.*. De Copaiva, balſamo Peruviano, Tolutano, Opobalſamo, Styrace, Terebinthina, &c. ex bonis omnino fontibus.

EJUSDEM *De Fuligine* anno 1750. 4°. cum analyſi.

EJUSDEM *De Aloide* Francofurti ad Viadr. anno 1753. 4°.* De charactere, quem tamen noſter ZINNIUS aliquantum diverſum reperit. Flores minores habet pro germinibus florum futurorum. Deinde in aliis vaginis veras gemmas reperit, flores adeo omnes androgynos.

EJUSDEM *De Petaſitide* anno 1759. 4°.

EJUSDEM *Catalogus ſtirpium indigenarum, æque ac exterarum, quas hortus medicus Francofurti ad Viadrum complectitur* Francofurti ad Viadr. 1744. 8°.*. Adjectæ adnotationes aliquæ. Character Paſſifloræ flore cæruleo magno.

EJUSDEM *Flora Francofurtana* Francofurti ad Viadr. anno 1750. 8.*. Methodum RIVINIANAM ſequitur, inferiores ordines magis elaborat. Characteres dat generum, quæ Tournefortiana ſunt. Mannæ Gramen oſtendit non eſſe Dactylon.

In *Hamburg. Magaz.* T. V. artificium deſcripſit, quo pulcher cæruleus color ex ligno Braſilico paratur.

In

In *Nov. Act. Nat. Cur.* edidit T. II. deſcriptionem Cardiacæ giganteæ, Laburni, Euphorbii cerei effigie : ſuam etiam Aloidis deſcriptionem emendavit.

§. MCCCX. *Varii.*

M. PATOUILLARD De noxis radicum Hyoſcyami *Hiſt. de l'Acad. des Sciences de Paris* anno 1737. p. 72.

BILLOT De enormi vite ex ſarmento nata in teſtam depoſito.

J. Franciſci le FEVRE *De natura, uſu & abuſu Coffeæ, Chocolatæ* Veſuntione anno 1737. 4°. Collectitia. Lego, theſes de Thea, Caffea, Chocolata, jam Veſuntione anno 1726. prodiiſſe.

DEIDIER *matiere medicale ou l'on traité des medicamens naturels ſimples & composés* Paris 1738. 12°.

In *Diario Trivultino* anno 1737. Menſe *Septemb.* Méthode pour rendre plus efficace l'uſage du Quinquina. Non aperit conſilium.

De MONVILLE S. I. Sur la culture du Cacao, & la recolte du Cacao, ibid. eodem anno p. 826.

P. d'ENTRECOLLES De medicina Sinenſium & eorum remediis. Chenopodium Belveder edule eſſe.

Antonius COCCHI, vir eruditiſſimus, ſcripſit *Elogio di Piet. Ant.* MICHELI Firenz. anno 1737. 4°. FALCONET.

In *Diario Journal Helvétique*, pluſcula ſunt botanici argumenti, ut anno 1737. de Muſco, anno 1738. & 1740. de longa ætate arborum, annis 1738. 1747. de agricultura, annis 1738. de hiſtoria vitis: alias de millefolii alpini noxis: de plantis circa Eſtavayer naſcentibus.

§. MCCCXI. *La Court.*

Byzondere Aanmerkingen over het anleggen van Landhuyzen, Luſthoven, Plantagien Leid. 1737. 4°. ZOCHA. Gallice verſum opus audit *Agrémens de la Campagne ou remarques ſur la conſtruction des maiſons de Campagne, des Jardins, avec les ornemens — de la maniére de cultiver les arbres fruitiers, — des moyens d'avoir des Melons en plein air &c.* Leid. 1750. 4°.* Paris 1752. 12°. 3.Vol. Germanice *Anmuthigkeiten des Landlebens* Göttingen 1758. 4°. Auctor (la COURT) experientiam citat quinquaginta annorum, & utique frigoris anni 1684. meminit, & una experimenta anni 1733. citat, neque obſcurum eſt, peritum, & expertum, virum hæc monumenta reliquiſſe. Belgam fuiſſe ſentias, cum aliquæ voces non bene gallice reddantur. In præfatione mirum experimentum adducit, eamdem arborem, ſola ex diverſa ratione putandi, in Citrum abire, vel in Aurantiam arborem, ut debiles rami citrina poma, au-

rantia fortes proferant: ita pirum ſubinde mala ferre, pira malum. Late rem hortenſem tractat, etiam vites, laborioſe in Belgio colendas: deinde elementa plantarum, artificia, quibus calefiant, &c. Tunc olera, heſperides, porro peregrinas plantas colere docet. Fimum pinguem pro plantis macris, pro ſalſis ſalſum requiri; refocillari morientes arbores fimo columbino. In Ulmo manifeſtum eſſe, ſuam cuique ramo eſſe radicem, interire enim ramum, qui reſectæ radici reſpondet. Aurantiam ad tria ſecula durare. Poma & Pira nuperorum Gallorum audacter cum veterum Pomis comparat. Pauciores ſpecies heſperidum adgnoſcit, quam priores hortulani, addit tamen aliquas, & icones dat. Mangoſtan coluit. Bonus in univerſum liber, & fidem meriturus lectoris, ut tamen auctor botanicen vix adtigerit.

§. MCCCXII. *Germani Varii.*

Philipp. Adolph. BOEHMER *De cortice Caſcarillæ* Hall. anno 1738. 4°. Icon ex CATESBY, deſcriptio (Caſcali) a SEBA. Analyſis. Aqua odorata, oleum æthereum, extracta gummoſa & aquoſa, ſpiritus acidus, &c.

Georgii Auguſti LANGGUTH *Antiquitates plantarum feralium* Lipſiæ anno 1738. 4°.*. Erudita collectio & poëtica, de Rhamno, Lauro, Caſia, Myrrha, Thure, Amomo, Opobalſamo, Cupreſſo, Picea, &c.

EJUSDEM *De immoderatiore Tabaci abuſu* anno 1750. 4°.*.

EJUSDEM *De cortice Peruviano* ibid. anno 1758. 4°.

Antonii ROSCHMAN *Regnum animale, vegetabile & medicum Tirolenſe* Oenipont. 1738. 4°. Ad rupes glaciales, plantas aliquas, animalia & mineras.

Fürſtliche Amtsordnung Mietau anno 1738. fol. Laudatur agricultura.

J. Jac. BURKEL *De gratiola* Argentor. 1738. 4°.

v. KREYFELDT *De corticis Peruviani virtute antihydropica* Duisburg anno 1738. 4°.

C. F. BEHRENS *Reiſebeſchreibung um die Welt* Leipzig 1738. 8°.

Von den drey berüchtigten Verführern des Volkes Thee, Coffee, commoden Tage, und Hausapothecke 1738. 8°. Coſmopoli 1756. 8°. Nonne DETHARDINGII?

Der wohlunterrichtete Koch Frankfurt 1738. 8°.

Chriſt. WILLER'S *himmliſche Influenz und reicher Segen in den Kräutern* 1738. 4°.

§. MCCCXIII. *Belgæ.*

Pharmacopæa Hagana inſtaurata & aucta Haag 1738. 4°.

§. MCCCXIV.

§. NCCCXIV. *Sueci.*

J. ENGSTROM & LANGE *De Quercu* Londin. Gothor ann. 1738. 4°.*. Species variæ, hiſtoria œconomica, vegetatio plantarum, &c.

Stephen BENNET'S *Berättelſe om lins planterande, ſpinning, wäfning, &c.* Abo 1738. 4°.

§. MCCCXV. *Thomas Shaw.*

Thomas SHAW D. D. *Travels and obſervations relating to ſeveral parts of Barbary and Levant*, Oxford. anno 1738. fol.*. Eximii peregrinatoris opus, multa habet ad rem noſtram ſpectantia. Et primum Africæ plantas eſculentas, fructus, Legumina, Cerealia; aliqua de plantis Arabiæ, deque rubri maris Coralliis. Denique Catalogus plantarum, quas in Oriente reperit, pene 700. a DILLENIO correctus, in quo multæ novæ, aliquæ etiam delineatæ. Teſtimonium pro ſexu Palmæ & imprægnatione. De Ficuum ſimili imprægnatione. De Loto veterum. De variarum plantarum vi medicata. Gallice prodiit Haag. 1743. 4°. 2. Vol.

Supplementum Oxonii anno 1746. fol.* acceſſit. Huc facit explicatio pavimenti Præneſtini.

Nova editio totius operis Londini anno 1757. 4°. *, cum auctariis aliquibus, ab auctoris morte prodiit. Id doleas, catalogum plantarum ad 230. plantas, celebriores aut novas, diminutum fuiſſe. Germanice Lipſ. 1765. 4°.

§. MCCCXVI. *G. H. Behr.*

Georgii Henrici BEHR, medici Argentinenſis, *Lexicon phyſico Chemico medicum reale* Argentor. anno 1738. 4°.

EJUSDEM & OTTO *De Carduo benedicto* Argentor. 1738. 4°.

EJUSDEM *Zwey Bücher von der Materia medica* Argentor. anno 1748. 4°.*. Plantas ſecundum virium medicatarum claſſes diſpoſuit: deſcripſit vires, etiam poemata adjecit. Fuſiſſime de vinis.

§. MCCCXVII. *Galli &c.*

MICHAULT *Létre a M.* BRI *ſur la ſituation de la Bourgogne par raport a la botanique* anno 1738. 8°. Eamdem eſſe Burgundiæ altitudinem, quæ eſt alpium, & plures plantas alpinas in ea Provincio pervenire.

Traité hiſtorique & pratique de la cuiſine Amſterdam 1738. 12°. 2. Vol. 1758. 12°. 2. Vol. ut lego.

Hieronymi MONTERO de ESPINOSA *el certamen da los majores medicos da Eſpanna* Saragoſſa 1738. De Cina, de opio.

§. MCCCXVIII. *C. Deering.*

C. DEERING *Catalogue of plants naturally growing in England more ſpecially about Nottingham* Nottingham anno 1738. 8°.*. Adjutus fuit a DILLENIO, a D. MEDLEY, & ab aromatario TUTIN. Plantas paucas dat, Fungos & Muſcos aliquos, cæterum vix novi quid, & admiſtas plantas ſuſpectas. Vires medicatas aliquas, & obſervationes botanicas adſperſit.

§. MCCCXIX. *J. E. Probſt.*

J. Ernſt PROBST *Verzeichniß der in- und ausländiſchen Bäume, Stauden und Küchen-Gewächſe des Caſpar Boſiſchen Gartens* Leipzig 1738. 8°.* 1747. 8°. HEIST. In tres claſſes, ut WATHERIANUS, diviſus catalogus. Nomina absque ſynonymis, ſæpe non ſatis definita, varietatum multum.

Wörterbuch, worin die Kräuter-Namen und Beynamen der Kräuter aus dem Lateiniſchen ins Deutſche übergetragen ſind. Und ein Verzeichniß der Gewächſe Leipzig 1741. 8°.* Pro hortulanis minus eruditis. Ad nomina latina cum accentibus, & reſpondentibus nominibus Germanicis. Catalogus ad prioris modum, in quatuor ordines diſpoſitus, latinus, multis cum varietatibus.

§. MCCCXX. *Comm. Lit. Nor.*

In *Comm. Lit. Noric.* anno 1738. *J. Chriſtophori* BAUMLIN De efficacia Scillæ egit p. 181. 188.

Hebd. 42. De noxis radicis non ſatis notæ, pro Paſtinaca comeſtæ, quam anno 1740. n. 11. AUCTOR habet pro Paſtinaca annoſa.

Anno 1741. n. 5. deſcribit florem Zingiberis.

§. MCCCXXI. *Phil. Tranſ.*

In *Phil. Tranſ.* n. 450. anno 1731. *Joh.* MAUD vidit oleum Saſſafras in cryſtallos coiviſſe.

In n. 451. *Thomas* STEWARD vult Stellam illam terreſtrem, quam DAMPIER medicamento adverſus hydrophobiam addebat, neque Lychnidem eſſe, neque Lichenem, ſed Plantaginem Coronopum.

In prælectione CROONIANA, quæ pro appendice adjecta eſt, *Alexander* STUART iconem dat Roſæ de Jericho, & de ejus vi expanſili & contractili agit.

J. BURTON *A treatiſe on the nonnaturals — and a ſhort eſſay on the Chincough* York 1738. 8°.*

§. MCCCXXII. *C. M. de la Condamine.*

In *Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum Pariſinæ* hujus anni *Carolus Maria* de la CONDAMINE deſcribit arborem, cujus cortex Peruvianus dicitur, flore

flore pentapetaloide ſerrato, pentaſtemone. Addit hiſtoriam inventi. Circa Tarqui alia Chinchonæ ſpecies naſcitur, petalis majoribus, magis purpureis, quam Lochæ, cui veró AUCTOR minus confidit *Introduct. hiſtor.* p. 82. 83.

EJUSDEM *Relation d'un voyage fait dans l'intérieur de l'Amérique méridionale, depuis la mer du Sud juſqu'à la Guyane*, &c. Paris anno 1745. 8°.*. Germanice in collectione mea, & in *Hamburg. Magaz.* T. VI. Paſſim aliqua botanici argumenti intercedunt, ut de vaſis ex reſina elaſtica Cahutſchuc in formis ad deſideratam figuram fictis; de oleo Palmæ Ungurave, de oleo Andirora, de veneno ex plantis ſcandentibus parato, quo ſagittæ tinguntur.

BARTHELEMI d'HUISSIER d'ARGENTCOURT, qui anno 1738. obiit, *Catalogue des plantes de Bourgogne.* Codex M.S. ſupereſt. *Bibl. hiſtoire de la France.*

§. MCCCXXIII. *Eliſ. Blakwell.*

Elizabetha BLAKWELL, uxor infelicis medici, qui aliqua etiam in agricultura molitus eſt, & funeſta morte periit, ad vitam ſuſtentandam, ex amicorum conſilio, plantas medicatas, quas officinales vocant, a RANDIO & MILLERO acceptas delineavit, & aqua forti æri inſcripſit, ad quingentas. Pleraque etiam exempla vivis coloribus pinxit. Plerumque, ut nulla ab hypotheſi ſeducta, naturam ipſam fideliter expreſſit, eſt ubi erravit. In characteribus florum ubique defecit de ea minuta curioſitate, quæ noſtro ævo ſolet requiri. Intercedunt aliquæ plantæ valde raræ. Virium medicatarum breve adjecit compendium. Idem opus eſt, quod TREWIUM ornatius edidiſſe monuimus.

§. MCCCXXIV. *S. Schaarſchmidt.*

In *Diario mediciniſche und chirurgiſche Nachrichten*, quod *Samuel* SCHAARSCHMIDT ab anno 1738. Berolini edidit 4°.*, & cujus ſex Tomi prodierunt; aliqua de Thea, aliisque diæteticis intercurrunt.

§. MCCCXXV. *A. Conr. Ernſting.*

Arthuri Conradi ERNSTING M. D. *Phellandrologia phyſico-medica, ſeu Exercitatio de medicamento novo Peerſaat* Brunſwic. anno 1739. 4°.*. Bona icon radicis, & ſeminis; folia enim paulum a pictore congeſta, neque anguli ſatis expreſſi ſunt, quem cum præcipuo nervo intercipiunt. In Saxonia inferiori ſemen habetur pro remedio vulnerum & ulcerum. Noſter pro antipyreto habet. Ejus analyſin ſuſcipit, extrahit tincturas, igne ſpiritum & ſalem aliquem volatilem abigit, cum admiſto, ut ſolet, acore.

EJUSDEM *Prima principia botanica, oder Anfangsgründe zu der Arzneywiſſenſchaft* Wolfenbüttel anno 1748. 8°.*. Lexicon technicorum, ut vocant, terminorum, & partium plantæ, cum iconibus. Bibliotheca botanica, alphabetico ordine. *Syſtemata botanica*, ab ipſo retro C. GESNERO. Methodus auctoris, Boerhaavianæ adfinis.

EJUSDEM

EJUSDEM *Der vollkommene und allzeit fertige Apothecker* Helmſtätt 1741. 4°.* Lexicon, in quo & ſimplicia medicamenta reperias deſcripta, cum viribus medicatis, & quæ ex plantis componuntur.

EJUSDEM *Hiſtoriſche und phyſicaliſche Beſchreibung der Geſchlechter der Pflanzen* Lemgo anno 1762. 4°.*. Fuſiſſimum opus, quo Auctor partes genitales plantarum, ad Linnæi potiſſimum ſenſum, deſcribit, plantarumque nuptias: omnia etiam huc pertinentia colligit, tum quæ ad vitam plantarum ſpectant. Hinc inde ſua aliqua adſpergit, ut ad Sphæriam flavam; ſecalis a reſectis ſtaminibus ſterilitatem, vacuasque ſiliquas (ubi tria ad ſingulam glumam non duo ſtamina debent numerari, alibique Linde ſcribi pro Limetree Leimbaum. Plantas etiam cum animalibus comparat. Varietates braſſicæ in alias ſpecies degenerantes vidit, & ſpeciem Reps habet pro hybrida ex braſſica fuſca (Braunkohl) & braſſica napo proveniente. Ad finem catalogus eſt ſpecierum Linnæanarum.

§. MCCCXXVI. *Sam. Trowel.*

Samuel TROWEL *of husbandry and gardening* London anno 1739. 8°. Germanice, *Abhandlung vom Ackerbaue, der Gärtnerey*, &c. Leipzig anno 1750. 8°.*. Edidit, & appendicem ſupplevit, *Wilhelmus* ELLIS: *translator* notis nonnullis illuſtravit. Totam fere rem ruſticam in compendium contraxit. G. ELLIS ſua inventa prædicavit, ſuum aratrum, quatuor rotis inſtructum, cum quo & ſeminatrix ciſta & fimo plena conjungitur, deinde Gramina propria, quæ nemo adgnoſcat. Paſſim tamen utiliter aliqua monet. Macerationem ſeminis rejicit, & fuliginis annis ſiccis ſparſæ uſum. Multum laudat repetitam arationem, Avenam, cribrationem ſeminis, & cum calce miſtionem. Sambucum ad vinum coquendum commendat. Jam TROWELLII conjectura eſt, inſecta pollinem ſeminalem ad alienas plantas transvehere, ita novas ſpecies producere. Verſio vitioſa.

§. MCCCXXVII. *Pharmacopolæ aliquæ.*

Münſterſche Apothecker-Tax und diſpenſatorium Münſter anno 1739. fol.

Pharmacopœja Madritenſis protomedicatus auctoritate elaborata Madrit. anno 1739. 4°. CAP. de VIL.

VALENTINI COLLEGII PHARMACOPOLARUM *Officina medicamentorum* Saragoſſa fol.

Subrogavit autem Protomedicatus Madritenſem pharmacopœam, & lege ſanxit, ut ad ejus normam medicamenta in Hiſpania elaborentur. CAP. de VIL.

Diſpenſatorium medicum pharmaceuticum Pragenſe, Prag. 1739. fol. PLATN.

§. MCCCXXVIII.

§. MCCCXXVIII. *Eberh. Ferber.*

J. Eberhardi FERBER, Medici, *hortus Agerumenſis, ſecundum methodum ſexualem* LINNÆI Holm. anno 1739. 8°.*. Hic primus, ni fallor, novam methodum ſecutus, nova nomina imitatus eſt. Hortus privatus, adjectæ ſpontaneæ. Videtur potius J. ROHTMANNI labor.

§. MCCCXXIX. *Angli aliqui.*

J. BRICKWELL *Natural hiſtory of North Carolina* Dublin anno 1739. 8°. Etiam arbores & fructus adtigit.

Catalogue of American trees and Shrubs who will endure the Climate of England London anno 1739. fol. cum nonnullis iconibus. IDEM ut puto, quod anno 1729. p. 229.

§. MCCCXXX. *Galli.*

Inſtructions pour les jardins fruitiers & potagers, avec un traité des Orangers Paris anno 1739. 4°. 2.Vol. BARBEIR.

Les dons de Comus, ou les délices de la table, &c. Paris anno 1739. 12°. & *Suite des dons de Comus, ou l'art de la cuiſine reduite en pratique* ibid. anno 1742. 12°. 3.Vol. BURETTE.

Camillus FALCONET & *J. Er.* BERTIN *Non E. potus Thea ad ſannorum diætam pertinet* Paris anno 1739.

J. Franc. COUTHIER *Non ergo a vino Burgundico arthritis* Paris 1739. 4°.

EJUSDEM & *Ant.* GARNIER *E. Pariſinis frequens potus Thee frequenti potu Caffée ſalubrior* Paris 1749. 4°.

Mémoire ſur le baume de la Mecque, absque loco & anno, circa hæc tempora puto prodiiſſe, quo aliqua deſcriptio & virium medicarum elogium continetur.

§. MCCCXXXI. *J. Browal.*

J. BROWAL, poſtea Epiſcopi Aboenſis, *examen epicriſeos in ſyſtema plantarum ſexuale Linnæi* Abo anno 1739. Leid. anno 1743. 8°.*. Pro ſexu plantarum, ex Palmarum amoribus, experimentis in Mayz factis. Contra objectionem a ſeminibus ſterilibus ſumtam. Inde pro methodo ſexuali. Ita ad alias objectiones a claſſibus non naturalibus, a numero incerto repetitas, & quæ alia ſunt a SIEGESBECKIO dicta, noſter reſpondet. Pro aphoriſmis, & nominum conſtitutione.

EJUSDEM *De agricultura Tavaſtenſium* Abo anno 1741. 4°. bona diſputatio.

EJUSDEM *De emolumento ex itinere per provincias patriæ inſtituto* Abo anno 1749.

§. MCCCXXXII. *G. L. de Buffon.*

In *Mém. de l'Acad. des Sciences de Paris* anno 1739. *Georg. Ludov.* le CLERC de BUFFON De conſervatione ſylvarum, quæ conſilia hactenus ad rem herbariam pertinent.

EJUSDEM Experimenta de robore ligni, in diverſis arboribus facta.

EJUSDEM anno 1749. Conſilia ad ferendas arbores. Debere juniores plantas ſpinis & rubis protegi (quod verum eſſe novi), juniores arbuſculas detruncari, ubi primum terram perforant. Solam Quercum & Fagum cultum mereri.

In *Diſc. ſur la maniére de traité l'hiſtoire naturelle*, quæ pars eſt magni operis, contra LINNÆI artificialem methodum dicit.

§. MCCCXXXIII. *Car. Sauvages.*

Car. SAUVAGES de la CROIX, de vi venenata Acteæ, Coriariæ, &c. De vi coroſiva olei Plumbaginis, & ejus utilitate ad cancros inveteratos.

§. MCCCXXXIV. *K. Swenska Acad. Handlingar.*

Hoc anno *Nova Scientiarum Academia in Suecia* coaluit, primasque dedit in ſemeſtri poſteriori tranſactiones, quæ porro per ſingulos annos, cum titulo *K. Swenska wetenskaps Academiens Handlingar* Holmiæ prodierunt. Recuſæ Germanice, vertente viro ILL. A. G. KÆSTNERO.

J. Andreæ CELSII experimenta de dilatatione variorum lignorum a frigore.

J. MORÆI Hiſtoria funeſti uſus Napelli cærulei.

EJUSDEM De pratorum cultu circa Fahlun anno 1742. trim. I.

In Tomo II. *Jacobi* FAGGOT Conſilia ad agriculturam.

EJUSDEM *Swenska akerbrukets hinder och hiälp* Holm. anno 1746. 8°.*. Eximium librum nolui illaudatum dimittere, etſi aliquanto remotior a botanicis, & politici potius argumenti eſt. Fructus Sorbi aucupariæ & Padi, ad deſtillandum ſpiritum commendat.

Anno 1750. n. 3. De Semente in calidum cinerem ſparſa.

Martini STROEMER De congelatione arborum, & de ea impedienda.

§. MCCCXXXV. *Germani Varii.*

In Actis Eruditorum anni 1739. p. 1. *Ludov.* AHLEFELD De Fungis ex Salice naſcentibus. Ob baccas, putes Polypori ab inſecto compuncti deformationem eſſe.

Caroli Friderici LOEUW *Epiſtola, qua de Flora Pannonica conſcribenda conſilium communicat* Sempronii anno 1739. 4°.*. Invitat, ut ſibi auxilium præſtent, medicos Hungaros: ſed res nullum ſucceſſum habuit. Redit in *Vol.* V. *Act. Nat. Cur. app.*

In *Comm. Lit. Noric.* anni 1739. hebd. 1. anonymus de Noſtoch agit.

Joſias WEITBRECHT *hebd.* 10. De viribus olei Cajeput.]

Elias Fridericus HEISTER, *Laurentii* filius, *de hortorum Academicorum utilitate* dixit Helmſtad. anno 1739. 4°.*. Laudes hortorum, & liberalitatis, qua *J. Henricus* a SPREKELSEN pulcherrimis plantis hortum Helmſtadienſem donavit.

EJUSDEM De Phellandrio *Eph. Nat. Cur. Vol.* V. obſ. 139.

Erhardi REUSCHII Progr. *de hortorum Academicorum utilitate* Helmſtatt. anno 1739. 4°.*.

IDEM latine *heſperides Noricas* convertit, & præfatus eſt, de præcipuis heſperidum auctoribus.

Chriſt. Benjamin HÜCKHEL's *neueſte Weltbeſchreibung, nebſt neuen Zuſätzen von* J. DANIEL BARTHOLOMÆI T. I. Ulm 1739. T. II. 1753. 4°. Etiam memorabilia cujusque regionis habet.

Chriſt. Heinr. HÆNEL *De Camphora* Leid. anno 1739. 4°. Practici ſcopi.

EJUSDEM In *Comm. Lit. Noric.* anno 1741. n. 50. De vi corticis Peruviani adverſus gangrænam.

Salomon de MONCHY *De Opio* Leid. anno 1739. 4°.*.

Georg. Matthiæ BOSE *Otia Wittebergenſia* Witteberg 1739. 4°. Num noſtrum Saccharum ſit Saccharum veterum.

EJUSDEM *Tentamina electrica* hactenus huc ſpectant, quod vegetatio, & floreſcentia plantarum, ab electricitate concitata accelerentur Witteberg. anno 1747. 4°.*.

Philipp. DOUW *De purgantibus* Leid. 1739.

Allerneueſte Anweiſung zum Kochen Halberſtatt 1739. 8°.

Leipziger Kochbuch Leipzig 1739. 8°.

Johannes BLANKENHORN ſub *Wilhelmo Bernardo* NEBEL Heidelbergæ anno 1739. 4°. diſputavit *de Acmella Palatina*, nempe Bidente radiato & non radiato, cujus icones dedit, varietatem addidit; ſed potiſſimum analyſin chemicam. Habuit ex Bidente oleum æthereum, ſed fœtidum, cum aqua adſcendens, tum ſpiritum pariter fœtidum; extractum gummoſum uberius, reſinoſum parcius. Varia etiam alia cum ſucco experimenta inſtituit; & per ea omnia putat, ſe ſummam Bidentis cum Acmella Ceylanica analogiam reperire.

Cl. NEBEL anno 1740. 4°. diſp. dedit *de Corticis Peruviani modo operandi* PLATN.

EJUSDEM Arnicæ vi ſuperatum aſthma a partu ſuperveniens *Eph. Nat. Cur. Vol.* VIII. obſ. 113. & aſthma graviſſimum cortice Peruviano ſuperatum obſ. 114.

§. MCCCXXXVI. *Theoph. Lobb.*

Theophili LOBB, pii hominis, *treatiſe on the diſſolvents of the ſtone and of curing the ſtone and the gout by aliments* London anno 1739. 8°. Latine verſus ab optimo STÆHELINO Baſil. anno 1742. 8°.*, & Gallice Paris anno 1740. 12°.* Hactenus huc facit, quod vires lithontripticas plurimarum plantarum expertus ſit, quas inter ſuccus limonum, & pomi eminet, & decoctum panis. Victum vegetabilem adverſus hæc tormina extollit.

§. MCCCXXXVII. *J. Franciſcus Seguier.*

J. Franciſci SEGUIER, botanici, & litterati viri, noſtri imprimis amici, *Bibliotheca botanica, ſeu Catalogus librorum omnium, qui de re botanica, de medicamentis ex vegetabilibus paratis, de re ruſtica & de horticultura tractant* Haag. anno 1740. 4°.*. Adjutus vaſtis Bibliothecis Pariſinis, etiam SLOANEA, aliisque, per Europam viſis, cum *Scipionem* MAFFEIUM peregrinantem comitaretur, & auctoribus præcipuis hiſtoriæ medicæ, denique etiam variis bibliothecarum publicarum aut venalium catalogis, immenſum cenſum librorum tripartitæ botanices confecit, quo libere & utiliter uſus ſum, & cui MONTALBANI bibliothecam ſubjunxit.

EJUSDEM *Plantæ Veronenſes, ſeu ſtirpium, quæ in agro Veronenſi reperiuntur, methodica ſynopſis & bibliothecæ botanicæ Supplementum* Veron. anno 1745. 8°. 2. Vol.*. Cum apud *Scipionem* MAFFEIUM viveret, & beatum agrum Veronenſem & vicinum montem Baldum ſæpe peragraret, natus ei hic liber, qui ex ditiſſimis Floris eſt. Methodus TOURNEFORTIANÆ affinis, ut tamen a ſimpliciſſimis plantis incipiat, etiam in Muſcis & Lichenibus dives. Locos natales, vires medicatas, & paſſim criticam botanicam hic reperias, plantasque novas, aut melius definitas plurimas, quas hic non datur enumerare: pluſculas etiam delineatas dedit.

Tomo II. *Appendicem* addidit, partim a PONA, MARTINIO, aliisque repertarum, aliisve, quas autem aut ipſe non vidiſſet, aut non ſatis de iis ſibi ſatisfeciſſet.

Adjecit

Adjecit *Franciſci* CALCEOLARII *iter in Montem Baldum.*

Demum Bibliothecæ ſuæ *Supplementum* & aliquas emendationes.

EJUSDEM *Plantarum, quæ in agro Veronenſi reperiuntur Supplementum ſ.* Volumen III. Veron. anno 1754. 8°.*. Novas alpes, Vicentinis conterminas, ſerius adiit; aliqua etiam a *Caſparo* BORDONI itineris ſui comite habuit; alia a pharmacopola *J. Cæſare* MORENI. Multi hic Muſci, multæ plantæ raræ, etiam novæ, Carices, Bupleura, Lychnides, Orchidum flores in tabula expreſſi. Multæ plantæ hic deſcriptæ.

§. MCCCXXXVIII. *J. de Gorter.*

J. de GORTER *Formulæ medicinales cum Indice virium medicamentorum* Amſterdam anno 1740. 4°. 1755.

David de GORTER, J. F. *Materia medica, exhibens virium medicamentorum ſimplicium catalogos* Amſterdam. anno 1740. 4°. Patav. 1755. 4°. SEGUIER *Suppl.*

EJUSDEM *Flora Gelrozutphanica* Hardervic. anno 1745. 8°.*. Ordo LINNÆANUS, & nomina; ſynonyma aliqua, & loci natales. Plantas pluſculas iis addidit, quas J. COMMELYN recenſuerat, aliquas non vulgares, ut Horminum Lavendulæ ſpica, Vaccinium rubrum (pro regione maritima), Hyſſopifoliam, Lamium paludoſum Belgicum, Digitalem, Rapiſtrum monoſpermum, Trifolium folliculatum, Arnicam, Lonchitidem aſperam, hanc pene incredibilem; ſubinde aliqua adjecit: characterem antherici perfecit, ex ſpecie filamentis villoſis. Numerus plantarum eſt 604. inter quas pluſculæ hortenſes, ut Platanus, Thuya, Cucumis, &c.

EJUSDEM *Elementa botanica* LINNÆI *accommodata* Hardervic. 1749. 8°.*, cum iconibus rem declarantibus.

EJUSDEM *Flora Ingrica ex ſchedis Stephani* KRASCHENINNIKOW *confecta, & propriis obſervationibus aucta* Petropoli anno 1761. 8°.*, cum vir Cl. Imperatricis medicus eſſet. Etſi non numeroſæ ſunt in regione boreali ſtirpes, multæ tamen ſunt rariores, & multum etiam hic adnotationum criticarum, ad Gramina, Lychnidem hyſſopifoliam, Subulariam, Geranium paluſtre, Trifolium montanum lupulinum, Scorzoneram latifoliam, Taraxacum plumoſum aſperum, alias cichoraceas, Pyrethrum umbellatum, Salices. Claſſes, genera & nomina Linnæana.

EJUSDEM *Flora Belgica* Utrecht. anno 1767. 8°.*. In ſeptem Provinciis plantæ ſunt 1081. marinis Zoophytis admiſſis. Claſſes iterum, genera & nomina Linnæana, cum ſynonymis. Subjecti aliqui loci natales ſtirpium circa Hagam Comitum, detectarum a SCHWENKIO. Nuper plantarum nonnullarum *Supplementum* adjecit, quarum multæ ſunt FABRICII SIX, viri nobilis, & plantarum gnari.

§. MCCCXXXIX. *Matthieu Fabregou.*

Matthieu FABREGOU, qui ſe botanicum vocat & demonſtratorem, *Déſcription des plantes, qui naiſſent, ou ſe renouvellent autour de Paris*, Paris 1740. 12°. 6.Vol.* (& ex privilegiis anno 1734). Primo Tomo fere communem plantarum fabricam tradit, vegetationem, vocabula artificum. Deinde catalogus ipſe, deſcriptiones, vires medicæ, ſynonyma, loci natales. Nolles admiſtas nimis frequentes peregrinas plantas: frequenter carptos magnos viros TOURNEFORTIUM & VAILLANTIUM, quibus tamen auctor libere utitur, neglectas literas; ita Frangulam *Alnum prunas ferentem* vocat.

§. MCCCXL. *J. Ad. Kulbel.*

J. Adami KULBEL, *quænam ſit cauſa fertilitatis terrarum. Diſſertatio, quæ Burdegalenſe præmium obtinuit*, Dreſdæ, ut video anno 1739. etiam 1740. 4°. Leidæ anno 1743. 4°.* Suecice 1745. Prodiit latine & gallice. Ad chemiam potius retuleris, hic tamen recenſeo, cum de plantarum alimento agatur. Utiliter oſtendit, pingue & viſcidum aliquid in terra eſſe, quo repetito eluto, arena ſuperſit. Ex eo unguentum empyreumaticum, & alcalinum, liquorem igne abegit, ut adeo oleoſum quid contineat. Reliqua terra inutilis eſt. Pingue illud vegetabilibus & animalibus putreſcentibus naſcitur.

§. MCCCXLI. *J. C. Benemann.*

J. Chriſt. BENEMANN *Gedanken über das Reich der Blumen* Dreſden anno 1740. 8°.*. De florum fabrica, vegetatione, utilitate, pulchritudine. Poëtice & ornate.

EJUSDEM *Die Tulpe zum Ruhme ihres Schöpfers beſchrieben* Dreſden anno 1741. 8°.*. EJUSDEM ſaporis: ſubjectus eſt Catalogus Tuliparum in Belgio venalium, cum pretiis.

EJUSDEM *Die Roſe zum Ruhme des Schöpfers beſchrieben* Leipzig 1743. 8°.

Lego ante iſta prodiiſſe ejusdem generis libellum *die Kaiſerkrone.*

§. MCCCXLII. *Albertus Ritter.*

Alberti RITTER *De iterato itinere in montem Bructerum Epiſtola* Helmſtad. anno 1740. 4°.*. Alius quidem bono viro ſcopus fuit, cum hunc laborem ſuſciperet. Dat tamen Catalogum plantarum in monte Bructero naſcentium, cum nonnullis ad utilitates medicas ſpectantibus. Verearis, ut omnes hæ ſtirpes in monte frigido & ſylvoſo reperiantur, ut Coris, Mandragora, Victorialis (Allium).

§. MCCCXLIII.

§. MCCCXLIII. *Joh. Geſner.*

J. Gesneri, viri optime de re herbaria meriti, noſtri olim a quadraginta ſex annis ſuaviſſimi amici, & ſtudiorum olim in Leidenſi & Baſileenſi Academia ſodalis, *Diſſ. phyſicæ de vegetabilibus* Pars I. prodiit Tiguri anno 1740. 4°.*, qua partium vegetationis ſtructura, differentia & uſus oſtenditur. Recuſa eſt Leidæ anno 1743. 8°.*, cum Linnæi *oratione de peregrinatione intra patriam*, Vita plantarum, fabrica ſubtilis, partes, cum ſuis definitionibus.

Ejusdem *Pars poſterior de fructificatione* Tiguri anno 1741. 4°.* Leidæ cum priori. Varii modi, quibus plantæ reparantur. Sexus plantarum. Flos, Elaſtici ſtaminum motus. Methodi botanicæ; fructus & ſemen.

Ad virum Clariſſimum, puto, referri debere *Unterſuchung vom Kornregen gegen das Ende des Brachmonats* anno 1746. 4°.*. Semina erant Ficariæ, cujus icon additur.

Ejusdem *Diſputatio de Ranunculo bellidifloro* ibid. anno 1753. 4°.*. Mirificum monſtrum ipſe etiam vidi, verum Ranunculum pratenſem, floribus aliis ſeminibusque Ranunculi, aliis Bellidis minoris veriſſimis, ut floſculi & ſemifloſculi ad legem adeſſent. Adjectæ icones novæ Peloriæ, & erudita varia de monſtris plantarum.

Ejusdem *Phytographia ſacra generalis* Tigur. anno 1759. 4°.*. De nutritione plantarum, de vegetatione in trunco, in ramis, foliis, flore, fructu. Exempla mirificæ fecunditatis. Pro ſexu plantarum, & ad objectiones Alstoni reſponſio. Pro evolutione.

Ejusdem *Phytographiæ ſacræ generalis pars practica prior* Tigur. 1760. 4°.* Uſus plantarum ad nutriendum hominem. Plantæ edules 106. ſecundum claſſes Linnæanas, cum compendio utilitatis ſingularis, quam præſtent. De vegetabilium cibo.

Ejusdem *Phytographiæ ſacræ generalis pars practica altera* Tigur. anno 1762. 4°.*, de viribus plantarum medicatis, ſecundum indicationes, ad irritabilitatem augendam, minuendam, humanos humores corrigendos ſpectantes. Vires a ſapore & odore optime diſtinguuntur. Claſſes odorum. Claſſes medicatarum ſtirpium, ſecundum Linnæi methodum. Laudes medicamentorum vegetabilium.

Ejusdem *Phytographiæ generalis Pars practica* III. Tigur. anno 1763. 4°.*. Plantarum utilitas ad veſtimenta: Palmæ, Linum, Aloë, aliæ plantæ ad claſſes Linnæanas recenſæ, cum earum hiſtoria, in utile compendium reducta.

Ejusdem *Phytologiæ ſacræ generalis Pars* IV. Tiguri anno 1764. 4°.* De utilitate vegetabilium ad alendum hominem: de ceſpitibus bituminoſis ex radiculis Sphagni moliſſimi compactis, ubi plantæ recenſentur, quæ cum eo ceſpite naſci ſolent.

Ejusdem

EJUSDEM *Phytologiæ* &c. Pars V. Tiguri anno 1765. 4°.*. Vivarum plantarum utilitas ad umbram, ad ſepes, cum ſelectu optimarum ſpecierum, quæ eo pertinent.

EJUSDEM *Phytologiæ* &c. Pars VI. Tig. anno 1765. 4°.*. Ad ædificia, ad materiem. Antiquitates agriculturæ, & ſpecies arborum, quibus priſci uſi ſunt. Tempora cædendi.

EJUSDEM *Phytologiæ* &c. Pars VII. Tiguri anno 1766. 4°.*. Plantarum uſus varii, quem univerſæ naturæ ſibique mutuo præſtent. Viciſſim, quæ reliqua natura vegetabili regno præſtent officia, ignis, aër, vis inſectorum, a quibus fecundatio & plantæ hybridæ. Homo quid regno vegetabili viciſſim præſtet commodi.

EJUSDEM *Phytographiæ ſacræ ſpecialis* Pars I. Tigur. anno 1768. 4°.*. Auctores, qui phytographiam ſacram illuſtrarunt. Earumdem plantarum hiſtoria ad ordinem LINNÆANUM. Nuper *Pars ſpecialis* II. prodiit.

Denique vaſtiſſimum & pulcherrimum opus vir ILL. propediem, ut ſpes eſt, edet, plantarum nempe characteres naturales, nitidiſſime ſculptos, & uberrime, quorum ſupra octoginta tabulas abſolvit, & nunc in ſermone perficiendo occupatur.

§. MCCCXLIV. *Itali.*

J. Baptiſta CAPELLUS cum DONZELLI *Lexico pharmaceutico* Venet. anno 1740. 1745. 8°. dedit brevem hiſtoriam aromatum.

§. MCCCXLV. *Germani Varii.*

J. Georg KEISLERS *Neueſte Reiſe durch Deutſchland, Böhmen, Ungarn, die Schweitz, Italien und Lothringen* Hanover anno 1740. 4°. 2.Vol.*. Anglice anno 1760. 4°. Etſi alius optimo olim & doctiſſimo viro ſcopus fuit, paſſim tamen de hortis, Muſeis, ſylvis, arboribus rarioribus, vaſtioribus, lignis utilibus, ſparſa hic monumenta reperiuntur.

Henrici Caſpar ABEL *Mediciniſches Kräuter-Paradiesgärtlein, in welchem die bewährteſten Kräuter-Arzneymittel zu finden, nebſt Erörterung einiger botaniſchen Fragen* Frankfurt anno 1740. 12°. MEISN.

Compendiöſes und nutzbares Kaufmanns-Lexicon, worinn alle beym Feld, Aker, Garten und Weinberg, Wieſewachs und Holzungen vorkommende Redensarten erklärt werden Chemnitz 1740. 8°. Bamberg 1742. 8°.

Benjamin Gottlieb ALBRECHT *De aromatum exoticorum noxa, & noſtratium præſtantia* Erford. anno 1740. 4°.*. Percurrit aromata Indica, & accuſat ob acrimoniam igneam, &c. Laudat, inter aromata, Lepidium, Raphanum ruſticanum, Allia, Saturejam, Ocymum, &c.

J. Chri-

J. Chriſtian BIEL *De lignis ex Libano, ad templum hieroſolymitanum ædificandum petitis* Brunſvic. anno 1740. 4°. SEGUIER.

J. Caſpari FEISTL *Vegetabilia recentia ſiccis eſſe præferenda* Altdorf. anno 1740. 4°.*. Negat ſiccas plantas plus dare olei ætherei.

J. Ludovic. MILHAU *De Carvi* Argentor. anno 1740. 4°.*. Utilitas œconomica & medica.

Erneſt Ehrenfried GEYER *An potus Coffeæ dicti veſtigia in Hebræo Sacræ Scripturæ codice reperiantur* Wittenberg. anno 1740. 4°.*. Toſti leguminis titulo ibi reperiri (Kali), quod optime ad Coffeam traducatur.

Franc. Anton. GUERING *De vini intra corpus adſumta uſu & noxa* Argentor. 1740. 4°.

Joſ. LUTHER de GARBENFELD *De Tabaci uſu & abuſu* ib. 1740. 4°.

Fr. Gottl. HAUPT *De ſale Seignette alias polychreſto Rupellenſi* Regiomont. 1740. 4°.

C. G. PFEFFER *De pipere* Helmſt. 1740. 4°. cum HEISTERO dictus. p. 177.

J. Ign. MAYER *De corruptelis medicamentorum præcavendis & notis boni medicamenti* Prag. 1740. 4°. PLATN.

Petri GERIKE, Profeſſor Helmſtadienſis, *De uſu medico Campkoræ*, Helmſt. 1748. 4°.

EJUSDEM *Fundamenta chimiæ rationalis* Lipſiæ 1740.

§. MCCCXLVI. *Petrus Barrere.*

QUESTION de médecine, *dans laquelle on éxamine, ſi la théorie de la botanique, ou la connoiſſance des plantes, eſt nécéſſaire à la médecine*, Narbonne 1740. 4°.*. *Petri* BARRERE opus. Pro botanices utilitate.

EJUSDEM *Eſſai ſur l'hiſtoire naturelle de la France Equinoxiale* Paris 1741. 12°.*. Aliquamdiu medici in Cayenna inſula officio functus eſt. Catalogus eſt plantarum, quas auctor in ea inſula legit, cum viribus medicatis & œconomicis. Nomina ex PLUMERIO, aut ex affinitate ſumta, aliquando etiam auctori propria. Novæ plurimæ, ut Calceolus hexapetalos, Simaruba, quam ad Evonymum refert, Ferolia, (quæ *bois marbré* dicitur), Lilacoides, Mahu (a Maho adprime diverſa), Ulemari, Ipecacoanha, quam ad Violam revocat.

EJUSDEM *Relation de la France Equinoxiale* Paris 1743. 12°.*, & in mea itinerum collectione T. II. Gotting. anno 1751. 8°.*. Cultum & fabricam Sac-

Sacchari, Rucu, Coffeæ, Pittæ, de Aloës, ni fallor, genere, deſcribit, tum plantas cibarias, Maniocam, alias.

In *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* anni 1743. deſcripſit cultum Oryzæ, uti in Hiſpánia adminiſtratur.

In *obſervations d'anatomie* Perpignan. 1753. 4°. habet noxas hyoſcyami.

§. MCCCXLVII. *Belgæ.*

Paul Franc. de SAILLY *De Manna* Leid. anno 1740. 4°.* PLATN.

Specimen materiæ medicæ contractæ Leid. anno 1740. 8°.*. Anonymi. Medicamenta ſimplicia, ad ordinem literarum alphabeti diſpoſita; eorum odorem dicit & ſaporem, & ad quemque titulum collectas, ex adverſariis, vires medicatas. Plurimum ſequitur BOERHAAVIUM.

§. MCCCXLVIII. *Gottwald Schuſter.*

In *Act. Nat. Cur. Vol.* V. anno 1740. n. 16. *Gottwald* SCHUSTER De vi Rhabarbari diuretica.

IDEM Scholam Salernitanam verſibus Germanicis reddidit, cum conſiliis medicis Fr. Lipſ. anno 1750. 8°.

Vol. VI. n. 61. De virulento effectu Belladonnæ.

Obſ. 68. Roſa peculiari modo prolifera.

§. MCCCXLIX. *Eph. Nat. Cur.* 1740.

In *Volumen* V. obſ. 83. ibid. *Rudger Frideric.* OVELGUN Radicem Caryophyllatæ eſſe aphrodiſiacam.

Obſ. 158. De Pediculari purpurea adverſus ulcera maligna.

In *Nov. Act. Natur. Cur.* T. II. n. 44. Trifolii acetoſi vires ad Enterocelen laudavit; de ſale ejus eſſentiali egit.

N. 45. Carlinam ſylveſtrem ad ſodam, ſeu ventriculi ardorem laudavit.

Ibid. *Vol. V.* obſ. 98. *J. Chriſtophori* KUHNST De Camphora in figuram orbicularem colliquata.

Obſ. 100. 101. De ſale marino ex Galeopſide & aliis plantis.

In *Vol.* VIII. n. 1. *Act. Nat. Cur.* IDEM egit De Camphora ſublimata, & in placentæ ſpeciem colliquata.

§. MCCCXL. *Hellot.*

In *Journal de Trévoux* anno 1740. Jun. de hiſtoria balſami Peruviani in Lugdunenſi Academiæ actum eſſe, & iconem datam lego.

In

In *Mém. de l'Acad.* anno 1740. Cl. HELLOT opus ſuum de arte tinctoria indicit, & de Indici colore viridi egit.

EJUSDEM *L'art de la teinture des laines & des étofes de laine du grand & du petit teint, avec une inſtruction ſur les débouillis* Paris anno 1750. 8°.* Germanice verſum ab ILL. KÆSTNERO Lipſ. anno 1751. 8°.* Eximium opus, ex plurimis experimentis natum, quæ vir ILL. Regio juſſu fecit. Ad rem herbariam pertinet Indici uſus in tingendo, & Iſatidis: tum Kermes, Rubiæ, Luteolæ, Serratulæ, Geniſtæ, Cotini, Fœnugræci, Juglandis, Alni, Gallii, Lichenis Orſeille; ligni Campechiani, Braſilici, Rucu, Rhamni, &c.

In editione Germanica addita ſunt LABATI De Rucu & Indico fragmenta.

§. MCCCLI. *Comm. Lit. Noric.* 1740.

In *Comm. Lit. Noric. anno* 1740. hiſt. 2. & 40. *J. Philippus* WOLF De Camphoræ viribus medicatis egit.

IDEM ibid. n. 3. De Tuberibus terræ, & de modo, quo inveſtigantur.

EJUSDEM in *Eph. Nat. Cur. Vol.* IX. obſ. 14. Aſæ fœtidæ vis anthelmintica.

Chriſtian Friderich JOERDENS in *Comm. Lit. Nor.* anno 1740. De radicis Scillæ vi in aſthmate & hydrope hebd. 29.

§. MCCCLII. *Angli.*

In *Philoſ. Tranſact. David* NICOLSON De Cochlearia Grœnlandica, omnino mitiori.

Chriſt. GRAY *A Catalogue of trees and shrubs which are propagated for ſale* London 1740. 8°. HAENEL.

§. MCCCLIII. *Swe. Acad. Handl. Polhem. Weſtbek.*

In *K. Swensk Acad. Handl.* 1740. Trim. III. *Chriſtophorus* POLHEM conſilia dat, ut quadragecuplum ſati Hordei ex agro obtineri poſſit.

Video POLHEMII *Husballs förrätningar* citari Stokholm 1750. 8°. Num ejusdem.

Petri ADLERHEIMI De Sementis tempore & modo *Handl.* 1740. *Trim.* III.

Zachariæ WESTBEK De minuenda ſemente & parciori fimo *Trim.* IV.

Anno 1741. *Trim.* I. ſuum ſeminatorem deſcribit, add. ann. 1742. n. 4.

Anno 1754. *Trim.* I. De colore tinctorio violaceo, qui ex Lichene foliaceo umbilicato ſubtus lacunoſo obtinetur.

EJUSDEM Machina, quæ ſimul ſemen ſpargit & fimum anno 1755. *Trim.* I.

§. MCCCLIV. *Bazin.*

BAZIN *Obſervations ſur les plantes & ſur leur analogie avec les inſectes* Strasbourg anno 1741. 8°.*. Multum in inſectis laboravit, amicus REAUMURII. In diſſ. *ſur l'acroiſſement des végetaux* pro evolutione dixit. Inde *Obſervations ſur les plantes & leur analogie avec les inſéctes.* Plantas reſpirare, inde earum ad perpendiculum ab horizonte elevationem, & ſucci adſcenſum ſequi. Eam directionem defendit eſſe ab aëre. Cum ſucco nutritio ſubire radicem aërem diſſolutum, cujus nullus ſit elater. Aërem in vaſa aërea receptum, comprimere ſe ipſum, dum acceleratur in vaſis minimis, ita aucto robore comprimere vaſa ſuccifera; ea ſe reſtituere elatere ſui aëris, & eo plantam extendere, ubi minus reſiſtatur. Contra circuitum ſucci. *Remarques ſur les racines des plantes.* Primam quaſi coctionem ſucci nutritii in radice fieri.

Recuſi libelli exſtant in *Hamburger Magazin* anno 1749.

§. MCCCLV. *M. O. Nordenberg.*

Magnus Olaus NORDENBERG *Kort anledning huru graswäxten och mulbetet genom fordelaktig inrättning of Beteshagar kan forbättras, &c.* Stokholm anno 1741. 8°.*. Libellus in Tavaſthus Finniæ oppido ſcriptus. Reprobat paſcua autumnalia, quæ radicibus everſis, & graminibus detritis, prata corrumpant. Jubet ea dividi in quatuor particulas, quas armenta alternis hebdomadibus depaſcantur, ut interim, dum quævis portio depaſcitur, reliquæ quieſcant, earumque radices convaleſcant. Deinde vinum gratiſſimum, caſu ex Rubo Idæo natum, commendat; coli etiam eos frutices ſuadet, multo inde futuros meliores.

EJUSDEM Experimenta circa ſementem æſtivam ſubſtitutam hibernæ *Swensk Acad. Handl.* 1741. n. 2.

Ibid. n. 3. De cineribus clavellatis parandis, de utilitate Rapi, Carvi, Tædæ, Torfæ, &c.

Video etiam l. citari *om akerbruket* Holm. 1741.

Laurentii DAHLMAN *De conſervatione ſylvarum in patria* Upſal. 1741. 4°.*

Magni WALLNERI *De arte carbonaria in patria* Upſal. anno 1740. 4°.*.

EJUSDEM De Equiſeti radicibus pecorum pabulo. Mea detrectarunt, cum experirer. In *K. Sw. Acad. Handling* anno 1742.

EJUSDEM

Ejusdem Studioſi *Kölarekonſten uti Swerige beſkrifwen* Stokholm 1746. 8*. Breviter & practice artem carbonariam tradit.

§. MCCCLVI. *Alex. Blakwell.*

Alexandri Blakwell, infelicis medici, in Suecia ſupremo ſupplicio adfecti, *New method of improving cold wet and barren land particularly clayey ground practiſed in G. Britain* London anno 1741. 8°. Fimum omnem rejecit, & compendia agricolarum, ſuamque ſpem omnem in repetita aratione, & in ſumma terræ mobilitate poſuit.

Idem in Suecia edidit *Förſök til landbrukets bättring* Stokholm 1745. 4°.

Ejusdem *Rön om humlegardens plantering, och at fördrifwa mullwadar:* recept at göda kalfwar: *at fördrifwa jordmöſſa : förbättra en utmagrad och mäſluppen hårdwalls äng* Stokholm 1746. 12°.

§. MCCCLVII. *Pharmacopœa Würtembergica.*

Pharmacopœa Würtembergica Stuttgard. anno 1741. fol.*. Plantarum medicatarum Catalogus, bonæ notæ, vires. Multas hic plantas reperias, alibi vix obvias. Deinde varia, quæ ex plantis præparantur. Auctior prodiit, curante *J. Alberto* Gesnero anno 1750. fol.*. Adjectæ ſunt plantæ medicæ, quæ nuper innotuerunt, viresque nuper detectæ.

§. MCCCLVIII. *Angli.*

In *Phil. Tranſ.* n. 459. *Henricus* Baker laudavit Ribis nigri gelatinam in angina inflammatoria.

Ejusdem *Microſcope made eaſy* London anno 1743. 8°.*, & auctius idem pro Tomo I. tum novum opus pro Tomo II. libri dicti *employment for the microſcope* London anno 1753. 8°. 2.Vol.*. In T. I. aliqua pertinent ad ſemina, farinam florum, & folia. Corallia ab inſectis fabricari negat. Belgice prodiit Haarlem anno 1754. Amſterdam 1756. 8°. Germanice Tomus I. Zürich ann. 1753. 8. Tomus alter Augſpurg 1754. 8°.

In *Phil. Tranſ.* anno 1757. De vi Opuntiæ & Indici ſuccos animalium tingente. In *Medical tranſactions* T. I. Cardaminen vulgarem laudat adverſus convulſiones.

Pool's *Diſpenſatory of* S. Thomas *Hoſpital* London 1741. 8°. Mead.

§. MCCCLIX. *S. C. Holman.*

Clarissimus Collega noſter Samuel Christoph. Holman.

In *primis lineis philoſophiæ naturalis* Gotting. anno 1753. 8°.* & alias editis adtingit etiam plantarum phyſica.

In *Phil. Tranſ.* n. 461. duplex foliorum rete, & vaſa demonſtrat congruentia; & aëris eductionem ope ſpatii inanis, & reſorbtionem, & ſucci adſcendentis & deſcendentis ſuctionem, quæ uberius per inferius planum peragitur.

In *Sylloge Commentariorum in Regia Scientiarum ſocietate recenſorum* Gotting. anno 1762. 4°. eamdem foliorum fabricam deſcribit.

§. MCCCLX. *Commercium Lit. Nor.* 1741.

In *Commercio Literario Norico* 1741. Anonymus egit De Camphoræ ſublimatione n. 39.

J. Conrad. TRUMPF De vi Pruni ſylveſtris adverſus aſthma n. 29.

Salentinus Erneſtus Eugenius COHAUSEN n. 25. De radicis Urticæ decocto adverſus variolas.

Anno 1742. De ſpiritu ex uvis expreſſis ſtillatitio.

N. 10. 50. &c. De Scillæ uſu in ſeroſis adfectibus.

N. 59. De Majoranæ vi in diſcutiendis mammarum tumoribus.

§. MCCCLXI. *Acad. Suecica.* 1741.

In *K. Swensk wetenskaps Acad. handlingar* 1741. 2.Trim. HÖRSTADIUS ad agriculturam.

Olof STRAND De ſpicæ triticeæ uſtilagine *Trim.* IV.

Lottæ TRIWEN Seminator.

EJUSDEM in anno 1742. n. 1. lib. De cultu pratorum.

EJUSDEM De Hordei cultu in Suecia auſtrali n. 2.

Ut vermes a nova ſegete arceantur, ibid.

§. MCCCLXII. *Traugott Gerber.*

Circa hos annos *Traugott* GERBER *Floram Moſcuenſem, ſeu conſignationem plantarum, quæ ſponte circa Moſcuam proveniunt, & quæ exoticæ in horto coluntur*, codicem M.S. in folio ad me miſit, in quo genera nominum Ruſſicis cum nominibus, & plantæ Ruſſicæ, Sibiricæ & Tartariæ recenſentur.

§. MCCCLXIII. *Academiæ Italicæ.*

Memorie dell' Academia di Cortona Romæ anno 1741. 4°. inceperunt prodire, quæ potiſſimum pertinent ad antiquitates Hetruſcas. Paucula botanica inter-

intercurrunt. In prælectione ſua P. F. V. De venenis; & imprimis de Laureola, ejusque vi venefica egit. In T. II.

In *Memorie della Societa Colombaria* Rom. anno 1747. 4°.* Cl. Baillou contendit, Corallia a ſolis vermibus fabricari, neque ſe aut in mari, aut in terra flores Marsilianos vidiſſe.

Angelus Maria Ricci in *Diſſertationibus Homericis* Florentiæ 1741. 4°. excuſis de agricultura agit.

§. MCCCLXIV. *Germani.*

J. *Andreæ* Ungebauer & R. J. *Chriſtiani* Hebenstreit Diſput. *de cultura plantarum* Lipſ. anno 1741. 4°.*. De methodo botanica, & pro ſyſtemate a ſeminibus, & a tota facie repetito. Tum varia ad cultum plantarum.

J. Matthæi de Zocha *De vino Tockayenſi* Poſen 1741.

J. Erneſti Stieff *De vita nuptiisque plantarum* Lipſ. anno 1741. 4°.*. Docta collectio. Aliqua de Rubia, cujus uſu lac vaccarum tingatur. In Lilionarciſſi uniflori tubis vidit, ut ſtamen ſe adplicaret ſtigmati, idque fecundaret.

Gottfried Chriſt. Leyser *Jus Georgicum ſ. tractatus de prædiis* Lipſ. 1741. fol.

Non ſeparo Roberti de Farvaques *Schatkammer der droog bereidenden geneeskunſt in Schröders ontslooten Cabinet der ſimplicia* Leiden 1741. fol.

§. MCCCLXV. *J. G. Wallerius.*

J. Gottſchalk Wallerius ad res foſſiles quidem potiſſimum reſpexit. Huc tamen pertinent ejusdem *Decades binæ theſium medicarum* Upſal. 1741. 4°.*, potiſſimum Linnæo oppoſitæ. Contra fructus horæos. Pro corticis Peruviani uſu dogmatico.

Ejusdem *Hiſtoriæ naturalis uſus medicus* Upſal. anno 1740. 4°.* etiam aliqua parte huc facit.

Ejusdem *De principiis vegetationis* Holm. anno 1751. 4°.*. Quid quodque elementum plantis tribuat. Terram non nutrire, ſed aquam ſolam, quæ in veram terram mutetur. Salem conferre, dum aquam cum oleo miſcet. Oleum utique ad plantæ alimentum requiri, & fere ex aëre deſcendere: ſic acidum univerſale ex aëre advenire.

Ejusdem *De artificioſa fecundatione immerſiva ſeminum* ibid. anno 1752. 4°.* Contra hanc fecundationem: contra nitri vim fecundantem. Urinam & ſaponem potius accelerare vegetationem, quam vere juvare. Spiritus nocere.

Ejusdem *De cauſa ſterilitatis agrorum* Upſal. anno 1754. 4°.*. Aquæ abundantia, defectus, ſucci nutrientis natura nimis volatilis: neglectus lætaminum, arationis, circumpoſiti montes, aut ſylvæ.

Ejusdem

EJUSDEM *De Argilla ad fertilitatem contribuente* ibid. anno 1760. 4°.*. Ad Argillam potius ſpectat.

EJUSDEM *De prima vinorum origine caſuali* anno 1760. 4°.*.

EJUSDEM *De origine oleorum in vegetabilibus* anno 1761. 4°.*. Ex aqua & elemento inflammabili per fermentationem naſci.

EJUSDEM *De differentia & examine oleorum* anno 1765. 4°.*.

EJUSDEM *De vegetatione ſeminum vegetabilium per mortem* ibid. 1761. 4°.*. Fermentationem in ſemine locum habere, dum germinat: ab ea fermentatione particulas ſeminis dimoveri, & novam naſci miſtionem, quæ prioris ſtatus deſtructionem poſcat. Fermentum eſſe animam vegetabilem.

EJUSDEM denique puto fuerit a *Guſtavo Adolpho* de GYLLENBURG anno 1761. defenſa diſputatio, juſto volumini par, *elementa agriculturæ phyſico-chemica.* Elementa, ex quibus plantæ conſtant. In ſpiritu rectore acor. Fermentatio in germinatione, vis nutriens aquæ: acidum & electrum aëreum. Terræ ſpecies, conditiones, virtutes, vitia. In torfacea terra acor. Argilla effervescens mala. Marga ex Argilla & terra calcaria miſcetur, acidum domat, ex aëre adtrahit, oleum diſſolvit. Sales ad incrementum inutiles & pernicioſi, niſi quod lixivi acorem ſupprimant. Macerationis nulla utilitas. Fimi vis in pingui. Ut terræ aliis terris admiſtis corrigantur. Aqua ſtagnans aceſcit. Contra TULLII agros ſtriatos, alterne inutiles. Germanice verſus eſt *Chymiſche Grundſätze &c.* Berlin 1764. 8°. Gallice Ebroduni excuſa *Elemens d'Agric. &c.* anno 1766. 12°. & nuper Anglice 1770. 8°.

EJUSDEM Diſſ. *De unguento nardino pretioſo* Upſal. anno 1764. 4°. CL.

Etiam *hydrologia* hactenus huc facit, in qua vir Cl. ſuccos varios plantarum recenſet. Succos acres, ut Tithymali, habet pro alcalinis. Prodiit Holmiæ anno 1749. 8°.*.

EJUSDEM De Cedriæ præparatione, & aqua Cedriæ *Eph. Nat. Cur. Vol.* IX. *obſ.* 64.

In *K. Swenska wetensk Acad.* 1760. 1. 2. 3. & 4. egit De terra vegetabili triplici, vitreſcibili, abſorbente, calcaria.

§. MCCCLXVI. *Galli.*

Traité de la manière de ſemer dans toutes les ſaiſons de l'année avec le jardinier perpetuel Paris 1741. 12°. SARR. An liber 1755. 12°.

Caſpar COCHON du PUY & *Dav.* HERISSANT *An ſtatim in ipſo exortu febrium intermittentium ut plurimum Kinakina* Paris 1741. 4°.

Joſeph de JUSSIEU & *Ant.* BERGER *E. liberatis Caffeæ uſus ſalubris* Paris anno 1741. Conf. p. 109.

Dav.

Ant. Pepin *An panis toſtus primum aqua deinde vino madefactus, conditus Saccharo, ſalubris* Paris 1741. 4°.

Claudius du Cerf *An panis ſaturatio omnium peſſima* Paris 1741. 4°. Pr. Lalouette.

Rob. Hub. Linguet *An vinum Rhemenſe ut ſuave ſic ſalubre* Paris 1741. 4°.

Catalogue du Jardin des Apoticaires de Paris, ſuivant leurs genres conformément à la méthode de Tournefort Paris 1741. 12°. & auctus a J. Descemet Paris 1759. 8°.

In *Mém. de l'Acad. des Sciences* anno 1741. D. Ons en Brai Nucis Juglandis decocto muſcas ab equis arcere docet.

§. MCCCLXVII. *John Tennent.*

John Tennent M. D. *Epiſtle to Richard* Mead *concerning the efficacy of the Seneca Snakeroot* Edimburg 1742. 8°.*, & in Ejusdem *phyſical diſquiſitions*, Diſquiſitione ſecunda. In pleuropneumonia epidemica Americæ ſeptentrionalis hiberna, cum alcalinorum medicamentorum utilitatem experiretur, & cum radicem Polygalæ Virginianæ ad venenum viperæ caudiſonæ efficaciter propinari noſſet, quo veneno perinde, ut in pleuropneumonia, ſanguinem cogi crederet, uſum hujus radicis, Indis ad eum morſum familiaris, ad inflammationem pectoris tranſtulit, in qua ſanguis perinde compactus eſſet, uti ſolet a viperæ morſu. Multa etiam ſanatorum ægrotorum exempla producit. Doſis omni trihorio ad tria infuſæ cum ea radice aquæ cochlearia. Vomitum etiam movet, & alvum, absque noxa. Adverſus podagram etiam adhibet. Ipſa planta de Polygalæ genere eſt, radice craſſa, anulata, foliis ovato lanceolatis. Adnotat etiam vir Cl. Ginſeng ad radices montium in Virginia reperiri, vires autem multo debiliores eſſe, quam Chinenſes prodant.

Draugth for the reformation of the London Pharmacopœa London anno 1742. 8°. Mead.

§. MCCCLXVIII. *Galli.*

Mémoire inſtructif ſur les pépiniéres de Meuriers blancs & les manufactures de vers à Soye Poitiers anno 1742. 12°. Opus miſſi Regii le Nain, totum practicum, omnia continet opera, quæ ad Moros ſeminandas, colendas, & folia colligenda pertinent. Germanice Berlin 1745. 4°. *mit Anmerkungen über die franzöſiſchen Gründe zu Fortſetzung des Seidenbaues auf hieſige Lande* Berlin anno 1746. 4°. Huth.

Dictionaire medicinal, contenant la méthode de connoître & de guerir les maladies par des rémédes ſimples & les rémédes particuliers qu'on diſtribue en Europe Bruxelles 1742. 8°. 2.Vol. MART.

Vincent. la CHAPELLE *Cuiſinier moderne* la Haye 1742. 8°. 5.Vol.

Et Cuiſinier Moderne par MASSIALOT *augmenté par Vincent de la* CHAPELLE *avec une nouvelle inſtruction pour les confitures liqueurs & fruits* Paris 1748. & 1750.

Traité nouveau de Cuiſine Paris 1742. 12°.

Et nouvelle Cuiſine avec des nouveaux mets pour chaque jour de l'année &c. Paris 1742. 12°. 3.Vol.

In *Journ. de Trévoux* anno 1742. & *Novembri* menſe habentur aliqua de arbore telifera Lagetto, & de tela ſpadicem Palmæ Cocos ſuſtentante, emendatiùs a GARCINIO tradita, de vino ex Cocos, &c.

Jean DIVERNOIS *Lettre ſervant d'apologie aux médécins botaniſtes Suiſſes ſur ce qu'on avance dans le Journal de Decembre* 1741. *ſur l'état de la botanique en Suiſſe Journ. Helv.* 174 . TOLLOTUS, pharmacopola Genevenſis, accuſaverat medicos Helvetios, quod rem herbariam negligant: oſtendit noſter amicus, non neglexiſſe, ne noſtro quidem ævo.

Raymond Jacob FINOT *E. cerealia & olera agri Pariſienſis ſalubria* Paris 1742. 4°. PR. FR. le CHAT de la SOURDIERE.

§. MCCCLXIX. *Germani.*

Franciſci Joſephi de OVERKAMP *De remediis ſpecificis, imprimis de Simaruba* Würzburg. anno 1742. 4°.

Laurentii Antonii DERCUM *Fundamenta rei herbariæ* Würzburg. 1742. 4°.* Ad TOURNEFORTII ſenſum. De vita plantarum aliqua contra LINNÆUM, nimis ſubtilem.

EJUSDEM *De Roſa* anno 1751. 4°.

Bartholomæus SCHOBINGER *De dulcamara* Heidelberg. 1742. 4°.

Samuel Friderich KOENIG *De Lamio Plinii* Argentor. anno 1742. 4°.* nempe Meliſſophyllo: ejus icon, analyſis. Succus vires ſuas diu conſervat. Aqua fragrans. Oleum cum vino adſcendit condenſatum, grati odoris. Extractum aquoſum amariuſculum, ſal eſſentialis. Inde vires medicæ, quas AUCTOR ornat.

In *Eph. Nat. Cur.* anno 1742. Vol. VI. n. 128. *Daniel* HOFMAN, Profeſſor Tubingenſis, De venenata vi radicis Paſtinacæ.

§. MCCCLXX.

§. MCCCLXX. *G. H. Zink.*

Georgii Henrici ZINK, viri pii, & *rerum cameralium* periti. *Grundriß einer Einleitung zu denen Cameralwiſſenſchaften* Leipzig 1742. 8°.

EJUSDEM *Real - Manufactur - und Handwerks - Lexicon* Leipzig 1745. 8°.* Aliqua de plantis in artibus utilibus, tinctoriis, aliis. Rubiam Sileſiacam deterius præparari, tamen meliorem eſſe Belgica fraudulenta &c.

EJUSDEM *Leipziger Sammlungen* ceperunt edi Lipſiæ 1744. 8°. & 184. numeri tomique 16. prodierant anno 1767. Eæ collectiones alio quidem fine ſcriptæ ſunt, fere ad reditus principis augendos. Plurima tamen ad agrum & plantarum utilium cultum pertinent, ut continuo in T. I. de Solani tuberoſi cultu, de uſtilagine, de variis inſtrumentis colendi agri, de re tinctoria, de ſemine mutando, de cerevifia coquenda, de ſemine Braſſicæ, & Onobrychidis. Varia ad arborum agrique cultum.

In T. II. anno 1745. 8°. De minuenda fimi neceſſitate. De Braſſica coërcenda, ne in ramos diſſipetur. De pomis Borsdorfianis. De telis urticeis. De Hordeo Hieroſolymitano ORTHI: de ſuis inſtrumentis ad agrum colendum, alia. Varia ad poma Borsdorfiana.

T. III. anno 1746. 8°. Iterum, cur nuclei pomi Borsdorfiani non idem pomum reddant (ſed nunquam ſolent ſemina varietatem tenere ſuam). De Gramine canino eradicando. De nonnullis colendi agri compendiis, tum T. IV. de reparandis ſylvis.

T. IV. anno 1747. 8°. De Arundinum cultu. De ceſpitis bituminoſi ſpeciebus. De uſtilaginis cauſa, ex nimio incremento ſpicæ, & convolutis foliis ſummum culmum ſtrangulantibus. Duæ diſſertationes pro pomariis & hortis oleraceis adverſus mere ornamentarios. De Onobrychidis cultu, Secali corniculato, Dauco ſativo.

T. V. anno 1749. 8°.* De ſerenda Pino. De agricultura Megalopolitana perficienda. Ut ericeta fertilia reddantur. De conſervandis pomis. De uſu pollinis antherarum; eſſe excrementum.

T. VI. anno 1750. 8°.* De Onobrychidis cultu, Rapis, Raphanis. Contra Chryſanthemum ſegetum. De Caulo rapa ex ſemine Braſſicæ nata, de ſeminum commutatione. De concentratione vini. Iterum de cultu Onobrychidis: Lupuli.

T. VII. anno 1751. 8°.* De maceratione ſeminis fuſe. De utilitate Hippocaſtani. De cultu Serici, adeoque Mori albæ. De agri meliori in Ducatu Megapolitano cultu.

T. VIII. anno 1752. 8°.*. Iterum de Serici fabrica. De aratione, & ſulcis profundis aut levibus. De variis D. KRETSCHMAR moliminibus in agricultu.

cultu. C. C. PREUSSER de eadem arte. Medici anonymi de ſerendis arboribus & Moris. De ceſpitum bituminoſorum uſu: de Onobrychide. De Lini cultu & uſu. De tempore, quo Quercus cædendæ, de cortice querno. Porro de Lini cultu. De herbis inutilibus. Adnotationes œconomicæ ex itinere. De cultu Laricis.

T. IX. De lino ſubviridi, de Sibirico.

T. X. anno 1754. 8°. Compendium de plantarum vegetatione. De Piro bifera, ejusque cultu. De cultu Cannabis. De lignoſis plantis. Iterum de iisdem, tum de plantis gramineis. De arboribus ſylveſtribus. De Zea. Adnotationes ad ECKARDI opus œconomicum. Inventa varia, etiam ad agriculturam pertinentia. De aratione Tulliana. BONSE de turfa, bonum opus.

In XII. Tom. *De Varronis* vita, & excerpta ex ejus opere ruſtico.

In T. XIV. MEINER's De ceſpite bituminoſo.

EJUSDEM *Anfangsgründe der Cameralwiſſenſchaft* Lipſ. 1755. 8°. 4.Vol.*. Huc pertinet magna pars Tomi I. Agit ibi vir Cl. de agricultura; arationem profundam laudat: deinde horticulturam, accurate & per ſingula, ſeminarium, plantarium, Lupuletum. Inde prata & herbas paſcendis jumentis deſtinatas. Tunc ſylvarum cultum, arborum ſingularum ſolum proprium. Aliqua etiam de Cereviſia coquenda, ſpiritu frumenti parando.

EJUSDEM *Allgemeines œconomiſches Lexicon* Leipzig anno 1764. 8°. Plantas malles ſynonyma habere, quæ ægre adgnoſcas. Meliora ſunt, quæ ad œconomica pertinent.

Reddidit idem *F. Ulrici* STISSER *Einleitung zur Landwirthſchaft der Deutſchen* Jena 1768. 8°.

§. MCCCLXXI. *Sueci.*

In *Sw. Acad. handlingar.* 1742. Trim. I. *Johannes* ROHTMAN Phallum tubo patente depingit.

IDEM Vol. IX. Ut Linum molliſſimum habeatur, docet.

Anonymi De ſerendo vere cum Hordeo Secali tricorni 1742. n. 2.

De eadem re *Carolus Wilhelmus* CEDERNHIELM in Trim. 2. anni 1742.

EJUSDEM *Tal om wilda träns plantering i Swerige* Holm. anno 1748. 8°.*. Suadet ſylvarum ſationem & cultum: ſolum definit, in quo quæque arbor ſibi placeat. Conſilia dat ad feliciorem proventum arborum.

Anonymi de alendis ovibus ope Lichenis Rhenonum (molliſſimi, cernui).

Henrici WREDE De fecundando agro lignis combuſtis Kytoland Fennorum n. 4.

§. MCCCLXXII. *Wet. Ac. Handl.* 1742. *C. F. Mennander.*

Caroli Friderici MENNANDRI, Epiſcopi nunc Aboenſis, De pane corticeo n. 4.

Et

Et *de agri commodis ex ambuſtis ſylvis petendis*, ſive in calidum cinerem ſemen ſpargatur, ſive ligna acervata cum terra incendantur.

In anno 1750. Trim. I. De remediis ſementis Secalinæ, cui frigus nocuit.

Ejusdem *Tiär tilwärkningen i Oeſterbotn* Abo anno 1747. 4°.*. De picis nempe liquidæ coctione accurate agit.

Ejusdem *De foliis plantarum* diſp. ibid. anno 1747. 4°.*. Ex Thummigio, Linnæo, &c.

Ejusdem *Obſervationes phyſico œconomicæ in parte Septentrionali Satacunda härad* Abo anno 1747. 4°.*. Catalogum dat plantarum a *Tillandſio* omiſſarum. Deinde nonnullarum ad cibum & medicamenta utilitas. Lini cultus.

Ejusdem *De radicibus plantarum* ibid. anno 1748. 4°.*.

Idem *Om äng och äkerskiötzel i Oeſterbotn.* Abo anno 1751. 4°.*. Memoria digna diſputatio. Vaſta provincia, plana, plena paludibus, & pratis, quæ neglecta paulatim degenerant. Ut deleatur Polytrichum, opertum fronde abiegna. De duplici, quem paulo prius dixit, ignis ad emendandum agrum utilitate. Ad picis coctionem utile eſt, aliquot prius annis arbores cortice nudare. Enormis picis vis, & ad 50000. dolia, quotannis coquitur.

Idem *De ſeminibus plantarum* ibid. anno 1752. 4°.*. De fabrica ſeminum & vegetatione.

§. MCCCLXXIII. *Cajetanus Monti.*

Hoc anno edidit multo pleniorem, & emendatam hiſtoriam, plantarum *Jacobi* Zanoni quam diximus T. I. p. 486.

Idem Ammaniæ genus conſtituit in T. V. *Comm. Bonon.*

§. MCCCLXXIV. *P. C. Fabricius.*

Philippi Conradi Fabricii, viri eximii, & Profeſſoris Helmſtadienſis celeberrimi, cum Poliater eſſet Butisbaci, prodierunt *primitiæ Floræ Butisbacenſis* Wezlar. anno 1743. 8°.*. Proprio ſtudio, nemine jubente, aut remunerante, plantas ſuæ civitati vicinas accurate perquiſivit, multas detexit, quæ fugerant perſpicaces Dillenii oculos; in difficilioribus characteribus naturam curioſiſſime ſpeculatus eſt, ut in Tithymalo, Rapunculo, Valerianæ dioicæ ſexu, Pentapteride, Perchepier, aliis. Linnæanos characteres paſſim emendat, involucrorum incertitudinem oſtendit, inconſtantiam ſtaminum in plurimis demonſtrat. Fungos pluſculos novos aut raros deſcripſit, & Lichenes, & Buxbaumiam, quam Hippopodium dixit.

In *Sciagraphia hiſtoriæ phyſico medicæ Butisbaci, ejusque viciniæ* Wezlar. anno 1746. 8°.* enumerat plantas venenatas & medicatas, & paſſim de viribus ſua monita adſpergit. Charæ flores deſcripſit.

Ejusdem *Enumeratio methodica plantarum horti medici Helmſtadienſis* Helmſtadiæ anno 1759. 8°.*. Multos characteres genericos ſtudioſe elaboravit, aliqua genera nova conſtituit, ut Naviculariam. De Cypreſſi duplici ſexu; de Meliſſa ſemen proferente absque flore.

Editionem ſecundam auctiorem reddidit anno 1763. 8°.* numeroſum ſtirpium Catalogum. Multa genera Heisteriana conſervat. De Peloria, vero monſtro. Multas deſcriptiones ſpecierum & genericorum characterum accurate elaboravit.

Ejusdem *Obſervationes circa conſtitutionem epidemicam morborum* anni 1750. Helmſtatt. anno 1750. 4°.*. Varias plantas rariores circa Helmſtadium naſcentes recenſet; has inter Gentianam majorem, Aſterem foliis Bellidis minoris, Campanulam echioidem pyramidalem, & altiſſimam hirſutam aſperiorem.

Ejusdem *De præcipuis Germanorum in rem herbariam meritis* Helmſtätt. anno 1751. 4°.*.

Ejusdem *De oleis deſtillatis æthereis* anno 1759. 4°.* egregia diſp.

§. MCCCLXXV. *Carolus Perry. Rich. Pococke.*

In *Caroli* Perry *View of the Levant* London anno 1743. fol. pauciſſima huc pertinent, etſi auctor medicus fuit. Huc referas aliquas plantas Ægypti, perpaucas, tum de Loto.

Richard Pococke *a deſcription of the Eaſt* London T. I. II. anno 1743. fol. & 1745. fol. Germanice verſa a *Chriſt. Erneſto* von Windheim Erlang. anno 1755. 4°.*. Literas quidem potiſſimum amabat, lapides veterum monumentis inſcriptos, & ædificia, tamen paſſim rem herbariam adtigit. De maſtiche egit, catalogum dedit plantarum Creticarum, aliarumque, quas in ſuis itineribus repererat, ad 319. interque eas nonnullas depictas ſculptasque exhibuit, etiam Tragacantham, noſtri Aſtragali Helvetici ſimilem, Lapathum, Ribes &c.

§. MCCCLXXVI. *C. G. Fiſcher. Kruger.*

C. Gabriel Fischer *Freye Gedanken von der Natur* (Gedan) 1743. 8°.*. Plantarum etiam vitam, œconomiam, incrementum, mechanica lege perfici. De earum nutritione. Coralliorum marinorum claſſis in genera diviſa. Vegetatio & vita plantæ. Arbores, earum inſitio. Cerealia & Gramina, Fungi, Algæ, olera, &c. Foliorum claſſes. Flos, ejus partes. Methodus Tournefortii. Fructus. Artes quibus icones botanicæ parantur, de impreſſione plantarum ipſarum, &c.

J. Gottlob Kruger, acuti ingenii viri, non quidem botanici, *Traité du Thé, du Café & du Tabac* Hall. anno 1743. 8°.*, ubi mireris Gallice voluiſſe ſcribere, linguæ parum gnarum. Practice fere. Noxium eſt conſilium infuſæ cum citreo pomo aquæ bibendæ, cujus peſſimos effectus vidi.

Ejusdem

EJUSDEM *De Cortice Peruviano ejusque præclaro in febribus lentis uſu* Helmſtatt. 1757. 4°.

§. MCCCLXXVII. *Vincent. Laguſi.*

Vincentio LAGUSI *Erbario Italo Siculo di multiſſime piante* Palermo anno 1743. 4°.*. In feliciſſima regione pauper catalogus, & præterea exoticis miſtus. Locos natalos habet, & vires medicas.

§. MCCCLXXVIII. *Germani Varii.*

Beſchreibung des Thee- Caffee- und Chocolade- Trankes, wie auch des Chineſiſchen Saamens Badian Augſpurg anno 1743. 4°.

Franciſci PRINCE *De vino Neocomenſi* Baſil. anno 1743. 4°. Analyſin dedit, aquam acidiſſimam, oleum pingue, ſecundum liquorem acidum empyreumate miſtum. A Burgundico vino ſpiritus copia fatetur ſuperari, & ejus uſum diæteticum laudat.

Erneſt. Frid. BURCHARD *De naturali & optima florum anatome* Roſtochiæ anno 1743. 4°.

EJUSDEM *De calyce & calyciſtis.* ibid. eodem anno.

In Muſæo RICHTERIANO, cui Commentarium addidit *J. Henricus* HEBENSTREIT, Lipſiæ anno 1743. fol.* excuſo, aliqua pertinent ad Corallia, plantasque adfines.

§. MCCCLXXIX. *Acad. Suecica.*

In *K. Swenska wetensk. Acad.* anno 1743. n. 1. *Johannes* HESSELIUS agit de ſcalis, in quibus frumenta ſiccantur & fœnum.

EJUSDEM, aliis hujus collectionis locis ni fallor, De Urticæ urentis maximæ utilitate ad alenda armenta.

EJUSDEM De duplici genere ceſpitis bituminoſi, quorum alter dat cinerem flavum, ad pigmenta utilem.

Herman D. SPOERING De Muſci Islandici (Lichenis Eryngii folio) felici uſu, cum uterus hydatidibus plenus foret.

NILS MATSON KÖPINGS *Beſkrifning om des reſa genom Aſia, Africa och många andra hedn länder* Stokholm 1743. 8°. Iter viri militaris, ſi huc facit.

§. MCCCLXXX. *Petrus Kalm.* (a)

Petri KALM, viri laborioſi, & publice utilis, theologi, ſed plantarum ſtudio addicti, primi Peloriæ inventoris, primum hic in *Sw. Acad. Handling* opuſculum

(a) *Swenska* Cl. VIRI nomen faciunt *Journ. des Savans* 1755. *maj.*

ſculum adparet n. 2. faſciculus nempe plantarum, quas in Bohuslän reperit. Iter nempe in eam Provinciam ſuſceperat anno 1742. Id deſcriptum dedit in proprio opere, cum titulo *Wäſtgöta och Bohuslänska reſa* Stokholm 1746. 8°.*. Adierat anno 1740. Careliam, anno 1742. Gothiam meridionalem, ad mare uſque: Anno 1744. Ruſſiæ partem; anno 1745. iterum Weſtrogothiam. Mira patientia ſe ad labores demiſit minutiſſimos, ut etiam cujusque ſpeciei ſtirpium in prato numerum iniret. Plantarum non mediocrem numerum reperit, prius in Suecia non viſarum. Vires medicas & tinctorias ſtirpium indagavit, expertus eſt, quam jumenta aut repudiarent, aut concupirent. De agri & pratorum cultu, & cura ſylvarum ſollicite acquiſivit.

Inde in Americanam ſeptentrionalem, tum Anglicam, tum ſubjectam eo tempore Gallis Canadam profectus, edidit anno 1751. Holmiæ 8°.* *En kort berättelſe om natürliga ſtället nyttan ſamt ſkotſel af nogra wäxter hembragt from Norra America.* Brevi libello ſemina 126. in America Anglica collecta enumerat, arborum plerumque utilium. Adnotat Goſſypium nuper etiam cum Noveboracenſi ſolo conſueſcere. Experimenta audacia cum arbore vernicifera cepit. Sophoram Indicum colorem bonæ notæ dare. Canadenſem Ginſeng in Chinam avehi, & multo auro rependi.

Porro itineris ſui Americani hiſtoriam edidit, *En reſa til Norra America*, cujus Tomus I. Holmiæ anno 1753. 8°.* prodiit, Gottingæ anno 1754. 8°.* Germanice recuſus. Is Tomus I. iter per Norvegiam & Angliam deſcribit. Paſſim de ſtatu agriculturæ retulit, potiſſimum etiam Anglorum artificia peculiaria ad horti agrique labores utilia minute perſcrutatus eſt. Ellisii aliquamdiu hoſpes fuit, cujus neque inſtrumentum laudat, neque agri fertilitatem.

Tomus II. anno 1756. 8°.* Partem adhuc Angliæ & iter maritimum deſcribit. De plantis marinis. De verniciferæ arboris in Penſylvania noxis. De plantis Americæ cum Europa communibus. Chenopodium Ambroſioides anthelminticum, Phytolacca edulis. De pratorum cultu, qui idem eſt cum Helvetico. Ari Sarothri, Laricis, Dioſpyri, plurimarum aliarum plantarum indigenarum utilitas œconomica.

Tomus III. anno 1761. 8°.* editus, & Germanice anno 1742. 8°.* Americanæ etiam Angliæ ſubjectæ Provinciæ hic deſcribuntur, tum Canada. De mala Anglorum agricultura, qui absque fimo frumenta colunt. Sagittæ radices edules. Saccharum ex Apocyno Syriaco. Prata Canadæ ſicca, plena Trifolio albo. Doleas, quod pulcherrimas plantarum deſcriptiones ignorantia & avaritia bibliopolarum ſuppreſſerit. Multas tamen toto in opere plantas hactenus ornat, ut earum rariores uſus nos doceat.

Tomus IV. nondum prodiit, quo Irokiorum potiſſimum regio deſcribetur.

Aboam redux, & ad Cathedram promotus, edidit anno 1753. 4°.* diſputationem *om Americanska näfwerbotar*, ſeu de arte, qua barbari ex cortice Betulæ leviſſimas naviculas conficiunt, quibus per rapidiſſimos torrentes vehuntur.

Korta

Korta anmärkningar wid inbyggarenas näringar och hushollning uti Calajoki Sokn i Oeſterbotn Abo 1754. 4°.*. Non nocere panem Pini cortice miſtum. Biſtortæ radicem non malam farinam dare. Repetita aratione etiam ſterilem agrum fecundum factum. Foliis Aceris, Populi, etiam Abietum ſuſtentata pecora. Plantæ aliquæ edules, aut tinctoriæ.

Ejusdem *Nödwändigheten af ſkogarnes bättre wård och ans i Finland* Abo 1753. 4°.*. Sueciæ privilegium ſylvas eſſe, quæ copia præſtent, & bonitate ligni. Succos male ſylvas ſuas deſtruere. Ut ſervari poſſent:

Ejusdem *Korta frågor angaende nyttan af wåra Inländska wäxter* Abo 1753. 4°.*. Breve compendium utilitatis, quam plantæ Suecicæ ad medicinam, ad cibum potumque, ad alenda pecora, ad tincturam, aliave vitæ humanæ præſidia adferunt.

Ejusdem *Hiſtoriſk och œconomiſk beſkrifning öfwer Sagu Sokn in Abo lähn*, Abo anno 1753. 4°.*. De devaſtatione ſylvarum ob ſementem; de malis pratis & pomariis; de ſapone ex reſina facto. Utilitates Matricariæ, Hyoſcyami, Lycopodii, Gallii, &c.

Ejusdem *Hiſtoriſk och œconomiſk beſkrifning öfwer Cajanaborgs län* Abo anno 1754. 4°.*.

Ejusdem *De œconomia & moribus incolarum Lapponiæ Kimienſis* Abo 1754. 8°.*. Tolerabilem eſſe victum in Laponia, etſi Cerealia non reſpondeant: baccas edules abundare, &c.

Ejusdem *Von Krydd och trägårdens anläggande* Abo 1754. 4°.*. Hortos, quos negligunt, cives ſuos jubet colere: etiam pomaria ſerere & ornare, neque nimis ſibi a frigore metuere.

Ejusdem *Om moslupna hårdwalls Aengars förbättrande* Abo 1754. 4°. Sicca prata, quæ humidis præfert, hypnum vitiat. Id deſtruere docet arando, ſerendo, demum inſperſo ſemine fœni.

Ejusdem *Adumbratio Floræ* ibid. 1754. 4°.*. Pro methodo Linnæi. Varietates ne opprimantur, ſed admittantur, quoad demonſtratum ſit, non veras eſſe ſpecies. Commendat indagationem utilitatis œconomicæ. Aliqua de meteorologicis ex plantis præſagiis. Pro nominibus trivialibus. De Ribe.

Ejusdem *De poſſibilitate varia vegetabilia exotica fabricis noſtris utilia in Finlandia colendi* Abo 1754*. Ipſe auctor felici eventu Carthamum, Luteolam, Iſatidem, & Nicotianam coluit, neque putat, debere de plantis æſtivis deſperari, in tanta dierum longitudine.

Ejusdem Diſp. *De Erica vulgari & Pteride Aquilina* Abo 1754. 4°.*. Ericam a ſepibus deſtrui, & ab inundatione, a jumentis depaſci, focum alere. De Pteride, in Anglia etiam lateritiis officinis ſufficere.

EJUSDEM *Anmärkningar wid ſaltkiällar* Abo 1754. 4°.*. De plantis, quæ ſalſos fontes produnt.

EJUSDEM *Om det ſom bör i akt tagas wed belägenhet af en landgård* Abo anno 1754. 4°.

EJUSDEM *Tankar om Caffee och de inhemſka wäxter ſom plåga brukas i des ſtälle* Abo 1755. 4°. Succiam ad 160000. fl. quotannis pro Coffea expendere, Triticum Sicilicum & Ungaricum, vel miſtum ex Secali, fabis, & Coffea potum commendat.

EJUSDEM *Hiſtoriſk och œconomiſk beſkorfning öfwer Cronoby Sokn* Abo 1755. 4°.* & 1756. 4°.*. Agrum ſatis fertilem eſſe, non ita prata, quorum vicem paludes tenent, ovesque arborum fronde ali. Fuco agrum ſtercorari.

EJUSDEM *De prærogativis Finlandiæ, præcipue quod ad plantas ſpontaneas in bellariis adhibitas* Abo 1756. 4°.*. De baccis boni ſaporis borealibus, de ubertate Graminis mannæ, de Saccharo acerno.

EJUSDEM *Hiſtoriſk och œconomiſk beſkrifning öfwer Hauho Sokn uti Tavaſtland* Abo 1756. 4°.*. Non infertilem eſſe provinciam, feracem Hordei, etiam Secalis, Lupuli, Nicotianæ. Parcitatem pratorum dolet, & præmaturam fœni defectionem, tum paſcua verna. Equi hieme cortice Aceris, & Populi, & conciſis foliis Abietis aluntur. Catalogus plantarum ſpontanearum. Utilitates medicæ Perſicariæ, Mezerei, Cicutæ aquaticæ.

EJUSDEM *Trän och häckar eller lefwande Gårdes gårdar beſkrifne* Abo 1756. 4°.*. Aquifolium laudat, Buxum, Cratægum Americanam, Aſpalathum, Spiræam, Abietem.

EJUSDEM *Tankar wiſande hwad en Präſt can bidraga til œconomiens uphiälpande* Abo 1757. 8°. Poſſe plantas inveſtigare, in meliori agri cultu exemplo præire.

EJUSDEM *Tankar om det gröne Linets plantering och Skötſel i Oriweſi Sokn* Abo 1747. 8°.*. E flavo virens firmior & mollior Lini varietas hoc loco colitur, ex ſemine Rigano nata. Ejus cultum accurate deſcribit, Linique præparationem.

EJUSDEM *Oefwer Biörkens egenskaper och nytta* Abo 1759. 4°.*. Transplantari poſſe. Nodos in Ruſſia perpulchrum lignum ſuppeditare. Librum pro charta ſervire, folia flavum dare colorem, & viridem; ſuccum cum Saccharo in vinum abire.

EJUSDEM *Mercatura quæſtuoſa cum exteris exercenda productis Finlandiæ propriis* Abo 1760. 4°.*. Plantas utiles Finlandiæ recenſet.

EJUSDEM *Nyttan och nödwändigheten af wara inlandska wäxter kiännande* Abo 1760. 4°.* ad medicinam, alimenta, potulenta, cultum pratorum, artem tinctoriam, alenda animalia.

EJUSDEM

EJUSDEM *Norra Americanskn färg örter* Abo 1763. 4°.*. Sophora pro Indigo, Gallium tinctorium, &c.

EJUSDEM *Floræ Finnicæ pars prior* Abo 1765. 4°.*. Auctores hujus Floræ laudat. Catalogum dat brevem, nominibus trivialibus LINNÆANIS.

In *K. Swenk. Wetensk. Acad. Handling.* anno 1745. n. 3. egit de pratorum cultu & Graminibus utilibus.

In n. 4. De plantis tinctoriis indigenis.

Anno 1747. n. 1. De nonnullis plantis œconomicam utilitatem habentibus Sibiricis, ut Helxine; de indigenis Graminibus nonnullis & exoticis, de Hedyſaro, Sphondyliis.

Anno 1748. *Trim.* n. 3. Zoſteram, & Fuci ſpeciem, deſcripſit, & adnotationes in Norvegia factas edidit.

Anno 1750. *Trim.* 4. Lobeliam antivenercam deſcribit. Americani quatuor vel ſex radicum decocta intra 14. vel 20. dies malum ſanant; addunt, ubi malum deterius eſt, Ranunculi valde acres radices.

Anno 1751. Sacchari ex acere coctionem Americanam docet, & Mayzi cultum; de potu cereviſiæ agit ex Pinis Americanis coctæ. Pergit anno 1752.

Anno 1753. Cum de ſerpente ſaudiſono ageret, plantas etiam recenſet, quarum uſu ejus venenum ſuperatur.

Anno 1761. n. 1. 2. De noxa, quam gelu arboribus adfert.

Anno 1767. De Juglande nigra Americana.

§. MCCCLXXXI. *C. Colden.*

In *Actis Societatis Scientiarum Upſalienſis* anno 1743. *Cadwallader* COLDEN vir ILL. plantas 141. Coldinghamiæ in Noveboracenſi provincia lectas deſcripſit, cum adnotationibus. Britannicam vocat ſpeciem Lapathi Americanam, qua indigenæ ulcera phagedænica curant. Veronicam foliis quaternis, quinisve, a reliquis Veronicis ſeparat.

In Tomo ultimo, anno 1750. excuſo, continuatur is *Catalogus*, cum characteribus; Multæ flore ſunt Compoſito, & in univerſum omnes 257. Mirificam plantam cum Orchidibus relictam dixit, cui multa ſtamina barbæ ſimilia ſint.

§. MCCCLXXXII. *Phil. Tranſ.*

In *Phil. Tranſ.* n. 468. De 200000. ſeminibus, ex uno ſemine Malvæ erectæ natis.

Nat. Roger PICKERING Semina Fungorum, analoga pulviſculis ſtaminum detexit.

IDEM n. 472. De utilitate annuli: de cultu Fungorum edulium, &c.

§. MCCCLXXXIII. *T. Needham.*

Cl. vir *Turberville* NEEDHAM in *Phil. Tranſ.* anno 1743. primas ſuas microſcopicas contemplationes dedit, de farinæ Lilii rubri globulis, in aqua diſſilientibus, & pollinem fecundantem ſpargentibus.

EJUSDEM Experimenta de animalibus & vegetabilibus, eadem fere quæ Gallice prodierunt, exſtant in *Phil. Tranſ.* n. 450.

EJUSDEM *Microſcopical obſervations* London anno 1745. 8°.* Leid. anno 1747. 4°. cum notis traductoris. Huc pertinet pars II. qua experimenta cum polline fecundante ſtaminum facta repetuntur. In ſingulum ſemen per ſuum petiolum germen adrepere, ex globulo ſtamineo diſſiliente, & advenire non per tubum aliquem, ſed per ipſam piſtilli naturam.

Auctiora hæc redierunt in *nouvelles obſervations microſcopiques* Paris anno 1750. 12°.*. Sed accedit pars nova, peculiaris omnino ingenii, in qua genus vegetabile, cum animale, hactenus conjungitur, ut & vegetabilia in animalia exaltentur, & iſta in plantas deprimantur, utraque ex materie putrida, per duas vires, generentur, impellentem & reſiſtentem. Sed hæc potius cum animalibus dicentur.

§. MCCCLXXXIV. *Diaria.*

In *Mém. de Chirurgie* T. I. agitur de Agarico BROSSARDI.

Hoc anno cepit edi *Diarium Luccenſe*, cujus non multa volumina prodierunt, *Memorie ſopra la fiſicha e iſtoria naturale di diverſi valentuomini.*

In Tomo I. exſtant *Franciſci Mariæ* MAZZUOLI Diſſertationes duæ de Coralliorum natura, analyſi & vero uſu. Corallia ad ſuccum lapidificum refert, adque minerale regnum. Altera Italica eſt, *Sopra l'origine de Fonghi.* Aliquot ſpecies vaſti generis deſcribit. De lapide fungifero. Tamen ex ſemine eos Fungos naſci. Tubera ex ſemine multiplicari poſſe. Hæc video etiam p. 222.

In quarto Tomo WAHLBOMI Sponſalia plantarum recuduntur.

§. MCCCLXXXV. *Oeconomiſche Fama.*

Cepit etiam anno 1743. edi, *Die œconomiſche Fama* Francof. ad Viadr. 8°.*, cura, ut lego, Cl. *Juſti Chriſtiani* DITHMARI.

Ejus decem partes poſſideo. Aliqua hiſtorica ſunt; aut ad varias publicorum redituum partes ſpectant. Multa tamen ad agriculturam. Ut in P. I. De Trifolii Hiſpanici cultu. P. V. De cultu Solani tuberoſi. P. VIII. De cultu Rubiæ.

EJUSDEM *Einleitung in die œconomiſche Policey- und Cameral- Wiſſenſchaften* Frankfurt ad Viadr. 1755. 8°. cum catalogo librorum ad œconomica pertinentium.

§. MCCCLXXXVI. *Galli aliqui.*

Lud. Hieronymi COSNIER *E. omni ſexui, omni ætati & omni temperamento ſalubris Coffea potus* Paris 1743. 4°.

Ant. Nicolai GUENAULT *An ut immodicus hebetat ſic moderatus acuit vini uſus ingenium* Paris 1743. 4°.

J. Bapt. de BOIS & *J. Iſaac* POISSONNIER *E. gracilibus pomaceo vinum ſalubrius* Paris 1743. 4°.

David VASSE & CL. BOURDIER *E. ſalubre condimentum ſinapi* Paris 1743. 4°.

§. MCCCLXXXVII. *Angli.*

John WILSON *Synopſis of british plants in Rays method with a botanical dictionary* Newcaſtle anno 1744. 8°.*. Plantæ ſecundum RAJI ſyſtema diſpoſitæ, cum locis natalibus & brevi deſcriptione. Locos natales ex ſuis, & ex Lawſonianis, laboribus auxit. Utilitatem, vires venenatas paſſim addidit. Finis operis in Orchidibus.

R. JAMES *Medicinal Dictionary, including Phyſic, Surgery, Anatomy, Chymiſtry and Botany, in all their Branches relative to Medicine.* Vol. III. London anni 1743. & 1745. fol. cum tabulis æneis. Gallice verſum a CL. DIDEROT, MARCO ANTONIO EIDOUS, & TOUSSAINT, & auctum a *Juliano* BUSSON prodiit Paris anno 1746. ad 1748. fol. 6. Vol.*. Plantarum genera, fere ex BOERHAAVIO & MILLERO, & ſpecies, & cultus. Magna aliquando fragmenta ex LEEUWENHOECKIO, aliisque mutuatur. Plantarum etiam compoſitiones. Sed herbarum ſtudium omnino non fuit præcipuus auctoris labor.

EJUSDEM *Treatiſe on Tobacco, Thea, Coffea and Chocolate,* a SIMONE PAULI ſcriptum, verſum a D. JAMES London 1746. 8°.*

EJUSDEM *English diſpenſatory* London 1747. 8°.

L. JUNIUS MODERATUS COLUMELLA *of husbandry in* 12. *books with ſeveral illuſtrations from other ancient and modern authors* London 1744. 4°.

Pharmacopæa reformata London 1744. 8°.

Adams luxury and Eve's Cookery or the kitchengarden diſpayd London 1744. 8°.

§. MCCCLXXXVIII. *Le Monnier.*

Cum Cl. vir CASSINI de THURY Galliam, ad conſtituendam lineam meridianam, perambularet, comes Cl. viro fuit D. le MONNIER M. D. & theſauros ad hiſtoriam naturalem pertinentes collegit, potiſſimum etiam plantas rariores. Catalogos edidit ejusmodi plantarum, primum Bituricenſium: deinde Arvernicarum, quas inter alpinæ pluſculæ. Vires medicas & venenatas adjecit, aliquas

aliquas minus cognitas, ut vim Chriſtophorianæ, qua veſicas trahit, in lue peſtilente armentorum ſalutares, vim purgantem Lapathi rotundifolii. Rariores etiam aliquas ſtirpes deſcribit. Inde plantas Ruſcinonenſes & Pyrenaicas recenſet, alpinas multas, alias calidas. Libro titulus eſt, *La Méridienne de l'Obſervatoire Royal de Paris*, Paris anno 1744. 4°.*.

§. MCCCLXXXIX. *Janus Plancus.*

Simon Johannes BIANCHI, qui latino nomine ſolet uti *Jani* PLANCI, edidit anno 1744. Florentiæ ſpecioſam editionem *Phytobaſani* COLUMNÆ, cui vitam ſummi viri adjecit, & aliqua de aliis Lynceis. Paſſim aliqua de Zoophytis ſcripſit. Ad BATARRÆ fungos edendos contulit. In *Giorn de Letter* Firenze 1743. T. 2. P. 2. vita BRUNONIS TOZZI traditur, abbatis Vallumbroſani, qui multa ad plantas colligendas per Italiam itinera ſuſcepit, fungorumque reliquit icones, tum codices de plantis, animalibus, & mineralibus.

In *Act. phyſico-criticis Senenſibus* T. II. manum marinam deſcribit floribus hexaſtemonibus, & Tethyon. In *Comm. Bonon.* T. V. aliqua addit.

In l. *de conchis minus notis* Romæ 1760. 4°. maj.* recuſo, habet aliquas plantarum marinarum, potiſſimum etiam ſpongiarum, icones & figuras.

§. MCCCXC. *Car. Smith.*

Absque auctoris nomine prodiit, *The antient and preſent ſtate of the county of Down* (quæ Hiberniæ ſeptentrionalis pars eſt) Dublin anno 1744. 8°.*. In hac naturali hiſtoria continetur Catalogus plantarum rariorum ejus provinciæ, quas inter equidem multæ vulgares ſunt, eminet cum montanis reperta Sabina, & Filicis rarior aut ſpecies aut varietas.

EJUSDEM auctoris videtur, etſi hic nomen adjectum eſt, *Caroli* SMITH *The antient and preſent ſtate of the country of Waterford* Dublin 1746. 8°.*. Hic primum aliqua de agri cultu reperias, tum de Solano tuberoſo, amato hibernorum alimento. Deinde catalogus plantarum rariorum, quarum tamen pleræque vulgatæ ſunt. Exemplum venenatæ indolis Oenanthes viroſæ. Pluſculæ marinæ.

EJUSDEM *Antient and preſent ſtate of the Country of Cork* T. I. II. Dublin anno 1750. 8°.*. In Tomo II. ejusdem generis Catalogus reperitur, inter quas alpinæ aliquæ, ut Dryas; aliæ rariores, ut Androſæmum Conſtantinopolitanum flore maximo, Sedum folio circinato, Tithymalus hibernicus, Lichenes aliqui.

§. MCCCXCI.

§. MCCCXCI. *Fr. Xav. de Charlevoix.*

Franciſcus Xaverius de CHARLEVOIX S. I. ſcripſerat Paris 1730. 4°. *hiſtoriam Inſulæ Hiſpaniolæ*, in qua de Tabaco, Cacao & aliis fructibus ejus terræ breviter agit: inde anno 1736. 4°. 2.Vol. hiſtoriam Japoniæ ib. Sed proprium magis ejus opus eſt, *Hiſtoire & déſcription générale de la nouvelle France* Paris anno 1744. 4°.* 3.Vol. Ipſe enim in Canada vixit & magnum iter Quebeco ad Aurelianum novum perfecit. Pleraque equidem ſunt hiſtorici argumenti; rem naturalem tamen paſſim adtingit. Præter ſparſa aliqua pertinet huc, *Déſcription des plantes principales de l'Amérique Septentrionale*, quæ in Tomo II. continetur, cum iconibus, undique collectis, & deſcriptionibus. Multa ex CORNUTO. Mira nomina, ut Lychnis du Canada, quæ Aſarum. Multum Saſſafras reperit circa lacum Mitſchigan, tum Ginſeng. De Aceris ſucco, qui de terebræ foramine fluit, primo vere, dum terram nives plurimæ operiunt. In T. III. de Caſſine abunde circa Biloxi naſcente, cujus infuſum Hiſpani ament.

§. MCCCXCII. *Outhier.*

OUTHIER *Journal d'un voyage au Nord* Paris anno 1744. 4°.*. Comes fuit RENATI L. de MAUPERTUIS, & una Laponiam adiit, terreſtri autem itinere Holmia Torneam petiit, ut Sueciam borealem totam percurreret; eodemque modo reliquam Sueciam in ſecundo itinere relegit. Infrequenter, aliquando tamen, plantas tangit. Fraga nulla a Tornea ſeptentrionem verſus naſci, ſed *Ockerbär*, quæ vocat Fraga floribus rubris, fructibus quinis ſenisque, tunc alia Ocra (Aker) bär flore albo unico.

§. MCCCXCIII. *G. Berkley.*

Georgii BERKLEY, Epiſcopi Cloynenſis, viri pii, & acutiſſimi ingenii *Siris or a chain of philoſophical reflexions and enquiries concerning the virtues of upon tarwater* London anno 1744. 8°. Dublin anno 1744. *Réflexions ſur les vertus de l'eau de Gaudron* Amſterdam anno 1745. 12°. Genev. 1748. 12°. Et paulo poſt edidit *The virtues of tarwater fully explaind* anno 1744. 8°. Belgice Amſterdam 1747. 8°. Germanice *Nachricht vom Teerwaſſer &c.* 1745. 8°.* Leipzig 1747. 8°. Frankfurt 1749. 8°. Suecice *Beſkrifning om tiärwatn nytta och läkande Kraft* Stokholm 1744. 8°. De aqua miſta cum dimidia portione picis liquidæ, & repoſita, quoad pix fundum petat. Hanc aquam pene pro univerſali medicina inventor venditat. Inde animoſe ad elementa naturæ vela pandit, & ſpiritum rectorem eumdem eſſe cum puro acore, demum cum igne, principe DEI creatoris inſtrumento.

Acceſſerunt duæ Epiſtolæ Dublin anno 1747. 4°. in quarum altera *Stephanus* HALES infuſum picis in febribus hominum, & epidemicis animalium morbis commendat. Conf. p. 336.

Contra Cl. virum anonymi aliqui ſcripſerunt, *Remarks on the B. of Cloyne's book intitled Siris* London anno 1744. 8°.

A letter to the Bishop occaſioned by his treatiſe on the virtues of tarwater ibid. 1744. 4°.

THOMÆ REEVE *A cure of the epidemical madneſs of drinking tarwater* ibid. anno 1745.

H. JACKSON's *reflexions concerning the virtues of tarwater* London 1744. 8°.

Antiſiris or the english wisdom exemplified by the general demand of tarwater London 1744. 8°.

Reſponderunt aliqui pro Epiſcopo, *The B. of Cloyne defended or tarwater proved uſeful* London 1744. 8°. contra l. *epidemical madneſs.*

An account of ſome experiments and obſervations on tarwater by D. HALES. Lond. 1745. 8°. Conf. p. 335.

PRIOR's *Narrative of the ſucceſs of tarwater* London 1746. 8°. Si huc facit. Paulatim celebre medicamentum obſolevit.

§. MCCCXCIV. *Collectio Itinerum.*

Allgemeine Geſchichte der Reiſen zu Waſſer und Lande. Vaſtum opus, cujus XX. Tomi prodierunt. Initium operis fecerunt Angli ſodales, anonymi. Succeſſit operi D. PREVOST, aliis fabulis celebrior. In ejus locum nunc, ad itinera *terreſtria* perficienda, novi auctores acceſſerunt. Scopus erat, ex omnibus itinerum ſcriptoribus ea decerpere, quæ publice mererentur legi, omiſſis reliquis. Sed collectores impares difficili labori dederunt inmenſum chaos, & hiſtoriam potiſſimum naturalem mere popularem, nominibus ſæpe corruptis. Inter varias editiones peſſima eſt Gallica, paſſim vitiata, & caſtrata; Belgica & Germanica meliores. Iſtius Tomus I. anno 1747. Lipſiæ prodiit, vigeſimus anno 1771. 4°.*

J. Wolfgang HAYDTS 115. *Proſpecte und Plane der Länder, Küſten und Inſeln der Oſtindiſchen Compagnie* Wilhelmsdorf anno 1744. fol. long. 2. Vol. Pretioſo neque valide noto opere continentur icones pictoriæ arborum nobiliorum Indiæ orientalis: cum deſcriptione & utilitate œconomica cujusque, in Java potiſſimum inſula & Ceylania naſcentis.

§. MCCCXCV. *Germani.*

J. Chriſtophori RIEGER *Introductio in hiſtoriam rerum naturalium & arte factarum, &c.* Haag. T. I. anno 1743. T. II. anno 1744. 4°.*. Inter medicamenta ſimplicia hic etiam plantæ occurrunt, ſuis cum medicatis viribus, & deſcriptione.

Diſpenſatorium Regium & Electorale Boruſſico Brandenburgicum, pro terris Sileſiacis Uratislav. anno 1744. fol.

Antonii Martini Friderici BOEHMER *Caſus matronæ largiſſimo Opii uſu per plures annos tractatæ* Hall. anno 1744. 4°.*. Hyſterica totis 19. annis drachmam unam opii in diem adſumſit.

J. LUTHER

J. LUTHER v. GARBENFELD *De Tabaci uſu & abuſu* Argentor. 1744. 4°.

J. Chriſtianus SEYFFERT *De Fungis* Jen. anno 1744. 4°.*. Amabat hanc plantarum claſſem, & multos delineaverat, quorum aliqui ſunt inter noſtros. Eorum molitur novam diviſionem & nova genera, valde a LINNÆANIS abhorrentia, ut Agaricella & Agaricelloides, fere mea, cum aliis nominibus. Ea definit, & in ipſa certe re verſatus eſt.

Wigandi KAHLER *Vita Euricii* CORDI Rinteln. anno 1744. 4°.*

Janus LONQ *De venenis & antidotis* Leid. anno 1744. etiam ad venena vegetabilia.

J. Gottfried SCHULZE *De maſticatione foliorum Tabaci* anno 1744. 4°.*, præſide JUNKERO. Ad ſcorbutum & varia mala eum morem commendat.

In *Commercio Literario Norico* anno 1744. Cl. DOEDERLEIN ægrorum ex Solani furioſi uſu ſanationem deſcripſit.

In *hebd.* 32. vita VOLCAMERI.

§. MCCCXCVI. *J. Bapt. Morandi.*

J. Baptiſtæ MORANDI *Hiſtoria medico-practica plantarum, quæ ad medicinam pertinent*, Mediolan. anno 1744. fol.* recuſa anno 1761. fol. nihil mutata *Comm. Lipſ.* Icones omnium plantarum, in medicina receptarum, neque optimæ, neque malæ tamen; deſcriptio, locus natalis, tum virium medicarum indicatio. Tabulæ 68. plantæ circa 800.

Lites aliquæ MORANDUM inter & J. C. CANNI ſecutæ ſunt. Prius opuſculum hujus critici ignoro, ſed audio titulum fuiſſe *oſſervazioni apologetiche* 1744. Reſpondit MORANDUS *riſpoſta a confirmare la ſue oſſervazioni intorno al ſynonymo alfabetico delle Erbe uſitate nell' antidotario Milaneſe* Milano anno 1744. 8°. Reſpondit iterum J. CÆSAR CANNI *in confirmazione per dimoſtrare gli errori del* MORANDI *nella riſpoſta.*

§. MCCCXCVII. *J. Chriſtoph. Wulf.*

J. Chriſtophori WULF *Specimen inaugurale de 23. plantis in Boruſſia ſponte naſcentibus & nondum deſcriptis*, Regiomont. anno 1744. 4°.*. Fere varietates ſunt. Theſium cum vera Linaria conjungere videtur. In Aparine purpurea florem hexapetaloidem facit. Chamærubum dicit, qui eſt ribis folio, Filicem angioſpermam, & ſaxatilem foliis non ſerratis, gramen bulboſum bulbo eduli.

EJUSDEM *Flora Boruſſica denuo effloreſcens auctior*, Regiomont. 1765. 8°.*. Hiſtoria virorum, qui plantas Boruſſiæ conquiſiverunt. Enumeratio per claſſes naturales diſpoſita: fungi GLEDITSCHIANI. Iconem dat Struthiopteridis. Paſſim aliqua emendaverit.

§. MCCCXCVIII.

§. MCCCXCVIII. *Eberhard Roſen.*

Eberhardi ROSEN, Profeſſoris Lundenſis, olim amici noſtri & auditoris, *De cortice Peruviano* Lundin. Scan. anno 1744. 4°.*. Varietates ejus corticis, bonæ notæ, analyſis, elementa, doſes, vires medicæ, locus & occaſio, adjectis exemplis peculiaribus; fuſe omnia & ornate.

EJUSDEM *Obſervationes botanicæ circa plantas quasdam Scaniæ &c.* Lundin. Scan. anno 1749. 4°.*. In regione, quam reliquæ Sueciæ provinciæ mitiori, raras plantas deſcripſit, Saxifragam luteam latis petalis, Sium minimum umbellatum, Pſeudorchidem MICHELI, Stachyn alpinam. Alias deſcribit & certius definit, Epipactin paluſtrem recte a ſodalibus ſeparat. Tunicas pluſculas diſtinguit & deſcribit. Phellandrium non habet pro venenato.

WELLEJUS HOUGBERG & CHRISTOPH. BERGEN *De cibo Man.* Hafniæ anno 1744.

§. MCCCXCIX. *Joh. Leche.*

Johannes LECHE *Primitiæ Floræ Scanicæ* Lund. Scan. anno 1744. 4°. *. Catalogus plantarum 182. inter quas aliquæ calidarum regionum, aliæ alioquin raræ, aut nondum dictæ, ut Sedum 33. Species 82. primus in Suecia detexit. Harum plantarum primam partem reperias in *K. Swensk. wetensk. handl.* 1745. *trim.* 4.

EJUSDEM *Underrättelſe om wilde träns plantering* Stokholm anno 1764. 8°.*. Poſthumum opus. Arbores utiles deſcribuntur: cujusque ſeminatio, totusque cultus additur, practice & per experimenta. Deinde arbores, quæ Suecicum cælum ferunt. Ulmus rara eſt, & Quercus: Ericeta facile Betulis conſeruntur, &c.

EJUSDEM *De tectis ſtramineis Scaniæ* anno 1746. n. 4.

EJUSDEM De noxia irrigatione horti oleracei anno 1758. *trim.* 2. ib. anno 1759. n. 1. In regione calida non nocuiſſet, neque Rupe nocuit.

EJUSDEM Non omnem ſementim in agro humido occa ſubigi 1764. *trim.* 1. & 2. de bono ſementis tempore.

Vitam viri dedit ROLANDUS MARTIN Holm. 1765. 8°.*.

§. MCCCC. *Galli.*

Journal hiſtorique du Commerce & des arts & manufactures Genéve anno 1744. 4°.* aliquot particulæ. Multa habet huc facientia. Ad cultum Populi albæ, de cortice Chinæ Chinæ, Sapan, Sagu.

Jean AUNANT *L'art de planter & de cultiver les meuriers blancs* Hanau 1744. 8°. *Anleitung zum Seidenbau und dazu gehörigen Maulbeer-Plantagen* Leipzig 1754. 8°. *Eſſai*

Eſſai ſur l'agriculture, ou les délices de la Campagne la Haye anno 1744. 8°.

§. MCCCCI. *Angli.*

Johannis FOTHERGILL De Manna Perſica in *Phil. Tranſ.* n. 472. Eam deſcribit, ex loco natali acceptam, & veterum confert monumenta.

Jacobi ROBINSON *Harlejan miſcellany, ſeu collectio rariorum tractatuum,* &c. London anno 1744. 8°. Etiam ad agriculturam, botanicen, &c.

The London and country Brewer containing the whole art of brewing of malt Liquor London 1744. 8°.

§. MCCCCII. *Sueci. Johannes Brauner.*

In *K. Swenska wetensk. handlingar* 1744. *Trim.* 2. *Nicolaus* KYRONIUS deſcribit cultum Lupulorum.

In eodem trimeſtri Actorum Suecicorum exſtat ROSENSTEINII conſilium ad cultum Carvi.

Et n. 3. De mundandis pratis.

Johannes BRAUNER, nobilis Baro, Aratrum ad deſtruenda tubera agrorum deſcribit ibid.

EJUSDEM *Tankar och forsök om åker och Aeng med dertil nödiga redskap* Stokholm anno 1752. 8°.*. Simplex vir & practicus ea docet, quæ ipſe in villa ſua vidit. De terræ tribus ſpeciebus, humo, luto, arena. Miſceri hæc elementa opus eſſe, ut utilia ſint. De reliquis boni agri dotibus. Præfert paluſtrem, qui impenſas liberaliter rependat. Aratrum ad dividendum agrum humectum, aliud ad terram mobilem reddendam laudat. Inde de diverſis Cerealibus: Hordeum hexaſtichon noſter recenſet, tum ponderoſius diſtichon, & alia. Avena nigra ſola in Suecia colitur. De lacubus exareſcentibus, & de plantis, quæ in iisdem proveniunt. Egregii ex palude, etiam ex turfa, agri fiunt. De paſcuis; dividenda eſſe in particulas: de fœni ſemine, &c.

EJUSDEM *Tankar wid ſkötſeln af boskap och fiäder fä ſamt ſkogars bruk och miſsbruk* Stokholm anno 1756. 8°.*. Huc pertinent, quæ de ſylvis habet, variisque modis, quibus eæ in Suecia deſtruuntur: etiam de virgultis ad ſuſtentanda piſa; de pice liquida, quæ omnia reprobat.

In appendice agit de vinis ex baccis Suecicis parandis, ex Cratægi baccis, & Prunis ſylveſtribus, & ex Groſſularia.

EJUSDEM *Om Skogars och bränsles ſulla beſparning* Holm. anno 1760. 8°.*. Minus huc, quam ad œconomiam pertinet.

EJUSDEM *Syſtematik indelning af all landmannens brukbare jörd til ſtadig afkaſtning utan whila.* Contra cultum paludum, nimis impendioſum. Paſcua

 potius

potius aratro verſare jubet, & in annos docet, ut paulatim tellus mitigetur. Deinde de agro, quem ſæpe aratro invertere ſuadet, non tamen verno tempore. Inde arborum cultus.

Video citari Ejusdem *wilda träns plantering* Stokholm 1759. 8°.

Et *Hushålls hielpreining* ibid. eodem anno.

Ejusdem *Om barrskog och löfskog* Stokholm 1761. 8°.

§. MCCCCIII. *Guil. Watſon.*

Guilielmi Watson, celebris medici & botanici, De virulentis effectis Cicutæ majoris in *Phil. Tranſ.* n. 472.

Ejusdem Aliqua de uſu anuli in Fungis, de Fungis venenatis eorumque natura acri.

Ejusdem n. 474. Geaſtri delineatio.

Ejusdem n. 480. De Oenanthe ſucco viroſo. Ejus iconem dat, tum Cicutæ aquaticæ Gesneri, & utriusque diſcrimina.

Idem De reliquiis horti Tradeſcantiani n. 492. Etiam nunc aliquæ raræ plantæ in eo angulo ſuperſunt, qui hortus fuit.

In T. XLVII. Aliqua de ſexu plantarum, & de Alcyoniis.

De arbore Cinnamomi, & de Squamaria & Dentaria in Anglia detectis.

In T. XLVIII. F. 2. Dari in Viſco trium ſexuum flores. Non poſſe ex Fungo igniario & Brossardi fomitem parari, & requiri quercinum hæmatoden.

T. XLIX. F. 1. Adgnoſcit eſſe Agaricum pedis equini facie.

T. L. P. 2. Lichenis genus conatur eruere, & de utilitate œconomica agit plantarum ejus generis, ut de Orſeille, non minimo metallo.

Idem De malis effectis & ſpaſmo cynico, ex adſumta Oenanthe ſucco viroſo.

T. LII. P. 1. De Cicuta Stoerkii.

§. MCCCCIV. *Jac. Parſons.*

Jacobi Parsons, medici, De ſeminibus vegetabilium, earumque partibus minoribus, Scabioſæ, Angelicæ, granorum Paradiſi, Melonis, egit in *Philoſ. Tranſact.* anno 1744.

Ejusdem *Microſcopical theatre of ſeeds* London anno 1745. 4°.*. Scopus fuit, ſemina plantarum in medicinam receptarum vitro convexo ſpeculari, & deli-

delineare. Multa hic commoda, ut ſeminalis fabrica Filicis, balſami receptacula in plantis umbelliferis, in Cardamomo, &c. Deinde plantarum medicatarum nomina, hiſtoria, vires, cultus; ſed quarta omnino pars totius operis prodiit.

Ejusdem *Philoſophical obſervations on the analogy between the propagation of animals and that of vegetables* London anno 1752. 8°.*. Belgice, *over de voorteeling van dieren en gewaſſen* Haag 1753. 8°. Polyporum cum plantis analogia. Contra evolutionem. Novum germen in planta mare generari, latente nempe in germine initio novæ plantæ, prolisque futuræ. Succeſſionem veram eſſe, quæ dicitur generatio. Novam plantam non a farina maſcula advenire, ſed in ſemine latere; fecundari tamen a farina maſcula. Germina ſubordinata inde vocat, quæ ſunt in alis foliorum, & in Polypis. Radices arborum in ramos abire, non ita radices eſculentas. De generatione ſuccorum in planta.

In Vol. XLVII. *Tranſact. Philoſoph.* objectiones proponit contra J. A. Peyssonelii ſyſtema de polypis, Coralliorum habitatoribus, quæ Gallice prodierunt cum titulo, *Traduction d'un article des Tranſactions Philoſophiques ſur les Coraux*, Paris anno 1756. 12°. cum titulo Lond.

In Vol. XLIX. P. I. De vi ſanguinem compeſcente Lycoperdi vulgaris.

§. MCCCCV. *Mém. de l'Acad. des Sciences.*

In *Hiſt. de l'Acad. Royale des Sciences* anno 1744. Cl. Bouvart experimenta ſua narrat, in Polygala capta, quæ pro pleuritidis antidoto habetur. Satis hæ ceciderunt.

In *Appendice* Cl. Montet egit de ſucco cæruleo Heliotropii (ex Ricini claſſe), quo panni in pago Gallargues tinguntur.

§. MCCCCVI. *J. Stephanus Guettard.*

Hoc anno primus apparuit Commentarius Cl. viri *J. Stephani* Guettard, diligentiſſimi naturæ ſcrutatoris. Ad res equidem foſſiles potiſſimum animum adplicuit, tamen ut etiam in plantis perſpicax fuerit, & diligens. Primum in *Mém. de l'Acad.* 1744. de Cuſcuta egit, & de papillis, quarum ope ea herba de plantis alimentum ſugit, quibus circumvolvitur. Characterem addidit, pulchraſque icones.

Idem Francæ genus accuratius definivit, quæ ſit calyce quinquefolio flore pentapetalo, cum quinque ſcrobibus melliferis, quinque ſtaminibus, ad ſeptem, & tuba trifida. Ex toto flore, non ex unica parte, ſumendum eſſe characterem monet: planta ipſa vicina eſt Alſines.

Anno 1745. Cepit agere de pilis & glandulis plantarum. Pergit anno 1747. duobus Commentariis, & anno 1749. perinde anno 1750. duobus Commentariis, & 1751. & 1756.

Anno 1746. De plantis paraſiticis, alimentum ſuum de aliis plantis per papillas ſuctrices trahentibus, quas per vulnus epidermidis infigunt; in Orobanche potiſſimum ramoſa, quam depingit.

Idem anno 1746. & 1747. Aliarum etiam ſtellatarum plantarum radices oſſa tingere expertus eſt, & Gallii ad oras maritimas naſcentis radices rubiæ loco in tingendis generis adhiberi poſſe: quæ experimenta Cl. Hellot ſuis confirmavit.

Anno 1747. *Sur les différentes matiéres, dont on peut faire du papier.* Redit *Allgem. Magaz.* T. III. *Journal œconomique* anno 1751. m. Juillet.

Anno 1748. Experimenta de tranſpiratione plantarum, experimentis correctis capta. Folia ſola perſpirant, abundantiſſime, nonnunquam ad proprium pondus intra unum diem. Sol magis cogit perſpirare, quam calor. Perſpirat aqua inſipida.

Anno 1749. De eadem perſpiratione. Ea eſt in ratione radiorum ſolis. Negat multum humoris ab aere per folia trahi. Flores ſecundum easdem leges tranſpirant, quæ de foliis valent, ſed minus perſpirant. Hieme vix ulla tranſpiratio.

Anno 1751. Marina quædam corpora ex genere Madreporarum.

Anno 1756. De plantis pſeudoparaſiticis, Fungis, Agaricis, Lichenibus, quas omnes negat a cortice alimentum ſuum capere: de Hedera, vite, & Bignonia, quibus propriæ ſint & in terram defixæ radices.

Anno 1758. Glandulas & pilos bonas notas non ſpecierum quidem dare, ſed generum.

Anno 1761. De *torfetis* deſertis, eorumque natura.

Anno 1762. Deſcriptio characteris Salviniæ.

Ejusdem *Obſervations ſur les plantes* Paris anno 1748. 12°. 2.Vol.*. Plantas recenſet, quæ circa Stampas proveniunt, ex codice M.S. avi ſui *Franciſci* Descurain, cujus memoriam in Sophia Chirurgorum conſervare ſtuduit, quam dixit Deſcuream. Adjectæ aliæ a D. de Combrai & a Barkelerio. Plantæ numeroſæ, etiam minimæ, ſollicite circa Stampas lectæ, aliquæ etiam in Neuſtria, apud Cenomanos, & in aliis Galliæ provinciis. Deinde accurata recenſio pilorum & glandularum, quas Auctor in plantis reperit. Varietates omiſſæ. In *appendicem* nuper repertas congeſſit, quas inter raræ & pulchræ, etiam calidarum regionum, neque Stampis natæ.

Ejusdem *Mémoires pour differentes parties des Sciences & des arts* Paris anno 1768. 4°.* Huc pertinet aurantia arbor per mediam longitudinem diſſecta, & in utraque medietate convaleſcens. Scillam utique germinare ſuſpenſam. Succum ſpiſſatum papaveris albi habere vires opii. Tirſa, Bromi ſpecies, deſcripta, ad fœnum utilis. De charta ex plantis. §. MCCCCVII.

§. MCCCCVII. *Peter Kretſchmar.*

Petri KRETSCHMAR, Lipſienſis Oeconomi, inde Berolinum vocati, *Oeconomiſche Vorſchläge das Holz zu vermehren, Obſtgärten zu pflanzen, Maulbeerbäume-Plantagen anzulegen* Hall anno 1744. 8°. Leipzig anno 1746. 8°.* Dum arbores per ſemina multiplicari jubet, non intelligit varietatem deſideratam ex ſemine non redire. Vias Regias arboribus, & potiſſimum Moris, jubet adornare.

EJUSDEM *Oeconomiſche Practica, oder Auflöſung des Ackerbau-Rähtſels* Lipſ. anno 1749. 8°.* 1754. 8°. HAUSVAT. Duobus ſulcis profunde terram debere exarari, ut exterior terræ ſuperficies invertatur, & a ſecundo ſulco contegatur. Poſt meſſem iterum duplices ducuntur ſulci, & legumina aut olera ſeruntur. Altero anno perinde aratur, & verna Cerealia terræ mandantur, & eo modo repetitur terræ cultus, absque quiete. Vis artificii eſt in laxatione terræ, fimi meliori uſu. Obſcurius aliquanto de ſylvarum ſatione, ut celerius adoleſcant.

Adjecta eſt *Johannis* AUNANT *Gründliche Anweiſung zum Seidenbau und dazu gehörigen Maulbeerbäum-Plantagen*, per experimenta in Germania natum opuſculum. Vide p. 338.

EJUSDEM *Kurzer Auszug der neuen Ackerverbeſſerung* Berlin anno 1751. 8°. HAUSVATER.

EJUSDEM *Anzeige der neuen Ackerverbeſſerung* ibid. anno 1752. 8°.

EJUSDEM *Practiſcher Beweis, daß das doppelfurchige Pflügen mit ordinairem Geſpanne und Hofdienſte verrichtet werden könne* Berlin anno 1756. 8°.

EJUSDEM *Dreyfaches Neujahr-Geſchenk* Berlin 1759. HAUSVAT.

EJUSDEM *Bedenken über des H.* v. BORNE *neu erfundene Säemaſchine* Berlin anno 1752. 4°.*. Suum cum duobus cultris ſeminatorem præfert, qui ſerit & occat, & ſemen in profundum ſulcum dimittit; experimentum etiam laudat, in ſterili arena factum. Sabulum Trifolio & Onobrychide confirmari, &c.

EJUSDEM *Unterricht, wie der bisherige bis zum 6. 5. und 4. Korn heruntergekommene Ackerbau wenigſtens bis noch eins ſo viel zu erhöhen* Berlin anno 1759. 8°.

EJUSDEM *Etwas neues für alle Liebhaber der Stadt und Landwirthſchaft* Nürnberg 1761. 8°. Agrum montanum docet in decuſſim arare.

De ſuis profectibus, & felici agri ſabuloſi cultu *Oeconom. Nachricht.* n. 59.

§. MCCCCVIII. *Liberatus Sabbati.*

Liberati SABBATI *Synopſis plantarum, quæ in ſolo Romano luxuriantur* Ferrariæ anno 1745. 4°.*. Catalogus ad ordinem fere TOURNEFORTII: nomina ſæpe propria & ignota, cum admiſtis peregrinis. Tabulæ duæ plantarum vulgarium, & tabula florum TOURNEFORTIANORUM.

§. MCCCCIX. *Decombe.*

DECOMBE *Traité de la culture des Pêchers* Paris 1745. 12°.* Germanice *Beſchreibung von den Pfirſichbäumen* Francof. 1747. 8°. etiam Anglice Lond. 1768. 8°. Bonus liber & ſimplex munditiis. Auctor ipſe ruri vixit & in villa, & ad experientiam triginta annorum provocat. Italiam etiam vidit & Siciliam. Quindecim melioris notæ ſpecies Perſicorum (varietates conſtantiores) recenſet. Putari debent menſe Januario & Februario, parce, neque nimis, & conſervari rami breves & minores, qui optimos fructus ferant. Putandi rami ferendo exhauſti. Arborem annoſam fieri, & quinquageſimum annum ſuperaſſe, brevioris tamen ævi reddi, ſi pauciores ramos conſervaveris, eamdem fructus tunc ferre meliores. Ramos anno præcedente putatos cum duabus tribusve gemmis AUCTOR conſervat, ut reliquos deſtruat. Gummi ſanari amputato ramo ſub ea ſede, unde ſtillat. Arbores panno rudiori utiliter tegi, &c.

EJUSDEM *Ecole du potager* Paris anno 1749. 12°. 2.Vol.*. A fimo prægnante incipit, quem optimum a mulis ſperat, inde ab equis, non vero ab altero animale, neque ab homine. Arcet nimium ſolem. Ad Melonum cultum feneſtras campanis præfert. Inde plantæ hortenſes, edules & medicatæ. Multas in ſpecies quamque partitur, & ob exigua diſcrimina. Synonyma non ſatis accurata, ut ſæpe plantam vix adgnoſcas, de qua agitur. Mayz non uno modo utile. Oſtendit Fungos ſativos ex radiculis aut junioribus Fungis convaleſcere, &c. Germanice convertit *J. Erneſtus* ZEIHER, & titulum fecit, *Vollſtändiger Unterricht von Küchen-Gewächſen* Lipſ. anno 1756. 8°.*

§. MCCCCX. *Muſeum Petropolitanum.*

Muſæi Imperialis Petropolitani Vol. I. Pars II. qua continentur *res naturales ex regno vegetabili* Petersburg. anno 1745. 8°.*. Duo herbaria viva hic recenſentur, eorumque plantæ methodo Tournefortianæ enumerantur, RUYSCHII primum, alterum AMMANNI. Pluſculæ non deſcriptæ, certe absque ſynonymo. Mireris paucitatem Sibiricarum.

§. MCCCCXI. *A. F. v. Hartenfels.*

Arnold Friedrich von HARTENEELS *Neuer Gartenſaal* Frankfurt 1745. 8°.* 1753. 8°. Nomen fictum, auctor Heiligenſtadii vixit, eique nomen fuit KÆSERSBERG, amans hortorum. Catalogos dat plantarum bulboſarum, tuberoſarum, fibroſarum, perennium, annuarum, culinariarum, coronariarum, cum cultu

cultu & brevi hiſtoria. Inter eas rariores aliquæ, ſi omnino has vere in horto aluit, ut Caryophyllus aromaticus, Anacardium, annuæ aliquæ. . Experimenta pleraque aliena, non ſatis exploratæ fidei (z), aliqua propria. Nomina ſæpe corrupta, auctores confuſi, ut *Johannes* & *Paulus* AMMANN. Semina utique alterius coloris flores producere, etiam flavos Hyacynthos ex albis plantis naſci. Semina macerare jubet in ſuccis tingentibus.

§. MCCCCXII. *Germani aliqui.*

J. Heinrici MULLER, Mercatoris Ulmenſis, *Catalogus plantarum* Ulm. ann. 1745. 8°.*. Plantæ numeroſæ, omnino 2146. ſed inter eas multæ varietates & ſemina cum plantis numeravit. Nomina ſæpe corrupta.

Nachricht von einigen vortreflichen Hülfsmitteln, nemlich vom Teerwaſſer, von der Haberkur Prenzlau 1745. 8°.

Kurzer und gründlicher Begriff der edlen Jägerey Nordhauſen 1745. etiam de ſylvis agit.

Der curieuſe Botanicus — — mit eingedruckten Kräutern Dreſden 1745. 8°.

Leipziger Kochbuch Leipzig 1745. 8°.

§. MCCCCXIII. *Joſ. Gumilla.*

Joſeph GUMILLA S. I. *El Orinoko illuſtrado y defendido: hiſtoria natural civil y geographica de eſte grand rio* Ed. II. Madrit anno 1745. fol. nam primam editionem lego anno 1741. & 1745. 4°. 2.Vol. prodiiſſe. Gallice verſa a *Marco Antonio* EIDOUS *Hiſtoire naturelle civile & géographique de l'Orinoque* Marſeille anno 1759. 12°. 2.Vol.* In ea regione vixerat, ad convertendos gentiles eo miſſus. In Tomo II. plantas rariores recenſet, inter eas nucem Moſchatam, Cinnamomum, ſanguinem Draconis, has parum probabiles. Sagittas venenari ſucco radicis plantæ cujusdam in lacuum fundo naſcentis. Oryza ſponte provenit. Yuccam (Manihoc) dulcem ab amara recte diſtinguit. Hæc, ut homo a botanicis alienus.

§. MCCCCXIV. *Galli.*

GRANGER, Chirurgi, *Relation du voyage fait en Egypte en* 1730. Paris anno 1745. 12°.*. Non inficetus homo, botanica tamen parcius adtigit. Miracula & fertilitatem Ægypti valde minuit. Paſſim aliquas plantas ſponte naſcentes nominavit.

NAUDE' *Nouveau recueil de remedes . . . avec un traité des plantes les plus en uſage* Paris 1745. 12°. 2.Vol.

Prin-

(z) Vide REICHARD *Ackerbau* 2. p. 167.

Principales merveilles de la nature, où l'on traité de la terre, des fleuves, montagnes : des choſes les plus rares & les plus précieuſes, animaux, poiſſons, plantes, fruits, diamants &c. Amſterdam 1745. 8°. 2.Vol. MART.

Mémoires inſtructifs ſur les pépiniéres de muriers blancs Berlin 1745. 8°.

J. DAMIAN CHEVALIER *An vini potus ſalubris* Lautet. 1745. 4°. REL. DOUCET.

LUDOV. RENATI des BOIS *An dyſenteriæ Ipecacoanha* Paris 1745. 4°.

§. MCCCCXV. *Sueci.*

Guſtav WÆSTBEK *Ytterligare underättelſe om en pofunden twänne slags Bomull ſom ymneſt wäxer öfwer hela riken* Stokholm anno 1745. 4°.*. Videtur prius alium hujus argumenti libellum edidiſſe. Pappum Salicis luteæ laudat, ad veſtes faciendas, ad ellychnia paranda : Pappum Epilobii difformis ad texenda tibialia. Denique Usneam viridem ad veſtes farciendas, quæ rigidum quid deſiderant.

H. BAGER's *Sweriges wålgang . . . grondad uti . . . jordens och des afwels bättra kännedom och bruk* Stokholm . . .

EJUSDEM *Ofergriplige tankas om hushollingen i anſeende til akerbrukets förbättrande* ibid. 1745. 8°.

EJUSDEM *Den dyra tidens affkyddande* 1750. 8°.

EJUSDEM *Oeconomiſk ſamtal emellan en Swenſk en Engelsman och en Holländare* 1750. 8°.

STEN BIORNSON's *Jardmärg och trogna bndde lära huru aker och äng bättre böra ſkiötas, ödemarkar uptagas, häga och släga hiälpas, afwel och boſkap ökas måge, grundad på ſanfärdiga egne rön och försök* Wäſtrås 1745. 8°.

§. MCCCCXVI. *Dieter. Weſſel Linden.*

Dieterich Weſſel LINDEN *Gründliche Nachricht vom Teerwaſſer und deſſen Tugenden, aus dem Engliſchen überſetzt* Amſterdam und Leipzig anno 1745. 8°. An BERKLEYII liber?

EJUSDEM *Nützliche mediciniſche Nachrichten von der Kraft der Miſtel gegen die Epilepſie* Amſterdam und Leipzig anno 1746. 8°.*. Prius eſt opuſculum *Johannis* COLEBATCH. Inde noſtri adnotationes. Viſcum putat arboris nutritiæ vires medicas ſugere, atque Viſci querni efficaciam pendere a Quercus acido vitriolico. Eam reſidere in parte gummoſa, non in reſinoſa, quæ nulla ſit.

§. MCCCCXVII. *Jac. C. Ramſpek.*

Jacobi Chriſtophori RAMSPEK *Biga remediorum præſtantiſſimorum — Infuſi reſinoſi, atque olei Cajeput* Baſil. anno 1745. 4°.*. Amici olim noſtri & auditoris

toris opuſculum. De medicamento primum BERKLEYI, de Pino, ejusque verme, nondum eo tempore vulgo noto. Aliqua experimenta propria medicamenti feliciter adhibiti, adverſus tuſſim ſiccam, aſthma, tuſſim humidam, & purulentam. Laudes olei Cajeput.

EJUSDEM *Selectarum obſervationum anatomico phyſiologicarum & botanicarum ſpecimen agoniſticum* Baſil. anno 1751. 4°.*. Multas plantas ſeparat, quas LINNÆUS conjunxerat. Terebinthi fecundationem a GLEDITSCHIO factam vidit.

EJUSDEM *Specimen agoniſticum ſecundum* Baſileæ anno 1752. 4°.*. Adnotationes in flore Sideritidis hirſutæ, Porri, Odontitis, Rhamni noſtri inermis. Propria Peloria in alia a Linnæana ſpecie, ut certum ſit, fabricam eſſe monſtrificam, non plantam propriam. Non eſſe perpetuas unius generis vires.

§. MCCCCXVIII. *Germani Varii.*

Heinrich Chriſtian ZENKER *De partibus conſtitutivis Opii* Gotting. 1745. 4°. Proprio labore in elementa Opii inquiſivit. Phlegma ſubalcalinum reperit, non acidum, ut NEUMANNUS. Sudorem negat ciere. Ut dolorem tollat hypotheſis.

J. Jac. PEYER *De cortice Peruviano* Baſil. anno 1745. 4°.

Ge. Leonh. BECK *De ſuctione fumi tabaci* Altdorf. 1745. 4°.

In *Comm. Lit. Nor.* anni 1745. Cl. PERTHES n. 26. analyſin dedit Bidentis foliis tripartitis.

Et n. 46. Anonymus utriusque Bidentis elementa comparavit.

Samuel Theodorus QUELMALZ, Lipſienſis Profeſſoris, Programma, *quo infuſum picis liquidæ aquoſum declaratur* Lipſ. anno 1745. 4°.*. Acidum eſſe, inde aquam ſpirituoſam ſtillare, quæ aquæ fontanæ admiſta infuſi aquoſi naturam imitetur. Eamdem accedere ad naturam mixturæ ſimplicis. Vim habere anthelminticam. Germanice etiam verſum exſtat cum BERKLEYI opere.

EJUSDEM *De infuſo foliorum Theæ* Lipſ. 1747. 4°. HEFT.

EJUSDEM *De oleo Palmæ materia injectionibus anatomicis aptiſſima* ibid. anno 1750. 4°.*

EJUSDEM *De vinis mangoniſatis* ibid. 1753. 4°.*

EJUSDEM *De pane ſuccedaneo ex cortice tiliæ interiori* 1757. 4°. De pane facto ex ſolano tuberoſo, & de ejus panis coctione. Tiliæ corticum alere poſſe.

§. MCCCCXIX. *Belgæ.*

Thomæ SCHWENKE, Archiatri, *Schets van heelmiddelen en haar uytwerkingen op het lighaam* Haag 1745. 8°. 1753. 8°. auctius.

T. G. CONSTANTIN *De colophonia Franeker* 1745. 4°. LAMB.

Gualther van LIS *De Aloë* Leid. anno 1745. 4°.*. Analyſes habet utriusque Aloës. Aqua limpida, inſipida, inodora; deinde liquor Aloen redolens, paulum adſtringens; tum ſolitus liquor ex acido & empyreumatico miſtus. Porro utriusque dedit extractum reſinoſum & aquoſum. Hoc alvum ducere, reſinoſum conſtringere.

In ejus *genees en heelkundige aanmerkingen* aliqua ſunt diætetica, ad panis naturam olerum & radicum.

EJUSDEM *Artzenwinkel* Roterdam 1747. 4°. WACH.

EJUSDEM *Brauwkunde* Amſterd. 1745. 8°. WACH.

§. MCCCCXX. *Commentarii Bononienſes.*

Hoc anno 1745. duobusque ſequentibus, *Commentariorum Academiæ Bononienſis* Tomus II. prodiit, cujus omnino tria ſunt volumina. In P. I. *Cajetanus* MONTIUS egit de duobus novis generibus gummi.

In P. II. PUTIUS deſcribit opus fecundationis in Pomo punico. Pulviſculus antherarum penetrat per cavam tubam in hiantia vaſcula membranarum, tum in pediculos granorum.

In P. III. C. MONTIUS deſcribit novum genus plantarum, ALDROVANDIAM. Conf. p. 325.

Alexander MACCHIAVELLUS Monſtrificum pomum granatum oſtendit, Fungumque non monſtrificum, ſed nobis vulgarem, crocei coloris & ſucci, lamellis viridibus.

In P. II. *Matthæus* BAZZANUS experimenta narrat, quæ fecit in oſſibus Rubia tinctis.

§. MCCCCXXI. *K. Swensk. Acad. Handlingar.*

In *K. Swensk. wetensk. handlingar* anno 1745. *Trim.* III.

SWEN LIUNGQUIST De Goſſypio Suecico ſeminibus liberando, & ad uſum parando n. I.

IDEM *Naturkunnighetens uphielpande och nytta i det almänna* 174 . . .

BRANDBERG De perficiendo agricultu.

J. MORÆI junioris, De Aconito.

Andreæ HELMSTRÖM Seminator perfectus n. IV.

Carolus Guſtavus TESSIN, vir ILL. De Pomo aurantio prægnante.

§. MCCCCXXII.

§. MCCCCXXII. *P. F. Gmelin.*

Philippus Fridericus GMELIN, *J. Georgii* frater & ſucceſſor, in *Phil. Tranſact.* n. 476. De radice Ypecacoanhæ egit.

IDEM *Botanicam & Chemiam ad medicum praxin adaptatam oſtendit* Tubingæ anno 1755. 4°.*. Medicamenta chemica ex regno vegetabili repetita laudat. De analyſium utilitate, & odoris ſaporisque indiciis.

EJUSDEM *Otia botanica* anno 1760. 4°. vel 8°. Paraphraſis ad Prodromum ROYENII, qua continentur characteres generum & claſſium.

EJUSDEM *De analepticis quibusdam nobilioribus* ibid. anno 1763. 4°. Tincturas ſpirituoſas Aniſi ſtellati, Aſæ fœtidæ, Cinnamomi, iisdem ſaturatiſſimis & efficaciſſimis.

EJUSDEM & J. WEINMANNI *Faſciculus plantarum patriæ urbi vicinarum* (Reutlingæ) Tubing. anno 1764. 4°.*. Loci natales & vires medicatæ.

EJUSDEM *Materia toxicorum hominis, vegetabilium ſimplicium, in medicamentum convertenda* Tubingæ anno 1765. 4°.*. Catalogi venenatarum plantarum ex variis auctoribus: inde ſcriptores recenſentur, qui de iisdem in medendo adhibendis cogitarunt, STÖRKIO etiam potiſſimum.

EIDEM tribuuntur Onomatologiæ variæ, quæ Ulmæ prodierunt, & quarum inprimis huc pertinet *Onomatologia œconomico-practica, in welcher zur Stadt- und Landwirthſchaft unentbehrliche Anmerkungen und Handgriffe beſchrieben werden* Frankfurt und Ulm 1763. 8°. maj. 2.Vol.

Onomatologia medica completa, ſ. Onomatologia hiſtoriæ naturalis, oder Lexicon von allen Benennungen der Kunſtwörter in der Naturgeſchichte Frankfurt 1758. 8°. 3.Vol.

Der Wirthſchafter Jenæ anno 1745. Diarium, etiam ad agri cultum pertinet. Auctor incertus.

§. MCCCCXXIII. *Angli Varii.*

In *Philoſophicis Tranſactionibus* n. 475. *Rogerius* GALE retulit, pervetuſta ſemina Melonis fecunda fuiſſe.

In iisdem *Philoſophicis Tranſactionibus Henricus* MILES n. 477. Aliquam perfectionem Siceræ addere ſuaſit.

Benjamin COOK ibid. De Pomi varietate mutata a polline maſculo alterius vicinæ Mali. Similia experimenta repetit n. 490. Porro de varietatibus Mayz.

R. BADCOK n. 477. De Granadillæ polline & Malvæ arboreæ. Hujus globuli per ſuos aculeos ſuccum effundunt.

IDEM n. 479. De farina fecundante Taxi n. 480.

William HEBERDEN *Antitheriaca an eſſay upon Mithridatium and Theriaca* London 1745. 8°. FOLK.

A collection of voyages and travels compiled from the library of the late E. of Oxford. 1745. fol. 2.Vol. OSB.

DEN. COETLOGON'S *Univerſal dictionary of arts and Sciences* London 1745. fol. 2.Vol.

EJUSDEM *Tour through the animal world* London 1746. 8°. habet etiam botanica.

The natural hiſtory of Nevis and the English Caribbean Islands London 1745.

§. MCCCCXXIV. *Nic. Roſen.*

Nicolaus ROSEN, mutato ob magna ſua merita nomine, v. ROSENSTEN, Archiater Suecicus, vir ILL. & noſter a plurimis annis amicus.

EJUS *Progr. de ſymptomatibus ex uſu hyoſcyami in puero viſis* Upſal. anno 1745. BALD.

EJUSDEM *Examen medicamentorum ſimplicium, quæ in catalogo medicamentorum Suethico continentur* Upſal. anno 1750. 4°.*. Inutilium & debilium plantarum magna vis ex pharmacopolio relegatur.

In EJUSDEM *Haus- und Reis-Apothecke* anno 1766. 8°. excuſa, materia medica continetur.

§. MCCCCXXV. *Heinrich Michael Dœbel.*

Heinrich Michael DOEBEL'S *eröffnete Jäger-Practica — Im III. Theile wird vorgeſtellt die Beſchaffenheit der Holzungen, deren Benennungen, nüzlicher Verkauf, Zuwachs, Beſäung und Wartung* Leipzig anno 1746. fol.*. Experientiam triginta annorum citat. De ſylvis. Non ſatis botanicus, qui in eadem pagina Taxum repetat cum nominibus Eibenbaum, Ilmen, Rüſtern, & Fliegenbaum (Ulmus). Vix adgnoſcas multas plantas, ut Rehheide, quam pro Geniſta habeas, etſi Sabinæ ſimilem dicit, & ubique ſola nomina popularia Germanica dat, absque ullo ſynonymo. Arbores ſylvarum cæterum ex ordine recenſet, cujusque cultum docet, & utilitates œconomicas, creſcendique modum. Totus liber ad modum ſpectat, quo plurimum lucrum ex quaque arbore obtineatur. Ad reparandas etiam ſylvas. Laudat, puto ob eam cauſam, ZINKIUS.

EIDEM

EIDEM tribuitur *Geſchickter Hausvater und fleiſſige Hausmutter, oder Einleitung zur Haushaltung und Landwirthſchaft* Leipzig anno 1747. 8°. ZINK.

In *Oecon. Nachricht.* T. I. In CARLOWIZIUM ſcribit, & multa emendat. De ſatione arborum ſylvaticarum. Quadrageſimo anno Pinum materiei aptam eſſe.

Ibid. contra J. H. von ROHR, ab eroſis foliis arbores non mori. Non dari tres Betulæ ſpecies. Populos eſſe Salices. Malles botanices peritum, cætera utilem auctorem.

Hiſtoriam Fraxini dedit *Oecon. Nachricht.* V. p. 612.

Refutat SYLVANDRI *Zufällige Gedanken.* ibid. p. 117.

In Tomo VII. rejicit plantarum ſexum. Larices non ſperat votis reſponſuras ſerentium.

Hiſtoria Sorbi aucupariæ. Dare bonum ſpiritum. De agricultura, fruſtra ſperari, fimo nos poſſe carere. Non ſufficere profundam arationem. Uſtilaginem fieri a ſemine male maturo.

In T. VIII. De Fraxino & Quercu, de iſta potiſſimum, ejus lento incremento & diuturna vita. Multa in BUFFONIUM, in BUCHTINGIUM. Semina Viſci, Fungorum & Muſcorum rejicit.

T. IX. De picis fabrica. In J. E. V. S. cogitata ſupra modum, quo ſylvæ nigræ fructuoſe cæduntur.

In *J. Gottlob* BEKMAN *Von der Holzſaat.*

§. MCCCCXXVI. *G. Adams.*

George ADAMS *Micrographia illuſtrata* London anno 1746. 4°.*. Artifex & vitrorum ad uſus opticos poliendorum peritus. Magna pars hujus operis ad plantas pertinet, Germinis, ſeminum, radicum, caulis, foliorum, florum anatomen dat microſcopicam; ſed multa ex aliis habet, potiſſimum ex GREWIO.

§. MCCCCXXVII. *Galli aliqui.*

BERTELOT du PATY De clandeſtina ſermo anno 1746. Andegavis prælectus, & excuſus in Dictionario hiſt. P. I. BUCHODZ. Deſcriptio papillarum ſuctorinum & character.

EJUSDEM *Mém. ſur la Nature & les qualités des vins d'Anjou.* In *Comm. Acad. Andeg.*

JOANNIN de S. LAURENT *Déſcription abrégée du Cabinet du Ch. de* BAILLON Lucques 1746. 4°.* ob plantas marinas.

J. HERMENT & FLOR. CAR. H. BELLOT *E. opium articulari rheumatiſmo* Paris 1746. 4°.

§. MCCCCXXVIII.

§. MCCCCXXVIII. *J. Anderſon.*

Johannis ANDERSON, viri magnifici, & Conſulis Hamburgenſis, *Nachrichten von Island, Grönland und der Straſſe Davids* Hamburg anno 1746. 8°.* Ex ſuis theſauris, & ex relatione auctorum & peregrinatorum, hiſtoriam naturalem hujus ultimi ſeptentrionis repetiit. Rem herbariam parciſſime adtigit, de Cochlearia potiſſimum & Alga ſaccharifera Islandorum locutus.

§. MCCCCXXIX. *D'Ardenné.*

JEAN PAUL ROME D'ARDENNE, *Presbyter Oratorii*, varía edidit ad rem hortenſem, in qua ſibi placet. EJUS *Traité des Renoncules, avec des obſervations phyſiques & des remarques pour l'agriculture & le Jardinage*, prodiit Paris anno 1746. 8°.*. Non quidem botanicus, neque plantarum ſuarum diſcrimina daturus, ſed in cultu, in æſtimatione pulchritudinis, ſelectuve terræ peritus. Rejicit fimum columbinum & ovillum. Non nimis irrorandum, neque mane. De aqua multa docte colligit. De uſtilagine & rubigine. Educatio ex ſeminibus lenta. Radices quotannis de terra eximendæ, ut quarto vel quinto anno floreant. Monſtra aliqua & Ranunculi proliferi. Pro nominibus floriſtarum, Receptaculum videtur fere Anemones eſſe. Hiſtoria elegantiorum Ranunculorum, quos CARA MUSTAPHA potiſſimum coluit. Dictio in univerſum theorica. Germanice vertit G. L. HUTH, & Noribergæ edidit anno 1754. 8°.

EJUSDEM *Traité ſur la connoiſſance & le culture des Jacintes* Avignon. ann. 1761. 12°.*. Quæ pulchritudinem in Hyacintho faciant. De novis, aurei coloris, varietatibus. Cultus: terra compoſita VOORHELMII. Ut eximendi ſint bulbi, ut ex adnatis multiplicandæ plantæ: de floreſcentia in aqua. De ſemine & ſatione. Morbi. De Tuberoſæ cultu. Icones aliquæ. Italice verſus prodiit libellus Viterbo anno 1763. 12°.

EJUSDEM *Traité des Tulipes* Avignon anno 1760. 12°.*. Meminit ſe ad centum plantas ad opus GARIDELLI contuliſſe. De Tulipis ſpontaneis. LOMBARDUS pulchriorum Tuliparum auctor. Cultus: ſerenda ſemina Tuliparum fundo cæruleo. Adnatarum aliquæ demendæ.

EJUSDEM *Traité des Oeillets* Avignon anno 1767. 12°.*. Præmittitur Catalogus ſcriptorum, & vocabulorum interpretatio. Deſcriptio plantæ, teſtæ, inſtrumenti, cultus, irrigatio. Quæ aqua reliquis præſtet. Studium plantæ ante florem, cum flore, & poſt florem. De ſemine & ſatione: de multiplicatione per ſtolones, & aliis modis. Morbi. Rariores varietates non habet: tincturas ſucci alimentarii rejicit.

EJUSDEM *Année champêtre* Florence, Marſeille & Paris 1769. 12°. 3.Vol.* Horti olitorii curam deſcribit, cum nonnullis ad arbores fructiferas pertinentibus conſiliis. In T. I. agit de fimo, de fimo prægnante, de inſectis noxiis: de plantis

tis ad limitandas areolas idoneis. De ſeminariis, plantariis: educandis arboribus, arte inſerendi varia. De arboribus ad muros, adve palos adfixis, de putatione. T. II. & III. opera horti olitorii menſtrua continent. Plantam quamque deſcribit, & præcipuas, paucas tamen, varietates. De novis ex commiſtione pollinis fecundantis cum alienis ſtirpibus naſcentibus varietatibus: in lactucis potiſſimum. Plantæ aliquæ ſpontaneæ Provinciæ, & inter eas Ribes rubrum paucis acinis. Aliquas plantas fere in hortis ignoratas colit, ut Sium majus, Siſymbrium aquaticum, etiam Melongenam, Acetoſam montanam majorem, & Arifoliam, & non ſcandentem. Fimi in alendis arboribus uſum defendit. Etiam ideo utilis auctor, quod de ſcriptis hortenſibus ſæpiſſime ſe repetentibus perite & animoſe judicet. Vivit prope Forcalquier Provinciæ ſuperioris, ut ab Anglis aut Germanis ita legi debeat, ne omnia in mitiori cælo utilia conſilia imitentur.

§. MCCCCXXX. *Germani aliqui.*

Ludovici Michaelis DIETERICH'S *Obſervationes de uſu corticis Peruviani in cancro mammæ* Ratisbon. ann. 1746. 4°.*. Spem multam in cancro ulcerato concepit, cum ſpiritum ſalis ulceri impoſuiſſet, & corticem Peruvianum propinaſſet.

Gründe zur Fortſetzung des Seidenbaues auf hieſigem Lande Berlin 1746. 4°.

§. MCCCCXXXI. *Pharmacopæa Reg. Londin.*

Pharmacopœja Collegii Regalis medicorum Londinenſis London anno 1746. 4°. magn. *, anno 1751. 4°.* Francof. 1748. 8°. 1762. 8°. Anglice verſa ab H. PEMBERTON, qui cum notis edidit anno 1746. 8°. 1749. 8°. Inde Gallice verſa cum notis & medicamentorum catalogo Paris 1761. 4°.* Simplicitas laudabilis, rejecta innumera medicamenta debilia, aut facile corrupta, diminutus aquarum ſtillatitiarum numerus; nova aliqua aromata ad uſum propoſita. Cæterum pharmacopolia huic diſpenſatorio non obſequi ALSTONUS.

§. MCCCCXXXII. *Ant. de Monrava.*

Anton. de MONRAVA ROCA *Theatrum animalium, plantarum, & aliorum corporum naturalium* Lisboa . . . 8°. Recenſetur in *Diar. Trivultino* anni 1746.

§. MCCCCXXXIII. *Galli aliqui.*

Comitis de la GARAYE *Chymie hidraulique* Paris anno 1746. 12°.*. Hactenus huc pertinet, chemici ſaporis opuſculum, quod ſuccos viresque plantarum nova ratione, ad *Joelis* LANGELOT imitationem, tritu cum aqua fervida, deinde filtratione & exhalatione doceat extrahere; ut vires corticis Peruviani, Opii, in ſuo ſale integræ ſuperſint, quem alii malunt extractum dicere, etſi ipſe cryſtallinos ſales eſſe addit, pingues tamen eſſe fatetur. Sales ſuos longa ſerie enumerat. Contra Cl. GEOFROI ſe ad finem tuetur.

§. MCCCCXXXIV. *Belgæ.*

Jacob ADMIRAAL junior, pictor, circa hunc annum edidit *Naauwkeurige waarneminge van veele geſtalt verwiſſelnde gekorvene diertjes* fol. Icones animalium ſunt, in 25. tabb. inciſæ, ſed una plantarum, in quibus vivunt, longe pulcherrimæ. Ita T. 16. Acriviola flore majori.

God. Anton. de XHORE *De ſpiritu rectore in regno animali, vegetabili, foſſili, atmoſphærico* Leid. 1746. 4°.

§. MCCCCXXXV. *Angli aliqui.*

Johannes FREKE *In eſſay to ſhew the cauſes of electricity* London 1746. 8°.* oſtendit, arbuſculas electrico torrente commoto mire turgere, languere vero ad primum tactum foliorum. Hybridem florem ex tunica & armeria natam vidit.

SMITH *Compleat houſewife* London 1746. 8°.

David STEVENSON *Gentlemans gardeners director, of plants, flowers and trees with a garden Kalendar* London anno 1746. 8°. & editio V. 1765. 8°. Cultum arborum docet, florumque & olerum.

Browne LANGRISH *Phyſical experiments upon brutes* London anno 1747. 8°. & Gallice Paris 1749. 12°. Potiſſimum huc faciunt experimenta cum aqua Lauroceraſi in canibus inſtituta. Quatuor unciæ robuſtiſſimum canem occidunt. Sanguinem reddit ruberrimum & tenerum, pulſum etiam numerum inſigniter auget. Minori ergo doſi utile medicamentum eſt, nimia ſubito occidit.

§. MCCCCXXXVI. *A. C. Cocchi.*

Antonii Cæleſtini COCCHI, Romani Profeſſoris, non Hetruſci, horti tamen medici Præfecti, *Corticis Peruviani Vindiciæ* Rom. anno 1746. 8°.*. Practici argumenti. Recte ad objectiones reſpondet; recte etiam monet, debere ſufficiente doſi exhiberi.

§. MCCCCXXXVII. *Lars Kullin.*

Lars KULLIN *Owäldige tankar öfwer Blakwells förſök* Upſala 4. absque anno, ut iſto tamen anno 1746. aut ſequente editum ſit opuſculum. Cum BLAKWELLIUS omnem fimum rejiceret, nihilque deſideraret ad agrum emendandum, præter terræ maximam friabilitatem, noſter ad KULBELII ductum, humum in aqua diluit, oſtendit continere oleoſum quid, & ſalem varium. Deinde ſubjecto igne empyreumaticum liquorem, & ſalem medium obtinuit, in quo nonnihil eſt marini ſalis. Eſt in humo fertili pinguedo, terra diſſolubilis, & ſal medius. Fimum autem requiri oſtendit, ut ſalem & oleum ſuppeditet. Arbores etiam per folia nutriri, & extracto aere externo, aerem de frondibus & aquam ſudare.

Dahlman *Om akerbruket* video citari Stokholm 1746. 1750. 1752. 1760. 8°. an Caroli.

J. Guſt. Wahlbom *De ſponſaliis plantarum* Upſal. 1746. 4°.*. Præſide Linnæo, & Suecice 1750. 8°. Flores tricolores naſei ex polline unius Tuliparum varietatis ad alterius tubam adſperſo.

§. MCCCCXXXVIII. *Milhau.*

De Milhau, equitis & in America conſiliarii, *Trois diſſertations l'une ſur les experiences faites en mer* (depreſſione aquæ marinæ in clauſam phialam;) *l'autre ſur le Cacaoyer: la troiſieme ſur le Caffeyer* Montpelier anno 1746. Florem Cacao aliter, quam Tournefortius deſcribit, cujus & icones reprobat. Petala quinque inæqualia.

§. MCCCCXXXIX. *Hamburger-Magazin.*

Hoc anno *Novum Diarium* prodiit cum tit. *Hamburger-Magazin*, varii argumenti, quo & collecta varia, & propria continentur, inter ea etiam botanica.

In T. I. n. 1. De conſervandis fructibus horæis in vitris bene clauſis.

T. II. n. 1. De iisdem D. J. G. Krüger.

§. MCCCCXL. *S. Acad. Handl.*

In *Swensk. Wetenskaps Academiens Handlingar* anni 1746. Trim. 1. Vir Ill. *Steno Carolus* Bielke de cultu agit Fagopyri Sibirici, qualem in Finlandia vidit.

Ejusdem De plantis lac ſuo ſapore inficientibus anno 1750. n. 2.

Ejusdem De diverſis Fagopyris, potiſſimum Sibirico, ut duriori: & de deſtruenda ſpecie volubili.

Ejusdem De Sibirica Caragana.

In Trim. 2. *Ulricus* Rudenskiold, viri Ill. De ætate Abietis ex annulis judicanda, ad annos 320.

Ejusdem *Tal om Skogarnes nyttjande och wård* Stokholm anno 1748. 8°.*. Pro utilitate ſylvarum, & potiſſimum Abietis & Betulæ. Improbat uſum corticis Pini in panem recepti, & ad eum finem Callam mavult adhiberi, aut Solanum tuberoſum. Ad reparandas ſylvas conſilia.

Trim. 3. *Carolus* v. Ehrenclov De ſemente Lini experimenta. Suecice *Förſök om linfrös ſåning* Stokholm 1747. 4°.

Trim. 4. *Erici* Salandri De Rubia Suecica.

Et *Georgius* Brandt De cineris clavellati a Soda diſcrimine.

§. MCCCCXLI. *Joh. Hill.*

In *Philoſophicis Tranſactionibus* n. 478. primum adparet *Johannes* Hill, magnis inde botanicis operibus celebris. Deſcribit hic Hypni ſpeciem, & pectini antherarum officium impertit.

Idem jam ad Cl. Blakstone *Specimen botanicum* plantas contulerat.

Ejusdem *Review of the works of the Royal Society at London*, London anno 1751. 4°.*. Acris cenſura Commentariorum Societatis Regiæ Britannicæ. Pars VII. ad vegetabilia ſpectat. H. Bakeri Graminis tremuli deſcriptionem, & in polline Taxi adnotationes corrigit. Non credit *Paulo* Dudley, Malum abſque floribus fructus tuliſſe: deinde petrificatas radices plantæ vegetantis, argentum vivum in plantæ radice repertum, omnino, ut parum credibilia, rejicit.

Ejusdem *Hiſtoria materiæ medicæ* Londin. anno 1751. 4°.*. Vaſtum opus. Analyſes omnium plantarum medicatarum hic reperias, bonas notas, vires medicas, has parcius, plantæ deſcriptionem. Paſſim opere Cl. Geofroi utitur.

Ejusdem *Hiſtory of plants* London anno 1751. fol.*, quæ ſecunda pars eſt magni operis *General hiſtory of nature.* Methodus & genera Linnæana, ſolis iis exceptis plantis, quæ ſtamina conſpicua non proferunt, in quibus tum marinis, tum terreſtribus, pluſcula nova genera conſtituit. Inter terreſtres aliqua genera mea ſunt, quæ pro ſua humanitate recepit. In reliquis rarius Linnæum deſerit. Cæterum in quaque planta characterem generis dat, deinde ſpecies celebriores deſcribit, reliquas nominat. Florem, & ſæpe plantam ipſam, ſculpi curavit.

Ejusdem *Eſſays in natural hiſtory and philoſophy* London anno 1752. 8°.*. Belgice *Proeven der natuerlyke hiſtorie &c.* Haarlem 1753. 8°. Wach. Microſcopicæ ſunt adnotationes, quarum magna pars occupatur in plantis, quales ſolent cryptogamias dicere, etiam marinis. Multa hic peculiaria & mire ornata reperias. In Fuco flores triſtemones vidit, & fructus, neque eas marinas plantas ab inſectis ſtrui admittit. In Aſpergillo, ita enim interpretor, articulata fila vidit, & 24. in fructu cellulas. In Alcyonio, præter polypos, antheras decemloculares & fructus. In exiguo Fungillo biloculares fructus & ſemina elaſtica, revoluta & lanugine obducta. In alia planta marina 18. ex uno petiolo ſtamina vidit: & adnotavit, cavos ramos, fructibus fetos, abrumpi ſub ſemine, id ut in aquam dimittant. Denique Fungillus ramoſus, cujus antheræ circa filum convolutæ, ab impulſu elaſtico ſe dirumpente, fructum defringunt. Nulla nomina addidit. Globulos farinæ antherarum utique ſemina imprægnare, cum vero nimis craſſa ſint, diſſilire, & ſubtiliorem materiem fecundantem dimittere docet, quam etiam in aquam ſpargunt. Exſtant in T. XII. *Hamb. Magaz.*

Ejusdem *The britiſh herbal: an hiſtory of plants and trees native of Britain cultivated for uſe or raiſed for beauty* London anno 1756. fol.*. Splendidum opus,

opus, quo pleræque plantæ indigenæ ex RAJI ſynopſi delineatæ traduntur, adjectis paſſim peregrinis. Claſſes, quantum ejus fieri potuit, naturales, retinuit, neglectis ſtaminibus & nectariis. Nomen unicum, & deſcriptio, aliquando vires.

EJUSDEM *Eden or a compleat body of gardening* London anno 1757. fol.*, cum nomine auctoris in dedicatione expreſſo. Secundum menſes, & hebdomades, quibus plantæ florent fructumve ferunt, aut olera edulia ſunt. Plantæ deſcriptæ, etiam depictæ. Nomina & methodus LINNÆANA, admiſtæ varietates hortenſes flore pleno; Figuræ fere rami ſunt. Singulo menſe opera hortenſia, & compendia artis, qualia ſagaciores hortulani Anglici invenerunt. Intercedunt pluſculæ plantæ parum notæ, quarum icones aut raro, aut nusquam exſtabant. Acriter in CRIT. REV. recenſetur, ut icones, & ipſe ſermo exſcriptus eſſe dicatur ex COMMELINO, MILLERO, LINNÆO. Paſſim tamen adgnovi proprias icones & hiſtorias. De ſomno etiam plantarum experimenta profert, quas docet a luce excitari, a tenebris ſopiri.

EJUSDEM *The gardeners new Calendar* prodiiſſe videtur anno 1757. & 1758. 8°. plenum opus de hortenſibus laboribus, cum declaratione ſyſtematis LINNÆANI (HALE ed. II. ad fin. T. IV.)

EJUSDEM *The ſleep of plants and cauſe of motion in the ſenſitive plant explained* London anno 1757. 8°.*. Germanice Nürnberg 1768. 8°. Plantas pinnatas habere folia ſua in regionibus quidem calidis, in eodem cum nervo plano, in frigidis vero ſemipendula. Fibrarum faſciculos efficere petiolum, & propaginem fibrarum in quemque folii nervum continuari. Ut eæ fibræ teneræ ſunt, ita mobilitas eſt evidentior, tum ubi fibræ, quas diximus, longiores minusque intricatæ ſint. Sub veſperam folia arbuſculæ Abrus complicata eſſe, cum prima aurora ſeparari, cum ſole plana fieri, ſub occaſum ſolis iterum complicari. Retardari tamen complicationem aucta luce, & ipſa meridie folia claudi, ſi tenebras feceris. Mimoſam pariter a tenebris claudi, & forte ideo ab adtactu connivere, quod lux intercipiatur. Redit in *Allgem. Magaz.* T. XI. & im *Bremiſchen Magazin.*

EJUSDEM *Outlines of a ſyſtem of vegetable generation* London anno 1758. 8°.*. Germanice Noriberg. anno 1761. 8°.*, cum vivis coloribus. Anatome Amaryllidis, fibræ ab extremis radicibus in ultimas antheras continuatæ. Fabrica radicis, ejus cortex abit in petala, liber in receptaculum fructus. Vaſa majora ex radice in nectaria continuantur. In quoque pulviſculo antheræ vermiculus habitat, qui verum ſuæ plantæ germen eſt, a ſuis nectariis circumdatum. A medulla tuba eſt. In Amaryllide infundibula patent, in quæ pollen ſtaminum labitur, per tubam pergit, inque intima fructus penetrat, inque ipſam ſiliquam inanem, quam vermiculus maſculus ſubit. Ita planta nunc concepit.

EJUSDEM *Method of producing double flowers from ſingle by a regular courſe of culture* London anno 1758. 8°.*. Germanice Noriberg. anno 1766. 8°.*

 1768.

& in *Oeconomiſch-Phyſicaliſchen Abhandlungen* T. XVII. In Tulipa naturam floris pleni contemplatur. Quando caro floris intumeſcit, tunc filamenta & latiora fiunt, & tenuiora, & ex iis petala naſcuntur. Ea commutatio per gradus ſuos perficitur. Primo in gradu Tulipa naſcitur, cujus filamenta incipiunt petali naturam induere; ſed etiam in altero gradu natura antheræ ſupervivit, & ſemina maturantur. In tertio gradu filamenta plana jam petala ſunt, neque nunc ſemina perficiuntur, & duodecim nunc ſunt petala: inde 18. quavis anthera in duo petala diviſa: tunc 24. petala, ut quævis anthera tria reddat petala. Exemplum adfert Veronicæ plenæ factæ, dum antheræ in petala degenerant. Denique de degeneratione floris pleni in ſimplicem, dum ſibi relinquitur.

Ejusdem *An account of a ſtone which on being waterd produces excellent muſhrooms with the hiſtory of the violet ſtone of Germany* London anno 1758. 8°.* Lapis Severinianus graniti adfinis, obducitur cruſta fungoſa, quæ irrorata in Polyporos convaleſcit. Pro eodem Fungo habet Lichenem violaceum.

Ejusdem *Valerian or the virtues of that root in nervous diſorders, and the characters which diſtinguiſh the true from the falſe* London anno 1758. 8°.*. Germanice Noriberg. 1765. 8°. Aquaticam Valerianam diſtinguit ab ea, quæ in ſiccis provenit. Hanc in Anglia raram jubet adhiberi, menſe Majo lectam. Valde laudat ad morbos hyſtericos, infuſum theiforme, vel tincturam.

Hic recenſemus, etſi ſexta eſt editio, Ejusdem *Management of the gout with the virtues of Burdock firſt uſed in the autors own caſe* London 1758. 8°.*. Ipſe podagricus levamen ſenſit ab uſu decoctæ cum radice Bardanæ aquæ, quam grati eſſe ſaporis & ſudorem movere docet: mihi ingratiſſima videtur.

Ejusdem *Origin and production of proliferous flowers, with the culture at large for raiſing double flowers from ſingle and proliferous from double* London anno 1759. 8°.*. Germanice Nürnberg 1768. 8°.*. De floribus proliferis Anemones, Ranunculi, Caryophyllatæ nutantis, Roſæ, Tunicæ, Pæoniæ Africanæ, aliquarum ſpecierum ex genere flore compoſito. Proliferi flores naſcuntur ex plenis, quando pedunculus in receptaculum nunc non dilatatur, ſed florem perforat, ut ſecundum, etiam tertium florem producat. Et proliferi flores fiunt pleni, dum radice exemta tempus florendi retardatur, & una pingui terra planta ipſa uberius alitur.

Ejusdem *The uſefulneß of the Knowledge of plants with the eaſy means of information* London anno 1759. 8°.*. Non poſſe medicum deſtinatos a medicamento ſuo effectus ſperare, niſi norit, ægro eam ipſam plantam propinatam eſſe, quam præſcripſit: id ut ſciat neceſſe videri, ut ipſe plantam notam habeat. Plurima exempla adducit alienæ plantæ ægris datæ. Lobeliam, Collinſoniam, ob vires medicas colere jubet, alias ob uſus tinctorios.

Ejusdem *The practice of gardening explained to all capacities* London anno 1759. 8°.*, cum titulo auctoris ficto *Thomæ* Perfect. Terram in horto requiri

quiri pinguiſſimam: fimorum optimum eſſe equorum bene paſtorum, quales thenſas (*Coaches*) trahunt. Ut recente gramine calor in fimo prægnante conſervetur. Ut plantæ per hiemem defendantur, tectæ ſpinis, & ſicco Viciarum ſtramine. Præſtare pleroſque flores plantæ detrahere, ut melius ſemen obtineatur. Biennes plantæ ſæpius transplantandas eſſe, ita flores multo ſpecioſiores obtineri. Ut plantæ lignoſæ multiplicentur. Terra ad flores producentes compoſita, quam muria ingreditur, & calx.

EJUSDEM *Exotic botany illuſtrated in 35. figures of curious plants* London anno 1759. fol.*. Aliquæ harum plantarum in Anglia floruerunt; pleræque ad exempla, fere ex China adlata & ſicca, depictæ ſunt. Earum pluſculæ pleno ſunt flore. De Peloria dubitat, num ſit Linaria vulgatiſſima. Rheum criſpo Ammanni ſimile eſt; Theæ duæ, hexapetala, & enneapetala; Lepia pro planta nova. De Valisneria. Filicina planta occaſionem præbuit fingendo agno vegetabili Scythico.

Quid ad *Floram Britannicam* contulerit, diximus. Prodiit Londini anno 1760. 8°.* RAJANA in LINNÆI nomina & ordinem transformavit, pluſculas cives ſuas adjecit, & characteres LINNÆANOS.

Et nunc immenſum opus adgreſſus eſt, cujus omnes tabulæ ab ipſo delineatæ ſunt & ſculptæ.

Id nunc fere ad medium produxit, ſublevatus *Johannis* Comitis de BUTE liberalitate. Primus Tomus eſt *The vegetable ſyſtem, or a ſeries of experiments and obſervations tending to explain the internal ſtructure and the life of plants* London anno 1759. fol.* Septem in omni planta facit partes, corticem exteriorem, interiorem, librum, carnem, medullam, vaſa in ſeries diſpoſita, & conicos faſciculos vaſorum. In floribus ipſis quinque partes redeunt. Hanc fabricam in Helleboro viridi deſcribit & depingit. Omnes radicis fibræ in quodam quaſi capite conveniunt. Eo ſuccus per celluloſam telam tendit. Et interior cortex, & exterior, duabus fit membranis, inter quas vaſorum cavorum rete eſt. Librum conſtituunt cellulæ hexagoniæ, cum vaſe ſuo in ſingulo angulo: habet & glandulas. Series vaſorum recta eſt & parallela, quæ ad nectaria tendunt. Caro pars plantæ princeps eſt, tota vaſculoſa, vaſis cavis, fibris lignoſis confirmatis, valvula ad quemque nondum interruptis. Coni vaſculoſi intus intra carnem ſunt ſeparati, certo numero, & ex carne orti in receptaculum terminantur. Medulla non ubique reperitur, & ex ſucco generatur, quem caro ſeparat, & qui in ſerpentina vaſa coit. Hic iterum ſiliquas in fructu inanes deſcribit, quarum quamque particula pollinis ſubit. Reliqua, valde memorabilia, apud Cl. virum legere oportet. Deſcribit autem porro Colchicum, ſpeciem proliferam Ananas, Tuber, Muſcos, quorum alios a MICHELIANIS flores facit, & Filices. Hic Tomus I. eſt magni operis.

T. II. *Londin.* anno 1761. fol.* ſucceſſit. De elementis plantarum. De methodis: earum eam præfert, cujus plurimæ claſſes naturales ſint. Ipſe auctor fere

fere Rivinum ſequitur, & numerum, & æqualitatem aut difformitatem petalorum. Initium eſt a plantis compoſitis flore radiato, quarum plurima nova genera facit, ut Cæleſtinam, Gemellam, Lepiam, Meridianam. Plantæ omnes ſculptæ, partim ad naturam, partim ad ſicca ſpecimina.

Tomus III. Londini anno 1761. fol.*. Compoſitæ diſcoideæ, & planipetalæ. Sapor operis idem. Genera multa, cum nolit vir Cl. quidquam in ſpecie reperiri, quod non ſit in definitione generis.

Tomus IV. Londin. anno 1762. fol.*. Capitatæ. Genera a calyce repetita; pene omnia nova.

Ejusdem Tom. V. London anno 1763. fol.*. Scabioſæ, valde numeroſæ, plantæ dipſaceæ, adjunctæ Globulariæ, Erinacei, Echinopes. Genera multa nova.

Ejusdem Tom. VI. Umbelliferæ Londin. anno 1764. fol.*. Ordo ab involucris ſumtus, non a ſeminibus. A Linnæo hic minus diſcedit. Et hic & ubique Americanæ plantæ plurimæ, tum Hiſpanicæ, Græcæ, &c.

Tomus VII. Londin. anno 1764. fol.*. Stellatæ, & aſperifoliæ. Iterum plurimæ novæ, aut nunquam ſculptæ.

Tomus VIII. Vaſculiferæ Raji flore regulari, in duas, tres, quatuor, quinque partes diviſo, Gentianæ, hæ pulchre ſculptæ, &c.

Tomus IX. Londin. 1765. fol.*. Plantæ flore ſimplici quinquefido. Huc Cuſcuta, Bryonia, Arbutus, Andromeda: hanc gratum dare infuſum theiforme, Solanum. Uſum Belladonnæ rejicit. Dicarpæ. Multæ plantæ ex America boreali.

Tomus X. Plantæ monopetalæ, flore multifido, dipetalæ, tripetalæ Lond. anno 1765. fol.*. Liliaceæ aliquæ, Lapathum, inter iſta vera Britannica antiſcorbutica Americanorum. Tithymali multi novi.

Tomus XI. Lond. 1767. fol.*. Alteram partem Tithymalorum dat. Tunc Cornus, Tormentilla, aliæ tetrapetalæ Sinapinæ: raræ multæ, ut Heliophila.

Tomus XII. etiam 1767. fol.*. Finis tetrapetalorum cruciatarum, Ricotia. Hypericum & Lythrum petalis quatuor. Tunc pentapetalæ Gymnopolyſpermæ calycifloræ, inde Ranunculi, Adonis, Ficaria. Appendix 10. plantarum rariorum ex aliis generibus.

Tomus XIII. London 1768. fol.*. Porro Pentapetalæ, Ranunculi, Saxifragæ, Lychnides, Hermanniæ, Aldrovandia. Appendix decem plantarum rariorum.

Tomus XIV. & XVI. nondum ad me pervenit.

Tomus XV. London 1769. fol.*. Seda, Malvæ aliquæ, Dianthi, etiam Ayenia, Saracena.

Tomus

Tomus XVII. London 1770. fol.*. Initium verticillatarum, inter eas nova ſpecies. LINNÆUM nunc ubique ſequitur.

EJUSDEM *Hortus Kewenſis* London 1768. 8°.*. Totum ſyſtema Cl. viri hic videas, plantasque horti perpulchras, ſolis nominibus trivialibus deſignatas.

EJUSDEM *Family practice of phyſik* London 1769. 8°.*. Plantas aliquas deſcribit, cum ſuis medicatis viribus, & depingit, quas pro domeſtica medicina laudat; Centaurium minus, Valerianam, Bardanam, Solanum ſcandens, hoc ad aſthma, Lactucam opii odore pro vi narcotica.

Legi in catalogo ejusdem VIRI *Family herbal* 8°. quod poſſit eſſe *The uſeful family's herbal* London anno 1754. 8°. Tum *Hortus Siculus or a collection of dried plants.* fol. OSB.

Anglice reddidit SWAMMERDAMI *Biblia naturæ*, & auxit London 1758. fol. Scripſit etiam *cautions againſt the immoderate uſe of ſnuff founded on the welknown qualities of the tabacco plant* London 1763. 8°.

EJUSDEM *Method of curing the jaundice and other diſorders of the liver by the herb agrimony taken in the manner of Tea* London 1769. 8°.

EJUSDEM *Polypodium or the doctrine of the virtues of that herb dried.*

EIDEM etiam tribuitur *Complete body of husbandry compiled from the original papers of the late* THOMAS HALE Eſq. *enlarged by many communications from the collections of* Col. STEPHENSON, M. RANDOLPH, M. HAWKINS, M. STOREY, M. OSBORNE, M. TURNER &c. the ſecond edition, London 1758. 8°. 4.Vol.*. Gallice D. DUPUY d'EMPORTES, cum titulo *Le Gentilhomme cultivateur ou cours complet d'agriculture* Paris 1761. 12°. Vol.16. 4°. 8.Vol. non verſionem adeo, quam compendium dedit, & novum opus. Germanice *Allgemeine Haushaltung und Landwirthſchaft, aus den ſicherſten Erfahrungen und Entdeckungen geprüft von einer œconomiſchen Geſellſchaft in Engelland* Hamburg 1763. 8°. 5.Vol.* vitioſa verſio. Totum opus ſatis refert HILLII dictionem, etſi ſimplicitatem adfectavit, ſermonemque nobilis agricolæ, qui provincias Angliæ varias adiverit. Tomi III. priores continent maximam partem domus ruſticæ, etiam pecora: potiſſimum tamen agrum. De ſoli claſſibus, ut tamen ægre varietates ſoli diſtinguas. Ut ea diverſa ſola aut admiſta contraria cuique vitio terra emendentur, aut aratro peculiari, aut certarum plantarum cultu. De terra fullonum, quæ Marga ſit. De Margæ utilitate ad emendandam terram arenoſam, lapidoſam: de ipſorum lapidum utilitate, noſtris melius cognita. De lætamine vario, etiam incendio ceſpitis, aut ſtipularum. Mire laudat ſepes, ad conſervandum bonum terræ ſtatum: ſepes variæ: præfert Cratægum ſpinoſam, laudat tamen & alias arbores. Arborum cultus, & plantatio varia; ſylvæ & arborum ſylveſtrium laudes, uſusque varius.

In T. II. fuſe de aratione, aratris variis: laudat aratrum quatuor cultris armatum, cultumque Tullianum, expertus, quo potiſſimum multo firmior & perfectior, & magis multiplex culmus obtineatur. De frumentis variis, hordeo celeriter, ſed in arenoſis, matureſcente: ſecali adverſus, ignarus ſpeltæ. Raporum cultus more Tulliano. Gramina aliqua artificialia. Pauciſſima, non experti, de irrigatione. De mutatione ſementis, & ſex non interruptis Tullii meſſibus. Macerationem non ſpernit. De cicere ut pabulo, quo agri conſerantur eo fine. Non habet lathyros noſtris familiares.

T. III. de pratis: de fœni ambuſtione cavenda. De graminibus iterum artificialibus: inter ea de trifolio lupulino, de Raygraſs lolio: de Medica quam non bene dicit etiam in macilentis provenire: de rapo & dauco, ut pabulis. Lupuletum, olera aliqua & plantæ utiles. Fuſe de croco, nihil de nicotiana. Rubiam bene Tullii aratro coli. Cereviſia. Plantæ inutiles & venenatæ, harum & plantarum ſativarum icones aliquæ perexiguæ.

Tomus IV. *Appendix* eſt operis, quo nova inventa Societatis Dublinienſis, & Edimburgenſis, & Homii continentur. Quare varia hic eſt materia. Vites malles omiſſas. Multis plantis ex Suecis deſumtas laudes impertit, quas perinde malles caſtigatas, ut Equiſeti paluſtris maximi, etiam Medicæ, & fibrini trifolii. Hic demum marga jubet terras argilloſas dividere, terras diu requietas, & tenaces mollire ſata vicia hiberna. Fuſe de lini cultu. De plantis iterum noxiis, & noxa ex oculis quernis devoratis. Novum aratrum multis ſpathis terram ſuffodiens.

In verſione Gallica paſſim aliqua acceſſerunt, ut in T. II. de Orobanche: aliqua contra Homium, contra M. *de Turbilly*. Aliqua de arboribus, ſepeſtribus, ſylvaticis. Sic alibi.

Ejusdem *The conſtruction of timber from his early growth* London 1770. 8°.*. Hoc mihi magni pretii videtur opuſculum. Innumeris de arboribus taleolas ramorum peculiari artificio deſecuit, eas microſcopio ſubjecit, variis etiam modis nonnunquam vaſa liquore aliquo colorato replevit. Partes in arbore fecit corticem exteriorem, interiorem, librum, lignum, coronam, medullam. Cujusque partis fabricam dixit & vaſa. Omnis arborum natura vaſis conſtat & celluloſa tela; ex qua & ipſa vaſa componuntur. Ex vaſis ſuccus in celluloſam telam exſudans incrementum facit. Corona, pars nondum proprio nomine inſignita, medullam ambit: vaſa habet conglomerata, per celluloſam telam ſparſa: ab ejus denſiori vel laxiori habitu velocius aut lentius incrementum pendet. Medullam parvi facit, & adeo non ramum producere adſerit, ut poſterior naſcatur. Inde vaſa ſuccifera diverſæ fabricæ, cuique plantæ ſua, ſuique proprii ſucci vehicula. Inter ea interiora, ad Boerhaavii mentem, parietes habent ex meris fiſtulis factos. Hæc in univerſum, deinde aliqua exempla peculiaris in cortice, libro, corona, vaſis cujusque arboris fabricæ.

§. MCCCCXLII.

§. MCCCCXLII. *Suecica.*

K. Collegii medici Kundgiörelſe om den misbruk ſom Thee och Caffe drickande är underkaſtat, ſamt anwiſning pa Swenska örter, at brucka i ſtälle for Thee Stokholm 1746. 4°.*. Pluſculas plantas pro infuſo theiformi commendant, Prunum ſylveſtrem, Roſam, Fragariam, Mentham, etiam Betulam.

Carl (*Eſkilſon*) Dahlman *Swenſka hushålls rön förſta delen* Stokholm 1746. & *Andra delen* 1747. 8°. de cultu agri, prati & ſylvæ, experimenta facta in Höjentorp; in multis & diverſis plantis cerealibus & ſativis repetita. Fertilitatem obtineri a numero nodorum depactorum: hinc milium reddere millecuplam ſementim. Ejusdem *Tredje delen* Stokholm 1750. 8°. de malis pecorum &c.

Ejusdem *Inledning til Swenſka hemlegårds ſkogs och ängs ſkötſeln* Stokholm 1748. 8°.*. Primo loco de Lupuli cultu agit, qualis in Uplandia exercetur. Meliorem reddi, ſi maſculos flores ſervaveris, contra vulgi præjudicium. Melius potius lupuletum fore, quod ſpontaneis Lupulis conſereretur. Arbores inde Sueciæ recenſet, & utilitatem cujusque exponit. Inde docet, ut ex ſeminibus eæ arbores obtineantur. Fuſius de pratis. Recenſet meliora plantarum genera, quæ in pratis gaudeas provenire; laudat Lathyrum luteum; peregrinas herbas paſcendis armentis deſtinatas rejicit. Ut nova, poſt incenſam ſylvam, prata parentur, ut irrigentur uliginoſa. Diſſuadet, ne non bene ſiccum fœnum recondatur. Contra paſcua autumnalia:

Idem De arte coquendi ex acere Sacchari *K. Swenſk. Handl.* 1754. n. 3.

Underwiſning om färgakonſten ſom lärer at ſätta allerhanda färgon på Siden Ylle och Lintyger ſamt hår Stokholm 1747. 8°. Ex Anglico verſum eſſe lego.

§. MCCCCXLIII. *G. F. Mœller.*

Cl. *Georg. Frid.* Moeller, in *Hamb. Magaz.* T. II. n. 4. egit De polline antherarum; deſtructis maſculis adfirmat, plantas feminas tamen maturos fructus proferre. Contra vim adeo fecundantem ejus pollinis. In julis eruptis tunc demum adparere, quando fructus jam intumeſcit, aut alio demum anni tempore, ut in Colchico.

In T. III. Se contra Ill. virum Kæstnerum tuetur, & ad Colchicum provocat, quod florem autumno proferat, quando fructus in terra latet. Idem de caule Braſſicæ radices emittente. Contra evolutionem. Germina in aqua latere, & cum ſucco nutritio in plantam advenire. Palmas mares eſſe & feminas dubitat. Semina ante fecundationem jam ſolida & perfecta reperiri.

Idem in T. III. & VII. *Hamburger Magazine* pergit de inutili natura pollinis antherarum; nempe excrementum ſeparare, & ab hortulanis in Melone deſtrui. Juglandem absque julo mare, ſe teſte, ſemen maturaſſe. Hybridas raras eſſe.

Ejusdem *Beſchreibung der beſten Arten vom Kernobſte* Berlin 1759. 8°.

Ejusdem *Anleitung, wie Pfirſichbäume zu beſchneiden* Frankfurt 1756. 8°.

Ejusdem De fabrica & incremento plantarum in I. T. *der Leipz. Abhandl.* Contra evolutionem, pro epigeneſi. Novos paulatim tubulos prioribus accedere, non a radice continuatos, ſed articulatos. Quisque nodus poteſt ſe in folium perficere, aut in ſurculum. Fructus eſt auctus mole nodus germinis. Semina & ipſa ſunt mutati oculi, ex quibus ſolent folia formari.

Alia diſſertatio ejusdem contra nupera conſilia, quæ profundos ſulcos ſuadent cum parca ſemente.

In Tomo II. De uſtilagine. Suſpicatur a ſcarabæo aliquo læſum ſemen ſuccum ſudare.

In *Oecon. Phyſ. Abhandl.* T. V. pergit agere de fabrica plantarum, & oſtendere, plantas omnino formari ex oculo, neque in ſemine formatas inſtare.

§. MCCCCXLIV. *J. S. Leinker.*

J. Sigismundus Leinker *Horti medici Helmſtadienſis præſtantiam ex plantis rarioribus ibidem florentibus exhibet* Helmſtatt. 1746. 4°.* in carmine, cum ſubjectis notis ad plantas rariores ſpectantibus.

Ejusdem *De cortice Simarubæ diſputatio* ibid. 1746. 4°.*. Nullus in aqua odor, neque oleum æthereum, & ſaporem eſſe mere amaricantem, aereum autem quid & fere ſaponaceum in decocto. Vis medicata contra Soterium defenditur.

§. MCCCCXLV. *C. C. Schmiedel.*

Caſimirus Chriſtophor. Schmiedel, Profeſſor Erlangenſis, & Archiater, egregius delineator, cepit anno 1747. Noribergæ edere *icones plantarum, & analyſes partium, æri inciſas*, quarum hactenus novemdecim tabulæ prodierunt. Hiſtoriæ plantarum plenæ ſunt; planta integra vivis coloribus expreſſa, tum flos & fructus, adhibito ſæpe microſcopio; addita critica aliorum auctorum, tum ſynonymis. Inter eas Muſci, Fungi aliqui, & Filices, in quarum operculis globulos detexit, & Chara, in qua duorum generum corpuſcula reperit, & Lichenagaricus clavatus. Finis in Anthocerote, cujus intimum characterem expreſſit.

Ad *partem primam operum* C. Gesneri Noriberg. 1752. fol.* excuſorum vitam dedit *Conradi*, ex epiſtolis ditatam, quæ ſunt apud Ill. Trewium. Inde deſcriptionem operis ſuperſtitis Gesneriani, indicem iconum, & commentarium ad unam tabulam, in qua quatuor plantæ.

Faſciculus I. *operum* Gesneri etiam a nobis dictus eſt, T. I. p. 292. qui Noriberg. 1759. fol.* prodiit. Ad quinquaginta icones Gesneri Vir Cl. commentarium addidit,

addidit, paſſimque etiam proprias figuras, quibus GESNERIANÆ explicantur. Synonyma congeſſit, deſcriptionem, adnotationes criticas.

Conradi GESNERI *Opera botanica* Faſcic. II. Noriberg. 1771. fol.*, poſt meum Bibliothecæ botanicæ primum tomum editum, hic cum Cl. Editoris operibus recenſeo. Pars I. eſt *C. Jacobi* TREW de codicibus GESNERI relatio, quorum pars hic ipſe eſt Faſciculus. Tria volumina ſunt, figuræ 1500. inter eas melioris notæ, integrarum plantarum, fere 1000., flores & fructus ſæpe ipſius GESNERI manu adpicti. Tertium volumen eſt iconum a KENTMANNO miſſarum, non ejusdem pretii.

Faſciculus ipſe continet quinquaginta plantarum figuras ſuis pictas coloribus. Ex iis adparet Cotoneaſtrum GESNERI ab ejusdem Chamæmeſpilo non differre. Dioſpyron veram eſſe pirum, cum ILL. SCHMIEDELIUS loculos ſeminum quinque in eo fructu diſtinxerit. Orchideæ aliquæ, has inter Orchis lingua cum pulchris floris iconibus ex L. JUNGERMANNI adverſariis. IDEM alterum Chamænerion glabrum tuba indiviſa definivit. Gentianam rubram habet, deinde rubram aliam, quæ fit purpureæ varietas punctata. Gratiolæ infecunda ſtamina delineata dedit, & paſſim flores plantarum accurate deſcripſit.

EJUSDEM *Buxbaumia* Erlang. 1758. 4°.*. Conjunxit cum Sphagno maximo meo, columnam dixit, quam oſtendimus in multis Muſcis reperiri: addidit calyptram, ſacculum pollineum, & granula in eo contenta.

EJUSDEM & TROELTSCH *De Oreoſelino* Erlang. 1751. 4°.*. Planta fuſe deſcripta: ſynonymia, deſtillatio: extractum ſpirituoſum, vinoſum, aquoſum. Oleum nullum, niſi empyreumaticum. Ad vires medicas aliqua.

Epiſtola EJUSDEM ad *Nicolai Laurentii* BURMANNI diſſertationem de Geraniis Leid. 1759. 4°.*. Cuticula cum cortice abit in calycem, liber in petalum: interior pars placentam dat; duæ præcipuæ plantæ partes ſunt medulla & liber. Macriori in ſolo plantæ celerius florent.

EJUSDEM *De Blaſia* Erlang. 1759. 4°.*. Microſcopica deſcriptio ampullarum, quas globuli replent, qui in Fragi ſpeciem eminent; tum nudorum globulorum, in plantæ facie inferiori ſitorum. Hos pro antheris, illos habet pro ſeminibus.

EJUSDEM *De Jungermannia* ibid. 1760. 4°.*. De charactere generico, ſive fructificatione, potiſſimum agit. Calycem diſtinguit, qui MICHELII vagina eſt; deinde florem bipartitum, tunc globulum, qui maturus diſſilit, villosque edit, qui veloci motu incriſpantur, & pollinem ſpargunt. Hos pro fructu habet; pro antheris vero farinam, globulos, fraga, guttulas, in foliis fere conſpicuas.

EJUSDEM & SELIG *De hydrophobia ex eſu fructuum Fagi* Erlang. 1762. 4°.* Hiſtoria, a patre *reſpondentis* deſcripta, hactenus improbabilis, ut vix poſſit ab eo fructu tantum malum exſpectari.

Paſſim aliqua, nobis non ſatis nota, ſparſa edidit, ut in *Erlang. Anzeig.* anno 1746. de Fungis nonnullis, & eorum anulis.

§. MCCCCXLVI. *Xav. Manetti.*

Xaverius MANETTI, Horti Florentini cuſtos, edidit anno 1747. & aliis annis *catalogum plantarum nonnullarum horti Academiæ phyſico-botanicæ Florentinæ.* Nomina ſunt plantarum, quæ in Horto Florentino ſemina maturaverunt, quæ cum aliis Vir Cl. commutanda offert.

EJUSDEM *Viridarium Florentinum, ſeu conſpectus plantarum, quæ floruerunt & ſemina dederunt annis* 1750. & 1751. *in horto Cæſareo Florentino Societatis botanicæ cuſtodiæ commiſſo* Florent. 1751. 8°.*. Ortum horto MICHELIUS per ſua itinera dedit, auxit ſuis & LAPI itineribus MANETTUS. Characteres nunc quidem Vaillantiani, non excluſis foliis. Genera majora dividit, & pluſcula nova conſtituit, & paſſim LINNÆUM corrigit. Adnotationes interſpergit de viribus medicatis, aut venenatis plantarum, & de generibus conſtituendis.

EJUSDEM *Caroli* LINNÆI *regnum vegetabile juxta ſyſtema naturæ, in claſſes, ordines & genera conſtitutum*, &c. Florent. 1756. 8°.*. Nomina Linnæana ſ. *termini* pro foliis, flore, nectariis, fructu, ſeminibus. Fuſe pro ſexu plantarum duplici, & pro plantis hybridibus. Maturari quidem nonnullos fructus absque venere, ſed eos eſſe mera receptacula. Inde claſſes naturales: tum genera, cum adnotationibus.

EJUSDEM *Delle ſpecie diverſe de frumento e di pane ſiccome della panizzatione e parte di eſſa che in occaſione di careſtia poſſono panizarſi* Firenz. 1765. 4°. Cerealium hiſtoria. Laudat triticum polonicum, quod 49. die maturetur. De farina pane & panificio. De laboribus eo pertinentibus. De varietate panum, etiam ex alia præter cerealia materie coctorum.

§. MCCCCXLVII. *Itali aliqui.*

CAJETANI FABRI *Diſſertazione tertia intorno alcune malattie* Florent. 1747. 4°.*. De Caſſis uſu in rabie canina, & de utilitate acidi vegetabilis.

Carolus TAGLINI, Profeſſor Piſanus, edidit *Lettere ſcientifiche ſopra varii dilettevoli argomenti* Firenz. 1747. 4°.*. Huc pertinet epiſtola *ſecunda*, in qua fabulæ aliquæ botanicæ refutantur; & quæritur, num Allium ad pedem Roſæ plantatum ejus fragrantiam augere poſſit. Quare odores noſtro demum tempore feminis tenerioribus nocere ceperint. De exhalatione plantarum, &c.

Miſcellanea phyſico-medica ex Academiis Germanicis depromta Florent. 1747. 4. T. I. Diſputationes ſunt Germanicæ, vix huc facientes.

§. MCCCCXLVIII. *Belgæ.*

Everardi Jacobi v. WACHENDORF *Horti Ultrajectani index* Ultraject. 1747. 8°.*. Plus continet, quam titulus promittit. Syſtema nempe botanicum integrum,

grum, fere ex omnibus ſyſtematibus compoſitum, in quo claſſes conjunctim a calyce, cotyledonibus, ſtaminibus, ſede floris, tubis, duplici ſexu deſumſit. Genera & ſpecies ex LINNÆO.

EJUSDEM *De plantis immenſitatis intellectus divini teſtibus* Utrecht. 1743. 4°.*

J. v. W. (van WYCK) *Verroog betreffende ongemeyne ſchadelyke planten* Roterdam 1747. 8°.*. Vitioſus libellus. Napellum cum Cicuta aquatica confundit.

§. MCCCCXLIX. *Angli aliqui. Jacob Wheeler.*

In *Emanuelis* BOWEN *Compleat ſyſtem of geography* London 1747. fol. 2.Vol. Aliqua donorum naturæ mentio fit.

EDM. L. H . . . N *Philoſophical conjectures on aëreal influences* London 1747. 8°. Valde laudat Digitalis decoctum emeticum, & nauſeoſum, cujus longo uſu lepra ſcorbutica, & ſcrophulæ hereditariæ ſublatæ ſint.

Jacobi WHEELER *The modern druid* London 1747. 4°.*. Scopus eſt efficere, ut Quercus rectum, & aptum ad malos navium, caudicem educat. Id non fieri amputatis ramis, ſed cortice de initio rami condemnati in anuli ſpeciem detracto; vel demum contuſis malleo ſurculis, quos creſcere nolis. Ut noceant trunco rami. De Quercubus ex glande ſerendis. Fuſior & verboſior.

EJUSDEM fuerit *the botaniks and gardeners new dictionary* Lond. 1763. 8°. LUDWIG. Comm. Lipſ. XIV. I. p. 168.

§. MCCCCL. *Petrus Högſtröm.*

Petri HÖGSTRÖM *Beſkrifning öfwer Lapmarkerne* Holm. 1747. 8°. & Germanice Hafniæ 1748. 8°.*. Bonus liber & a viro perito profectus, ſuæque regionis gnaro; pauca tamen habet ad rem herbariam, de viribus medicis & œconomicis; de Angelica, Alno, Gramine, Lichene Rhenorum, ſylvis.

EJUSDEM *Orſakerna hwarföre ſäden mera ſkadas af köld på ſomliga örter i Noreland än på andra*, Stokholm Autumnale frigus perimere plantas; frondoſas ſylvas cædi debere, cum abiegnæ utiles ſint. Aquæ minores collectiones & ſtagnantes collectiones frigus excitare, &c.

EJUSDEM *Om Landmänna näringar i Skellefta ſokn* Stokholm 1765. 8°.*. Aliqua de agricultu & naturæ donis.

§. MCCCCLI. *J. Boding.*

Joh. BODING, ut puto auctoris, *Angermanna bus hollning norder ſkogen* Holm. 1747. 8°.*. Prima diſputatio publice Suecice propoſita. Sylvæ immenſæ, arbores, quæ hic naſcuntur, & quæ deſiderantur. Panis ex ſtramine piſorum, &

& Cerealium, & radice Acetoſæ. De picis coctione coërcenda. De agri cultu, & Lini; de baccis borealibus, & de vino Rubi Idæi.

In *K. Swenſk. Wetenſk. Handlingar* anni 1752. Commendat Scirpi in lacubus plantationem, pro alendis armentis.

Video citari WINBERG *om Oxelträd* Stokholm 1767. 8°.

Et SCHULZE *om aker och äng* quem libellum putes eſſe BRAUNERI.

Collectio rerum curioſarum . . . allerhanda färniſſors färgens och blakers preparerarde &c. Stokholm 1754. 8°.

OLOF DEKBERG *Beſkrifning om den türkiſka tobakens planterande i wåra nordiſka orter* Stokholm 1747. 8°.

EJUSDEM V. D. M. *Beſkrifning hüru en hälſamt win i Swerige lätt kan tilwärkas efter 9. åhrs förſok utgifwen* Stokholm 1755. 8°.*. Juniperi baccas macerat, contundit, in aqua infundit, addit fermentum, & fermentationi permittit. Salubritatem laudat.

J. KRAFTMAN *Utdrag af Academiſka förläsninger, uti Landshollningen* Stokholm 1747. 8°.*. Medici clinici compendium rei œconomicæ, etiam agriculturæ. De ſelectu ſoli, de indiciis cujusque ſoli ex plantis ſpontaneis ſumtis; de Salicum ad ſepes utilitate, &c.

J. OEDMANN *Chorographiam Bahuſienſem* citari video, Stokholm 1746. vel 1747. excuſam, ſed nondum vidi.

GUSTAV SWENSSON'S från WIKEN *Tankar om landbrukets bättre häfd* Stokholm 1747. 4°.

J. KIELLBERG *Roen och förſok til landthushållningen . . . . uphielpande* Stokholm 1747. 4°.

J. JAC. JERNEFELT *Beſkrifning om ſilkes och bomullas beredande ſå wäl af Utländſk och Swenſk bomull* Stokholm 1747. 4°. ex juſſu Collegii R. Commerciorum.

§. MCCCCLII. *Germani aliqui.*

Friderici Chriſtiani LESSER *Leben des I. Thalius* Northauſen 1747. 4°.

EJUSDEM *Einige kleine Schriften, theils zur Geſchichte der Natur, theils zur Phyſico-Theologie gehörig* ibid. 1754. 8°.

D. P. S. HORN'S *Abhandlung von der Trunkenheit* Leipzig 1747. 8°.*. Vix huc facit.

PETR. AHLWARD *Betrachtung über die Erndte* Stralſund 1747. 8°.

Michael

Michael Gottlieb AGNETHLER, nobilis Tranſylvanus, edidit LINNÆI *ſyſtema naturæ* Hall. 1747. 8°. & *Fundamenta* ibid. eodem anno; & *Bibliothecam botanicam* ibid. eodem anno; & *Claſſes* anno 1748. 8°.

EJUSDEM *De Lauro* anno 1751. 4°.*. Hiſtoria Lauri poëticæ botanica, medica, philologica. Folia adverſus febres intermittentes valere.

Ernſt Gottlob BOSE *De nodis plantarum* Lipſ. anno 1747. 4°.*.

EJUSDEM *De radicum in plantis ortu & directione* Lipſiæ anno 1754. 4°.*. Communia primo omnium radicum recenſet. Inde varias opiniones expendit de cauſa, quæ facit, ut truncus adſcendat, dum radix deſcendit, & aliqua ſua cogitata profert. Inde radices bulboſæ, tuberoſæ, fibroſæ.

EJUSDEM *De ſecretione humorum in plantis* Lipſiæ anno 1755. 4°.*. Varii plantarum ſucci. Particularum diverſi ingenii ſeceſſio, &c.

J. Pauli ZIEGLER *De oleorum deſtillatorum uſu multiplici præcipue in caſtris* Altdorf. 1747. 4°.

Beſchreibung des Nutzens des Spaniſchen Klees Hall. 1747. 4°. Parvus libellus.

J. Georgii KOELDERER *Viſcum plerarumque arborum planta paraſitica* Argentor. 1747. 4°.*. Analyſis primo vulgaris: deinde extractum reſinoſum in cortice uberius, gummoſum in ligno. Nullum diſcrimen ab arborum diverſitate. Vis in epilepſia aliquot experimentis confirmata.

Guſtavi Chriſtiani HANDWIG & CARPOWII diſſ. *De Orchide* Roſtock. 1747. 4°.*

EJUSDEM *De Bryonia, von der heiligen Rübe* Roſtock 1758. 4°.

Chriſtiani Ludovici ROLOF, olim noſtri amati diſcipuli, *Index plantarum, quæ aluntur Berolini in horto Krauſiano* Berolin. 1747. 8°.*. Numerus plantarum inſignis, ordo alphabeticus, adjectæ varietates, & tres plantæ rariores ſculptæ.

J. Caroli Wilhelmi MOEHSEN *Epiſtola* I. & II. *De M.S. medicis, quæ inter codices Bibliothecæ Regiæ Berolinenſis adſervantur* Berolin. 1747. 4°.*. Pro TABERNÆMONTANO. De horto Eyſtettenſi BESLERI, JUNGERMANNII labore perfecto. De collectione plantarum pictarum ELSCHOLZII. De codice M.S. PLATEARII.

§. MCCCCLIII. *Eric. Juvelius.*

Eric. JUVELIUS *Tiär tilwärkningen i Oeſterbotn* Abo 174 . 4°. Diſputationem inauguralem Aboæ, præſide MENANDRO propoſitam, noſter Suecice vertit, & auxit. Bona omnino & ſimplex. Fenni Pinum aliquot ante uſum annis decorticant, tunc decutiunt arborem ingruente hieme, Junio M. picem cocturi. Foveam infundibuli ſimilem parant, in cujus fundo cava eſt arbor, per quam pix liquida in canalem ligneum, inde in dolium fluit. Foveam lignis pineis fiſſis replent, terra tegunt & muſco, incendunt, cavent ne ignis erumpat; poſt

poſt 24. horas tertia pars viæ in cavam arborem ducentis reſeratur, ut incipiat pix liquida fluere: intra ſeptimum diem opus abſolutum eſt. Sylvæ ſufficiunt operi, cum intra trigeſimum annum renaſcantur. Præcedit in fluendo aqua. Pars deterior picis liquidæ excoquitur in vaſis cupreis.

§. MCCCCLIV. *S. S. Jördskötſel.*

SAMUEL SCHULZE *Tägte jörds ſkötſel om ſättet at bruka aker och äng wid ſtora Kopperberget* Stokholm 1747. 8°.* editio ſecunda. In climate aſpero utiliter alterne pratum aratur, ſegetemque fert, iterumque Gramini ferendo permittitur. Malus ager foſſis dividendus, lapidibus & ceſpitibus mundandus, anno prius quam conſeratur, ut in ambuſtarum ſylvarum cinerem fecunda ſementis ſpargatur. Ut paludes corrigantur, foliis Pini, Abietis, arena, ductis foſſis, igne ſubinde adhibito. De aratro, ſiccandis frumentis, &c.

EJUSDEM *Ungdomans upofwande i landbruk* Stokholm 1750.

§. MCCCCLV. *Itali aliqui.*

In *Franciſci* RONCALLI PAROLINI *Europæ medicina* Brixiæ 1747. fol.* excuſa, præter ſparſa de plantarum viribus medicamentos loca, continetur etiam catalogus plantarum circa Brixiam naſcentium.

§. MCCCCLVI. *T. C. Hoppe.*

Tobias Conrad HOPPE *Kurzer Bericht von Erdäpfeln — und den hier zu Lande wachſenden geringen Gewächſen* Wolfenbüttel 1747. 4°.*. In patria auctoris Voigtlandia plurimum Solanum tuberoſum colitur. Corrigit malam in Diario *den Leipziger Nachrichten* editam ejus radicis hiſtoriam: laudat varios ſui Solani uſus: denique recenſet plantas vulgo naſcentes, edulesque.

EJUSDEM *Nachricht von den Weiden-und Dornroſen* Leipzig 1748. 4°.

EJUSDEM *Antwortſchreiben auf die Zweifel J. Friedrich Schreibers von den ſogenannten Weidenroſen* Gera 1748. 4°.*. Non putat, eas Roſas ſalignas ab inſectis eſſe.

EJUSDEM *Vom groſſen Nutzen der Linagroſtis, und eines ſogenannten Wurzelthees* Berlin 1750. 4°.*. Primum a ſe indicatam vim Linagroſtidis ad ambuſta. Thea impoſtura fuerat.

IDEM apud MYLIUM *Phyſic. Beluſt.* n. 11. De Pruno cum ſuis fructibus per hiemem conſervanda.

EJUSDEM n. 18. Catalogus Fungorum.

§. MCCCCLVII. *Chr. Lud. Willig.*

Chriſtiani Ludovici WILLIG, noſtri cari diſcipuli, *Obſervationes botanicæ* Gotting. 1747. 4°.*, me præſide editæ. Adnotationes de plantis 25. Lichenagarici

garici rara varietas. Chærefolium radice tuberoſa recte conſtituit Auctor, multasque plantas ſeparat, a magnis viris miſtas. Novas aliquas cives agri Gottingenſis indicat.

Ejusdem *De plantis quibusdam obſervationes* Gotting. 1762. 8°.*. Accurate per ſuas in flore notas plantas varias conſtituit. Filicem paluſtrem omnino Polypodium eſſe. Plantas ſibi vicinas, certis notis diſtinguit. Characteres accurate definit.

Sic Ejusdem *Illuſtrationes aliquæ botanicæ* Gottingæ 1766. 8°.*. Varietates plantarum, ut Lycopodium officinale clava unica. Plantæ aliquæ deſcriptæ. Fagopyrum ſcandens utrumque parum differre, neque typhoides nodoſum a pratenſi. De Cineraria paluſtri, num differat ab Helenite. Ubique ſpecies accurate definit.

In N. E. N. C. Vol. IV. obſ. 27. iterum botanicas adnotationes edidit. Gentianam faucibus barbatis in tres ſpecies diſtinxit. De Seſeli glauco & annuo. Scutellariam alpinam & lupulinam ſibi eſſe viciniſſimas.

§. MCCCCLVIII. *J. G. Heinze.*

J. Georgius Heinze ad me dedit anno 1747. 4°.* *Commentationem de incrementis botanicæ Contemplationis Muſcorum* Gotting. 1747. 4°.*.

Ejusdem Diſputatio *de Muſcorum notis & ſalubritate* Gotting. 1747. 4°.* Notas claſſicas ſatis certas exſtare negat. Cryptogamiam non eſſe venenatam, cum Muſci omni veneno careant. Vires medicatas Confervæ, Noſtoch, Lichenis Eryngii folio, Lichenis antilyſſi, Uſneæ, Lycopodii repentis, & Sabinæ, Polytrichi, &c.

§. MCCCCLIX. *J. W. Wedel & Hamberger.*

J. Wolfgangi Wedel *Tentamen botanicum, flores plantarum in claſſes & genera, per characteres dividendo, &c. inſerviens* Jenæ 1747. 4°.*. Scopus eſt excludere fructum, & ſolo ex flore characterem genericum ſumere. Id de plantis a Ruppio, in noviſſima editione recenſis. Ordo ex Ludwigii fere placitis. Recudit anno 1749. 4°.*, nonnullis cum emendationibus, in quibus amicis conſiliis obſequium præſtitit.

Edidit etiam *Sendſchreiben wegen der Beurtheilung ſeines Tentaminis botanici* Jen. 1748. 4°.*. Varie ſe excuſat.

Ad hunc librum præfationem non brevem dederat *Georgius Erhard* Hamberger, in utraque editione immutatam. Hambergeri ſtudium non fuit Plantarum, etſi numerum non ſpernendum iconum a Tiemerohtio delineatarum apud eum vidi. Dedit tamen ſua conſilia, cum botanices vitia deploraret. Fructum ſuaſit de charactere rejicere. Primam claſſium dividendarum

 cauſam

cauſam ſumit a ſexu. Calycem a petalo non ſeparat. Ita putat, ſe demonſtraſſe modum, quo omnis ex re herbaria difficultas profligetur.

EJUSDEM *Sendſchreiben an Hrn. Haller wegen der Recenſion des Tentaminis botanici* Jen. 1748. 4°.*, plena minis & convitiis. Sed olim reſponſum eſt (a).

EJUSDEM Diſputatio *de Opio* Jen. 1749. 4°.*. Exemplum pueri a radice Hyoſcyami exſtincti, & inciſi. Opium admiſtum ſanguinem reſolvere, tum ſerum ſanguinis. Inde effectum Opii in corpus humanum narcoticum interpretatur. Sed nullum medicamentum ſanguinem reſolvens narcoticum eſt.

§. MCCCCLX. *Sw. Acad. Handlingar.*

In *K. Swenſk. wetenſkap Academiens Handlingar* 1747. n. 1. *J. Otto* HAGSTROEM, medicus, aliquas plantas Sueciæ indigenas ob utilitatem œconomicam, & tinctoriam indolem laudat.

EJUSDEM eſt *Jämtlands œconomiſka beſkrifning* Stokholm 1751. 8°.*. Liber ſincerus & bonus, plantas utiles & inutiles paſſim adtingit.

EJUSDEM De plantis, quas Renones paſcuntur *K. Swensk. wetensk. Acad. Handlingar* 1750. n. 2. EJ. de plantis, quæ lac animalium ſuo ſapore inficiunt.

In 1747. n. 2. *Hacquinus* HUSS De Lini in Angermannia cultu.

N. 3. ILL. *Fridericus* PALMQUIST De Lini cortice deteriori (werk), de ejus præparatione, ut perinde cum goſſypio neri poſſet & texi.

Patricius ALSTRÖM De cultu & utilitate Solani tuberoſi.

EJUSDEM Experimenta facta cum Solano tuberoſo anno 1750. Trim. 1.

G. LANTINKHAUSEN De ejusdem in Lotharingia cultu.

Et *Carolus* SKYTTE De ſpiritu inde ſtillante.

§. MCCCCLXI. *Mém. de l'Acad. de Berlin.*

In *Mém. de l'Acad. de Berlin* anno 1745. renovatæ & novis legibus conſtitutæ anno 1747. Cl. MARGGRAF experimenta ſua dat de Saccharo vero, quod paravit ex Siſaro, Beta rubra & alba. Succus nempe expreſſus, addito ovi albumine, remota ſpuma depuratus, per ſex menſes lentæ exhalationi permiſſus, Saccharum dat parietibus adnaſcens.

§. MCCCCLXII. *Philoſ. Tranſ.*

In *Philoſophicis Tranſactionibus* anni 1747. n. 482. *Johannes* BROWNRIGG, medicus, egit de vi electricitatis in plantas, luce nempe cærulea ex iisdem educta.

(a) *Götting. Anzeig.* 1748. p. 500.

§. MCCCCLXIII. *Mem. della Soc. Columbaria.*

Eodem etiam anno, *Memorie di varia erudizione della Societa Columbaria* Florentiæ 4°.* prodire ceperunt. In ea I. de S. LAURENTIO De caprificatione agit. Cl. etiam de BAILLOU novam ſententiam de Coralliorum origine animali impugnat.

§. MCCCCLXIV. *J. C. Themel.*

Hoc anno edi cepit *J. Chriſtophori* THEMEL *Obererzgebürgiſches Journal* Annaberg 8°. in quo varia ſunt botanici argumenti, ut in n. 1. de uſu maligno Belladonnæ, de Solano tuberoſo, deque natis ex ejus uſu morbis.

In n. 3. De cultu Petroſelini, Paſtinacæ, Apii hortenſis.

Sic T. IV. V. De agricultura Saxoniæ montanæ.

N. 9. De Oryza in montanis Miſniæ (Hordeo ſeminibus ſubnudis).

§. MCCCCLXV. *Danziger Verſuche.*

Verſuche und Handlungen der naturforſchenden Geſellſchaft in Danzig I. Theil Gedan. 1747. 4°.* *J. Theodorus* KLEIN negat in ſabulo flores conſervari. Sed nos vidimus, eoque ludo ſe plurimum filia noſtra natu minima delectata eſt.

IDEM Plantarum maritimarum hic diviſionem & claſſes proponit.

§. MCCCCLXVI. *Mém. de l'Acad. de la Rochelle.*

Recueil de pieces en proſe & en vers lues dans les aſſemblées de l'Acad. des belles lettres de la Rochelle Paris 1747. 8°. GIRARD de VILLARS agit de Zoophytis. In Tomo II. Paris 1752. 8°. de taxi natura agitur.

OZY, Pharmacopolæ Clarimontani, *diſcours ſur la chymie en general, & ſur, pluſieurs articles de l'hiſtoire naturelle* M. S. Prælectiones habitæ in conſeſſu Academiæ Clarimontanæ.

EJUSDEM *Proſpectus d'une hiſtoire naturelle particuliére a l'Auvergne avec la deſcription du ver lion Mercure de France* 1755.

§. MCCCCLXVII. *E. D. Brucker.*

Emanuel Daniel BRUCKER Baſileenſis, inter publicos ſcribas, cepit edere anno 1748. & cum 23. parte perfecit *Verſuch einer Beſchreibung hiſtoriſcher und natürlicher Merkwürdigkeiten der Landſchaft Baſel.* 8°.*. Partem botanicam putem ad Cl. *Fridericum* ZWINGER pertinere. Catalogi ſunt plantarum, quæ in quaque præfectura ſponte naſcuntur, tum ex BAUHINO decerpti, tunc nuperorum rei herbariæ peritorum civium opere aucti.

§. MCCCCLXVIII. *J. Mich. Seligmann.*

J. Michael SELIGMANN ſplendidum opus anno 1748. edere cepit, in quo *nervos foliorum* ad naturam ſculptos dedit, rubro colore, variis ex foliis. Præmiſit Vir ILL. J. C. TREW hiſtoriam hujus artificii, quæ a SEVERINO incipit. Aliquæ icones maxime auctæ ſunt, adhibito microſcopio ſolari.

§. MCCCCLXIX. *A. Ehrenmalm.*

Arvid EHRENMALM's *Reiſe nach Aſehle Lapmark* Hafniæ 1748. 8°.*, nam editione Suecica careo. Agricultura Helſingica. Scalæ, in quibus cerealia hactenus conſervantur, medio in agro. Abies 3000. (puto 300.) anulis, ad 300. annos adulta. De arboribus ejus lacuſtris Laponiæ.

Utrönte hushålls påminnelſer huru man af en tunna malt må kunna tilreda 80. *kanner öl utan* 40. *kanner ſwagare dricka, och ut en tunna ſad twinga* 18. *til* 20. *kanner brännwin med lös panna och mindra wärk* Stokholm 1748. 8°. Compendia aliqua, quibus copia cereviſiæ & ſpiritus ex hordeo ſtillantis augeatur.

§. MCCCCLXX. *H. C. Paulſen.*

Herman Chriſtian PAULSEN *Zuverläſſige Nachrichten vom Ackerbau der Morgenländer, zur Erläuterung einiger Schriftſtellen aus Reiſebeſchreibungen geſammelt* Helmſtatt 1748. 4°.*. De Orientalium Aratro, Occa, Semente, Meſſe. De Tritico Orientalium, & aliis aut Cerealibus aut leguminibus.

§. MCCCCLXXI. *Otto de Munchhauſen.*

Verzeichniß der in den Münchhäuſiſchen Gärten anno 1748. *vorhanden geweſenen Bäume, Stauden und Kräuter* anno 1748. fol.*. Nomina ſola plantarum horti illuſtris, qui primus in Germania Coffeam maturavit, quem poſſidet vir ILLUSTRISSIMUS *Otto* de MUNCHHAUSEN.

In *Hanover. Anzeigen* 1753. egit de arboribus coniferis. Peritia herbaria eminet.

Edidit etiam Hanoveræ anno 1765. 8°. partem I. *des Hausvaters.* Fuſe de aratro ejusque partibus & delineatione. Inde de modo, quo agri conſeruntur & coluntur. Multum requirit arationum, & anno quo agri requieſcunt, omnino quatuor. De lætamine, Secalis ſementis ipſi auctori duodecupla in meſſe rediit. De cerealibus per ſingula: triticum ſerunt in humidis: ſemina ſicca, neque nimis recentia meliora, imprægnatio inutilis. Vetuſto ſemine uſtilago avertitur. De modo ſerendi, accuate: de occa: glebas majores non nocere. De cylindro qua terra deprimitur, verna cum ſementi neceſſaria. Difficilem cultum eſſe hordei, & fagopyri.

II. *Stück*

II. *Stück* repetit Onobrychidem nemini bene ſucceſſiſſe, quod a noſtris experimentis alienum eſt: Mireris teneram dici, quæ ſit alpinis adſueta frigoribus. De Cowgras, nihi ignoto. Horti varii. Lætamen, de eo ſtudioſe; recte abiegni rami ſummo viro diſplicent. De pratis, nihil helveticis comparabile. Præfert Trifolium, & Medicam Onobrychidi, non expertus. Porro de Lolio perenni non quidem valde laude digno: quod tamen deſcribit. Præfert Avenam elatiorem. Gr. Secalinum habet pro Ryegraſs a Raygraſs diverſo. De Phleo Timotheo, Poa capillari. De Braſſicæ variis ſpeciebus: de Secali ipſo. Non differt vernum ab hiberno, quorum illud illaudabile. Etiam Secale corniculatum ab inſectis eſſe, & de genere Lycoperdi. Conſilia pro villæ domino. Uſtilaginem fieri globulis nigris punctis notatis: eos intumeſcere in aqua, ovales fieri, in animalcula mutari; puncta in globulos & ipſa fieri. Animal diſſilire, & eos globulos, ut ova, relinquere. Hæc animalcula a ſale necari. Etiam fungos eſſe inſectorum laborem: & alibi, clavos ſecalinos eſſe inſectorum habitaculum, & animalia eſſe quæ dicantur ſemina fungorum, quæ & ipſa fungos ſtruant, ut alia animalcula corallia ſtruunt.

Zweyter Theil. Hanover 1766. 8°. Bibliotheca ad rem naturalem omnem, & hactenus ad œconomicam pertinens. P. I. titulos habet: in ſecunda ſelectus etiam reperitur, cum judiciis. Paſſim intercurrunt auctoris experimenta. Vetera & ſterilia arva cum fructu Avena conſeri. Contra uſum *Seminatoris.* Scholam veterinariam Lugdunenſem famæ non reſpondere. Luem armentorum eſſe variolas, & ſimilia remedia poſcere. Populos Italicas vulgares eſſe, quæ in bono ſolo lætius excreſcant, & in deteriori ſolo in parvam ſpeciem redeant. De cultu lini ejusque præparatione. Pro talparum in pratis innocentia. Se fungos ipſum delineaſſe: maxime ad lamellas reſpexiſſe, membranaceas vel carnoſas, integras aut detruncatas.

T. III. Hanover 1768. 8°.* totus ad horti cultum pertinet, & omnes arbores percurrit, quæ coluntur, aut coli poſſent, tum plantas aliquas. Non poſſumus omnia perſequi, agit tamen vir Ill. primum de ſepibus vivis, earumque fabrica: deinde de fruticibus, qui ad eas ſepes ſunt idonei, Oxyacantha, Betula in ſummum vallum terreum plantata; etiam de Pruno ſpinoſa &c. De Chryſanthemo ſegetum deſtruendo, cujus ſemen poſt 20. annos repullulat. Aliqua de fungis edulibus. De milio altiſſimo — non ferre frigora borealia. Plena diſſ. de pomis, piris, aliisque fructiferis arboribus. Unde notæ petantur diſcriminis; contra notam a fructu baſi marginato: inter ea de apetalo piro, ſtaminibus & piſtillis deſtituta. De ſpeciebus piri a Linnæo prætermiſſis. Ceraſorum diſtributio. Negat Padi fructus edi: Venus in Berberi animadverſa, vetuſtas arbuſculas nucleis caſſos ferre fructus. Fragariam ſterilem putat cultu molliri, quod vix putes, cum adeo frequens ſit in locis calidis, ſterilisque maneat. De fruticibus, quorum fructus edulis eſt. De heſperidibus. De herbis edulibus nonnullis. Capſicum uberiori uſu poſſe funeſtum reddi. De melonibus, & ea occaſione ornate de fimo prægnante. De nucibus, & varietatibus avella-

avellanarum &c. De pino quinquefolia, quam eamdem putat in Sibiria naſci inque Helvetia. Solano tuberoſo demeſſa folia non nocere.

In Tomi IV. parte prima, quæ hactenus prodiit, nihil reperi botanici argumenti.

T. V. P. I. tota eſt botanici argumenti. Prodiit anno 1770. 8°. De hortorum novo ſapore, Anglorumque guſtu Chinenſem æmulante. Queritur de falſis & confuſis nominibus arborum Germanicis. Error LINNÆI in Caſſine commiſſus. Exemplum Quercus in aëre ſuſpenſæ, ab infixo ſibi ramo vicinæ Quercus. Claſſes ſtirpium ex vario cultu natæ. De arboretò condendo. Quæ hiemem non ferant. Catalogus alphabeticus fere undique ex LINNÆO ſumtus, neglectis iis, qui arbores Europæ mediæ earumque characteres accuratius deſcripſerunt, neglectis denique omnibus ſpeciebus, quas LINNÆUS omiſit, interque eas variis Salicibus. Aliqua de utilitate cujusque arboris, tum de varietatibus. Betula nana omnino circa Bructerum M. naſcitur, neque in alpibus, ſed in mediocrium montanorum Helvetiæ torfaceis provenit. Sic Celtis in Helvetia tranſalpina non rara eſt: verum hæc omnia vir ILL. a ſuo fonte habet. Cratægus alpina ſpinis caret, neque varietas eſt Ariæ, & cum Meſpili 8. nomine ab ipſo auctore ſeparatur. Pinum Mugho ſeparat, non ita italicam populum. Quercus duas Germanicas diſtinguit. Frangula noſtra ſerrata Rhamnus eſt, non Frangulæ varietas. Roſarum varietates: etiam hic omiſſas a LINNÆO ſpecies omittit ex ſuis fontibus repetere. Sideroxylon deſcribit, ſuo horto proprium, & Munchhuſiam cum icone. Theam nuſquam exſtare niſi Kewi. Ulmorum varietates. Varii catalogi latinus, anglicus, germanicus, gallicus arborum, cum notis exprimentibus varias earum arborum conditiones, nominibus trivialibus LINNÆANIS.

§. MCCCCLXXII. *L. B. Funck.*

L. Bar. FUNCK *Beſkrifning om tiären och Kolugnars inrättande* Stokholm 1748. 4°.*. Juſſu Regio hæc fornax ad coquendam picem, & ad carbones torrendos apta, publice deſcribitur. In fornicata fornace lignum amburitur, & una pix liquida, ejusque fluidius ſerum, oleum Abietis, oleum Tædæ ſeu Templinum, & ſapo tædarius paratur. Magnum hic fit ligni compendium.

§. MCCCCLXXIII. *C. C. Scharmer.*

Chriſtian Carl SCHARMER *Gedanken über die Conſervation der alten und Anlegung neuer Holzungen* Frankfurt 1748. 8°.*. Priorem editionem ignoro, iſta aucta dicitur. Solum, ubi ſylva ſerenda, ter aratur, ſub hiemem ſemen ſpargitur. Ut transplantentur arbuſculæ &c. hæc de Quercu & Fago: inde de mollioris ligni arboribus. Experimenta in Holſatia facta.

§. MCCCCLXXIV. *J. Fr. Neumann.*

J. Friderici NEUMANN, militis, & in municipio decurionis, *Beweis von dem jetzigen ungemein ſchlechten Kornbaue, von deſſen möglicher Verbeſſerung &c.* Berlin 1748. 4°.*. Ex WOLFII placitis prima ſua cogitata ſumſit, non ſatis nempe profunde aut ſementem aut fimum in terram defodi, non ſatis terram laxari, nimis ſero ſeri, occam non ſufficere deſtruendis herbis noxiis. Seminatorem rejicit.

EJUSDEM *Diſcurs über ſeinen Beweis von dem überaus ſchlechten Kornbaue* Berlin 1748. 4°.*. Cum culmum macilentum evulſiſſet, & profunde depegiſſet, in duodecim culmos idem luxuriavit. Macerata ſemina paulo fecundiora eſſe. Occæ ferreos dentes facit, paulum incurvos, &c.

EJUSDEM *Vorſchlag, wie die mögliche Verbeſſerung des Ackerbaues im groſſen möglich zu machen ſeye* Berlin 1751. 4°.*. Pro ſulcis profundis. Contra macerationem aliqua. Pro aratione præcoci, & laxatione terræ, mundatione agri, &c.

EJUSDEM *Nähere Erklärung des Begriffes von der wilden Erde, entgegengeſetzet L. Herzogs œconomiſchen Gedanken* Berlin 1751. 4°.*. Prior libellus eſt inter HOMANNI collectiones; alter pertinet ad emendandum agrum Trifolio conſitum, tum de admiſtis ad fimum frondibus, ſtramine, &c.

EJUSDEM *Hofnungs-volle Gedanken und Vorſchläge zur würklichen Verbeſſerung des Ackerbaues im groſſen ohne Künſteleyen: von vortheilhafter Anlegung der Maulbeer-Plantagen, &c.* Brandenburg 1765. 4°.*. Denique infeliciter cadentibus tentaminibus ſolum coactus eſt vertere.

§. MCCCCLXXV. *Germani aliqui.*

Cl. HANNÆUS *Muſæ naturæ*, quoddam *ſpecimen* edidit, in quo plantæ nonnullæ delineatæ habentur, ut Tuſſilago microſcopio aucta, Galanthus.

Vergnügte Abendſtunden, in ſtillen Betrachtungen über die Vorfælle im Reiche der Natur Kunſt und Wiſſenſchaften zugebracht Erfurt 1748. 8°. 2.Vol.

J. Chriſtian Gerard KNOLLE *vom Halberſtættiſchen Breyhan* Halberſt. 1748.

EJUSDEM *Von den Würkungen des Caffee-Trankes* Quedlinburg 1752. 4°.* Gallice 1752. 4°. ib.

EJUSDEM *Gedanken über einige Materien aus der Arzneywiſſenſchaft* Quedlinburg 1753. ad 1756. 8°. 4.Theile.

EJUSDEM *Sechs und zwanzig vermiſchte Anmerkungen aus der Arzneygelahrheit* Halberſtatt 1758. & 1765. 8°.*. Inter eas diſſertationes eſt de Manna una, & altera de aromatibus; practici argumenti.

Conrad. Samuel Kechelen *De geneſi Camphoræ, ejusque rafinatione* Argentor. 1748. 4°.*. Ut repetita deſtillatione liberetur a terra nigra, ſubacida: melius, ſi cum aqua ſtillaret. Non poſſe Camphoram absque acido nitroſo naſci, cum oleo æthereo conjuncto.

J. Laur. Röst *Luſt- und Kunſtgarten* Nürnberg 1748.

J. Friedr. Pfeiffer's *deutſcher Seidenbau* Berlin 1748. 8°. Zocha.

Chriſt. Sam. Gebauer *De aceto* Erlangen 1748. 4°.

§. MCCCCLXXVI. *Galli.*

In *Hiſt. de l'Académie des Sciences* anno 1748. Cl. Salerne recenſet experimenta noxiæ vi Digitalis purpureæ, quæ aves occidit.

§. MCCCCLXXVII. *Carolus Bonnet.*

Caroli Bonnet boni civis, egregii experimentorum artificis, pii & acuti ſcriptoris, Experimenta de ſeminibus in humectum Muſcum ſatis & germinantibus in *Mém. des Savans étrangers* T. I. proſtant. Rite provenerunt, etiam lætius, etſi fructum vix perficiunt.

In *K. Swenska wetensk. Acad. Handlingar* anno 1756. Trim. II. Idem De bono proventu ſeminum in Muſcum humidum ſatorum.

In *Mém. des Savans étrangers* T. IV. De foliorum vi abſorbente. Nymphæa magis per ſuperficiem inferiorem ſugit. Lolium nunquam ob humiditatem ſoli ex Tritico naſcitur. Lumen plantas tingit.

Ejusdem *Recherches ſur l'uſage des feuilles dans les plantes, & ſur quelques autres ſujets rélatifs à l'hiſtoire de la végétation* Gotting. & Leid. 1754. 4°.*. Plantas alias per ſuperficiem ſuperiorem, alias per inferiorem, ut vulgo arbores, aliquas per petiolum plurimum alimentum haurire. Ramus debilior fit, ſubtractis foliis & viciſſim. Omnia folia ſuperficiem ſuperiorem ad cælum convertunt; & pleræque plantæ ſolem quærunt, umbramque fugiunt: eoque ſuperior ſuperficies ſe curvat, noctu vero ad terram inferior. De variis ſpeciebus foliorum ſibi reſpondentium. Lex naturæ eſt, ne ullum folium alia folia contegat. Culmus Tritici, in quo unica ſpica Lolii. Folia plantata radices agunt. Debilitas & decolor facies leguminum ex defectu luminis. Plantæ etiam ſpirituoſas particulas cum ſuo malo abſorbent. Cotyledones ſubtractæ nocent. Colorati ſucci a radicibus per vaſa propria adſcendunt, non tamen per corticem, neque per medullam. Succus nutritius per vaſa lignea corticis redit in radicem. Uſtilago in Hordei ſpica jam adparet, dum in vagina ſua latet. Opus eximium, & per experimenta natum: Germanice verſum Nürnberg. 1762. 4°. Pars ejus in exſtat *Hamburger Magazin* XIV.

Ejusdem *Conſiderations ſur les corps organiſés, où l'on traite de leur origine, de leur dévelopement, & de leur reproduction* Amſterdam 1762. 8°. 2. Vol.*

Ad

Ad animalia pars major pertinet: Ad plantarum etiam multiplicationem aliqua tamen ſpectant. Corticem nunquam in lignum abire. Germina undique per plantam ſparſa. De inſitione. Libri officia: ut vulnus plantæ curetur. Anuli tumidi ex ſucco deſcendente nati. Hæc in T. I.

Ejusdem *Contemplation de la nature* Amſterdam 1764. 8°. 2.Vol.*. Germanice Leipzig 1766. 8°. Elementa plantarum, vita, œconomia vegetabilis. Plantarum cum animalibus comparatio, fabrica, ejus effectus, nutritio per radices, per folia. Foliorum directio, converſio, plicatio, caules, motus ſucci nutritii, germinatio, incrementum; multiplicatio per ſemen, ſurculos, malleolos, inſitionem, &c. Sed ea tota legi oportet. Germanice Lipſ. 1766. 8°, truncatum.

Ad L. De utilitate foliorum additamenta in Gœtting. Anzeigen 1757. p. 993. miſit, quæ in *novis Actis Literariis* recenſentur. Etiam in plantis natantibus plus ſucci a facie inferiori trahi. Non converti in alias ſpecies Cerealia. Lumen omnino ad integritatem plantarum requiri. Anulum tumidum circa ramum inſititium non eſſe glandulam, quæ ſuccum elaboret.

§. MCCCCLXXVIII. *Angli. Belgæ.*

Richardi Broklesby, celebris clinici, venenatæ radicis, quæ in delatio ſeplaſiis Anglicis pro Gentiana venalis proſtet *Phil. Tranſ.* n. 486.

J. Mitchell M. D. De præparatione & uſu cinerum clavellatorum varii generis n. 489.

Idem in Vol. VIII. *Act. Nat. Cur.* dedit triginta nova genera plantarum in Virginia lectarum, quæ inter eſt Liquidambar, Myrrha (planta umbellifera), Panacea, quæ Ginſeng, umbellifera baccifera, ſexubus tota planta remotis. Præfatur aliqua de principiis botanices: adfines plantas eſſe, quæ ſe mutuo fecundent. Seorſim prodierunt Nürnberg 1769. 4°.*

L. Stoke *Over de heerlyckheed der Natuer* Utrecht 1748. 8°.

§. MCCCCLXXIX. *Miſc. Nat. Cur.*

In eodem Vol. VIII. *Act. Nat. Cur.*

J. Grashuys n. 37. agit De Simarubæ uſu ſalutari in diuturna colica dyſenterica.

J. *Andreæ* Westphal n. 61. De Scilla in aſthmate humido ſalutari.

J. *Chriſtianus* Frege De Camphora & Scirpo maximo ad ambuſta.

§. MCCCCLXXX. *J. Theod. Eller.*

In *Mém. de l'Acad. Royale des Sciences de Berlin* 1748. J. *Theodorus* Eller aliqua ad vegetationem plantarum adfert. Solem aquam urgere in plantarum tubulos, ita

ita frictionem naſci, ex qua terra generetur, uti alioquin aqua in mortario trita in terram abit. Ramum ſterilem fieri, cujus folia reſecantur.

Idem anno 1749. Aliqua de terra fertili, ejusque potiſſimum oleo. Chemici cæterum fere argumenti.

Idem anno 1752. in Tomo VIII. Experimenta fecit in ſeminibus vegetantibus, quorum incrementa adjuvante microſcopio perſecutus eſt. De animalculis infuſoriis. Prima vaſcula nutritii ſucci, quorum duo faſciculi radicem ſubeant cum initio caulis: radicem priorem formari ob ſuccum uberiorem, tardius trunculum, cum radicis vaſcula aperta humorem de terra ſugant: ita deſcendit illa trunculus autem, cujus vaſcula clauſa ſunt, erigitur & adſcendit. Hæc collecta redierunt in Cl. viri *phyſicaliſch-chymiſch-medicinaliſchen Abhandlungen* Berlin 1764. 8°. 2.Vol.

§. MCCCCLXXXI. *Stephanus Kraſcheninnikof.*

In *novis Commentariis Academiæ Imperialis Petropolitanæ*, ad annum 1748. pertinentibus, *Stephanus* Krascheninnikof novas plantas deſcripſit, Perſicariæ ſpeciem, & Lunariæ, & Thalictri. Icones addidit. De ejus viri Flora Ingrica dictum eſt p. 309.

Cum Gmelino comes datus eſſet, ab eo miſſus in Kamtſchatkam, eam regionem, totam novam, adiit, multas in ea pulchras plantas legit, & paſſim ad Linnæum alioſque miſit: reliquit *hiſtoriam naturalem Kamtſchatkæ* Petropoli 1754. 4°. impreſſam cum titulo *Opiſanie Zemli Kamtſchatki Sotſchenemoje;* cujus quaſi compendium Anglice prodiit Gloceſtriæ 1764. 4°.*, cura *Jacobi* Grieve M. D. cum titulo, *The hiſtory of Kamtſchatka and the Kurilian Islands.* Germanice etiam Lemgoviæ 1766. 4°. editum, integrum etiam inſertum in D. Chappe iter Sibiricum, inque ejus alterum tomum. Paris 1768. 4°. Gallice etiam recuſum Paris 1768. 12°. 2.Vol. Pars botanica in ea editione non eſt aucta. Obiter & breviter aliqua de arboribus ſylvas componentibus: de plantis edulibus, de Sphondylio, ex quo ſpiritus ſtillet: de Allio ad ſcorbutum utili: de Anemone venenata, &c.

In *Nov. Act.* T. II. Aceris ſpeciem foliis oblonge cordatis deſcribit, producit experimenta aliqua de vegetatione plantarum. Macerationem ſeminum in lacte Cucumeres mitigare falſum eſſe reperit. De cauſa, cur radix ſemper deorſum, caulis ſurſum protrudatur; eam refert ad vires incognitas. Caulem terram non adtrahere, ſed radices. Aquam puram optimum eſſe plantarum alimentum: in ſicciſſima terra plantas provenire. Cepe non creſcere, ſed elongari.

§. MCCCCLXXXII. *S. Wet. Acad. Handl.*

In *K. Swenska Wetenskaps Handlingar* 1748. Vol. IX. n. 1. Cl. Lindfors De agri cultu.

N. 2. Anonymus De meliori uſu fimi.

N. 4. *Guſtavus* BONDE De utilitate foliorum, qua ſuccum a radice acceptum præparatum oculo reddunt, tenerum florem protegunt.

ILL. femina Comitiſſa Eva de la GARDIE ſpiritum ex Solano tuberoſo obtinuit, tum amylum, & cum Avenæ farina bonum panem.

§. MCCCCLXXXIII. *A. G. Kæſtner.*

ILL. vir *Abraham Gotthelf* KÆSTNER in T. III. *Hamb. Mag.* vim fecundantem farinæ antherarum defendit, & ad MOELLERI argumenta pergit reſpondere in *Hamb. Magaz.* T. V. VI. VII.

§. MCCCCLXXXIV. *Gœttingiſche Anzeigen.*

In *noſtro Diario Gœttingiſche Anzeigen*, recenſendis quidem libris deſtinato, paſſim tamen aliqua non aliunde repetita exſtant, ut anno 1748. p. 540. de colore cyaneo ex Cyano ſegetum ad Croci ſimilitudinem parando. p. 640. De Stramonii funeſto effectu. Anno 1752. De Spigelia anthelmintica & Fungo BROSSARDIANO, de ceſpite bituminoſo torf. Anno 1755. ad quæſtionem propoſitam de plantis coriariis bona reſponſa tulimus, & Geniſtæ potiſſimum ſcopariæ utilitas detecta eſt.

§. MCCCCLXXXV. *C. G. Grundig.*

Hoc anno prodiit pars I. C. G. GRUNDIGII V. D. M. *Neuer Verſuch nützlicher Sammlungen zur Natur- und Kunſtgeſchichte, ſonderlich von Oberſachſen* Schneeberg 8°.* cujus 48. partes prodierunt. EJUS Diarii partes 27. habeo. Pleraque ad rem metallicam pertinent. In T. I. P. 3. agit de pernicioſo Cicutæ eſu. N. 11. Varia collecta ad regnum vegetabile.

§. MCCCCLXXXVI. *Angli.*

In egregio opere *The preceptor containing a general courſe of education* London 1748. 8°.* inque libro VIII. Plantæ aliquæ magis memorabiles depinguntur, & deſcribuntur.

§. MCCCCLXXXVII. *Antonius de Ulloa.*

D. JORGE' JUAN y D. ANTONIO ULLOA *Relacion hiſtorica del viage de la America Meridional* Madrit 1748. 4°. 4.Vol. Gallice & Germanice verſum, & recuſum in collectione itinerum. Varia ad univerſam naturam adnotavit, ad plantas pauca. Aliquas tamen recenſuit, circa Carthagenam naſcentes, & inter eas arborem balſami Tolutani, Bananas Guineos. Inde de nonnullis Peruvianis plantis, ut ſerico arboris Ceiba: de fructu Chirimoyas, Frago Peruviano &c. Corticem Peruvianum provenire circa Locham, etiam circa Cuencam, ab ULLOA detectum: vim ab incolis ignorari, qui ob uſus tinctorios ab Europæis quæri putent. Meliora eos noſter docuit. De Coccinella pariter circa Cuencam naſcente,

te, ubi confirmat, eſſe vermiculum. Cinnamomum ſylveſtre vere putat in Peruvia provenire. Aliqua de plantis deſertorum Paramos.

Miſcellanea phyſico-medica ex Academiis Germanicis depromta Florent. 1748. 4°. Sunt Diſputationes inter quas eſt, de malorum citriorum præſtantia F. HOFMANNI opus.

§. MCCCCLXXXVIII. *Germani.*

In *Auguſti Chriſtiani* CRUSII *Anleitung über natürliche Begebenheiten nachzudenken* Leipzig 1749. 8°.* Pars ultima, & brevis, ad plantas pertinet.

J. A. H. (HERZOG) *Neue Acker-Theorie, oder neu entdeckte Oberflæche der Erde, nach welchem die von* KRETSCHMAR *angegebene Pflugart mit wenigen Koſten alſo zu nutzen, daß alle Jahre der Ackerbau um einen Drittel vermehret werde* Magdeburg 1749. 4°.

Franciſc. Chriſt. JETZE *Von weiſſen Haaſen, und einer Beere, deren Heilungskraft man entdeckt hat* Lübeck 1749. 8°.* Nempe de Vaccinii rubri utilitate medica adverſus ambuſta.

Anweiſung, wie die weiſſen Maulbeerbäume vom ſaamen gezogen, verpflanzt und gewartet werden ſollen Stuttgard 1749. 8°. Ut etiam folia minimo labore colligantur, ad Chinenſium morem, & reliquum Mororum cultum breviter deſcribit & dilucide.

Haushaltungs-Lexicon, darinn was zur Erhaltung der Geſundheit nöthig, und wie man dieſelbe erhalten und vermehren ſoll Leipzig 1749. ad 1751. 4°. 3. Vol.

Chriſtian David BROTBECK *Selectus materiæ medicæ* Ulm. 1749. 8°.

Berneriſches Kochbüchlein 1749. 8°.

Petri von HAMEL *Pharmacopæa hodierna* Utrecht. 1749. 8°.

In *Hamburger-Magazin* T. IV. anno 1749. *Johannis* POYNTZ deſcriptio inſulæ Tabago, quæ hic dicitur ex codice M.S. anni 1653. edita fuiſſe. Plantæ beatæ inſulæ etiam recenſentur. Nomina oportet emendare.

In J. AUG. ROESEL *Inſect. Beluſt.* T. II. Nurnberg 1749. 4°.* Stapelia depingitur.

Joſ. Lud. ROUSSAY *De fumaria vulgari* Argentor. 1749. 4°.

Georg. Chriſtoph. DETHARDING *De Seneca radice* Roſtoch. 1749. 4°.

EJUSDEM *De exoticis quibusdam merito retinendis* Butzow. 1765. 4°.

§. MCCCCLXXXIX. *D. G. Ehret.*

Dionyſius Georgius EHRET, induſtrius pictor, & potiſſimum in plantis depingendis exercitatus, ipſe demum cum vivis coloribus tabulas edidit, ni fallor quin-

quindenas. Inter eas duæ ſunt Martyniæ, Oldenlandia, duo Cytiſi, Papaja, Sherardia MILLERI, Napæa, Hura, cum toto charactere. Malles non commiſtas in una tabula plantas.

In *Nov. Act. Nat. Cur.* Vol. II. delineatas dedit arborem Saſſafras, Jaſminum pulcherrimum, Lithoſpermi ſpeciem.

In *Phil. Tranſact.* Vol. LIII. deſcribit plantam Orchideam, cui alia a labello nectaria ſunt, & Walkeriam Bugloſſo adfinem. Adrachnen etiam delineavit.

§. MCCCCXC. *B. Wilkes.*

Benjamin WILKES *English Moths and butter flies with the plants flowers and fruits whereon they feed and are uſually found* prodierunt London 1749. fol. cum vivis ſplendidisque coloribus. Plantæ ab EHRETIO & *Jacobo* van HEYSUM delineatæ ſunt, additis nominibus. Cum morte auctoris, puto, operi finem eſſe impoſitum.

§. MCCCCXCI. *T. F. Dalibard.*

Thomas François DALIBARD *Floræ Pariſienſis prodromus, ou Catalogue des plantes, qui croiſſent aux environs de Paris*, Paris 1749. 8°.*. LINNÆI nomina laudat, iisque plantas ſoli Pariſini inſignit; vim vocum LINNÆANARUM definitione illuſtrat, & tabulis æneis. Loca natalia non bene omiſit, neque videtur novas ſpecies producere. Subinde auctorem ſuum in ipſis moribus ſequitur, & conjungenda ſeparat, ſeparanda conjungit, etiam diverſis cum nominibus eamdem plantam repetit. Varietates ſubjecit. Sola nomina.

IDEM in T. I. *Mémoir. des Savans étrangers* Reſedam Ægyptiam habet pro varietate vulgatioris.

§. MCCCCXCII. *Galli.*

Abrégé des élements de botanique, ou méthode pour connoître les plantes, Avignon 1749. 8°.*. Characteres TOURNEFORTIANI. Mireris ignaviam, qui genera nova maluerit pro appendice ſubjicere, quam in ſuas claſſes repartiri.

DESMARS *Obſervations d'hiſtoire naturelle faites aux environs du Beauvais* Mercure de France 1749. Juin, recuſæ in ALLEON DU LAC *melanges d'hiſtoire naturelle* Lyon 1765. 12°. De plantis peculiaribus Bellovacenſium, aquis mineralibus prope cœnobium S. PAUL, de aëre paluſtri ejus regionis. De terris & mineralibus ex quibus eæ ſcaturigines prodeunt.

EJUSDEM *Lettres concernant quelques plantes, qui naiſſent en Picardie.* In *Commentariis Academiæ Ambianenſis* M.S. *Biblioth. hiſt. de la France.*

Franc.

Franc. David HERISSANT *An acetum ciborum condimentum ſalubre* Paris 1749.

EJUSDEM HERISSANT & MACQUER de Kautſchuk in oleo ſolubili, in *Mém. de l'Acad. des Scienc.* 1769.

Laurentii FERRET *An in acutis diæta ex ſolis vegetabilibus* Paris 1749. 4°.

Recueil d'obſervations curieuſes ſur les mœurs, &c. & *l'hiſtoire naturelle de différens peuples de l'Aſie, de l'Afrique & de l'Amérique* Paris 1749. 12°. 4.Vol.*. Fere ex *Léttres édifiantes* excerpta collectio, in qua, absque ullo vero nexu, varia habentur, etiam ad hiſtoriam naturalem Chinæ potiſſimum & Coromandeliæ, tum Americæ, pertinentia.

§. MCCCCXCIII. *G. Rud. Bœhmer.*

Georgius Rudolphus BOEHMER, Profeſſor Wittebergenſis, LUDWIGII diſcipulus, potiſſimum laborem in plantis inpendit. Primum opuſculum, penes me, eſt diſputatio *de plantis*, *de caule bulbifero* Lipſiæ 1749. 4°.*. Eos bulbos non pro vitio, ſed pro perpetuo naturæ opere habet, valde gemmæ adfini, quod infecundi ſeminis locum teneat, plantamque ſuam reparet. Inde recenſet plantas, quibus ejusmodi ſunt bulbi, aut ſemper, aut aliquando: tum eas, quæ folia pro floribus proferunt.

EJUSDEM *Flora Lipſiæ indigena* Lipſ. 1750. 8°.*. Auxilium GLEDITSCHII laudat, qui characteres & genera Filicum cum eo communicavit, & Graminum ordinem. Plurimas adnotationes utiles interſperſit. Cruciatam recte monet, non poſſe a Galliis removeri: multas ſtirpes a LINNÆO pro varietatibus habitas, utiliter reſtituit.

EJUSDEM *Plantæ faſciatæ* Witteberg. 1752. 4°.*. Recte adnotat, petala ſubinde, calycem perraro, ſtamina perſæpe numero ludere. Recenſet numeroſas plantas faſciatas: in Ornithogalo & Pomis amoris ſæpe vidit flores coaleſcentes. Calycem rariſſime numero partium variare.

EJUSDEM *De celluloſo vegetabilium contextu* Witteberg. 1753. 4°.*. Naſci paulatim ex humore viſcido. Vaſa ſuccifera in tenera planta fere ejusmodi textu repleri, in adulta inania eſſe, neque ullas eſſe valvulas. Nulla vaſa aërea admittit Cl. vir, quæ ſuccifera ſint, & quæ inferne inania, ſuperne tamen celluloſa tela plena repererit. Medulla & ſpongioſa pars corticis fit celluloſa tela, tum qui dicuntur utriculi, denique & ſuccifera vaſa eo refert, adeoque folia floresque. In ea tela ſuccum plantarum perfici: ab ea ſucci varietatem pendere, & motus elaſticos, &c.

EJUSDEM *De nectariis florum* Witteberg. 1758. 4°.*. Non debere id nomen dari, niſi veris ſcrobibus, ſuccum ſuum dulcem retinentibus; non adeo alias a LINNÆO eo relatas particulas eo nomine recte inſigniri. Vera nectaria conſtantia eſſe, & ad genera definienda idonea, & ſuccum dulcem ad incrementum plantarum neceſſarium percolare.

In

In programmate adjecto de *ornamentis* agit, *quæ præter nectaria in floribus reperiuntur* anno 1758. 4°.*. De ſquama Scrophulariæ, glandulis, elaſtris, genere Perſicariæ conſtituendo.

Ejusdem *De Melocacto* anno 1758. 4°.* accurate deſcripto, cum transmutatione ejus in Cerei ſpeciem.

Ejusdem *De chirurgia curtorum in vegetabilibus feliciter inſtituta variis modis* Witteberg. 1758. 4°.*. Laudat inſitionem rami oblique truncati, & ad ramum pariter oblique truncatum adaptati. Fibras utriusque connaſcentis rami non inordinatam induere fabricam contra du Hamel; & utrumque ramum ita conſervere, ut nullum veſtigium diſcriminis ſuperſit.

Ejusdem *De virtute loci natalis in vegetabilia* Witteberg. 1761. 4°.*. Plurimas plantas proprium locum natalem habere, quem noviſſe perutile ſit. Ab eo loco natali multa in ſtatura, etiam in ſtructura plantarum mutari, demum in charactere, inque medicatis viribus.

Ejusdem *Monita de ſerendis vegetabilium ſeminibus* Witteberg. 1761. 4°.*.

Eadem *continuata* anno 1761. 4°.*. De temporibus ad ſerendum opportunis. Nulla vis Lunæ. De terra ad ſemen recipiendum præparanda: de ſeminibus terra obtegendis.

Ejusdem *Planta res varia* Witteberg. 1765. 4°.*. De plantis, quæ renuunt in claſſem redire. De conjungendis, quæ ſexu diſſentiunt, reliquis notis conveniunt. Nomina analoga in plantis analogis opportuna eſſe. Sed legere oportet.

Idem *auctariorum & emendationum operis* Blakwelliani magnam partem elaboravit.

Et anno 1760. 8°. *Definitiones plantarum* Ludwigianas auctas & emendatas edidit.

Ejusdem *De plantis in cultorum memoriam nominatis* 1770. 4°.* docta diſp. & plena emendationum Linnæanorum nominum.

§. MCCCCXCIV. *Carl Swedenstierna.*

Carl Swedenstierna *Medel och utwägar til rikets uphiälpande genom Landbrukets flitiga och obehindrada upodling* Stokholm 1749. 4°.*. Suecos nimis augere agros, non ſatis ſibi pratorum parare, ſervari ad agrum meliorem partem fundi. Ut augenda fimi penus. Ut foſſis ductis, evulſis lapidibus repletis, & terra tectis, effluvio aquæ parato, prata meliora reddantur. Sub autumnum arandum. De ſelectu ſementis; de ſulcorum & porcarum ductu, &c.

§. MCCCCXCV. *Petrus Strandberg.*

Peter Strandberg *Anledning til akerbrukets förbättring och ſnaſa uphiälpande after flera åhr forſok och rön* Stokholm 1749. 4°.*. Fimum componit, cum terra & calce per tres annos admiſtis: eum fimum poſt aratrum ſator ex

ex ciſta dimittit: poſt fimum vero alius agricola ſemen in ſulcum ſinit elabi. Amat ſemen macerare: nonnullos agros emendat aqua detracta, deinde per duos annos inmiſſa.

§. MCCCCXCVI. *Sueci aliqui.*

Några förſök om ſkogs planteringen och ſkogs rätta ſkötſel Stokh. 1749. 4°.* Terram ſteriliſſimam ericetorum tegit ramulis & fronde, quæ poſtquam computruit, terra nunc arbores ſerendas admittit. Sylvæ parcit, dum folia frondesque ei non invidet.

Georgii SUECI (pſeudonymi) *Colloquium œconomicum eller en upbyggeligit ſamtal angående œconomiſke ſtycken* Stokholm 1749. 4°.*. Varia vitia agriculturæ Suecicæ reprobat. Ex terra ſubtili in aqua diſſoluta plantas ali: ſales medios ad vegetationem adjuvandam nitro meliores eſſe. Prata autumno non depaſcenda, & tegenda calce. De varietate terræ. Populari omnia ſermone.

Underrättelſe om jordpärens plantering nytta och bruk 1749. 4°.*. Cultum Solani Pottatoes juſſu collegii commerciorum editus libellus docet.

Algott SCARIN & GRUNDSTRÖM *De agricultura* Abo 1749. 4°.*. Generalia aliqua, & nobiliſſimæ artis commendatio.

SUEN BRING *De chartis* Lund. 1749. 4°.

§. MCCCCXCVII. *Belgæ.*

La figure de la terre déterminée par Mrs. BOUGUER *&* *de la* CONDAMINE Paris 1749. 4°.*. Paucula huc faciunt. Ferula arboreſcens, ut navigia ex inde conſtruantur. Fructus Regni Quitenſis edules. Cortex Peruvianus circa Tarqui naſcens. Germanice recudi feci in collectione itinerum Gottingenſi.

Pharmacien moderne Paris 1749. 12°. Ut optime vires medicatas de plantis educantur. De gummi guttæ. Ex omni planta gummi educi poſſe. Fieri ex muco plantarum cum oleo æthereo gummi reſinam: de manna, ſaccharo, melle. Reſina ex oleo terebinthinæ cum oleo vitrioli nata. De Myrrha, Aloë, eorum præparatis.

§. MCCCCXCVIII. *Peter Schisler.*

Peter SCHISLER *Hälſinga hushålning* Stokholm 1749. 8°.*. Patriæ ſuæ agriculturam deſcribit. Panem edunt cortice Pini miſtum. Hordeum colunt, & Linum, hoc potiſſimum, quo alimenta quærunt.

EJUSDEM *Beſkrifning öfwer Jerlſö ſokn i Helſingoland* 1754. 8°. Habet etiam agriculturam.

In anno 1750. *Swensk. Wetensk. Acad. Handl.* egit de tela ex Lupulo paranda.

EJUSDEM Currus ad exterenda frumenta, qui decem hominum laborem compenſat *K. Swensk. Wetensk. Handlingar* 1761. n. 3.

§. MCCCCXCIX.

§. MCCCCXCIX. *Egerhard Olavii.*

Egerhardi OLAVII *Enarrationes hiſtoricæ de natura & conſtitutione Islandiæ* Hafniæ 1749. 8°.*. Ericeta, quibus fruticibus conſita. Torfeta. Islandi ſuis ſe curant plantis, &c. Pars major opuſculi pertinet ad res foſſiles. Plantas tamen etiam collegerat, & in Europam miſerat.

§. MD. *Carolus Hârleman.*

Caroli HÂRLEMAN *Dagbok ofwer en ifrân Stokholm igenom atſkilliga rickets Landskaper giord reſa* Stokholm 1749. 8°.* In Scaniam, Gothiam, & ſecundum Albim Gothicam. Paſſim naturæ dotes recenſet, utque meliores in uſus vertantur, dat conſilia. Arbores malis aptas non naſci, niſi media in denſiſſima ſylva.

Alterum ejus iter anno 1751. 8°.* prodiit. Foſſas per prata ductas lapidibusque impletas laudat. De malo, quod Quercus a coriariis cerdonibus patiuntur. Utilitas ſativi Rapi. Ad ſerendas & plantandas arbores edules exhortatio. Plura alio loco laudabimus.

§. MDI. *Angli aliqui.*

The complet Floriſt London 1749. 8°. cum centum tabulis æneis, in uſum pictorum.

Tabago London 1749. 8°. cum hiſtoria naturali hujus inſulæ.

JOHN BARROW *Medical dictionary or an explication of all the terms uſed in Phyſik, Anatomy, Surgery, Chymiſtry, Pharmacy, Botany* London 1749. 8°.

A method of tanning without Bark Dublin 1749. Potentillam ad coria optimum eſſe.

§. MDII. *Itali aliqui.*

Memorie ſtoriche ſopra l'uſo della Cioccolata in tempo di digiuno Lucca 1749. 8°.

CRISITEO STILITA *Rifleſſioni ſopra alcuni ſonniferi &c.* Milan. 1749. 8°.*

JOHANNIS de YSASI Y JASMUNDI *De natura & proprietatibus corticis Simaruba* Madrit 1749. in *Catalogo de los attos literarios de la Academia Medica.*

§. MDIII. *B. Pauli.*

Biörno PAULI *Specimen obſervationum, quas circa plantarum quarumdam marinarum maris Islandici, & ſpeciatim Algæ ſaccharifera dictæ, originem, partes & uſus collegit* Hafniæ 1749. 4°.*. Novem Fuci ſpecies deſcribit, partim pecori ſervientes alendo, partim foco. Deſcribit autem potiſſimum Algam ſacchariferam, quæ preſſa, ſiccata, loco clauſo ſibi permiſſa, per hiemem, Saccharum ſudat, durabile & utile. Ignem etiam ſubjecit, ſalem reperit lixivioſum.

§. MDIV. *F. L. Norden.*

F. L. NORDEN *Voyage d'Egypte & de Nubie* Coppenhague 1749. vel 1750. prodiit, & 1755. Regio juſſu vir Cl. Ægyptum adiit, multa paſſus in urbe Der, quæ jam eſt Nubiæ. Arbores etiam aliquas inter dona naturæ depingit, Caſſiam fiſtulam & arborem Oſchar flore pentapetalo, fructu ovali, umbilico adtracto, folio ovato. In editione Anglica anni 1757. 8°. forma edita hæ tabulæ deſunt. Gallice vertit M. de PARTHENAI 1750.

§. MDV. *Iſrael Reinius.*

Iſrael REINIUS *Anmärkningar ſamlade under en Reſa til China* Abo 1749. 4°.*. De inſula Bourbon, ejus fructibus, & primario de Saccharo. De Chinenſium diligentiſſima agri cultura, &c.

§. MDVI. *T. Tiburtius.*

TIBURTIUS TIBURTIUS in *K. Swenska Wetensk. Acad. Handl.* 1749. *Trim.* I. & *anno* 1750. *Trim.* 3. deſcripſit Hordeum *Himmelskorn*, ejusque cultum.

EJUSDEM De deſtruenda Avena ſylveſtri anno 1750. *Trim.* 4.

EJUSDEM *Om Oſtergötlands förmoner och olägenheter* Stokholm 1761. 8°.*. Carpit nimis præmaturum fœniſecium, ante ſeminum maturationem. Deteriori etiam conſilio terra pratorum agrum fecundant, ut prata pereant. De variis naturæ dotibus.

EJUSDEM *Deſcriptio œconomica regionis Wreta Cloſter* in *K. wet. handl.* 1755.

EJUSDEM *Anmärkninger wid hushollninge i Oeſtergotland* ib. anno 1756. 8°.* Aliqua ad agriculturam, pleraque ad foſſilia.

EJUSDEM in *Handlingar* 1766. 4°. Thlaſpi ſiliquis latis cimices fugare.

§. MDVII. *K. Sw. Wet. Acad. Handl.*

Theodori ANCARCRONA etiam in *K. Sw. Wet. Handling.* 1749. *Trim.* n. 1. De Berberide, ejusque uſu medico & œconomico.

Anno 1750. n. 1. De Aſparagi cultu.

Bernardi Joachim. BOHNSACH n. 3. De ſeminario glandium, & modo ſerendarum Quercuum. Glandes autumno terræ mandat; primo anno teneras arbuſculas putat; in plantarium transponit; tum demum in ſylvam, quando quintam vel ſextam ulnam æquant, detruncatis plerisque ramis.

Jacobus SIÖSTEEN De eradicanda Avena erratica, per Secale, quod intra aliquot annos hanc Avenam extinguit; vel etiam, verno tempore, foſſo agro, ſatoque Hordeo.

J. Lau-

J. Laurentii HUSS Experimenta capta in ſerenda Nicotiana Turcica, & Fagopyro Siberico, quod utiliter ſuccrevit.

Danielis THUNBERG Seminator ibid. n. 4.

§. MDVIII. *Mém. de l'Acad. des Sciences.*

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* anni 1749. ex itinere Italico A. NOLLET refert de Cannabe fruticoſa Italica. De integra ſpoliatione Mororum in Hetruria, quæ absque noxa fit: de acervis fœni compactiſſimis in Pedemontio; de Myrti uſu ad opera coriaria.

§. MDIX. *Selecta phyſico œconomica.*

Selecta phyſico œconomica, diarium utile, Stuttgardiæ 1749. cepit edi. Primus tamen Tomus anno demum 1752. abſolutus eſt, dirigente, ni fallor, viro ILL. *J. Alberto* GESNER. In eo Tomo de ceſpite agitur bituminoſo, circa radiculas ſphagni mollis formato, accedente bitumine. Ut arbores ſylvaticæ ſerantur, plantentur. Commendatur inſitio vitium. De enormi vite 3000. racemorum feraci. De cultu Avenæ, & Onobrychidis. De Mori ſatione. De Rubiæ cura. De uſtilagine, calce avertenda, quæ cum ſemente miſcetur. Cultus Luteolæ & Carthami. Salicis utilitas ad continenda valla, &c. Ex foliis Aurantiorum plantas convaleſcere confirmatur. Lapathi vulgaris vis tinctoria.

§. MDX. *Petrus Homann de Hohenthal.*

Petrus HOMANN, Baro de HOHENTHAL, anno 1749. cepit Lipſiæ edere *Oeconomiſche Nachrichten*, quarum quotannis Tomus unus prodiit. Pene totum Diarium ad agriculturam pertinet. KRETSCHMARI ænigma non aliud eſſe præter profundiores ſulcos. De Medica ſativa: de pratis & paſcuis: de ſerendis ſylvis: de præſtantia ſationis profundæ, aut in ſuperficiem datæ. De mundatione ſati ſeminis. Cl. ORTHIUS in conſilia NEUMANNI. Contra BUFFONII cultum Quercuum, ut noxium, & quem proprius auctoris eventus improbaverit. Contra nimis late patentia KRETSCHMARI placita: poſſe terram inferiorem etiam ſterilem eſſe. Dubia contra Onobrychidis utilitatem. De frumento Walachico ſpica ramoſa. De fimo vario: de ſabuloſi agri vana ſpe. Aliqua ORTHII, & ejus ſeminator. De Aſparagi cultu. ORTHIUS deſcribit Cerealium florem. Arbores ſolitariæ ad ſylvam reparandam deſtinatæ defenduntur. Lixivium ad macerationem ſeminis commendatur.

IDEM poſt hoc Diarium abſolutum anno 1763. *Neue œconomiſche Nachrichten* cepit edere, quorum pars 44. Lipſiæ 1768. prodierat. Prior collectio anno 1763. cum 150. numero finem fecerat.

Idem Ill. Homannus cum anno 1751. cepit edere novum Diarium, *Oeconomiſch-phyſicaliſche Abhandlungen*, quo integræ diſſertationes continentur, potiſſimum etiam ad agriculturam & œconomiam publicam faſcientes. Præter libellos Moelleri alibi dictos, hic habet deſcriptionem Tribuli aquatici.

In *Oeconomiſch-phyſicaliſche Abhandlungen* T. II. eodem anno 1751. edito multa ſunt *Georgii Auguſti* Hofmanni de plantarum degeneratione, ſeu reditu in ſtatum naturalem: nam degenerationem Cerealis in aliud Cereale recte rejicit. De vegetatione & anima plantarum. Contra evolutionem, ſecundum quam ſemina olim, ut numeroſioribus germinibus fota, oporteret fuiſſe majora.

In prioris *Diarii*, *Oeconomiſche Nachrichten* tomo II. multa utiliter monentur, de frumento luxuriante, de cultu Aſparagi; de Medica & Onobrychide, non ſatis diſtinctis. Herzogius pro ſulcis profundis; Thlaſpi ſiliquis latis ad fugandos curculiones utile. Contra Kretschmari conſilia. Cultus & laus Onobrychidis.

In *Oeconomiſche Nachrichten* T. III. Lipſ. 1751. 8°. libellus eſt Neumanni *von der wilden Erde*, qui contra Herzogium terram inferiorem habet pro ſterili, hinc profundam arationem rejecit. Reichardus vitium Braſſicæ non pomiferæ (Schalke) in malo ſemine & terra frigida ponit. Cerealium morbum, quem neſcio cui malo genio Pilſenſchnitter tribuunt, invenit ab inſecto oriri. Laudatur Gramen Mariæ.

Oeconomiſch-phyſicaliſche Nachrichten T. IV. anno 1752. 8°. Laudes Medicæ ſativæ: Trifolium ſativum rejicitur, quod inconſtans ſit, & ventriculum inflet. Aliqua de utilitate profundorum ſulcorum: Succeſſus non reſpondit. Contra pratorum utilitatem, ignari hominis. Opera ruſtica Thuringiaca. Curculionem non auferre ſemini vim germinandi. Iter Oeconomi per Hanoveranas & Brandenburgicas regiones.

In *Oeconomiſch-phyſicaliſche Abhandlungen* T. III. Primus & bonus libellus agit de Lupulo, ejusque cultu: ſingulari folio dimidium germen adponitur, oppoſitis bina. Deinde hic & T. IV. longus labor D. Hofman de fermentatione incipit, quam cum putredine conjungit. In T. IV. qui & ipſe eſt hujus anni & ejusdem auctoris, de aratro ejusque fabrica: tum de Aquifolio tractatus anonymi.

Diarii *Oeconomiſche Abhandlungen* hoc etiam anno 1753. prodiit Tomus V. & VI. Aliqua huc faciunt Moelleri.

In *Oeconomiſche Nachrichten* T. V. Lipſiæ 1753. 8°.*. De agricultura Danica. De Gramine Mariæ. Adnotationes œconomicæ ex itinere Saxonico. Doebelii in Sylvandri ſylviculturam adnotationes, & Ejusd. de Fraxino l. Iterum de Thlaſpi ſiliquis latis. De modo demetendi frumenta. De variis cerealibus,

libus, de primis incrementis Tritici, Secalis, Avenæ, & Hordei. Num Hordeum hexaſtichum fructuoſius ſit diſticho. LEOPOLDI de coquenda Cereviſia: de excutiendo grano. De Aratri fabrica. De artibus TULLIANIS. De fronde tamquam pabulo, ſatura. De ſemente Lini. De uſtilagine. De Gramine cyperoide noxio Segger. De agricultura Luſatica varia.

In *Oeconomiſche Nachrichten* 1754. T. VI. M. ORTH De herbis noxiis, quarum nomina vix adgnoſcas. De aratris Saxonicis. De cultu Lupuli, De Gramine Mariæ, quod videtur Spergula eſſe. De Braſſica, & de Solano tuberoſo pro pecore colendo.

In *Oeconomiſche Nachrichten* T. VII. 1755. Anonymus inſectum deſcribit, quod Hordeum ſtrumoſum reddit. Alius laudavit Thlaſpi ſiliquis latis ad fugandos curculiones.

Oeconomiſche Abhandlungen T. VIII. de ſolis Cochleis agit & de apibus.

Tomus IX. videtur alterius eſſe ſaporis. Aliqua de Indigo, de quinque ejus ſpeciebus, de ejus fabrica.

In *Oeconomiſch-phyſicaliſche Nachrichten* Tomo VIII. anno 1756. edito, præter DOEBELII aliqua, anonymus de viticultura ad Rhenum recepta agit. Alterius anonymi varia de plantis noxiis, quas ex prato oporteret eliminare. Earum aliquas non dignoſcas. Quæ cimices occidit eſt Thlaſpi ſiliquis latis.

In *Oeconomiſch-phyſicaliſche Abhandlungen* T. IX. Lipſ. 1756. De Sophora & Indico vario, & ejus præparatione. Aquam calcis Anglico fine adhibent.

In T. X. Varia aliunde petita. Contra eſum Cucumerum viridium.

Diarii *Oeconomiſch-phyſicaliſche Abhandlungen* T. XI. aliqua habet de dealbando Lino & linteo ope terræ pinguis, Cl. ut puto, NEUENHAHN.

T. XII. Uſtilaginem non oriri a male maturis granis; lixivii nullam eſſe adverſus hoc malum utilitatem. Anonymus de herbis noxiis: quem video frutices cum herbis miſcere, carduum ſativum cum ſpontaneis, Mandragoram, Ricinum, Sumach a Germania alieniſſimas plantas pro indigenis habere.

Ackerbau-Schule ex Gallico M. de MONTAUDOUIN verſa a P. HOMANNO Lipſ. 1759. 8°. Laudes agriculturæ. Conſilium inſtituendarum Scholarum, in quibus artium utiliſſima doceatur, & quæ variato cultu experimenta faciant, qui labor ſit quæſtuoſior.

Reliqui octo Tomi *der Oeconomiſch-phyſicaliſchen Abhandlungen*, ad tomum uſque XX. anno 1763. excuſum, fere toti conſtant diſſertationibus undique mutuo ſumtis ex Moguntinis, ex Anglicis menſtruis libellis, ex du HAMEL. HOME de dealbandis telis lineis. EJUSDEM de principiis agriculturæ. MONTI de toxicodendro & ligno foſſili. HILL de floribus duplicatis. SAM. PULLEYN de bombyce. DECOMBE de Perſicis. REDI experimenta circa res naturales.

DODART

DODART de clavo Secalino. HILLII aliqua. Ex actis Batavicis aliqua. Ex Bononienſibus MONTII. J. SCHMIDT de Soda. ELLERI aliqua. SIEGFRIED de calcis vario uſu in vita humana, cum auctario NEUENHAHNII. WEISSENBORN de aquis per prata ducendis. Propria tamen ſunt aliqua, ut NEUENHAHN de Indico ex Iſatide ſua arte parato, qui color cæruleorum ſit optimus, & judicium in MACQUERIUM. EJUSD. de cæruleo colore, ex ſale, communi ſimili, ſed cum excmentis & lotio putrefactis parato. De calce ſtanni ad colorem ſcarlatinum neceſſaria. Arbores foco alendo deſtinatas, debere æſtate cædi. De fructibus ſalſis. Laudes Sambuci adi focum alendum. Anonymi de Arbuto.

§. MDXI. *Griffith Hughes.*

Griffith HUGHES V. D. M. *Natural hiſtory of Barbados* London 1750. fol.* Tabulas plantarum rariorum ab EHRETIO delineatas habet, & toti libri V. de plantis hujus inſulæ agunt, inter quas arbores numero reliquas vincunt. Nomina cæterum popularia, absque ſynonymis, & deſcriptiones, non quales botanici requirunt. Vires tamen medicas & venenatas indicat. Hic Palmæ, Ricinoides, Mançanilla, Malpighia, Papaja, Agave. Cerealia ejus regionis: Colocaſia; Agnus Scythicus, vera planta, lanugine obducta. Hic, ut exſpectes, Arundo ſaccharifera, & Sacchari coquendi artes; denique plantæ marinæ.

§. MDXII. *G. Wolfg. Knorre.*

Artifex ſculpendarum tabularum *Georg. Wolfgang.* KNORRE cepit hoc anno edere, *Regnum Floræ, oder das Reich der Blumen* Noriberg. 1750. fol. 200. tabb. nempe florum.

EJUSDEM *Auserleſenes Naturalien-Cabinet, welches aus den drey Reichen der Natur zeiget, was geſammelt zu werden verdient* Nürnberg 1754. fol. & porro latine *Deliciæ naturæ ſelectiones in regno animali, vegetabili & minerali.*

EJUSDEM *Theſaurus rei herbariæ hortenſis univerſalis exhibens, figuras florum herbarum fruticum &c. oder allgemeines Kräuter- Frucht- und Gartenbuch* Nürnberg 1751. tabb. 174.

§. MDXIII. *Angli Varii.*

A diſſertation containing the origine and antiquity of Barley wine Oxon. 1750. 4°. Parvi momenti.

Robert HEATH *Natural hiſtory of the Islands of Scilly* London 1750. 8°.*. Habet etiam plantas ſponte naſcentes.

Phar-

Pharmacopœa domeſtica præcipue in uſum eorum, qui rure vel in provinciis transmarinis artem medicam exercent London 1750. 8°.

William SMITH *Voyage to Guinea deſcribing the ſoils climate agriculture animals minerals &c.* London 1750. 8°. Gallice Paris 1751. 12°. 2.Vol.*. Anglicam editionem non vidi. Auctor a Societate Regia Africana anno 1726. miſſus Anglorum colonias & caſtella inviſit. Plantas nobiliores paſſim indigitat, & Ananaſſæ figuram dat, cum nomine *Pomme de Pin*, quod nolunt exteri diſcere, eſſe metaphoram.

In *Gentl. Magaz.* Febr. 1750. aliqua reperies ad hiſtoriam naturalem novæ Scotiæ, etiam icones plantarum.

§. MDXIV. *Suite de Geofroi.*

LOUIS DANIEL d'ARNAULD de la NOBLEVILLE *Suite de la matiére médicale* de M. GEOFROI Paris anno 1750. 12°. 3.Vol. *. Abſolvit hiſtoriam plantarum indigenarum, de Meliloto ad finem. Omittit analyſes chemicas, quas putat inutiles eſſe, dat autem deſcriptionem, vires medicatas, formulas, ut in medicinam adhibeantur. Vires ſæpe paradoxæ, ut narcotica vis in Phytolacca: aut omnino populares laudes nulloque nixæ experimento, ut in Pæonia. Nomina aliquando inuſitata, ut Pelliboſſa pro Lyſimachia lutea.

EJUSDEM & D. SALERNE *Deſcription abregée des plantes uſuelles employées dans le Manuel des Dames de la Charité* Paris 1767. 12°.

§. MDXV. *Sigm. Valent. Popowitſch.*

J. Sigismund. Valentin POPOWITSCH *Unterſuchung vom Meere* Nürnberg 1750. 4°.*. Præter phyſica & geographica, quibus hoc opus potiſſimum deſtinatur, aliqua intercurrunt ad rem herbariam facientia, ut cultus vitium in ſabulo maritimo, ubi aqua ſalſa radices lambit, quem in Apulia vidit. De ſyſtemate LINNÆANO, quod auctori diſplicet, ob minutas particulas, quibus nititur, ob expuncta nomina recepta, ob ſpecies pro varietatibus habitas, ob genera conſarcinata. Ita noſter Agarica ab Amanitis ſeparat. In Fungis multam operam poſuit, eosque peculiari arte ſiccavit. CLUSIANOS corrigit.

IDEM De *Phallis* opus inceperat parare, cujus aliquas tabulas vidi.

§. MDXVI. *R. Ruſſel.*

Richardus RUSSEL De *tabe glandulari, ſeu de uſu aquæ marinæ & morbis glandularum diſſertatio* Oxon. Theatr. Sheldon. 1750. 8°.*. Occaſione utilitatis, quam aqua marina ad curandas ſcrophulas per experimenta evictam poſſidet, etiam ejus meminit, quam præſtat Quercus marina (Fuci genus) in glandulis induratis. Hanc ergo Quercum deſcribit & depictam dat, & analyſin addit ſucci, quem continet, mucoſi, acris, ſaponacei, cutem ſtimulantis: quem ipſum menſe Julio ruptæ ſponte veſiculæ fundunt. Calefactus ſyrupum Violarum viridi colore tingit. Quando aqua exhalavit, ſapo acris ſupereſt. Uſtus ſub dio abit in

in æthiopem ſalſum, ad ſolvendas glandularum obſtructiones utilem. Digeſtus menſe Julio cum aqua marina liquor veſicularum melleus fit, qui adfricatas ſcrophulas tollit. VITALIANI flores ſunt coni truncati, cavi. Maſculi quidem fila ſunt innumerabilia, quæ ex baſi coni erumpunt. Admiſta ſunt maribus corpuſcula rotunda ſubviſcoſa. Feminis flores ſimiles, ſed adnexi fructui rotundo, pleno ſeminibus. Aliquot etiam alias Fuci & Corallii ſpecies depingit, & librum ſuum ipſe in Anglicam linguam convertit.

§. MDXVII. *J. Georg Leopold.*

J. Georgii LEOPOLD (villæ Comitis PROMNIZENSIS præfecti) *Nützliche und auf Erfahrung gegründete Einleitung zu der Landwirthſchaft* Sorau 1750. 4°.* Berlin 1759. 4°. 5.Vol. Magnum opus, quo totus ambitus rei ruſticæ continetur, eo fine, ut quam maximum ex quoque genere fructuum agri lucrum obtineatur. Totum opus periti, experti, ſincerique viri, absque fabulis & inani theoria. Torfacea docet in agrum convertere, qui per multos annos æſtivo Secali conſeratur. Triticum longis ariſtis cervis opponit. De herbis noxiis & inutilibus, quas tamen familiaribus tantum nominibus deſignat, ut non intelligas, quas velit. De diſcrimine Lolii a Secali, a Tritico; negat autem has ſpecies commutari. In Fagopyro flores albos præfert rubentibus. De arboribus, quas paſſim vix adgnoſcimus, Oelbaum videtur eſſe Ceraſus racemoſa, Kallinkenbeer Opulus; nullum autem ſynonymon additum eſt.

IDEM in *Oeconomiſche Nachrichten* T. V. egit de ſemine Cerealium.

Et T. IX. De ſylvarum ſatione.

§. MDXVIII. *Dav. Sig. Aug. Buttner.*

David Sigismund. Aug. BUTTNER *Enumeratio methodica plantarum, carmine J. Chriſtiani* CUNO *recenſarum* Amſterdam 1750. 8°.*. Plantas aliquas rariores carmine deſcripſiſſe CUNONEM diximus. Eas plantas ſucceſſor noſter nominibus botanicis, deſignat aliquas accuratius. CUNONIÆ genus conſtituit, Antholyzæ adfine & Gladiolo, flore monopetalo, parte ſuperiori, inferiori, & duabus lateralibus, nectario in carina, ſtaminibus tribus, tuba trifida, fructu triloculari, ſemine alato. Addidit Tulipiferæ characterem verum, calycem triphyllum, petala ſex, ſtamina 24. in ſquamarum apice ſtigma parvum globoſum, inque ſquamæ ſinu unum ſemen, etiam duo. In Geraniis Africanis nectarium detexit in pedunculo. In RUDBEKIA LINNÆUM correxit, & eam ſeparat, quæ folio eſt ſimplici, ab altera, cui trifidus.

§. MDXIX. *J. Auguſt Grotian.*

J. Auguſti GROTIAN, Cauſidici, *Phyſicaliſche Winterbeluſtigungen* Nordhauſen 1750. 8°.*, & auctius 1751. 8°.*. De floribus ſermo eſt vernis & hibernis, Hyacinthis, Narciſſis, Tulipis, Caryophyllis, & Leucojis. Primum accurate de

de floribus in aqua virentibus. Inde de Caryophyllorum cultu uberrime. Semen ſpargere oportet, quod parce equidem ex iis obtinetur, quibus flores jam pleni ſunt, ii vero ſoli plenos flores reddunt. In terra libera felicius hibernant. Ablactati rami minus ſanas dant ſtirpes. Fuſe de Leucojis albis & purpureis. Semina informia facilius plenos dare flores. Meliores ſtirpes ex ſemine obtinentur. Terram omnino alimentum plantarum ſubire contra WOODWARDUM.

Poſterior editio tum paſſim interſperſa habet auctaria, tum appendicem, in qua de nonnullis potiſſimum oleribus agitur. Practicus vir & expertus.

EJUSDEM *Abhandlung von dem Bau der Leucojen, Nelken und Aurikeln* Nordhauſen 1758. 8°.*. Iterum de Leucojis incanis, & de Keiri. Seminatas has plantas vix alios a matre colores producere: varias ex aliqua terræ non ſatis nota conditione naſci. Semiplena Leucoja ſemen dare, non plena. Nullam artem novit, plenorum florum producendorum. In ipſo germine plenos flores adgnoſcas. Inter Keiri flore pleno aliquæ tamen ſtirpes dant ſemina. De Tunicis ut prius: etiam hic ſemen coloris materni tenax eſt. Cæruleus verus color nondum notus eſt. Inde de Auriculis & Roſis præcocibus.

EJUSDEM *Ergötzende Sommerbeluſtigungen* Nordhauſen T. I. anno 1759. 8°.* T. II. anno 1764. 8°.*. De plantis hortenſibus & coronariis annuis, & potiſſimum de Leucojis æſtivis. Nomina paſſim malles emendata, neque Sonchum ſerere. Finis eſt in operum menſtruorum catalogo.

In T. II. Plantæ peregrinæ ſecundum ordinem alphabeti. Et Punicam & Granadillam aerem liberum ferre, terramque: a frigore Anemones plenas redire in ſimplices. In nominibus paſſim peccatur, & plantæ alienæ ad miſcentur.

EJUSDEM *Güldene Kunſt Brandtewein zu brennen* Halberſtatt 1761. 8°.

EJUSDEM *Calendarium perpetuum, oder immerwährender Land- und Garten-Calender, zum nützlichen Gebrauche bey dem Ackerbaue, wie auch dem Blumen- Orangerie- Kuchen- und Baumgärten* Gotha 1765. 8°. & porro, quotannis.

§. MDXX. *J. Mariæ Schiera, & Itali.*

J. Mariæ SCHIERA *Diſſertationes duæ, quarum altera de plantarum ſexu, fecundatione, ſyſtemate ſexuali & multiplicatione: altera de naturali & conſtanti plantarum adfectione ad perpendiculum* Mediolani 1750. 8°.*. Duplicem ſexum etiam ſuis experimentis & reſectis filamentis confirmat. Radicum longitudinem facere ramorum craſſitiem, &c.

Antidotarium Bononienſe a Collegio medicorum noviſſime reſtitutum Bonon. 1750. 4°. Galenica & chemica, etiam nova quædam.

J. Antonio GANIDO l. *de agricultura inque ſe trata de modo e tempo de cultivar as terras de Pao, Vinho, Azeita* Lisboa 1750. 4°.

§. MDXXI. *Belgæ.*

Pharmacopœa Leidenſis Magiſtratuum auctoritate inſtaurata ed. III. Leidæ 1750. 8°. Medicamenta ſimplicia pauca, ut & Caſſumuniar deſit & oleum Cajeput.

HENDRIK ten BRINK *Kort voorſtel hoe een trekkas te maaken* Haarlem 1750.

§. MDXXII. *J. R. S. Strange.*

J. R. S. (STRANGE) *Om näslors plantering och Bärgning* Stokholm 1750. 4°.* Urticam vulgarem minorem, ut intelligo, pro pecore & armentis hieme alendis ſeri poſſe & plantari, fuſe & utiliter; & ſeri quidem, absque alio labore, niſi quod terræ aliquantum eo loco oporteat ſpargere. Ter quot annis ſecari poſſe, & ſalubre pabulum eſſe.

EJUSDEM *Rön i Landthushållningen after beprôfwad erfarenhet utgifne, ſåſom af aſpeträns lätta plantering och nytta til foder, at af all slags lera få god gödſel; huru jordartes gödhet kan utrönas; huru gödslen giör bäſta nytta; och at få godt lin ärtar och rofwor* 4°.

EJUSDEM *Tilförlätelig beſkrifning om brännetorf* Stokholm 1752. 4°. *. Tres ſpecies facit horum ceſpitum, terreos, gramineos & radicatos, & ſolidos absque radiculis. Optime in perflatili ædificio ſiccatur. Non probat agros ceſpite fecundari. Ut in carbonem convertatur.

EJUS *Grunder til gödslens förökande och förmerande, ſamt bäſta utfordrings ſätt för boskaps Creatur, jemte en machin til Råghalmens len och miuk görande* Stokholm 1752. 4°.

EJUSDEM *Berättelſe om akerbrukets atskilnad almogen och böndera emellan, i Weſtmanland och Akerbo härad* Stokholm anno 1755. 8°.* absque auctoris nomine. Terram levem, quæ fertilitatem a fimo acceptam cito amittit, diſtinguit a forti, quæ eam diu retinet. Illam neque præcociter arari debere, neque profunde: ſed ſemen frequenter mutari. Secale miſtum Hordeo laudat, ſolum enim Secale nimis obnoxium eſſe frigoris injuriis. Fimum terra miſcendum eſſe, & adhibendum autumno, &c.

EJUSDEM *Några nya beprôfvande ſätt at nyttja bruka och tillika förmera ſin ſkog* 4°. de ſylvarum cura.

§. MDXXIII. *Sueci aliqui.*

Annus non expreſſus eſt in his libris, ſed circa hæc tempora prodiiſſe putes, quibus Suecorum ardor in rem œconomicam maxime emicuit.

Beſkrifning om potaske ſiuderiet 4°. ex MERRETO.

J. L.

J. L. KAMMEKER's *Trägardsman wälmende tankar om hemmars klyfwande och ſammanſlående uti ſtora gårder ſamt om förekommande af miswäxten eller briſt pa ſäd uti de norra Landsörter &c.* 4°.

Wälmente föreſtallning om landbruk. 4°.

Et *Påminnelſe wid denne föreſtällning.* 4°.

En littet hushålls magazin . . . ſamt aker ängs och trägards wäxten befordran. 8°.

Naturlige Oeconomie och hushålds reglor. 8°.

A. DUHRES *Oeconomiſke tankar om ſwerigas högſta wälſtand.* 4°. Si huc facit.

ELIAS ASPELIN's *Flora œconomica eller hushålls nyttan af de i ſwerige wildt wäxande örter.* 8°.

§. MDXXIV. *G. E. de Haller.*

Gottlieb Emanuelis de HALLER, filii mei, Conſ. Bellico a ſecretis primario, *Epiſtola de* LINNÆI *fundamentis botanicis* Gotting. 1750. 4°.*. Condonandum aliquid auctori quindecim annorum. Nomina aliqua carpit, contra proprias AUCTORIS leges, aut ex duabus vocibus compoſita, aut ex duabus linguis, aut aliis nominibus nimis ſimilia.

EJUSDEM *Epiſtola ad* ZIMMERMANNUM, *in qua dubia ex* LINNÆI *fundamentis botanicis hauſta tradere pergit.* Neque convenire viribus, quæ charactere conveniunt, neque plantas polyſtemones omnes venenatas eſſe. Nectarii vocem objicit nimis vago ſenſu a LINNÆO ſumi. Differre a Polygonato Unifolium.

EJUSDEM *Epiſtola ad* WALSDORFIUM ibid. anno 1752. 4°. Iterum vires plantarum non conſtanter cum charactere aut conſentire aut diſſentire.

EJUSDEM *Epiſtola ad* LEONHARDUM, *Dubiorum contra* Sect. VII. *fundamentorum botanicorum manipulus* I. Præſtare ſæpe rejecta a LINNÆO nomina iis, quæ ſubſtituit, ut Silenæ Viſcaginem. Sed neque proprias leges Virum Cl. obſervare.

EJUSDEM *Epiſtola ad* SPROEGELIUM ibid. 1753. 4°. Continuat objectiones ſuas contra LINNÆANA plantarum nomina.

§. MDXXV. *Germani Varii.*

Henrici Ottonis BOSSEK *De antheris florum* Lipſ. 1750. 4°.*. Bona diſputatio. Ex magna plantarum varietate collegit antherarum figuram, naturam, ſitum. Fecundationem fieri obſtructis vaſis tubæ exhalantibus, ut ſuccus regurgitet.

Sammlung kleiner Ausführungen aus unterſchiedlichen Wiſſenſchaften Hanover 1750 - 1754.

Phil. Ant. SCHNORBUSCH *De potulentis* Erford. 1750. 4°.

J. DEGGELER *Materia medicamentorum* Herborn 1750. 8°.

Daniel BARING *Von dem zu Hanover erfundenen Bier, Breyhan genannt, mit Zuſätzen,* Hanover 1750. 4°.

G. C. KREYSIG *De venatione aucupio ſylvis &c.* Altenburg 1750. 8°.

Gedanken über die Roſen und Nelken, deren Namen die Weiden tragen 1750. 4°.

J. Chriſt. STOK *De cereviſiæ ſalubritate ſuſpecta* Jen. 1750. 4°.

Chriſtoph HERING'S *Oeconomiſcher Wegweiſer und beglückter Pachter, vermehrt von* H. v. F. P. Jena 1750. 8°.

Stirpium variarum icones ligno exciſæ quarum proplaſmata aſſervantur in Typogr. Fleiſchmanniano Noriberg. 1750. fol. TREW.

J. Ant. Joſeph. SCRINCI *De legitimo uſu & abuſu corticis Peruviani in febribus intermittentibus & aliis morbis & nova ejusdem præparatione* Prag. 1750. 4°.

Gottlob Carl SPRINGSFELD *epiſt. crit. ſuper loco Suetonii a* D. W. TRILLER *tentato* Lipſ. 1750. 4°.* de arundinis viribus medicis. Eas cum aceto tuſas laudatas eſſe a DIOSCORIDE ad membrorum dolores. Pro ferulis non eſſe adhibitas.

EJUSDEM *Defenſio uberior per* D. W. L. H. TRILLER *extorta qua recepta lectio loci ejusdem denuo vindicatur &c.* Hall. 1752. 4°.*. Non bacillorum loco AUGUSTUM arundinibus uſum, ſed medicamenti.

In *Mém. de l'Acad. des Sciences de Berlin* anno 1752. Tom. VIII. deſcribit IDEM Tremellam thermalem, gelatinoſam, reticulatam, ſubſtantia veſiculoſa.

In J. H. H. *Kurze Beſchreibung über des Schiffes Cronprinz Chriſtian glücklich gethane Reiſe nach China* Coppenhagen 1750. 8°.*. Paucula quædam de plantis, quas in itinere vidit.

Auserleſene Sammlung von allerley vermiſchten Schriften und Verſuchen aus der Naturlehre, Arzneywiſſenſchaft, Haushaltungskunſt &c. Augſpurg 1750. 4°. 6.Vol.

Sendſchreiben an Hrn. Cammerraht KRETSCHMAR, *betreffend die Kunſt, ein dürres Sandfeld zu fruchtbarem Acker mit geringen Köſten zu machen* Berlin 1750. 4°.*. Fertilis redditur ager ſatis rapis, & una cum terra aratro ſubactis.

Andreæ RIDIGER *De veritate virtutis medicamentorum* Lipſiæ 1750. 4°.*. Specifica remedia nulla dari. Taraxacum ad morbos per lotium repurgandos utile eſſe. Corticem Peruvianum ad nervorum debilitatem valere. Rheum renibus conferre, non hepati. Alia de viribus plantarum definiendis.

Anwei-

Anweiſung zum Tobackbau — vom Pflanzen der Erdapfel und Grundbirnen, und von dem Futterkraut Luzerne Wien 1750. 8°.

Vollſtändiges œconomiſches und phyſicaliſches Lexicon, aus CHOMEL *und andern Nachrichten zuſammengezogen* Leipzig 1750. ad 1759. fol. 8.Vol. Laudat tamen cultum arborum WOLLNERUS, non ita reliqui.

Arzneykunſt und Wunderbuch, darinn allerley wunderbare Kunſtſtücke begriffen Hamburg 1750. 8°. & alius ejus tituli l. Frankf. und Leipzig 1751. 8°.

J. Jacob BURKARD *De radice Senecka* Argentor. 1750. 4°.*. Habet ejus radicis analyſin, extractum gummoſum uberius, & reſinoſum parcius. Vim in parte gummoſa ponit. Igne etiam ſubjecto eam radicem exploravit.

§. MDXXVI. *C. C. Reichel.*

Chriſtophorus Carolus REICHEL *De vegetabilibus petrefactis* Witteberg. 1750. 4°.

EJUSDEM *De Tabaco* Lipſ. 1750. 4°.*. Cultum plantæ deſcribit. De herbæ utilitate & noxa, etiam infuſi, decocti, emplaſtri.

EJUSDEM *De vaſis plantarum ſpiralibus* Lipſ. 1758. 4°.*. GREWIUM propius ad verum acceſſiſſe. Succum coloratum in hæc vaſa utique ſorberi. Fieri ea convoluto in ſpiram filo, eaque fila per alias fibras conjungi. In tota planta reperiri, in petalis etiam, antheris, tubis, fructu. Reliqua planta, & potiſſimum medulla non tingitur. Succum vehere alentem, non acrem. Nitidæ icones adjectæ.

§. MDXXVII. *Itali aliqui.*

Obſervations de FRANÇOIS GRISELINI *ſur la Scolopendre marine luiſante & la Baillouviana*, Veniſe 1750. 8°.*. Planta marina plumæ ſimilis, in qua fructus ampullacei, & alii flocculi articulati.

EJUSDEM *Nuova maniera di ſeminare e coltivare il formento* Firenz. 1764. 4°. Venez. 1765. 4°.*. Collectio opuſculorum, & literarum, in quibus partim Tullianus, & Duhamelianus agri colendi modus recenſetur, partim teſtimonia producuntur boni ſucceſſus. Eſt inter iſtos meſſis $\frac{117}{7}$ pla, pene ſeptemdecupla. Objiciunt tamen Florentini, in lapidoſa & argilloſa terra vix ſuccedere. BARTHOLOMÆI MESNY diſſ. in conventu Georgophilorum prælecta una prodiit: & PETRI HARDUINI de cultu mori conſilia.

§. MDXXVIII. *Galli Varii.*

Mémoires literaires ſur differents ſujets de phyſique, de mathématique, de Chymie, de médecine &c. traduits de l'Anglois par MARC. ANTOINE EIDOUS Paris

Paris 1750. 8°.*. Diſſertationes ſunt 21. ex borealibus fontibus, & potiſſimum Germanicis deſcriptæ. Aliquæ ſunt botanici generis: ut J. L. FRISCHII experimentum arboris morbidæ ſanatæ, cum ei cortex ad radicem usque detraheretur. Aliqua artificia ad ſeminum fecunditatem augendam. Nomina paſſim corrupta.

LAMBERT *Hiſtoire générale, civile, naturelle, politique & religieuſe de tous les peuples du monde,* Paris 1750. 12°. 15.Vol.*. Cum hiſtoria naturali etiam plantas deſcribit, collatitiis ex fontibus, vitioſus auctor.

EJUSDEM *Bibliotheque de phyſique & d'hiſtoire naturelle* Paris 1758. 12°. 5.Vol. parum ad rem herbariam.

ROUX *Traité de la culture & de la plantation des arbres, avec la maniére d'éxploiter, de débiter & d'échantillonner les bois* Paris 1750. 12°.

TERNIER Diſſ. *ſur le murier blanc & ſur la bonté de la cire qu'on peut recueillir dans la Province d'Auvergne, lu dans l'aſſemblée publ. de la Soc. Litt. de Clermont* le 26. Nov. 1750. M.S.

M. C. D. *Dictionaire des alimens, vins, liqueurs, leurs qualités, leurs éffets* Paris 1750. 12°. 3.Vol. RAST. Lexicon alimentorum, cum eorum viribus, & ad quamque temperiem habitu, & arte coquinaria.

J. HERMENT *An poſt cibum fumus Tabaci* Paris 1750. 4°.*.

La cuiſiniere Bourgeoiſe Paris 1750. 8°. *Suivie de l'Ofice* 1756. 8°. 2.Vol. 1765. 12°. 3.Vol.

La nouvelle cuiſine &c. Paris 1750. 8°. 3.Vol.

Science du maitre d'Hôtel confiſſeur avec des obſervations ſur la connoiſſance & les propriétés des fruits Paris 1750. 12°. 3.Vol.

BRIAND. *Dictionaire des alimens vins & liqueurs* Paris 1750. 12°. 3.Vol.

Tr. *du Caſſis ſa culture ſes vertus* Dijon 1750. 12°.

§. MDXXIX. *Vitalianus Donati.*

Vitaliani DONATI *Saggio della ſtoria naturale marina dell Adriatico* Venet. 1750. 4°.*. Haag. 1758. 4°. cum coloribus non nitidis. Aliquid ab auctore additum eſſe ajunt. Germanice Hall. 1753. 4°. Nobile opus, ex proprio labore natum, potiſſimum de plantis agit, Zoophytis, & animalibus, per quæ duo regna conjunguntur, vegetabile & animale. Microſcopium ad plantarum fabricam detegendam adhibuit. Primo loco Algas & Fucos deſcribit, veras plantas. Fucos in diverſa genera partitur, cuique ſuum characterem adſignat, in quibus maſculos fere & femininos flores deſcribit. Inde Coralliorum, ſeu Polypariorum genus,

genus, in quibus polypi habitant, paſſim ova ſua ponunt. Tunc Phytozoa, Spongiæ, Tethya, quæ veriora nunc animalia ſunt.

Leonardus SESLER in *appendice* Vitalianam deſcribit, Primulæ a nobis adſcriptam, eamque depingit.

§. MDXXX. *K. S. Wet. Acad. Handl.*

In *K. Swensk. Wetensk. Acad. Handlingar* anno 1750. n. 1. & 3. *Carolus* v. BRENNER De emendanda terra uliginoſa, admiſto ſabulo, &c.

J. SUNDELL De reparando vitio, quod ſementis a frigore ſit paſſa.

Carolus DUBB De ſiccorum vacciniorum ad dyſenteriam utilitate.

Henrich Gottlieb SCHEFFER De plantis tinctoriis, Lichene potiſſimum purpura tingente.

In n. 2. *Erlandus* TURSEN De ſerendis glandibus.

N. 4. C. G. BEYERSTEN Radicem Sii aquatici ovibus nocere.

Nicolai ELIANDER Machina ad mundanda frumenta utilis.

§. MDXXXI. *Hamburg. Magazin.*

Ad hunc annum pertinet Tomus V. & VI. *des Hamburgiſchen Magazines*; In Tomo V. eſt S. SCHMIEDERI libellus de Verbena ex Miſc. Lipſ. In T. VI. CONDAMINII totum fere iter ſecundum Amazonum flumen. Excerpta aliqua ex URLSPERGERI fatis Salisburgenſium, & de arboribus ſerotine florentibus. Aliqua etiam cum ſuis auctoribus citata.

§. MDXXXII. *Chriſtlob Mylius.*

Chriſtlob MYLII Geaſter MICHELIANUS depictus *Hamb. Magaz.* T. V.

EJUSDEM *Phyſicaliſche Beluſtigungen.* Diarium, cujus tria volumina Berolini prodierunt, primum anno 1751. 8°. In eo RUUSSCHERI de Cochenilla teſtimonia inſerta habentur. Conjectura auctoris, cerealia noſtra videri graminis alicujus emendationem eſſe, arte perfecti. Fecundatio Palmæ Dactyli ſterilis a GLEDITSCHIO factæ, accurate deſcripta. De pane cæruleo, non ſatis botanice.

In EJUSDEM Tomo II. anno 1752. 8°. GRISELINI defenſio ſexus plantarum, & varia undique communicata. C. L. KRAUSE ut Amaryllidem flore carneo oporteat curare.

In Tomo III. anno 1753. 8°.* De Martago multifloro. De Liliaceis variis. De corrigendo abuſu fructuum horæorum. Iter in Bructerum montem. Ut Ceraſa & Pruna absque oſſiculis obtineantur. De ſerendis & colendis Moris albis.

Animal eſt non planta, de quo ad me epiſtolam dedit, London 1754. 4°.

Denique commendante Viro ILL. SULZERO recepi iter MYLII in Americam Anglicam dirigere, collectis undique Patronorum nummis. Neque defuerunt liberales viri, etiam Reges, Principes, nobilesque feminæ, quæ non mediocrem pecuniam contulerunt. Scopus erat, ut & plantas & alia naturæ dona colligeret; ſed hæc omnia eventu caruerunt, mors enim cunctantem in Anglia MYLIUM fecundis laboribus ſubripuit.

§. MDXXXIII. *Philoſ. Tranſ.*

In *Commentariis Societatis Regiæ Londinenſis Henricus* MIHLES Mucores aliquos deſcripſit n. 494.

Robertus MORE De collectione Mannæ circa Beneventum n. 495.

Huc poſſis referre egregia experimenta, quæ in variis corporibus ILL. vir JOHANNES PRINGLE fecit, quæ vel reſiſterent putredini, vel eam adjuvarent n. 495. 496. & in pulcherrimo libro *de morbis militaribus.*

§. MDXXXIV. *Mém. des Savans Etrangers.*

Hoc anno Academia Regia Pariſina cepit adoptiva opera edere, *Mémoires de mathématique & de phyſique préſentés à l'Académie des Sciences par pluſieurs Savans* Paris 1750. 4°.*. Germanice verſi ſunt Commentarii Lipſ. 1752. 4°.

§. MDXXXV. *Varia Diaria Germanica.*

Hanoveriſche gelehrte Anzeigen ceperunt prodire ab anno 1750. 4°. quo diario plurima ad agriculturam, plantarumque cognitionem & utilitatem pertinentia continentur. Ita anno 1750. egerunt de Medica.

Anno 1751. de fimo optimo, de tempore ſerendi Secalis hiberni, de ſolano tuberoſo, onobrychide, arboribus autumno florentibus.

Anno 1752. de piro bis florente, de ceraſo racemoſa.

Anno 1753. de ſapa vini ad itinerum commeatum, de fraxino.

Anno 1754. de lini cultu, cuſcuta, amylacea farina ex ſolano tuberoſo, betularum cultu.

Anno 1757. de ſylvarum novarum cura.

Sic Stutgardiæ hoc anno ceperunt prodire *Sammlung von allerhand zur Naturforſchung und Haushaltung gehörigen Begebenheiten, Erfindungen, Verſuchen, Vorſchlægen und darüber gemachten Anmerkungen* Stutgard 1750. 8°.* & ſqq.

In *primitiis phyſico medicis collectis ab iis, qui in Polonia medicinam fecerunt* Liſſa 1750. 8°.* aliqua huc faciunt, ut de vi Serpentariæ Virginianæ, & Lycopodii in plica uſu, tum de olei Momordicæ utilitate.

Ver-

Vermiſchte œconomiſche Sammlungen, den Landwirthen zum beſten aus den Breslauer Natur- und Kunſtgeſchichten herausgezogen durch H. J. v. F. P. Leipzig 1750. 8°. 2.Vol.

In *J. Danielis* DENSO *epiſtolis phyſicis,* germanice ſcriptis, quarum priores anno 1750. Sedini prodierunt, aliqua ſunt botanica; ut exhortatio ad Moros colendas. De donis naturæ Stargardiæ naſcentibus.

EJUSDEM *Monatliche Beyträge zur Naturkunde* Berlin 1752. 4°.* 8°. ad 1765. Iridis luteæ in arte pictoria uſus. De frondibus arborum ad armenta paſcenda adhibendis. De novo modo ſiccandæ Maltæ.

EJUSDEM *Phyſicaliſche Bibliotheck* 1. 2. Band. Butzow 1754. 1761. 8°. Præfert reliquis ILL. MUNCHHUSIUS. In T. I. de horti cultu.

In *Diario Braunſchweiger Anzeigen* paſſim botanica aliqua reperiuntur, ut anno 1749. plantæ tinctoriæ: & Lichenes aliqui. Utilius hæc ſeorſim ederentur, quæ inter aliena varia ita latent, ut pene absque uſu ſint.

Sic paſſim in Anglicis illis miſcellanei argumenti diariis *Gentlemans Magazine, London Magazine, Univerſal-Magazine.*

§. MDXXXVI. *Fridericus Haſſelquiſt.*

Ad hunc annum ultimus Tomus *Actorum Societatis Regiæ Suecicæ* pertinet Holmiæ 1751. 4°.* editus. In eo Tomo *Fridericus* HASSELQUIST, dum in Aſiatico & Ægyptio itinere verſatur, Mimoſam Africanam deſcribit.

IDEM cum Smyrnæ ex longo morbo interiiſſet, Regina ſcripta ejus poſthuma redemit, exque iis LINNÆUS opus concinnavit, quod anno 1757. Holmiæ 8°.* prodiit. Titulum fecit *Iter Palæſtinum eller reſa til heliga Landet förrättad ifrån* anno 1749. *til* 1752. *med beſkrifningar och anmärkningar öfwer de märkwärdigſte naturalier.* Plures ſunt libelli, itineris primum hiſtoria. Smyrnæ media hyeme pulchras plantas florentes legit, & reliquias horti SHERARDIANI prope Sedekio vidit. Tunc Ægyptum inferiorem deſcribit. Fecundationem ibi Palmarum inſpexit, quæ polline fit maſculo. Inde Palæſtinum iter, ejusque regionis plantæ. Tunc Cyprum ejusque inſulæ altiores montes adiit. Et nunc ſequuntur catalogi animalium, tum plantarum non quidem valde numeroſarum, ſed rariorum, & accurate deſcriptarum, Hennæ, Cornucopiæ, Acaciæ utriusque, Colocaſiæ, Anguriæ, Batek cibi nimio frigore necantis, Cucumeris Chate, Muſæ pentaſtemonis, Sycomori, Palmæ dactyli, Melongenæ, quæ Poma Sodomæa, Rhamni Nabk, Salicis Calaf. Aliqua porro de medicamentis Balſamo, Scammoneo, Senna. Aliqua de caprificatione, ubi HASSELQUIST de fecundatione LINNÆANA dubitat. Egregius liber, & ex quo plurima diſcas.

Elogium viri dixit *Abraham* BAECK Holm. 1758. 8°.*

§. MDXXXVII. *Bekmanni fratres.*

J. Chriſtoph. & *Bernhard Ludwig* BEKMAN *Hiſtoriſche Beſchreibung der Chur und Mark Brandenburg* Berlin 1751. fol.*. Præter aliqua de terræ fructibus ſparſa, catalogum continet plantarum in Marchia Brandenburgica ſponte naſcentium, a Cl. viro J. G. GLEDITSCH auctum & emendatum, nominibus fere LINNÆANIS, adſperſis paſſim de cujusque plantæ utilitate adnotationibus. Monſtrifica aliqua delineantur, quæ ad plantas ſpectant. De ſylvarum etiam cultu & utilitate, deque Mororum plantatione agitur.

§. MDXXVIII. *Encyclopedie.*

Encyclopedie ou Dictionnaire raiſonné des Sciences & des Arts & de Métiers, &c. Paris 1751. fol. Tomus I. Deinde reliqui ex ordine. Viginti & ultra doctorum virorum opus. Hortorum cultura a D. d'ARGENVILLE (*b*) ſcripta eſt. Medicamenta ſimplicia a D. de VANDENESSE profecta ſunt: ſed pars botanica operis famæ non reſpondet.

Collegit ex Encyclopædia, quæ ad commercia pertinent Cl. FORTBONNAIS, utili labore. Germanice reddidit *Sätze und Betrachtungen aus der Oeconomie* Wien 1767. 8°. Laudatur etiam potiſſimum *Franciſci* QUESNAI FRANCISCI F. diſſ. ad vocem *le froment.*

§. MDXXXIX. *Galli.*

François Alexandre de la CHENAYE des BOIS *Dictionaire univerſel d'agriculture & de jardinage, &c.* Paris 1751. 4°. 2.Vol. Fundamentum libro præſtitit LIGERII Dictionarium; id autem ajunt multis nuperorum inventis auctius hic redire, BRADLEYI certe. Plantæ, etiam florum varietates hic recenſentur, absque ullo ſynonymo, cum brevi deſcriptione, & indicatione pariter brevi utilitatis, quam in medicina aut in artibus præſtant. Multum uſi ſunt *Natali* CHOMEL. Parum certum auctorem eſſe P. d'ARDENNES.

PYRAUX *Tr. de la pharmacie moderne* Paris 1751. 12°.

Benjamin Lucas de LAUREMBERT & *Cl. Joſ.* GENTIL *E. cereviſia potus ſaluberrimus* Paris 1751. 4°.

Joſ. Mar. Fr. de la SONE *E. tabacum lentum eſt homini venenum* R. J. B. BARIOLE Paris 1751. 4°.

§. MDXL. *Angli aliqui.*

Obſervations upon husbandry London 1751. 4°. HAUSVAT.

Richard BARTON *Dialogue concerning points of importance in Ireland, being part of a deſign to write the natural hiſtory of that country* Dublin 1751. 4°.

§. MDXLI.

(b) Non magni facit P. d'ARDENNES.

§. MDXLI. *E. Ant. Nicolai.*

Erneſti Antonii NICOLAI, Profeſſoris Jenenſis, *Syſtema materiæ medicæ ad praxin adplicatæ* Hall. T. I. anno 1751. 4°.* T. II. anno 1752. 4°.*. Non adeo rem herbariam hic quærere oportet, quam phyſiologicam interpretationem modi, quo quodque genus medicamentorum efficaciam ſuam exſerit. Paſſim tamen analyſes chemicas dat, etiam ſuas, medicamentorum nobiliorum, ut Rhei. Alias ex aliis fontibus iſta haurit. Eſt, quod emendes. Portſea Islandia pro inſula Portſea.

EJUSDEM *De oleorum expreſſorum virtute ac uſu* Jen. 1765. 4°.

EJUSDEM *De gummi ammoniaci virtute* 1767. 4°.

§. MDXLII. *F. Boiſſier.*

Franciſci BOISSIER de SAUVAGES, Jatromathematici, *Methodus foliorum ſeu plantæ Floræ Monſpelienſis juxta foliorum ordinem* la Haye 1751. 8°.* Gallice. Cum extra præcipua ſtudia ſua vir Cl. verſaretur, non perinde hic eminuit, neque methodum a foliis ſumtam Gerania, Saxifragiæ, Ranunculi, Veronicæ, & alia genera naturalia admittunt. Plantæ ipſæ numeroſæ ſunt, ut in beata regione, neque nullæ adnotationes, ut de flore regulari Echii aſperioris, de Linariæ flore absque calcare. Trianthera novum genus, & novæ, ut videtur, Veronicæ, Trifolium, &c.

§. MDXLIII. *Germani.*

J. Ehr. BECHMAN's *vollkommner Blumengarten im Winter* Leipzig 1751. 8°.

Der Hauswirthſchafts-Verwalter, welcher durchs ganze Jahr zeigt — was ... auch im Hauswesen, Ackerbau und Viehzucht zu verrichten iſt Breslau 1751. 4°.

Der wohlerfahrne Landwirth Leipzig 1762. 8°. 2. Theile. Arationem bene deſcribere lego.

Die rechte Färbekunſt Erfurt 1751. 8°.

Deutliche Anweiſung, wie mit Säung des Maulbeerſaamens, Pflanzung und Wartung der Maulbeerbäume zu verfahren ſeye Berlin 1751. 8°.*. Dictio mala, neque placet metus aut Scorpii aut Cancri.

Kön. Pr. Notification, daß Maulbeerſaamen, Cocons und Graines, oder Seidenwürmerſaamen von den Unterthanen geſammelt — nebſt einer kurzen Anweiſung, wie mit Säung des Maulbeerſaamens, und Pflanzung, auch Wartung der Maulbeerbäume zu verfahren. Berlin 1751. fol.

Kurzer Unterricht vom Seidenbau in drey kleinen Schriften, die Pflanzung der Maulbeerbäume, Wartung der Seidenwürmer, und Haſpelung der Seide betreffend Züllichau 1751. 8°.

J. Chriſtian CUNO *Nachmals beſſer* Amſterdam 1751. 8°.*. In proprium hortum carmen mercatoris ingenioſi. Numeroſas plantas peregrinas poetice deſcribit.

J. J. P. *Der vorſichtige Wirthſchafter bey einem landesherrlichen Gut oder Hofe* Nürnberg 1751. 12°.

Immanuel WEBER *De crimine adulteratorum vinorum* Francof. & Lipſiæ 1751. 4°.

J. Chriſtian RIEDEL *Kurz abgefaßtes Garten-Lexicon, nebſt einem Garten-Calender* Northauſen 1751. 8°.*. Opera hortenſia, & plantæ oleraceæ & coronariæ hic traduntur. Sed deſideres accuratiorem rei herbariæ cognitionem. Napellum in Germania innoxium facit. Recuſum Northauſen 1769. 8°.

Holz-Maſt-und Jagd-Ordnung für Schleſien Breslau 1751. fol.

Dan. Eb. BARING *Neue Nachrichten und Zuſätze zu der Nachricht von dem Hanöverſchen Breyhan* Hanover 1751. 4°.

Urban. Franc. BRUKMAN *Abhandlung vom Sago* Braunſchweig 1751. 4°.* & in GRUNDIGII collectione n. 25.

Philippus Sylveſter LURSENIUS *De cortice Peruviano* Leid. 1751. 4°.*. Salem eſſentialem hujus corticis deſcribit, vireſque medicas extollit.

J. Gottfried FISCHER *De anthelmintico priori anno invento* Erford. 1751. 4°. de aqua expreſſa, aut extracto aquoſo, nucum juglandium.

In viri ILL. SCHÖPFLINI *Alſatia illuſtrata* inque Tomo I. Argentor. 1751. fol. excuſo aliqua ad plantas. Eas facit 1700. De terebinthinæ in ea provincia præparatione omnino abiegnæ.

§. MDXLIV. *Angli varii.*

Anglicam editionem non habeo EDUARDI LAWRENCE cujus *Pflicht eines Verwalters, und Regeln für einen Landpachter* prodierunt Leipzig 1751. 8°.

J. HAYNES *An accurate ſurvey of the botanic Garden at Chelſea — the Greenhouſe and ſtrias &c.* London 1751. fol.*

HARRISSON *The houſekeeper's pocket book and compleat family Cook* la Haye 1751. 8°.

A new treatiſe on britiſh and foreign vegetables uſed in the practice of phyſick, being an improvement of Geofroys materia medica London 1751, 8°.*. Eſſe Compendium operis D. *Geofroi* MATY.

John

John BARTRAM *Obſervations on the inhabitants, climate, ſoil, divers productions, animals — made in his travels from Penſylvania to Onondago, Oſwego and the lake Ontario* London 1751. 8°.*. Solet plantas & ſemina pro nobilibus Anglis conquirere, homo bonus & ſolers, cujus figuras apud DILLENIUM eſt memoria. Iter factum anno 1743. Philadelphia trans *cæruleos montes* ad vicum vendendis Anglorum mercimoniis deſtinatum *Oſwego* iter fecit. Ad plantas tamen pauca continet præter nomina aliqua plantarum & arborum ſponte naſcentium. Laudat KALMIUS *Reſa* II. p. 242.

EJUSDEM Iter verſus ſcaturiginem Fl. S. Johannis anno 1765. & 1766. publico ſumtu ſuſceptum. Recenſet ubique ſed nominibus cum popularibus, arbores, fruticesque, quales quotidie numeroſas reperiebat, aliquas etiam novas. Præmiſit catalogum plantarum, quas ſperat in Florida coli poſſe. Additæ ſunt notæ viri botanices periti, qui paſſim nomina botanica adjecit. Veram moſchatam nucem in inſula Tabago provenire, Theam Bohea a viridi non differre, &c. Prodiit cum GU. STOERK itinere Floridano Lond. 1769. 4°.*

George CLEGHORNE *Obſervations on the epidemical diſeaſes in Minorca from* 1744. *to* 1749. London 1751. 4°.*. Plantarum brevem dat catalogum, quas ſponte naſcentes reperit, inter quas multæ ſunt raræ, & calidarum regionum. Paſſim etiam vires medicas minus notas recenſet.

Hiſtoire de la Jamaïque traduite de l'Anglois Paris 1751. 12°. 2.Vol. nam Anglicam editionem non poſſideo, quæ videtur anno 1740. prodiiſſe. Leve opus, & parvi momenti. Potiſſimum de Saccharo tamquam de merce agit.

§. MDXLV. *Petrus Adrianus Gadd.*

Petri Adriani GADD, nunc Profeſſoris Oeconomices Aböenſis, *Förſök til en œconomish beſkrifning öfwer Satacunda häradens norra delan* Stokholm 1751. 4°.*, de qua parochia jam anno 1747. diſputationem defenderat. Plantarum ſpontanearum catalogum dat, & nonnullarum vires medicas. Thyſſelinum pro Zingibere adhibent, Oxyacanthæ fructum adverſus dyſenteriam, Mezerei baccas ad verrucas, Hyoſcyamum pro Tabaco.

EJUSDEM *Om brännetorf* Abo 1759. 4°.*. Sex facit ceſpitis bituminoſi ſpecies: eorum dat analyſin chemicam: recenſet plantas, quæ in eo ceſpite reperiuntur.

EJUSDEM *Underrättelſe i träd och ſkogs ſkötſeln* Abo 1759. 4°.*. Ad propria experimenta deſcribit arbores Finlandiæ utiliores, earumque cultum & proventum, potiſſimum etiam Quercuum, quæ ad 61. uſque gradum educari poſſunt.

EJUSDEM *Underrättelſe om färge ſtofters planteringe i Finland — af Saflor, Krapp och Waw* Abo 1760. 4°.*. In Finnia docet colere Carthamum, Luteolam & Rubiam.

EJUSDEM

EJUSDEM *Mojeligheten af ſilkes afwelens införande i Finland* Abo 1760. 4°.*. Morum in Finnia provenire, per experimenta ſua.

EJUSDEM *Om Finska Climatet och des fölger i landets hushollning* Abo 1761. 4°.*. Plantarum varietatem in Finlandia ſatis magnam eſſe, ad 1300. ſpecies. Nicotianam bene provenire, Moros hiemem tolerare. Arbores fructiferas Finnica frigora vix ferre. Quercum ultra 61. Fraxinum ultra 62. gradum vix reperiri. Hiberna armentorum alimenta Lichene molli miſceri, &c.

EJUSDEM *Förſök at utmärka rätta ſånings tiden för de i nordan brukeliga ſädes arter* Abo 1764. 4°.*. Sementis tempus eſt, quando noctes cum gelu conjunctæ deſierunt, & terra neque nimis ſicca, neque nimis humida eſt. Hiberna ſementis cadit in principium Auguſti menſis.

EJUSDEM *Upmuntran och underrättelſe til nyttiga plantagers widtagande i Finland* I. *Styket* anno 1763. 4°.*. Iſatidem ſuadet ſerere: in paludoſis Nicotianam, Solanum tuberoſum, Cannabin, Napum, Polygonatum, cujus turiones hic edules ſunt.

EJUSDEM *Twede Stycket* Abo 1765. potiſſimum de Lini cultu.

EJUSDEM III. *Stycket* Abo 1765. 4°.*. Pinum ſerit in terram ſabuloſam, tum Populum tremulam. Seminaria & plantaria deſcribit.

EJUSDEM *Fyrda Stycket* Abo 1766. 4°.*. Milium, Carvi, & Lupulum coli ſuadet, cultum tradit.

Pars V. anno 1767. 8°. de ſeminibus oleoſis, avellana, nuce juglande nigra, flore ſolis, rapo, papavere, raphano indico, arboribus in Suecicis inſulis.

Pars V. & VI. anno 1768. Duplo lucroſiorem eſſe recentem rubiam. De tempore ſementis & a floribus & a plantarum incrementis definiendo.

Pars VII. anno 1769. 4°.*. De pratis, de ſylva in pratum vertenda, de fimo pratis ingerendo, de ſerendis utilibus graminibus, de Lolio MIROVDOTI (quæ eſt *avena elatior*), de irrigatione, de ſiccandis lacubus & paludibus.

EJUSDEM *Akerbrukets chymiska grunder om akerjordmonernes rätta kiänning och förbättring* Abo 1761. 4°.*. Pars I. Abo 1751. 4°.*. De terra hortenſi humove putrida. De terra paluſtri, ad quam mineralis acor accedit; quam in acervos auctor cumulare jubet, frondeque aut ſtramine contegere.

P. II. Abo 1762. 4°.*. De limo, meliori quando multum in eo pingue eſt vegetabile. Non fervet cum acore minerali. De medulla terræ cubica, marga ut videtur. Limum urere nocet. De limo fervente noxio.

P. III. Abo 1762. 4°.*. De terra infertili calcaria, cum acore fervente, in aqua dilabente.

P. IV.

P. IV. Abo 1764. 4°.*. Terram meliorem eſſe putat, quæ cum acore fervet. Inde enumerat alias mediocris bonitatis terras.

Ejusdem *Tankar om ſkadelige forſtnätter och froſtnäſtens upodling* Stokholm 1758. 8°.*. Frigoris ſcaturiginem (froſtnäſt) ex plantis docet adgnoſcere, quæ fere uliginoſæ ſunt indolis: eo anemonen refert. De modo, quo frigus plantis nocet: de ſylvarum noxis. Varias hic plantas edules facit, quæ nobis non videntur hominibus convenire poſſe.

Ejusdem De vi tinctoria gummi reſinæ in Hyperici vulgaris glandulis *K. Sw. Wetensk. Acad. Handl.* 1762. n. 2.

Ejusdem *Almänna lagars in upmärkſamhet wid plantagernes irättande och wård i ſwerige* Abo 1765. 4°.*. Laricem, Abietem, Pinaſtrum, Spicam Celticam in alpibus Suecicis ſatas vult. Cannabis & Linum cum fructu in Finnia colitur, &c.

Ejusdem *Om ſädesarternas ſiuckdomar* 1766. 4°. Claviculi, phthiſis, languor, rachitis, atrophia, caries, rubigo, clavus.

Ejusdem *Om äkta ſafrans plantering* 1768. Croci cultus, quem plantam putat alpinam eſſe.

Ejusdem De coloribus herbarum flavis, rhamni, ſerratulæ, luteolæ: ipſe laudat ſolidaginem Canadenſem. *K. Sw. Wetensk. Handl.* 1767. n. 2.

Ejusdem *Oefwer Kulſiale förſamling i Tawaſtahus län* ib. 1767. 4°. De arboribus, cerealibus, &c.

Eb. Rosen & *Laurentii* Montin *De medicina Laponum Lulenſium* Lund. 1751. 4°.*. Medicamina gentilia recenſet, Angelicæ radices, baccas Laureolæ, cineres Betulæ, cauteria ex ejus arboris nodis.

Ejusdem Montini De ſucco foliorum fraxini, adverſus viperæ morſum ſalutari *Handl.* vel 26. anno 1765. P. 2.

Ejusdem ibid. anno 1766. n. 3. catalogus plantarum Hallandiæ.

Ejusdem ibid. anno 1768. n. 3. catalogus plantarum, quæ vegetant in arena volatili.

Ejusdem eſt diſp. *de Splachno* Præſide Linnæo propoſita Upſal. 1750. 4°.*

§. MDXLVI. *Itali.*

Giovanni della Bona *L'uſo e l'abuſo del Coffea* Veron. 1751. 8°. Collectio. Coffeam nocere calidæ temperiei hominibus. Germanice *im Allgemeinen Magazin* VII.

Pauli Andreæ Parenti *de medicamentorum doſibus* Leid. 1751. 8°.

EJUSDEM *Trattato di medicamenti ſpettanti alla Chirurgia* Bologna 1755. 8°.

Exercitationes binae 1. de Chinæ Chinæ virtute an coagulativa an reſolutiva, 2. de ſalis abſinthii activitate purgativa Mutinæ 1751. 8°.

§. MDXLVII. *Belgæ.*

In *Rudolphi* ZAPFII *Synopſi obſervationum medicarum, de ſelectiorum medicamentorum viribus* Leid. 1751. 8°.* aliqua huc faciunt. Radice Graminis ictcrum diuturnum ſanavit, hæmoptyſin diacodio. Gallice verſum exſtat opus.

Pharmacopœa Leidenſis Leid. 1751. 8°. Conf. p. 396.

§. MDXLVIII. *Petrus Joſeph Macquer.*

In Cl. MACQUER *Elémens de chymie pratique* Paris 1751. 12°. 2.Vol. inque Tomo II. de plantis agitur. De ſalibus comitis de la GARAYE. Olea expreſſa, igne ſubjecto, addita calce tenuia fiunt & odorata. In vini ſpiritu omnino acidum habitare. Fermentationem initium eſſe putredinis.

Ad *Pharmacopœam Pariſienſis* anni 1758. multum contulit.

EJUSDEM dicitur eſſe *Dictionaire de Chymie*, quod dicemus.

EJUSDEM *Art de la teinture en ſoie* Paris 1763. fol.*. Aliqua ad utilitatem plantarum tinctoriam: ut Orſellæ ad ſaturum colorem cæruleum, Luteolæ cum Rucu ad flavum. Colorem igneum a Carthamo, ſmaragdinum virorem rectius a Serratula obtineri, &c.

§. MDXLIX. *C. G. Læwenhielm. Alii Sueci.*

Caroli Guſtavi LOEWENHIELM *tal om landskötſel* Stokholm 1751. 8°.*. Putes a patria ſua virum illuſtrem nimia deſiderare, qui etiam Coccinellam coli velit. Cæterum omnes agriculturæ partes percurrit, inque ſingula conſilia dat ſodalibus, ut eam perficiant. Pro fimo terram paluſtrem in acervos collectam. Ut prata optime mundentur, ſubterraneis ductis foſſis, quæ apertæ ſervantur, &c. Prata etiam frondoſis arboribus vult conſeri, & ſubinde aratro novari. Sylvas jubet ſeri, potiſſimum Populum, Fraxinum, Tiliam & Ulmum.

Wäſtmanlands tobak plantering Weſtrås 1751. 8°.

M. E. B. *Förſök til en politelig Matrednings bok* Stokholm 1751. 8°.

Nicolai GISLER *Medelpads och angermanlands naturliga lynna och beſkaffenhet* Stokholm 1751. 8°.*. Rector ſcholæ Hernoſandicæ patriæ dona recenſet, præcipuas etiam plantas & arbores.

Jerem. Wolf. MONRAD *De verbena ejusque uſu in ſacris & incantationibus veterum* Hafniæ 1751. 4°. Diſſertatio literaria.

§. MDL. *Helvetii aliqui.*

J. Rudolph. Hess *Theſes anatomico botanicæ* Baſil. 1751. 4°.*. Deſcriptio Symphyti.

Achillis Mieg, medici practici, ſed botanices ſtudioſi, *Specimen obſervationum anatomicarum atque botanicarum* Baſil. 1751. 4°.*. Gramina aliqua rariora deſcribit & Montiam.

Abelis Socini *Theſes anatomicæ botanicæ* Baſil. 1751. 4°.*

J. Rud. Stæhelin *Specimen obſervationum anatomicarum & botanicarum* Baſil. 1751. 4°.*. Character Hypopitydis & Orchidis fucifloræ.

In *Actis Helveticis*, inque Tomo II. egit de variis Peloriis.

J. Rudolphi Stupani *Specimen miſcellaneum anatomico botanicum* Baſileæ 1751. 4°.*.

J. Jacobi Thurneisen *Theſes medicæ* Baſil. 1751. 4°.*.

§. MDLI. *Benjamin Bœhmer.*

Benjamin Boehmer, Profeſſor Lipſienſis, *radicis Rubiæ effectus in corpore animali* deſcripſit Lipſ. 1751. 4°.*. Propria habet experimenta. A Rubia intruſa animalia non pereunt, ſi ſeorſim ab alimento dederis: omnes ab ea humores animalis aliquantum tinguntur, etiam gluten articulare. Duriſſima oſſa minus rubent, ſed teſta ovi gallinæ Rubia paſtæ.

Ejusdem *Programma, quo callum oſſium Rubiæ tinctorum radicis paſtæ inferiorum* dicit anno 1752. 4°.*. Nucleos oſſeos renaſcentis calli Rubia tingi, perioſteum album manere: ambire nucleos. Novum os penitius rubet.

Ejusdem *De virtutibus fructuum horæorum medicis* Lipſiæ 1753. 4°.* etiam de vinis.

§. MDLII. *J. Gottlob Leidenfroſt.*

J. Gottlob Leidenfrost *De ſuccis herbarum recentium recenter expreſſis* Duisburg. 1751. 4°.*. Docta diſputatio, potiſſimum medici argumenti; ſuccum recentem ſibi permiſit, cujus pars aliqua ſubſidet, & acris fit; pars ea melior ſucci eſt, quam pharmacopolæ male rejiciunt. In parte innatante, leviori, eſt ſpiritus rector cum acore ſulfureo. In pluſculis ſuccis nitrum eſt, in aliis ſal marinus. De plantis nutritiis: laudes locuſtæ, quam pro optimo & facillimo habet alimento. Cucumerem tuetur, Cichoreo albo minus favens. Recentes ſuccos Fumariæ & Taraxaci etiam adverſus lepram valere.

§. MDLIII. *Galli.*

Des Forges Maillard *Idille les arbres*, cum Quirini verſione latina anno 1751. 4°.*.

La nouvelle cuiſine avec de nouveaux deſſeins de tables Paris 1751. 8. 3. Vol. vel 1750.

In J. des SAVANS. 1751. Aout teſtimonium dicitur pro utilitate Agarici BROSSARDIANI.

§. MDLIV. *D. Martini.*

D. M. C. M. A. (MARTINI) *Diſſertatio epiſtolaris de oleo Witnebiano ſeu Cajeput, ab homine Wolfenbuttelano in India orientali invento, in terras Brunſvicenſes feliciter revocato ejusque ſaluberrimis effectis* Wolfenbuttel. 1751. 4°. *. D. *Engel Hartwich* WITNEBEN, theologum, primum efficaciſſimum oleum inveniſſe, idque parari arte chemica ex ſemine Cardamomi medii. Exempla aliqua virium nervinarum & antiſpaſmodicarum hujus olei hic producuntur.

Auguſta Hygeiæ Palatinæ corona ad Scientiæ medicæ gloriam & naturæ laborantis felicitatem — nobiliſſimis herbarum floribus ac arborum frondibus exornata Heidelberg. 1751. Progr.

§. MDLV. *Sueci aliqui.*

Hendrik HASSEL & WELIN *Landthushollnings förbättrande i Finland* Abo 1751. 4°.*. Nimis parcam arationem carpit. Laudat fimi augmenta; incendia ſylvarum vehementer improbat: paludes in optimo agros docet convertere.

In *Swensk. Wetensk. Acad. Handling.* 1751. *Trim.* I. Cl. WIMERMARK vidit ſolani tuberoſi fructus maturari & ſpeciem reparare.

J. ADELHIELM De ſemente in ipſam nivem ſata *Trim.* 3.

Gerhard WILLEMOT De utilitate Avenæ albæ Anglicæ.

§. MDLVI. *Er. Guſt. Lidbek.*

Ericus Guſtavus LIDBEK, Profeſſor Lundenſis, noſter olim amicus, in actis Academicis hujus anni de plantis egit, cælum Scaniæ tolerantibus. IDEM anno 1754. de Moro ex ſemine educando.

EJUSDEM *De ſylvi cultura Scaniæ* Diſſ. Lund. 1757. 4°.*. Sylvarum in Scania decrementa dolet. Neceſſitas reparandarum ſylvarum. Modus, quo utiliores arbores plantare & colere convenit.

In *K. Swensk. wetensk. Acad. Handl.* 1753. *Trim.* 4. De felici ſucceſſu plantationum, quas molitus eſt.

EJUSDEM ibid. anno 1755. *Trim.* 2. Rubiæ tinctoriæ exſiccationem tractat.

Anno 1755. hic cultus Carthami.

Et Luteolæ *Trim.* 4.

Anno 1756. De cultu Napi ſylveſtris & Carduorum.

Anno 1759. De arena per certas plantas coërcenda.

Anno

Anno 1761. n. 4. De plantis in fornice Eccleſiæ naſcentibus.

Ejusdem *Tal om planteringer* Stokholm 1766. 8°.* & in *Schwed. Magazin* T. II. De ſerendis in arenoſis Pinis, & proprio fiſco huic operi conſecrando. De removendis veteribus Pinorum truncis. De conatibus Kaltſtrömnii, qui Lundini Rubiam, Inulam, Scorzoneram & Lavendulam ad publicos uſus colit.

Ejusdem *De utilitate plantationum arborum fructuumque in Scania* Lundin. 1768. 4°.*. Arbores impune deſtrui. Conſilia ut futuræ parcitati ſylvarum mature ſylvis ſatis ſubveniri poſſit.

§. MDLVII. *Philoſophicæ Tranſactiones.*

Hoc anno ceperunt *Philoſophicæ Tranſactiones* per volumina numerari, omiſſis numeris. In eo volumine XLVII. quo annorum 1751. & 1752. labores continentur, multa ſunt botanici argumenti, & potiſſimum Cl. Peyssonel nova de Coralliorum fabricatione ſententia, quæ habet pro opere proque hoſpitio polyporum.

Herissant De veneno vegetabili experimenta in vivis animalibus inſtituta.

J. Stedman De vi maligna Hyoſcyami nigri.

§. MDLVIII. *Hamb. Mag. T. VII. VIII.*

In *Hamburger Magazin* Tom. VII. qui hujus eſt anni, de Lini cultu agitur, præter aliqua alias dicta.

In T. VIII. fuſius excerptum du Hameli, Schmersali de Lini cultu, & de prærogativis agrorum macilentorum. *J. Ch.* Helk de fructibus ex apice florentibus. Cl. Schober de ſucco dulci ex Dauci radicibus preſſo, Sacchari & mellis ſuccedaneo.

§. MDLIX. *Commentarii Gœttingenſes.*

Hoc etiam anno primum prodierunt *Commentarii Societatis Scientiarum Gottingenſis* Gottingæ 1751. 4°. In eo volumine pluſculas plantas, novas aut raras, deſcripſi, & delineatas dedi.

§. MDLX. *Acta Helvetica.*

Privata Societas hoc anno Baſileæ edere cepit *Acta Helvetica phyſico mathematico botanico medica* anno 1751. 4°.*. Pluſcula hic botanici argumenti habentur, inter ea *Abrahamus* Gagnebin, vir in plantis colligendis ſolers, Betulam nanam.

Idem in T. III. Myrrhidem auream & odoratam deſcribit, civem utramque Helveticam.

Idem in T. IV. Campanulam maximam deſcripſit.

Sed porro in Tomo I. *Joh.* HOFERUS Mulhuſinus egit de Scheuchzeria ſua, de Lauri flore, de Citri floribus femininis.

IDEM T. II. deſcribit Thelygonum. Umbelliferarum plantarum flores oſtendit raro omnes eſſe androgynos. Gramina conſtituit, valde arcte reſtrictis ſpeciebus, multa tamen ſollicite diſtinxit.

§. MDLXI. *Journal œconomique.*

Hoc anno etiam prodire cepit *Le Journal œconomique* Paris 8. maj. Primus collector fuit CLAUDE ETIENNE BOURDOT de RICHEBOURG, qui curam diarii ad annum 1753. geſſit. Multa hic bona, alia minus certa, de agri cultu, & horti, & univerſa œconomia, propria, & collatitia, ita multa, ut nequeamus perſequi, etiam ad medicinam, ad machinas. Plurima ex Anglis.

§. MDLXII. *J. Herman Knoop.*

J. Herman KNOOP *Den beknopten huyshoudelyke hovenier* Leeuwarde 1752. 8°, & auctius Haarlingen 1762. 3.Vol. 8°.*. Tomo primo agit de arboribus fructiferis, quarum per varietates ſibi notas gallica nomina dat & belgica. Sed etiam ſpontaneas arbores recenſet, cum brevi de utilitate cujusque compendio, cumque varietatibus. Inde ſimilem operam impendit herbis oleraceis, tunc cerealibus & pabularibus, demum herbis inutilibus. Tomus II. catalogus eſt plantarum florentium, etiam aliarum ſpontanearum. Tomo III. Medicatæ ſtirpes. Hic ſubinde aliquanto laxius ſcribit, & nonnunquam peculiares vires medicas indicat, quibus non nimium fidas. Ita remedium adverſus canis rabidi morſum, quod Plantago, Angelica ſylveſtris, Dipſacus & alia ſimilia ſubeunt, vix ſpeciem aliquam veri habet, etſi inventorem annona publica remuneratum fuiſſe noſter addit.

EJUSDEM *Beſchouwende en werkdadige hovenier* Leeuwarden 1753. 4°.

EJUSDEM *Pomologia dat is beſchryving en afbeeldingen van Appeln en peeren* Leeuwaarde 1758. fol. Nürnberg 1760. & 1766. fol.*. Fructus ſelectarum varietatum Pomorum & Pirorum ad naturam delineati, cum ſuis coloribus.

EJUSDEM *Frutologie of beſchryving der vrugtboomenen en fruchten* Leeuwaarden 1763. fol.

EJUSDEM *Dendrologia, Beſchryving der plantagen gewaſſen* anno 1763. fol.

EJUSDEM *Sleutel de latynſche Konſtwoorden, welcke in de botanis pharmacia en medicynen gebruykt worden* Leeuwaarden 1758. 8°.

§. MDLXIII. *Ubaldo Montelatici.*

Ubaldo MONTELATICI *Raggionamento ſopra i mezzi piu neceſſari per far rifiorire l'agricultura* Firenz. 1752. 8°. magn.* Imprimis vult vites primo anno putari,

putari, quas Florentiæ demum tertio putant, unde ſerius fructus producitur. Deinde jubet inquirere, quæ ſpecies plantarum cuique ſolo conveniant. Adjecta eſt MICHELI relatio *de Orobanche.*

EJUSDEM *Eſtratti de piu celebri autori che hanno trattato della coltivazione ed uſi varj delle patate* Firenze 1767. 4°.

G. FRANCESCO *il Filugello o ſia il baco da ſeta* L. III. Venez. 1752. 4°. Poema, etiam de moro.

Ludovici TESSARI *Materia medica, continens ſynonyma, natalia, pharmaceutica, qualitates, principia, præparata, vires, uſus, compoſita, doſes, judicium* Venet. 1752. 8°. Regnum animale & minerale ipſius TESSARI eſt, vegetabile LINNÆI.

§. MDLXIV. *Georg Voorhelm.*

Editionem Belgicam non vidi, ſed G. *Leonhardus* HUTH Germanice dedit *Georg.* VOORHELM (etiam van ZOMPEL dicti) *Abhandlung von Hyacinthen,* Nurnberg 1753. 8°.*, ex Gallico converſam. Admirator ſui floris ſerio contendit, pretium 1000. florenorum non nimium eſſe, quod in unum bulbum effundatur: idem dolet, ſi nimis bulbus ſe multiplicet, quo raritati decedit. Solos Haarlemenſes omnium putat Hyacinthorum pulcherrimos eſſe. Ex ſemine ſimplicium Hyacinthorum novæ obtinentur varietates, cum bulbi ſuam ſpeciem teneant. De cultu fuſe, & candide, ipſo pondere bulborum dicto, & vitæ duratione. Dat etiam catalogum Hyacinthorum pulchriorum, & Aloës novæ, ex duabus ſe amplectentibus natæ. Ex duobus caulibus colligatis monſtrum natum, novam ſpeciem ſemine infecundo.

Eumdem eſſe, puto, tractatum *On the Hyacinth* Lond. 1733. 8°.

Abrah. TITSING *Geneeskonſt der heelmeeſters*, habet etiam varia ad vires plantarum, etiam parum notarum Amſterdam 1752. 8°.

§. MDLXV. *Bidet.*

BIDET *Traité ſur la culture des vignes, ſur le vin, ſur la façon de le faire, & la maniére de le bien gouverner* Paris 1752. 12°.*, & multo auctius 1759. 12°. 2.Vol.*. Italice Venez. 1757. 8°. Germanice ad primam editionem Lipſiæ 1754. 8°. & cum *ſelectis phyſico œconomicis Stuttg.* Campanus, carpit vina Galliæ meridionalis. Parciſſime tamen vinum in Campania provenit, & vili pretio vites venduntur, ſextuplo minori, quam in Helvetia. De cultu fuſiſſime. Solas uvas rubras admittit, & propaginibus uti jubet, ex macilento ſeminario ſumtis, aut detractis de bona ſpecie ramis, ut ſolent in Tunicis. Terram ſuam Campanam omnibus præfert, neque ſolem meridionalem quærit. Ut nova vinea paretur, arando, abſque fimo, ſatis fabis. Vites non ſupra tres pedes adſcendere oportet. Repetita foſſio fimo præſtat, etſi tamen vinea fimo carere nequit: præfert fimum avium, inde humanum. Decimo anno effodiendæ vineæ, novaque terra adportata recreandæ.

creandæ. Non ſupra 4. aut 5. oculos in vite relinquendos. Supremus ſurculus autumno putatur & conſervatur. Quater fodiendæ vites, vetuſtæ inſerendæ. Poſt florem ſuperfluum lignum ramis demendum. Inter morbos nimiam claviculorum luxuriam omittit. In T. II. vindemia habetur, & prelorum fabrica, & vini præparatio. Solæ rubræ uvæ robur vino impertiunt. Vindemia in tria tempora optime dividitur, a nona hora ad tertiam. In ciſta exprimi mavult. Ab aëre potiſſimum ſibi metuit, &c. Nam ſcriptum ab artifice totum legere oportet. Multum ex *Maiſon ruſtique* habere BEGUILLET.

§. MDLXVI. *E. Pontoppidanus.*

Erici PONTOPPIDAN, Procancellarii Hafnienſis & Epiſcopi Seelandiæ, *Förſte förſög paa Norges naturlige hiſtorie* Hafn. 1752. 4°.*. Germanice vertente H. A. SCHEIBE Hafn. 1754. 8°.*. Anglice London 1755. fol. In hoc T. I. ſatis fuſa huc pertinet recenſio agriculturæ & fructuum, qui in Norvegia proveniunt, cum ea regio minus, quam a climate ſperes, gelida ſit. Catalogum etiam habet plantarum ſponte naſcentium, lectarum a *Godofredo Henrico* LANGE, qui minus copioſus eſt, & tamen plantas aliquas calidiorum regionum continet, ut Lychnides. Nummularia flore albo videtur Linnæa eſſe, uti neque Piper aquaticum adgnoſcas. Subjecit vir Venerabilis plantas aliquas noxias, ut Gramen oſſifragum (Anthericum). Deinde baccas varias edules, etiam cum iconibus: inde arbores ſylvarum ſpontaneas, denique plantas marinas aliquas, Fucos, Corallinas, quas etiam delineat.

EJUSDEM *Däniſcher Atlas, oder Beſchreibung des Königreiches Dänemark* Hafn. 1765. 4°.*, ex Danico converſa. Huc pertinet Cap. I. Part. II. quo agitur de agricultura & plantis Daniæ utilibus. Pro ſpontaneis recuſam dat G. *Tychonis* HOLM Floram Danicam, nominibus trivialibus LINNÆI deſcriptam, cum adjectis nominibus Danicis. Ea fere eſt e KYLLINGIO.

EJUSDEM *Kurzgefaßte Nachricht, die Naturhiſtorie in Dänemark betreffend* Koppenhagen 1765. 4°.*. Aliqua de ceſpitibus bituminoſis. Plantæ, frumenta, triticum. Catalogus plantarum Danicarum TYCHONIS HOLM aucta a TEILMANNO, ex ejus viri flora cimbrica, cum nonnullis adnotationibus. Anthericum oſſifragum non nocere, Juncum mire boves ſaginare. De cerealibus & ſylvis.

§. MDLXVII. *Nic. Horrebow.*

Nicolai HORREBOW *Efterretninger om Island met et nyt landkort och 2. aars meteorologiſke obſervationer* Coppenhagen 1752. 8°. Germanice Coppenhagen 1753. 8°.* Anglice London 1758. fol. Islandiæ ab ANDERSONI imputationibus vindicandæ hic liber deſtinatur. Pulchra prata habere, & ceſpitem bituminoſum, & lignum in paludibus nigrum, indicio, olim ſylvas in inſula fuiſſe. Etiam agriculturam nuperi omiſerunt, veteribus non ignotam. Plurimum inter alimenta utuntur Angelica, & Muſco cathartico. Ex cereali ſpontaneo panem coquunt aliquem. Autoptes auctor.

§. MDLXVIII.

§. MDLXVIII. *M. Guil. Schwenke.*

Martini Guilielmi SCHWENKE, THOMÆ F. *Officinalium plantarum catalogus, quæ in horto medico aluntur, qui Hagæ Comitum eſt.* Haag. 1752. 8°.*. Plantarum 596. nomina Linnæana, inter quas oppido raræ aliquæ, ut arbor, quæ Sago fert, & Arak.

EJUSDEM *Verhandeling over de Cicuta aquatica Geſneri* Haag. 1756. 8°.*. Et hanc, & Virginicam Cicutam hujus ſimilem, delineat, occaſione trium puerorum ab ejus eſu enectorum. De animalibus fronde Taxi enectis.

EJUSDEM *Beſchryving der gewaſſen, welke meeſt in gebruyk zyn* Haag. 1766. 8°.*. Nomina, ſapor, odor, vires medicatæ; plantæ ipſæ 586. peregrinæ aut indigenæ. Subjecta Schwenkia, novum genus, Gratiolæ adfine. Rariores paſſim plantas recenſet, Simarubam cum Berberide & Calamo, Quaſſiam cum Ledo. Cicutæ uſum internum rejicit.

§. MDLXIX. *J. Armſtrong. Angli.*

John ARMSTRONG *Hiſtory of the Island of Minorca* London 1752. 8°.*. Etiam naturæ fructus recenſet, vinum, Capparin, Oleam, Opuntiam, Myrtum, Glandes, olera. Recudi curavi in itinerum collectione Gottingenſi.

Letters of ſeveral parts of Europe and the eaſt written in 1750. London 1752. Video tribui cuidam MATTHEWS.

CHURCHILL *Collection of voyages and travels* London 1752. fol. 8.Vol.

Pharmacopœa Edinburgenſis pauperum Edinb. 1752. & Anglice London 1753. 1758. 8°. 1759. 8°. 1763. 8°. Francofurt. 1759. 8°. 1760. 8°. Genev. 1761. 8°.

§. MDLXX. *Carolus Alſton.*

Caroli ALSTON, Profeſſoris Edinburgenſis, *Index medicamentorum ſimplicium triplex* Edinburg. 1752.

EJUSDEM *Tirocinium botanicum Edinburgenſe* Edinburg. 1753. 8°.*. Continet viri ſolertis opuſcula. Diſſertationem de re herbaria fere LINNÆO oppoſitam. Sales plantas etiam valde dilutos occidiſſe: nocere etiam calcem, neque plantas a terra lixivium paſſa minus ali. Contra ſexum plantarum. Spinachias feminas absque vicinis maribus fructus protuliſſe. Nomina novata reprobat. Gomphrenæ nullum putat ſenſum eſſe. LINNÆUM proprias leges non obſervare: neque easdem eſſe vires plantarum, quæ ad unam claſſem botanicam pertinent.

In P. II. Reperias LINNÆI fundamenta botanica.

In P. III. Catalogum plantarum, quas Cl. vir quotannis ſolet demonſtrare.

EJUSDEM *Diſſertation on botany translated from the latin* Edimb. 1754. 8°. Puto idem eſſe opuſculum, quod ſecundo loco diximus.

In Diario *Eſſays and obſervations phyſical and literary*, &c. T. I. Edimburg 1754. 8°.* fuſam diſſertationem contra ſexum plantarum inſeruit. Plantas feminas non fecundatas ſemina perfeciſſe. Plerasque tubas anthera longiores eſſe, & iſtam pollinem in aërem liberum diffundere.

IDEM Opii analyſin dedit in T. V. *Eſſays of a Society at Edimburg.*

EJUSDEM *Lectures on the materia medica containing the natural hiſtory of drugs their virtues and doſes* a morte auctoris prodierunt London 1770. 4°. 2. Vol.* curante JOHANNE HOPE. Opus collectitium, ſed accurato de rebus & ſcriptoribus judicio ſcriptum, ut etiam diſpenſatoria compareт, temere mutata ſimplicia indicet, de viribus nimiis dubitet. Herbarum infuſum theiforme, ſed longiori tempore paravit, & aliqua inde ad vires herbarum illuſtrandas eruit. De ſcriptoribus materiæ medicæ, ſed paucis judicat. GEOFROI errores & furta detegit. Propria multa non habet, & nuperrime detectas medicatarum ſtirpium ſpecies non ſatis tenet. Paſſim tamen aliquas medicas utilitates ab experientia indicatas adnotat, ut de vi purgante ſeminum cataputiæ, quorum nulla ſit acrimonia. Iridis flavæ radices acerrimas eſſe, adeo male pro Acoro adhibitas. Rheum cum Rhapontico comparavit.

In T. II. quo multa peregrina medicamina traduntur, videtur mihi recentiorum ſcripta, & priores etiam fontes minus copioſe legiſſe. Paſſim propria habet de medicamentis cogitata. Ita myrrham de croci narcotico vapore aliquid habere; ſic Coffeam, ex cujus potu ſcotomiam ipſe ſenſerit. Granis Kermes, quæ refert ad vegetabilia, parum tribuit, & malignum quid ſuſpicatur ſubeſſe. Infuſum unius drachmæ Sennæ ſufficere ad purgandam alvum.

§. MDLXXI. *Jac. Richardſon.*

Jacobi RICHARDSON *Hallandia antiqua* Stokholm. 1752. fol.*. Conſilia de ſerendis ſylvis, non recepto more, absque ſeminario, & transplantatione. Ericam ſolo igne deſtrui.

§. MDLXXII. *Chevalier.*

CHEVALIER (an J. DAMIAN) Medici Pariſini, qui in Hiſpaniola medicinam fecit, *Lettres ſur les plantes de S. Domingue* Paris 1752. 8°.*. Reliquæ epiſtolæ non ſunt hujus loci. Plantæ ab *Andrea* MINGUET anno 1713. in catalogum collectæ fuerant, cum viribus medicatis; aliqua adjecta ex D. POUPPE'E des PORTES & LABATO. Deſcriptiones non malæ, vires medicatæ paſſim novæ. Poinciana adverſus febres nihilo cortice peruviano deterior; tum cortex Mangle rubri. Jalapa Hiſpaniolæ deterior eſt, Sennæ nomen ad herbam traductum. Bois d'Inde hic dicitur, quod Amomum Anglis ſeu cortex Caryophyllatus.

In *Chirurgie complete* cum falſo titulo Paris 1752. 12°. edito, inque Tomo II. exſtat materia medica, & ſimplicium medicamentorum cenſus alphabeticus, cum doſibus & virium medicatarum brevi indicio.

§. MDLXXIII.

§. MDLXXIII. *Germani aliqui.*

C. F. *von dem* BORNE *Beſchreibung einer neuen Erfindung, allerley Getreid mit geringen Koſten und mit Erſparung der halben Ausſaat auszuſäen, unterzupflügen und zu egen, mit beygefügter Zeichnung der Maſchine* Berlin 1752. 4°.*

EJUSDEM *Beantwortung gegen* KRETSCHMARS *Gedanken über ſeine Säe- und Acker-Maſchine* Berlin 1752. HAUSVAT.

J. HUBNER *Natur- Kunſt- Gewerks- und Handlungs-Lexicon* Leipz. 1752. 8°.

Reglement für Prediger, Küſter und Schulmeiſter der Churmark Brandenburg, wegen Pflanzung der Maulbeerbäume 1752.

Georgica Bavarica, oder œconomiſche Auszüge und gründliche Nachrichten München 1752. HAUSVATER.

F. GERBER'S *Oſtindiſche Naturgeſchichte, Sitten und Alterthümer, inſonderheit der Malabaren* Halle 1752. 8°.

L. BALAGER'S *Grönlandſke relationer* Koppenhag. 1752. Si huc facit.

J. E. G. *Rechte und erfahrne Färber-Kunſt* Langenſalza 1752. 8°. 1756. 8°.

Vorſchlag einer nützlichen Zimmer-Anlage, nebſt einigen Anhängen, wie man bey den Waldungen den Holzverkauf pflegen, den baldigen Anflug des jungen Holzes zuwege bringen, und dem Holzmangel abhelfen könne Ulm 1752. HAUSVAT.

J. F. T. *Von der Seidenwürmer Futterung, Wartung und Pflegung* Quedlinburg 1752. HAUSVATER.

Henr. G. Juſt. VARNHAGEN *De præſtantia medicamentorum ſimplicium* Gotting. 1752. 4°.*

C. G. T. STRUVE *Exercitationes Academicæ l. de materia medica* Erford. 1752. 8°.

J. Gottfried v. HAHN, vir eruditiſſimus, *de veris* MESVÆ *Syri ſcriptis non deperditis, ſed ſub* JANI DAMASCENI *nomine conſervatis* Breslau 1753. 4°.*

Chriſt. Lud. CRELLIUS *Obſervationes de privilegio ſementis & ſeminum* Witteberg 1752. 4°.

Carl Gunther LUDOVICI *Vollſtändiges Kauffmanns-Lexicon* T. I. Lipſ. 1752. 8°.* &c. & novæ editionis Tomi 8. Lipſ. 1767. 1768. 8°. Continet etiam plantarum breves deſcriptiones & utilitates.

Georg Heinrich MARTINI *De thuris in veterum Chriſtianorum ſacris uſu* Lipſ. 1752. 4°.

SYLVANDER *Zufällige Gedanken von der Natur und Fortpflanzung der wilden Bäume, wie die Verbeſſerung der Forſte mit Nutzen vor die Hand genommen werden*

den könne Wolfenbüttel 1752. 4°. Latet ſub hoc nomine Cl. v. BROKE. Multa methodica habere, cum parum methodicus ſit & aſper. M.

EJUSDEM *Wahre Gründe der phyſicaliſchen und allgemeinen Forſtwiſſenſchaft* Leipzig 1768. 8°. 2.Vol. Arbores ſylvaticæ, earum natura & utilitas. Viſcum non ab avibus ſeri, ſed vegrande eſſe genus muſci. De ulmo ejusque ſemine, & uſu. Ut arbuſculæ transplantentur. Contra torfam. De plantandis ſylvis &c.

EJUSDEM *Betrachtungen von einigen Blumen, deren Bau- und Zubereitung der Erde* Leipzig 1767. 8°.*. Florum amator, qui non optimum ſolum colit. Fuſe de auriculis. Pulchras obtineri ſpecies ſatis ſeminibus pulchrarum ſpecierum. De Tunicis; belgicas ſtirpes humano fimo præcipitari, & cito interire: ſemen ſumendum ex floribus luteis obtuſis, neque dentatis. Anemones radices macerandas. Semina leucojorum flore pleno colligenda ex plantis, quibus alioquin jam ſex petala, & tres ſint in ſiliqua loculi. Hyacinthos batavicos facile perire aut degenerare.

Erbauliche Betrachtung über die Herrlichkeit der Schöpfung in den Gärten und Feldern Hamburg 1752. 1753. 3.Vol. 8°.

Vollſtändiges Haushaltungs-Lexicon Bamberg 1752. 8°.

G. C. S. (*Georg Conrad* SCHMIDT) *Wahre Eigenſchaften des Rheinweins* Maynz 1752. 8°.*, Profeſſoris Moguntini, diſcipuli noſtri, opuſculum. De vini Rhenani præſtantia, fermentatione perfecta, terra martiali, ipſo ſapore & odore. Gallica vina non perfecte ſe depurare. Acorem non nocere, neque calculum veſicæ facere, quem ſolvat.

Carolus Henricus OBERLIN *De Opio liberius in medicina adhibendo* Argentor. 1752. 4°.*.

J. Henricus BONHOEFER *De Saccharo ejusque viribus* Altdorf. 1752. 4°.*

J. Nicolaus FUNCCIUS *De Lauro Apollini ſacra* Marburg. 1752. 4°.*. Literaria.

Chriſtian. Gotthilf KIESLING *De ſuccis plantarum* Lipſ. 1752. 4°.*. Aquam non eſſe verum plantæ alimentum. Succos plantæ mutari in fabrica celluloſa. Ineſſe his ſuccis ſalem acidum, alcalinum, oleum, ſpiritum rectorem, mucilaginem.

J. Jacobi SCHILLING *Phytologiæ Specimen* I. II. III. Duisburg. 1752. 4°.*. Fabrica plantarum. Pro vaſis & receptaculis aereis in plantis, & plantarum reſpiratione. Sudor & perſpiratio. Succus eſt terra tenuiſſima, in aqua diſſoluta. Fructus, ſemen, flos, ſexus duplex.

Das allerneueſte Pariſer Kochbuch Strasburg 1752. 8°.

Die Nürnbergiſche wohl unterwieſene Köchin Nürnberg 1752. & 1753. 8°. 2. Theile.

§. MDLXXIV.

§. MDLXXIV. *Nic. Trötzelius.*

Nicolaus Bliechert TRÖTZELIUS & HAUSWOLF *Anmärkningar wid Suiogöthernes fordra husholiswett* Stokholm 1752. 4°.*. Vetuſtam Sueciam paſſim fertiliorem fuiſſe quam ſit nupera: maximum agricolis honorem habitum. Non nuper cerealia, triticumque & Secale in ſeptentrione coli. Veſtigia eſſe etiam fructuum horæorum.

EJUSDEM *En tröskmachin* Stokholm 1754. 8°.*. Molendini delineatio, quo frumenti grana de ſtramine excutiuntur.

ANDERS ROSENSTEN'S *Tankar om ſkogans ſkötſel eller Underrättelſe om wilde träns natur och egenſkaper* edidit CLAR. TRÖTZELIUS Stokholm 8°.

Beprôfwad ſätt at bereda lin och hampa til finaſte ſpånad och wäfnader Stokholm 1752. 4°. An idem l. cum l. *om lin och hampa plantering* Stokh. 1764.

A. BERCH. & AND. OLDBERG *Tankar om underwiſningen i landbruk* Upſal. 1752. 8°. Juventutem debere ad agriculturam informari.

In P. III. (1759.) De diverſis Sueciæ aratris.

§. MDLXXV. *Galli Varii.*

Pierre BRODIN de la JUTAIX *Pierre philoſophale, qui conſiſte en la multiplication des grains, des fruits, des fleurs, & de tous les végétatifs* Paris 1752. 12°.

Notice des lieux ou croiſſent les meilleurs vins de Bourgogne in *Nouv. recherches ſur la France* citato in QUERLON *affiches* 1752.

THIERRIAT *Obſervations ſur la culture des arbres à haute tige, particuliérement les Pommiers* Angers 1752. 12°. vel 1753. (*Journ. Sav.*) 1760. 12°. Italice Firenze 1767. 8°. A peritis laudatur.

EJUSDEM *Inſtructions familiéres ſur les principaux objets, qui concernent la culture des terres, & deux mémoires fort intéréſſans ſur les bois* Paris 1763. 12°. 1764. 12°.

Catalogue des plus excellens fruits, qui ſe cultivent chez les chartreux, &c. Paris 1752. 12°.

CAMIL L. FALCONET & L. ANNA LAVIROTTE *E. legitimæ vulnerum ſanationi promovendæ cortex Peruvianus* 1752.

DU HAMEL du MONCEAU & de la GALISSONIERE *Avis pour le transport par mer des arbres, &c.* Paris 1752. 12°. tum Paris 1753. 12°.*, quæ nova eſt editio. Ut plantæ optime ſiccentur, & in hortum ſiccum compingantur. Arboribus cum radiculis minoribus terræ aliquantum relinquendum, aut cum viridi

ridi ceſpite naturali transferendas. Americanas aurantias in Gallia parum feliciter provenire. Siccatæ ficus ſemina fecunda eſſe. Recentem muſcum in univerſum ſemina bene tueri, &c. Practice & ſimpliciter. Germanice prodiit Hafniæ 1756. 8°.* *Vorſchläge, nach welchen der Transport der Bäume, &c. zu veranſtalten iſt.*

Recueil des Pieces en Perſe, & en vers de l'Acad. de la Rochelle Paris 1752. 8°. De taxi qualitatibus.

Spiritus Claudius Franc. CALVET & COLLIN *E. potus Coffeæ quotidianus valetudine tuendæ vitæque producendæ noxius* Avignon 1752. 4°.

La cuiſiniere bourgeoiſe Paris 1752. 12°. Avignon 1756. 12°. 2. Vol.

Déſcription de la vraie méthode de la plantation du Tabac Paris 1752. 8°.

N. LURUS *De la vraye agriculture* Paris 1752. 4°. HAUSVATER.

LAURENS *Cours de médecine pratique & uſuelle.* Adnuntiavit nunquam vero, quod ſciam, edidit. Inde dedit *Diſcours ſur les véritables moyens de connoitre la vertu des médicamens, & la préference, qu'on doit donner aux remédes ſimples ſur les compoſés* Douay 1752. in *Mém. de Trévoux.*

Mémoire pour les herboriſtes de Paris, Paris 1752. 4°.

§. MDLXXVI. *C. Aurivillius.*

Caroli AURIVILLII *ex opere coſmographico Ibn* ALWARDI *particula latine verſa* Upſal. 1752. 4°.* olim a nobis citata. Cl. Editor plurimas adnotationes adjecit, plantisque Arabicis ſua nomina Europæa adjunxit.

§. MDLXXVII. *M. Muller.*

Martin MULLER *Gründlicher Bericht vom Torf von Taubenried, &c.* Ulm 1752. 8°.* Vir bonus cives ſuos ad fodiendum ceſpitem bituminoſum excitat. Igne etiam ſubjecto ejus naturam exploravit, aquam olentem extraxit acidulam; pingue quid album, tunc oleum butyraceum. Negat ceſpitem renaſci.

§. MDLXXVIII. *Miſc. Nat. Cur.*

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* IX. *obſ.* *Wolfgang Thomas* RAU De Semperviri in puerpera noxio uſu.

Vol. X. De effectibus pernicioſis Solani furioſi ſeu Belladonnæ.

§. MDLXXIX.

§. MDLXXIX. *Petrus Lœfling.*

Petrus Loefling, qui de gemmis arborum ſub Linnæo diſputaverat, dedit in *K. Swenska wetensk. Handl.* 1752. *Trim.* 2. deſcriptionem duarum elegantium Corallinarum, cum iconibus.

Idem *Hiſpaniam* & *Americam* meridionalem petiit, ut plantas conquireret. Ita natum eſt *iter Hiſpanicum*, *eller reſa til Spanska länderne uti Europa och Amerika, författed ifron anno* 1751. *til* 1756. *med beſkrifningar öfwer de märkwärdigſte wäxter* Stokholm 1758. 8°.* Germanice Berlin 1766. 8°. In itinere haud longe Oronoko anno 1756. ex morbo obiit; ex chartis vero relictis hæc ſervata ſunt. Plantæ primo Hiſpanicæ rariores, inter eas Löflingia, Minuarta, Ortegia, Queria, Velezia. De herbis ſiccis in *Eſcuriale* ſervatis, Americanæ plantæ, fere novæ, aut minus accurate deſcriptæ fuerant. Hinc plurima nova genera conſtituuntur, hic non recenſenda. In Baniſteria fructus fecundari nequit, ut neceſſe ſit, ſi ſubire debet pollen antherarum, in receptaculo ſubire.

§. MDLXXX. *Diaria Germanica.*

In *Hanoverſchen gel. Anzeigen* 1752. & 1754. aliquot de torfa libelli.

Im *Hamburgiſchen Magazin* T. VIII. *Friderici Chriſtiani* Lesser conſpicuus ex Camphora vapor. Bazini aliqua. *J. Aug.* Unzer de millefoliis viribus in hæmorrhoidibus.

In T. X. Cl. Schmersahl de putatione arborum. Figura globi imperialis in ligno expreſſa.

In *Göttingiſchen Anzeigen* de Spigeliæ, & Phytolaccæ viribus, & de torfa actum eſt.

§. MDLXXXI. *Daniel. Gottfried Schreber.*

Daniel Gottfried Schreber aliis quidem potiſſimum œconomiæ publicæ partibus ſe dedit, aliquas tamen botanices partes, & utiliter adtigit. Huc numeres *Hiſtoriſch - phyſiſch - und œconomiſche Beſchreibung des Waidtes, deſſelben Baues, Bereitung und Gebrauches zum Färben* Hall. 1752. 4°.*. Per aliquot annos Iſatidis cultum cominus in Thuringia inſpexit, ipſe demum plantam coluit. Eam deſcribit & delineat, glabram & ſativam; ſpontaneam hirſutamque improbat. Cultum omnem exponit pilasque, earum putredinem & trituram. Tunc uſum in tinctura. Negat vir Cl. absque Iſatide pannos cæruleo colore tingi, qui ſoli reſiſtat. Multa edicta huc pertinentia, libellique *Laurentii* Niska & *Henrici* Crolach. Ipſe vir Cl. ſperat, putredine in folia Iſatidis introducta, ſedimento collecto, aliquid Indici ſimile obtineri poſſe.

Ejusdem *Vom perennierenden Sibiriſchen Leine und deſſen auch bey uns mit Nutzen einzuführendem Baue* Hall. 1754. 4°.* Ipſi in horto coluimus, facilem plantam, altiorem, duriorem, omnis frigoris patientem, & terræ.

Ejusdem

Ejusdem *Sammlungen verſchiedener Schriften, welche in die Policey- Cameral- und andre Wiſſenſchaften einſchlagen*, ceperunt edi Hallæ 1755. 8°.* ad 1765. tomi 16. In parte I. varia œconomica ad regnum vegetabile pertinentia, ut Rubiæ cultus in Magdeburgenſibus, Hordei *fruticoſi* major fecunditas. De Hordeo ſpica ramoſa. De tuberibus Germanicis, minus aromaticis. De utilitate Capſici in variolis ovium, caſu detecta. De perfectione Iſatidis, ut Indico æqualis fiat. De Cedris Sibiricis (Pinaſtro). De Arnicæ uſu ad vulnera armentorum. De ſementis in calidum cinerem factæ ubere fœnore.

Tom. II. anno 1756.* Anagallis ovibus non nocet. Spergulæ cultus. Uſtilaginem eſſe ab imperfectis granis ſementis. De Secalis corniculati uſu noxio, & nato inde mobo convulſivo. De Lathyro tuberoſo.

Tom. III. anno 1758.* Plantarum circa Hallam naſcentium catalogus, & earum ad paſcenda pecora, aliæve utilitates. Sed meras plantas utiles in prato tolerare, vires ſuperat humanas, & multa ſicca innocua ſunt, quæ recentia urebant. Laudes Viciæ Sibiricæ maximæ. Arſenici halitu gramen venenari. Speltam commendat. Papas certe ſeparat a Battatis.

Tom. IV. anno 1759.* De lætamine, & emendanda terra.

Tom. V. anno 1760.* De ceſpitis bituminoſi cultu in Bructero monte, & de carbone inde parato. De transmutatione Avenæ in Secale lites aliquæ. Ut Rubi & Cardui eliminentur. Urtica & Spinachia pro pabulo armentorum. De cultu Aſparagi, Napi. Carbone vitiata grana non dare ſegetes vitiatas.

Tom. VI. anno 1760.* De Fungis & de plantis venenatis converſi libri cum notis Schreberi. Merulium ego inter minime ſuſpectos habeo. Triticum Polonicum. Gramina noxia. De Panico Schwaden.

Tom. VII. Westfeld de molendinis ad linum molliendum. De Cereviſiis Anglicis. Reliqui Tomi fere libros aliunde converſos continent.

Ejusdem *Neue Sammlung verſchiedener in die Cameralwiſſenſchaften einſchlagenden Abhandlungen und Urkunden, auch andrer Nachrichten*, potiſſimum Butzoviæ prodiit, minus botanicis commentariis dives. 1762. 1765. 8°.

Ejusdem *Hiſtoria Scientiarum œconomicarum* Lipſ. 1764. 4°.

Ejusdem Additamenta varia *zum Schauplatz der Künſte.* Ut de alica, de molendinis, de panificio.

Ejusdem *Wie der Flugſand ſtehend und dürre Sandfelder zu Wieſen zu machen* Leipzig 1764. 8°.*. Etiam in Germania arena tenuiſſima & volatilis reperitur. Coercetur foſſis, Tritico repente, Arundine avenacea. Enumerat plantas in ſabulo viventes.

Ejusdem

Ejusdem *Reiſe nach Carlsbade* Leipzig 1771. 8°.*. Pii viri iter anno 1770. ſuſceptum. Præter varia de agricultura earum regionum, ad botanicen facit compendium floræ Carlsbadenſis. Raræ aliquæ plantæ ibi naſcuntur, ut Cytiſus nigricans, quem pecora amant, Sonchus alpinus, Jungermanniæ, quas negat vir Cl. apud Dillenium reperiri. Floram Carlsbadenſem a b. Haenelio collectam poſſideo, ipſasque plantas, quas inter Orchis radice multiplici: eam aliquando ſi DEUS vitam largiatur, inter numeroſas epiſtolas edam, quas pene a dimidio ſeculo a doctis viris accepi.

§. MDLXXXII. *Grundigii Diarium.*

G. G. Grundig *Neue Verſuche nützlicher Sammlungen zur Natur - und Kunſtgeſchichte, inſonderheit von Oberſachſen.* Tom. II. prodiit Schneeberg. 1752. 8°.*. Pleraque equidem ad minerarum hiſtoriam pertinent. Aliqua tamen ſparſa de agricultu & re hortenſi habet, ut n. 16. de Linagroſtidis ad telas texendas uſu. In n. 23. *Auguſti* Schefferi anno 1763. ſuſceptum iter Hercynicum, in quo plantæ aliquæ Montis Bructeri recenſentur, nominibus corruptis.

§. MDLXXXIII. *Gauthier.*

M. Gauthier pictor, phyſices amator, cepit anno 1752. diarium edere, cui titulum fecit, *Obſervations ſur l'hiſtoire naturelle, ſur la phyſique & ſur la peinture* Paris 1752. 12°. Ejus ſex vidi volumina: in ſecundo Guyotus egit de varietatibus in florum colore. Eas naſci putat ex commiſtis pulviſculis ſtaminum florum, quorum colores ſimplices ſua compoſitione deſideratum & novum colorem producant. Ideo cæruleos flores arte non obtineri, quod is color ſimplex ſit. Multa hic vana; nam & flavos Hyacinthos habemus, & flavas Tunicas arte natas utrasque, cum color flavus perinde ſimplex ſit. Ibidem de tinctoriis coloribus ad telas goſſypinas.

In T. III. Grana exterere flagellis a molendino agitatis, ſuadet M. Meyfren.

In T. IV. Suadet bombyces in ipſis arboribus alere.

In T. IV. Novus ſeminator.

§. MDLXXXIV. *J. Andreas v. Fiſcher.*

J. Andreæ v. Fischer *Liefländiſches Landwirthſchafts-Buch auf Liefland .... eingerichtet, &c.* Hall. 1753. 8°.*. Archiater Ruſſicus in villa ſua quietum ſenium exſpectabat, & adtigit. Grana cerealia mature oportere ſerere. Incendia ſylvarum, ut in cineres ſeras. De oleribus, pro ruſticis. De aratione, pro varietate ſoli: fimus optimus ex mari in agros vehitur. De rudi diæta ruſticorum, de deſtillatione ſpiritus frumenti, Cereviſiæ, Hydromellis.

Ejusdem Cl. viri Codex M.S. inter meos eſt, in quo figuræ calamo artificioſe ductæ characteres plantarum exprimunt, ad Rivini fere methodum, primis claſſibus a flore ſumtis, ſecundis a fructu.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Tom.* X. aliqua de Rhabarbaro habet n. 20. & de Thea n. 21.

§. MDLXXXV. *Germani Varii.*

Vorſchlag einer nützlichen Wegebeſſerung, nebſt verſchiedenen Anhängen, die neu erfundene Einrichtung des Zimmer- und Anflug des neuen Holzes betreffend Ulm 1753. 8°. Hausvater.

Deutlicher Unterricht von der wilden Baumzucht Frankfurt 1753. 8°. Hausv.

Franc. Anton. Danreiter vertit & edidit *Alexandri* Blond *Gärtner*, cum adnotationibus Aug. Vindel. 1753. 8°. 1764. 8°.

J. G. Jugel's *ſehr geheim gehaltene und nunmehr frey entdeckte Kunſtſtücke, die ſchönſten und rareſten Farben zu verfertigen* Zittau 1757. 8°.

Gründlicher Unterricht vom Seidenbau Wolfenbüttel 1753. Wien . . .

J. Mich. Gottl. Sprengel *Hauptſtücke der Landwirthſchafts-Kunſt* Breslau 1753. 8°. Hausvater.

Neues Engliſches Gartenbuch — wie lange die Garten-Saamereyen zum Wachſen gut bleiben — deutſch- und lateiniſche Namen aller Kräuter, Blumen, Stauden und Bäume Leipzig 1753. 8°.

Der offenherzige Weinarzt Frankfurt 1753. 8°.

Chriſtian Borse *Generale Haushaltungs-Principia zum Berg- und Forſtweſen* Leipzig 1753. fol.

Chriſtoph. Jacob Schroek *De Cynogloſſo* Altdorf. 1753. 4°.*. Adparet vim narcoticam, ſi quam habet, exhalare, nihil enim in extracto ſupereſt. Alvum poſt coctionem etiam ducere, & vetuſta ulcera ſanare.

§. MDLXXXVI. *Du Mont.*

Du Mont *Mémoires hiſtoriques ſur la Louiſiane* Paris 1753. 12°. 2.Vol. Nomen præfixum eſt militis, qui 25. annis ad flumen Miſſiſippi vixit. Fructus hujus regionis accurate adnotavit, Oryzam, Uvas, Angurias, Battatas, Arundinem ſemine eduli, duas ſpecie Mayz, Tabacum, arbores nonnullas ſylvaticas, oleas ſpontaneas edules, Usneam, aliquas etiam plantas medicatas. Hæc omnia ut a viro botanices imperito, cum malis iconibus.

§. MDLXXXVII. *William Lewis.*

The new diſpenſatory containing the theory and practice of pharmacy London 1753. 8°.*. Simplicia medicamenta breviter deſcribit, viresque medicas adſignat, ut eas vires non nimis augeat, & moneat, quando uſus obſolevit. Deinde ea, quæ ex plantis componuntur. Simplex liber & verus. Nomen

men auctoris omiſſum. Negligenter ſcriptum eſſe J. ALSTON. Anglice recuſum eſt London 1765. 8°. Germanice verſum prodiit Hamburgi ad priorem editionem 1768. 8°.

IDEM *Pharmacopœam Edimburgenſem* cum variis additamentis edidit London 1748. 8°.

EJUSDEM *Experimental hiſtory of the materia medica* London 1761. 4°.*. Id ſibi ſumſit, ut nimias in plantas collatas laudes ad veri normam deprimeret: eas ſapore, odore, etiam analyſi exploravit. Nova paſſim cogitata interſpergit. Abſinthii radices vellet in officinas recipi, quarum gratum ſit aroma. Agarici igniarii laudes obſolviſſe. Apii recentes radices, ob adfinem Cicutæ odorem & ſaporem, ſuſpectas eſſe. Bellidis minoris radicem acri ſapore eſſe, fere ut Contrayervam. Cevadillam cauſticorum eſſe validiſſimum. Cicutæ vires in Anglia minus conſpicuas fuiſſe. Radicem Conaſſi, Ceylanicæ originis, ad drachmam datam laudari. Doronicum obſoletum eſſe. Aquam fortiorem ceraſorum nigrorum canem occidiſſe. Gerania fortiter trahere. Britannicæ decoctum ad gingivas ſcorbuticas valere. Lignum Campechianum adverſus diarrhœam prodeſſe. Anglos ſola, eaque validiori, Mentha Piperitide uti. Semen Papaveris non eſſe narcoticum. Flavum Peucedani ſuccum Cicutæ analogum eſſe. Salap omnino eſſe Orchidis radicem. Sinapi lac cogere. De Viſco parum ſperat. Ulmariam aliquid venenati habere, &c.

IDEM l. ad ſecundam editionem in Germanicum ſermonem converſus eſt a *J. Henrico* ZIEGLER Tiguri 1771. 4°.*, qui & aliquas utiles adjecit adnotationes: de ſolvendo Gummi Copal; de extracto corticis peruviani validiori parando ex infuſa frigida, per chartam emporeticam craſſiſſimam colata: de ſpiritu gentianæ, in alpibus parato: de Camphora in aqua integro ſolvenda, papiniani ope lebetis.

IDEM Cl. LEWIS NEUMANNI chemica in compendium reduxit, cum largis adnotationibus Londin. 1759. 4°.

EJUSDEM *Phyſical and chymical eſſays on trade and arts.* Gallice 176 .. 12°. 3.Vol. Agit quidem potiſſimum de foſſilibus, tamen etiam de vernice, & nigra lanæ tinctura.

IDEM *Hiſtory of colours* P. I. *of the black.* Germanice verſa a Cl. *Henrico* ZIEGLERO Tiguri 1766. 8°.*. Omnes omnino ſimplices materies exploravit, quæ nigro colore imbuunt. Nigror unice a ferro eſt. Succus Pruni ſylveſtris ad atramentum gallis præfertur. Rubia nihil confert ad colorem nigrum panni: & Uva urſi fuſcum colorem dat, neque nigro absque ligno Indico tingit.

§. MDLXXXVIII. *J. G. Zinn.*

J. Godofredi ZINN *Obſervationes quædam botanicæ* Gotting. 1753. 4°.*. Succeſſor & diſcipulus noſter magno animo ſe ad rem herbariam convertit,

 cum

cum ea ipſi cura mandata fuiſſet; ſed mors eum acerba præcociter abripuit. Plantas rariores, aut cum aliis confuſas, accurate diſtinxit, ut Carvifoliam ſuam. Ad plantam Crotoni adfinem, ad Cakilen. De plantis faſciatis variis, de foliis coaleſcentibus, de varietate in numero ſegmentorum calycis, floris, ſtaminum. De calyce nonnullarum plantarum & de involucro.

In *Comment. Acad. Gotting.* T. III. egit de Stratiote, cujus characterem multo accuratius recenſuit, cum ſolum florem femininum LINNÆUS habeat, ſolum maſculinum *Carolus Auguſtus* a BERGEN. In flore maſculo filamenta a duodecim ſtaminibus ſeparat, cum præterea etiam in femininis floribus ejusmodi fila reperiantur, tum in Hydrochari, quam una deſcribit. Porro duos Aſtragalos, Dracocephali ſpeciem, & Cardiacæ, & novum plantarum genus Coreopſidi adfine.

EJUSDEM Prælectio anni 1755. nondum prodiit, cujus ſolum compendium exſtat in *Götting. Anzeigen* 1755. n. 137. Neque ſtaminum, neque tubarum numerum, neque ſexum definiendo plantarum diſcrimini ſufficere, neque ob unicam partem eas plantas debere ſeparari, quæ multis conſentiant. Molluginem, Pharnaceum, Minuartiam, Queriam, Lecheam, Triclidem conjungit; ſic Caryophyllatam, Comarum, Potentillam, Tormentillam, Fragariam; ſic Sherardiam, Aſperulam, ut ſtellatas ad tria omnino genera reducat: ſic Primulam, Aretiam, Androſacen; ſic Lappam, Serratulam, Carduum, Cirſium, Silybum. Deſcribit porro Scrophulariam Creticam, Sideritin arvenſem latifoliam glabram & hirſutam, Delphinia duo, duas Scrophularias vulgares, & Jalapam longiſſimo floris tubo, & novam Biſcutellam.

EJUSDEM *Catalogus plantarum horti Academici & agri Gottingenſis* Gottingæ 1756. 8°.*. Ordo fere meus, adnotationes paſſim utiles, ad tres Sanguiſorbas, Verbaſcum novum, Hyoſcyamos albos duos; Serpylla duo, Valerianas vere diverſas, Aſterocephalos, plantam novam, quæ Rudbekiæ accenſetur, Salvias. Quæ omnia legere oportet. Adnotationes aliquas ad me miſit, ad aliqua declaranda utiles, quas M.S. ſervo.

EJUSDEM in Diario *Hamburger Magazin* T. XXII. eſt Catalogus plantarum, quæ certum ſolum amant, neque in alio ſibi placent. Difficilis materies, neque hæc ZINNIANA ex ſatis ampla nata inductione.

EJUSDEM Ibid. de ſomno plantarum. Ad certas horas eum revinciri, neque aut a tenebris pendere, aut a luce.

EJUSDEM Deſcriptiones duarum ſpecierum Phytolaccæ a LINNÆO confuſarum.

§. MDLXXXIX. *Georg Younge.*

Georgii YOUNGE *Treatiſe on Opium founded on practical obſervations* Edinburg. 1753. 8°.*. Germanice Bayreuth 1760. 8°. HUTH. Clinici eſt argumenti, & de efficacia Opii in corpus humanum potiſſimum agit, inque morbis.

§. MDXC.

§. MDXC. *Angli Varii.*

Petri TEMPLEMAN *Curious remarks and obſervations in phyſik, anatomy, chymiſtry, botanik, &c.* London 1753. 8°. MAT.

EJUSDEM *Practical obſervations on the culture of Luzerne, Turnips, Burnet, Timothygraß and Fowl meadows Graß* London 1766. 8°. Laudes Medicæ ex ſeminatore ſatæ. Tum Pimpinellæ ſanguiſorbæ, tota hieme virentis; Phlei Timothygraſs, quod in humidis pratis ſibi placeat. Ultimum novum dicitur eſſe graminis genus (paniculati generis.)

A treatiſe on cydermaking founded on long practice and experienced by HUGH STAFFORD, *and a diſſ. on cyder fruit* London 1753.

Peter WARREN *A genuine account of the manner of making the beſt Ruſſian Potash* London 1753. 8°. Fraudulentum eſſe libellum lego.

§. MDXCI. *Belgæ aliqui.*

Theodori van GULPEN *Korte beſchryving der deugden van eenvoudigen Arznyen* Haag 1753. 8°. *Journ. de Trévoux.*

Jac. van EEMS *Nieuwe nederlandze Apothek volgens de gronden van Boerhaave* Leiden 1753. 8°.

Sebaldi RAU *De iis quæ ex Arabia ad tabernaculi uſum petita fuerunt, ut ligna Sittim* Utrecht. 1753. 4°.

EJUSDEM *De vindemia & torcularibus veterum Hebræorum* Utrecht. 1755. 4.* Ad literaturam Hebraicam.

§. MDXCII. *C. F. Paſſerat.*

Claude François PASSERAT de la CHAPELLE *Recueil de drogues ſimples* Paris 1753. 12°. Brevis & compilatitius.

EJUSDEM *Refléxions génerales ſur l'Isle de Minorque, ſon climat, la maniére de vivre de ſes habitans & les maladies, qui y régnent* Paris 1764. 12°.*. De cibis incolarum fere vegetabilibus.

MESANGER *Tr. de Charpenterie & des bois* Paris 1753. 8°. 2.Vol.

Alexandri Dionyſii DIENERT *Introduction à la matiére médicale* Paris 1753. 12°. recuſa 1766. 12°.*. Claſſes virium medicamentorum, & cenſus medicamentorum, quæ ad quamque claſſim pertinent, cum receptis, quæ ipſis vulgo tribuuntur, viribus.

Antonii FERREIN & *Henr. Michael* MISSA *An a tabaci frequenti uſu vitâ brevior* Paris 1753. 4°.

J. B. Hatte' & P. le Roi *Ergo febri ſubintranti Kina Kina* Paris 1753. 4°.* Practici argumenti.

§. MDXCIII. *Itali.*

Aristidis (pſeudonymi) *Prælectiones duæ, de Chinæ Chinæ virtute & ſalis Abſinthii activitate* Mutin. 1753. Clinici argumenti.

Giov. Miro *Diſſ. epiſtolare intorno la generatione de animali e vegetabili con rifleſſioni ſopra gl' involuppi* Baſſan. 1753. 4°.

F. Leandri a S. Cæcilia *Paleſtina ov. 5. viaggi in Oriente* Roma Primum Palæſtinum 1753. 4°. Alterum 1757. 4°. Perſicum, tertium, Meſopotamicum 1757. 4°. Plantas etiam & hiſtoriam naturalem tetigit.

Silveſtre Antonio Pantielli *Diſcurſo ſopra la teriaca* Parma 1753. 8°.

§. MDXCIV. *Dejean.*

Dejean *Traité raiſonné de la diſtillation réduite en principes* Paris 1753. 12°. 1759. 12°.* 1769. 12°. Spiritus aut odorati, aut potulenti, hic deſcribuntur ab artifice, tum ſirupi & odoramenta. Plantas deſcribit, quæ odoramenta ſubeunt. Germanice Altenburg 1754. 8°.

Ejusdem *Traité des odeurs* Paris 1764. 12°.*. Similia docet. Citrii fere eſſentia fragrantiam impertit. Violæ & Tunicæ odores non adſcendunt; Unguenta, pulveres Cyprii. Periti, cætera ignari hominis.

§. MDXCV. *J. A. Th. Sprœgel.*

J. Adriani Theophili Sproegel, Commenſalis & auditoris noſtri, Profeſſoris Berolinenſis, *Experimenta circa varia venena in vivis animalibus inſtituta* Gotting. 1753. 4°.* per plurimos labores nata diſputatio. Huc pertinent vires Napelli, Anthoræ, Cataputiæ, ſucci Cicutæ aquaticæ, Hyoſcyami, Opii. Sola radix Napelli aliqua animalia enecuit. Opium vim irritabilem ventriculi, inteſtinorum, Iridis, deſtruxit; Cataputiæ lac, Anthoræ radix, ſuccus Cicutæ vomitus movent, etiam convulſiones, vitæ non nocuerunt. Succus Hyoſcyami, reliqui Tithymali, nihil quidquam effecerunt.

§. MDXCVI. *Petrus Detlef.*

Petri Detlef *Oſſium calli generatio & natura per fracta in animalibus Rubiæ radice paſtis oſſa demonſtrata* Gotting. 1753. 4.*. Auditoris noſtri & inciſoris utiliſſima diſputatio, ex qua adparet, Rubia tinctorum nucleos oſſis fracti tunc demum tingi, quando oſſeam naturam induerunt, neque partes molles vitiari, neque catellæ lac ea radice tinctum fuiſſe.

§. MDXCVII.

§. MDXCVII. *H. Nic. Herbert.*

Henrici Nicolai HERBERT, qui Americam adierat, *De Caſſavæ amaræ Surinamenſis radice* Marburg. 1753. 4°.*. Duas dari Manjocæ ſpecies: alteri radicem eſſe innoxiam: amaræ ſuccum certum venenum eſſe, & ventriculum mire inflare, perque convulſiones necare, niſi vomitu reddatur, per fermentationem vero & coctionem innoxium fieri. Hæc ſolus docet.

§. MDXCVIII. *Sueci aliqui.*

Olaus TORNSTEN, præſide ILL. viro *Andrea* BERCH, diſputavit Upſal. 1753. 8°.*. *Om Nätra ſokns linſäde i Angermanland.* In ea diœceſi præſtantiſſimum Linum parari. Deſiderare limum, neque in arena bonum provenire; corrigi ſubactis aratro piſis: ut colatur, putetur, maceretur, ſiccetur, cum toto inſtrumento.

Beſkrifning om aſkebränning i ſkogar af förrutnade och odugeliga träd och wäxtar til Pottaſka och andra nytta Stokholm 1753. 4°.

Caroli HISINGH *Förſök til akertögt af ſänkjorden*, Upſal. 1753. 8°. egregia diſputatio, qua facillimus modus deſcribitur, ut uliginoſæ paludes arari poſſint, & coli. Ignem vetat admovere, foſſas ducit. Ut acida terra ab alcalina diſtet, oſtendit, præfert autem alcalinam, & paludes muſco oppletas, quæ terra ſylvarum abiegnarum miſta recte corrigantur. Limus efferveſcens parcæ eſt ſpei. Palus miſta lignis & radiculis fertiliſſima redditur, tum quæ Erica abundat, &c. Sed totum oportet legere.

§. MDXCIX. *H. Frid. Delius.*

Henrici Friderici DELII, Profeſſoris Erlangenſis, *De Peucedano Germanico* diſp. Erlang. 1753. 4°.*. Plantam deſcribit. Poſt macerationem dat liquorem acrem, ingrati odoris, volatilem, & nova aqua addita, fragrantem etiam & acrem: cum vino etiam valde volatilem; ſequitur tinctura acris & fragrans; extractum ſpirituoſum adſtringens, nauſeoſum, vinoſum valde adſtringens, hæc ex radice; denique ſuccum concretum radix diſſecta fundit, ex gummi & reſina miſtum.

EJUSDEM *De Taraxaco, præſertim aquæ ejusdem per fermentationem paratæ eximio uſu* ibid. anno 1754. 4°.*. Plantam deſcribit. Calycem facit duplicem. Deſtillavit fœtidam jam ex putredinis initiis herbam, obtinuit aquam fragrantem vinoſam, cum ſpiritus vi pene vinoſi; deinde acidum liquorem, & empyreumatica elementa. Fermentatæ plantæ aquæ acidior eſt; ſalem etiam eſſentialem ex extracto obtinuit. Aquam vinoſam per fermentationem paratam valde laudat, ad ſuſcitandas vitæ vires.

IDEM

Idem in *Amœnitatibus* Arnicæ uſum laudaverat ad lapſus gravioris mala.

Idem edidit diarium *Fränkiſche Sammlungen von Anmerkungen, aus der Naturlehre, Arzneygelahrtheit, Oeconomie &c.* cujus nunc VIII. Tomi prodierunt. Paſſim aliqua botanica admiſcentur. In T. I. negat unicum par plantarum a principio creatum fuiſſe. Sementes alterno anno frugiferæ. Plantæ, quæ ſalſas aquas produnt. Ad lac diſſipandum recentia folia Stramonii imponenda.

In T. II. anno 1757. Hippocaſtani fructus armentis edules. De utilitate culinari Capſici. De vinis Franconicis. De Solano tuberoſo colendo. Infuſum theiforme Serpylli ad hydropem utile.

In T. III. Aliqua de plantarum varietatibus. De cultu Speltæ, Germanis parum noto, potiſſimum inferioribus.

In T. IV. De pane ex Solano tuberoſo cocto: de farina grati ſaporis ex caulirapa. Reperta in ſpica maſcula Mayz grana feminina.

In T. V. De cultu Lupuli: de nonnullis libris botanicis. De floribus femininis in ſpica maſcula Mayz. Vapore ſpiritus ſalis ammoniaci decolorata Tunica.

In T. VI. De curatis ope Cicutæ ſcirrhis. Veronicæ Teucrii folio vis febrifuga, cortice Peruviano non debilior. De maceratione ſeminum in proprio fimo.

In T. VII. 1765. 8°.* De vi lyſſoide fructuum fagi. De fimo compoſito, Tunica virente, Cucurbitis maximis, polline antherarum. Ari analyſis J. F. Phil. Gesneri utile opus. De Walkeria. De commutatis cerealibus. De Keiri educando. De Anemones ſimili flore in Tithymalo Cypariſſia.

T. VIII. Aliqua de fecundatione Coryli artificiali per pollinem maſculum. Secale Ægyptium cum fructu coli. De floribus ficus.

Idem Cl. Gesnerus in nupero libro *Schwaben an die Arzneygelahrheit* recenſuit, quæ de cicutæ viribus experiendo comperit. Bonos effectus in Scirrho vidit.

In *Act. Nat. Cur. nov. Vol.* IV.* 8. Hyoſcyami ſucco inſpiſſato morbum hyſtericum ſanavit.

§. MDC. *Acta Suecica.*

In *K. Swenska wetensk. handling.* 1753. *Trim.* 2. *Harald* Urlander De vi tinctoria Uvæ urſinæ.

Trim. 3. *Matthiæ* Kylandri De cultu *potatos* relatio (Solani tuberoſi).

Trim. 4. *Olaus Joh.* Dalman Ut ſemen Braſſicæ (Fänkäl) ad maturitatem perducatur.

Senato-

Senatoris Regni Caroli Friderici Scheffer De Mororum in Gallia cultu.

§. MDCI. *Joh. Ellis.*

In *Philoſophicis Tranſactionibus* anni 1753. ſive T. XLVIII. P. I. Cl. *Johannes* Ellis primum egit de Corallinis, quarum ſpeciem deſcripſit & depinxit, cujus ad microcoſpium inſpecta fabrica elegantiſſima eſt, tum aliquot alias ſpecies.

Ibid. T. XLVIII. f. 2. agit de vita animalis in Corallinis habitantis, & de variis ſpeciebus Corallinarum, etiam tubulorum vermicularium, in quibus Polypi habitant.

Idem ſplendidum opus anno 1755. Londini edidit 4°.*, *An eſſay toward a natural hiſtory of the Corallines and other natural productions of the like kind commonly found on the coaſts of great Britain and Ireland.* Corallinas Rajanas recenſuit, ad naturam delineavit, addidit figuras microſcopii uſu inſigniſſime auctas, deinde hoſpitem Polypum, qui medullæ ſimilis internum totius Corallinæ tubulum replet, perque cellulas ſuas capita & brachia exſerit. Ea accurate omnia & per ſuas ſpecies videre oportet. Similia animalia vidit in Keratophytis, in Eſchara, in Manu marina, in Alcyoniis, in tubulis propriis. Novas ſubinde tabulas Coralliis ejusque generis plantis plenas ſubjecit. Gallice etiam prodiit Hagæ Com. 1757. 4°. vel 1756. 4°. & Germanice vertente D. Krunitz Nürnberg 1767. 4°.

Anno 1756. Idem egit De variis plantis verniciferis, ex Rhois genere & Anacardii.

Anno 1757. De arbore vernicifera Kæmpferi. Non eſſe eamdem cum Toxicodendro Americano.

Ejusdem Deſcriptio peculiaris Corallii nodoſi.

Et Reſponſio ad objectiones *Jobi* Baster.

Anno 1758. De transmittendis in fervidas regiones ſeminibus. Miſta cum cera pix optime reſpondet, arena minime.

Anno 1760. T. LI. P. II. Duo nova genera Halesia & Gardenia, cum iconibus.

In T. LIV. Iterum marinam Manum & alia Zoophyta deſcribit, & T. LV. Spongias, quibus vitales ſint fibræ, quæ proprio motu ſe conſtringant. In T. LVII. de eadem lite contra Basterum & P. S. Pallas. Corallinas ad animale regnum pertinere, & ad ignem alcalina elementa de iis ſtillare.

Ejusdem

Ejusdem *De* Dionæa *muſcipula planta irritabili nuper detecta Epiſtola ad Car.* a Linne' London 1769. & cum verſione Germanica Erlangen 1771. 4°.* Planta Carolinæ ſeptentrionalis, hactenus facie Rorellæ, natura Oxalidi adfinis, cujus foliis ſua eſt appendix, quæ vi irritabili prædita muſcas & inſecta complicata comprimit, & aculeis propriis necat. Icon addita.

§. MDCII. *Diaria Germanica.*

In *Mém. de l'Acad. Royale des Sciences de Berlin* anno 1753. G. Marggraf Ligni Cedrini analyſin chemicam dedit.

In *Hanöv. Beyträge* 1753. De fraxino &c.

In *Selectorum œconomicorum* Tom. II. Stuttgard. 1753. 8°. excuſo in parte VII. de Fagopyro agitur: oſtenditur, tamen ſeminum macerationem ſua utilitate non carere. In n. 9. de Nicotianæ cultu. In n. 10. de vino ex uvis pene ſiccis preſſo. In n. 12. Aliqua œconomica.

Diarii *Hamburger Magazin* T. XI. huc facit, in quo Cl. Schoberus de anulis ligni, & de plantis coniferis montium Carpathicorum agit.

Novum Diarium hoc anno Lipſiæ prodiit I. & II. Tomus. 8°. *Allgemeines Magazin der Natur, Kunſt und Wiſſenſchaft*, curante Ill. Ludwigio. Libelli varii utiles hic collecti, Italici etiam potiſſimum.

Geſellſchaftliche Erzählungen für die Liebhaber der natürlichen Haushaltungswiſſenſchaft, Arzneykunſt und Sitten Hamburg 1753. ſeqq. quatuor tomi. Multa huc faciunt, in tomo I. de vino ejusque bona nota.

Anmerkungen aus allen Theilen der Naturlehre aus den Engliſchen Tranſactionen, der Pariſer Academie &c. Koppenhagen 1753. 8°.*

§. MDCIII. *J. Ant. Scopoli.*

J. Antonii Scopoli *Methodus plantarum enumerandis ſtirpibus ab eo hucusque repertis deſtinata* Vienn. 1754. 4°.*. Vir diligens, & qui cum natura conſuevit. Claſſes a numero petalorum ſumit, deinde a fructu. In planta flore compoſito & in Graminibus nos fere ſequitur. Plantam non deſcriptam habet, quæ videtur Cerinthe eſſe.

Ejusdem *Flora Carniolica* Vienn. 1760. 8°.*. Proprio viri labore natum opus, in regione nova & minime paupere: plantas enim & ipſe collegit, & per minimas particulas diſſecuit. Vires medicas aut ipſe exploravit, aut ab incolis didicit. In plantis conſpicuo flore deſtitutis dives eſt & fuſus, & ſua propria cogitata ſequitur. Gramina ſollicite deſcribit, & aliqua nova habet, & novam Belladonnam. Stellarias omnes unit. Plantas cruciatas ex glandulis noviter conſtituit, & omnia genera novat. Cæterum ordo eſt ſecundum claſſes naturales. Nunc maxime recuſam dedit.

Annus

Ejus *Hiſtorico naturalis* annus II. 1769. 8°.*. Iter Tyrolenſe magna ex parte huc ſpectat, in quo multas plantas alpinas recenſet, & excutit, Rhamnos etiam duos, Saxifragias, Rapunculos tres, quos ſibi vicinos eſſe recte adnotat, Anemonen alpinam. Meliſſam Pyrenaicam aliter deſcribit, neque ſinit Horminum eſſe. Cultum nonnullarum plantarum cerealium exponit. De Cucurbita ut in priori. De utilitate Lichenis Eryngii folio, cum lacte cocti adverſus phthiſin ſalutaris.

In *Mém. de la Societé Oecon.* 1768. P. 2. Peponis hiſtoria, *analyſis*, mera fere aqua; ſemen, ejus oleum, vis medica ſeminum in phthiſis. Panem cum grano triticeo ex pepone fecit boni ſaporis.

Annus IV. 1770. 8°.* 1. Dubia botanica. Claſſes, genera, ſpecies Linnæi, etiam aliorum critice excutit. Subſtituit ad morem Siegesbeckii genera ſubordinata, ut omnes orchides unicum genus faciant, genera noſtra, aut Linnæi genera, ſubordinata ſint. 2. De morbo mororum, agricultura Carniolenſi &c. 3. De novis fungis. Inter eos ſunt Clathri & Sphaeriæ noſtræ.

Ejusdem *Preisſchrift über die von der K. Ackerbau's-Geſellſchaft in Görz und Gradiſca anno 1769. vorgelegte Frage, von den Urſachen des Mangels am Dünger* Wien 1771. 8°.* verſ. ex ſermone italico. Ut fimi copia augeatur, commiſtione terræ diverſarum ſpecierum, adjectis quisquiliis, ceſpite bituminoſo, cum ſtercore in foſſam congeſtis: de fimetis publicis; ut fimus ad ſolum ſibi proprium optime diſtribuatur. Aliqua ad cerealia in comitatu Gorizienſi culta. Analyſis chemica ſoli, in aliis & aliis horum comitatuum regionibus varii.

§. MDCIV. *Lud. God. Kleinius.*

In *Ludovici Godofredi* Kleinii, medici præmatura morte abrepti, libello *de aëre, aquis & locis Erbacenſis atque Brambergenſis largi Oedenwaldi tractus tentamine* Francof. 1754. 8°.* aliqua tamen de re naturali ſunt. Secali corniculato absque noxa in pane utuntur. De exuſtione ſylvarum, quæ perinde, ut in ſeptentrione, hic adminiſtratur, &c.

Ejusdem *Selectus rationalis medicaminum, quorum vera vis eſt ad felicem praxin Clinicam* Francof. 1756. 8°.*. Ex ordine literarum alphabeti medicamenta recenſet, tum compoſita, tum etiam ſimplicia, certiora, cum ſuis ab experientia propria ſumtis teſtimoniis.

§. MDCV. *Germani Varii.*

In *Commercio literario epiſtolico curioſo Jod. Herm.* Nunning & *J. Henrici* Cohausen paucula huc faciunt, ut in Tomo III. anno 1754. excuſo aliqua fabuloſa de plantis alienis locis naſcentibus. Conf. p. 129.

Jodoci HAGEDORN *Landwirthſchaftlicher Haushalter* Berlin 1754. 8°. Populare opuſculum. Annum 1755. lego im HAUSVATER.

Die Einrichtung einer Haushaltung ſowohl in der Stadt als auf dem Lande Leipzig 1754. 8°.

Chriſtoph Ludwig PFEIFFER *Lehrgedicht auf den Knaſter* Leipzig und Witteberg 1754. 4°.

Der geſchickte und wohlerfahrne Brandteweinbrenner Leipzig 1754. 8°. etiam de Coffea & conditis.

Des groſſen Univerſal-Lexici Supplementum 4. Bände. Leipzig 1754. fol.

J. Franc. MULLER *Anweiſung zum Laquiren* Frankfurt 1754. 8°.

Pharmacopœa Würtembergica Stuttgard 1754. fol.

Joh. WALBERGEN'S *natürliche Zauberkunſt — rare Kunſtſtücke, ſo zur Haushaltung, Gärtnerey, Wein- und Feldbau gehören, beſonders aber den Wein-Negotianten deutlich ſind* Stuttgard 1754. 8°.

Vollſtändiges und ſehr nutzbares Haushaltungs-Lexicon 1754. 8°. 2.Vol.

J. E. VOIGT *Sieben Vorſchläge zur Oeconomie eines Landes und zur Verbeſſerung deſſelben* 1754. 8°. Ad vires publicas plantandas eſſe arbores.

Chriſtian Gottl. SCHULZE *Kurze Betrachtung der verſteinerten Hölzer* Dreſden 1754. 4°.*

EJUSDEM *Betrachtung der Kräuter-Abdrücke im Steinreiche* ibid. 1755. 4°.

Joh. RITTER *De purgantibus validis & opio in hydrope* Wien 1754. 4°.

Frid. BOERNER de ÆMILIO MACRO *ejusque rariori hodie opuſculo de virtutibus herbarum* Lipſ. 1754. 4°. Redit in noctibus Gerelphicis. Literaria aliqua alibi laudabo.

J. A. de WOLTER *Pharmacopœa militaris* Paris 1754. 12°.

J. F. B. M. D. *Kurzer Unterricht vom Röhtebau, und wie die erzeugte Röhte zum Gebrauch der Färbereyen gebührend zuzurichten* Magdeburg 1754.

Ignatii DIPOLT *De effectu remediorum ſimpliciſſimorum in morbis graviſſimis* Vindobon. 1754. 4°.*. Olei & aceti laudes.

J. Jacob FLEISCHHAUER *Oeconomiſche Vorſchläge, die Luneburger Heide arthaft zu machen* Göttingen 1754. 4°.*. Sub arena limum reperit; ſuadet adeo profundiſſime terram arare, ut utrumque elementum miſceatur. Fagopyrum ad pabulum ſeri vult.

Gottlob Auguſt. SEGNIZ *De ſalubritate fructuum horæorum* Gotting. 1754. 4°.*

Chriſtian

Chriſtian Friederich WALBAUM's *Hiſtorie der Oſtindiſchen Inſel Groß-Java und aller übrigen Holländiſchen Colonien in Oſtindien* Leipzig und Jena 1754. 8°. Collectitium opus, quo plantæ etiam celebres inſularum Aſiæ ad auſtrum ſubjectarum deſcribuntur.

§. MDCVI. *Thom. Kirkland.*

Thomas KIRKLAND *Treatiſe on gangrenes — the caſes who required the uſe of the bark* Nottingham 1754. 8°.*. Pro uſu corticis Peruviani in gangræna, ex cauſa interna proveniente, per multa exempla. Germanice Noribergæ.

§. MDCVII. *Olof Grau.*

Olof GRAU *Beſkrifning öfwer Wäſtmanland med ſina Städer härader och Socknar* Waſteros 1754. 8°.*. De agricultura Wäſtmaniæ, minime infecunda. Prata hypno obſeſſa emendant pecore incluſo. Pleraque ſunt mineralis argumenti.

§. MDCVIII. *Lullin de Chateauvieux.*

LULLIN de CHATEAUVIEUX, iterum Præſidis Reipublicæ Genevenſis, *Expériences & réfléxions ſur la culture des terres, pendant* 1754. Genéve 1755. 12°. & in du HAMELII opere: & una Genevæ recuſæ *Expériences de la nouvelle culture des terres pendant* 1753. *par M.* du HAMEL. Vir ILL. multo & ſumtu & labore tentavit absque fimo, alternas per areolas, repetita aratione, ſemine ex ſeminatore elapſo ſuos agros colere, non ſine ſpe, paulatim laxatam terram in poſterioribus meſſibus fore uberiorem. Meſſes jam nunc habuit uberrimas, & trigecuplum ſui ſeminis in horrea retulit, & cum uberius ſeruiſſet, decuplum, vulgaremque cultum ſuperavit. Utile eſt raras in ſcrobes ſemen cadere, ſed pluſcula. Etiam Melones, Aſparagi, Cinaræ eo modo coli poſſunt. Aratra nova deſcribit, tribus cultris, & duabus ſemicylindris terram exaggerantibus. Medicæ cultum accurate tradit, &c. Omnia ſollicite & per numeros. Varia carpit YOUNG, & ſumtus potiſſimum prætermiſſos. Aliqua repetuntur in collectione belgica 1762. 8°.

§. MDCIX. *Galli Varii.*

L'art de cultiver les Meuriers blancs, d'éléver des vers à ſoie, & de tirer la ſoie des cocons Paris 1754. 8°.*. Lego tribui M. L'AMIRAL. Collectio eſt eorum, quæ ISNARD, CHOMEL, & alii reliquerunt; tum eorum, quæ J. B. du HALDE de Chinenſium artificiis tradidit. Huc cæterum pertinet Mori cultus. Spontaneam nimis parcam frondem producere: inſititia opus eſſe, folio latiſſimo. Ut ex ſemine Mori educentur, ut etiam ex ſtolonibus reparentur, ut ablactentur ad Tunicarum morem. Præfert inſitionem in Morum ſpontaneam. Ut præcoces frondes calcis ope aut calidæ obtineantur.

BERRYAT *Collection Academique, de pieces concernant la Médécine, l'Anatomie, la Chirurgie, la Chymie, la Phyſique, la Botanique, l'hiſtoire naturelle* Dijon 1754. & ſeqq. annis. SWAMMERDAMII opus hic reperias, & alia plurima collecta, ex *Commentariis Acad. Pariſinæ* aliisque. Continuaverunt opus GUENEAU, LAVIROTTE, BUFFON, DAUBENTON, LARCHER, ROUX, NADAULT & BARBERET.

Mémoires pour ſervir à la culture des Meuriers, & de l'éducation des vers à ſoie par M. de la BOURDONAYE *de* BLOSSAC. Poitiers 1754. Cultum arborum bene lego deſcribi, & bombycum.

Abb. CHARLET in *Mélanges de M.* MICHAULT, T. 2. Paris 1754. 12°. *hiſtoire naturelle du dioceſe de Langres.*

BELLERY diſſ. *ſur la tourbe de Picardie* Amiens 1754. 12°. Præmium meruit ab Academia Ambianenſi propoſitum. Multa experimenta chemica fecit ad elementa hujus ceſpitis. Machina qua ſimul ceſpes & ſecatur & extrahitur.

In *Anna Caroli* LORRY *Eſſay ſur les alimens* T. I. Paris 1754. 12°.* generalia aliqua reperias de nutriente elemento, quod in plantis, & in fructibus potiſſimumque ſeminibus reſidet.

Tom. II. anno 1757. 12°. De alimentis & potulentis ſecundum ſuas claſſes agit. Chocolatam inter refrigerantia refert.

De FRANCHEVILLE *Bombyx ou le Ver a ſoye — avec les obſervations neceſſaires ſur les meuriers, les vers & la ſoye* Berlin 1754. 12°.

EJUSDEM De utilitate fructuum fagi ad oleum exprimendum *Mém. de Berlin* T. 22. ut id oleum præparetur: non cedere oleo olivæ; etiam reſiduam paſtam edulem eſſe.

In Tomo 23. *Hiſt. de l'Acad. des Sciences de Berlin* tinctoriam artem deſcripſit, catalogum dedit plantarum, quæ in ea arte adhibentur. Paſſim nomina, absque ſynonymis ex quibus plantam divines: aliqua etiam nomina confuſa, ut Myrti fructuum cum Myrtillis.

In Vol. anno 1767. de plantis tinctoriis, rubia orientali, Gallice Chaye, Serratula, &c.

In *Mém. de Nancy* T. I. anno 1754. reperitur D. d'HEGUERTY *hiſtoire naturelle de l'Isle de Bourbon* in qua & planta.

Petri Abraham PAJON de MONCETS & J. B. HATTE, *An Moxæ uſtulatio arthriticis* Paris 1754. 4°.

MOET *Tr. de la culture des Renoncules, Oeillets, Oreillettes & Tulipes* Paris 1754. 12°.

Le

Le véritable Elixir du Caffée Breslau 1754. 8°.

Le nouveau cuiſinier royal & bourgeois Paris 1754. 12°. 3.Vol.

§. MDCX. *Angli aliqui.*

R. DODSLEY *Publik virtue a poem* in 3. books *Agriculture, Commerce, Arts* London 1754. 4°.

Thomas DYCHE *A new and complete dictionary of arts and Sciences* London 1754. 8°. cum tabulis 300. inter quas etiam ſunt icones plantarum. Gallice etiam verſum eſſe lego Avignon 1756. 2.Vol.

R. S. *The gardeners pocket book or the country Gentlemans recreation* Lond. 1754. 12°.

§. MDCXI. *C. L. Neuenhahn.*

Caroli Ludovici NEUENHAHN *Vermiſchte Anmerkungen über einige auserleſene Materien* Leipzig 1754. 8°. Aliqua huc ſpectant, ut in P. I. quem nunc dicimus, de Lino: cujus ſubtiliſſima fila auctor ſeparavit, & nodos oſtendit, in quibus cohærent. Cinere clavellato & ſale marino pulchre album Linum obtinuit. Laudat etiam Sambucum, ad alendum focum, ob facilem & celerem propagationem, in *Oecon. Phyſical. Abhandl.*

In S. II. De Millefolio oleum cæruleum ſtillare.

In S. IV. Aliqua de Tabaco, Caffea, de Salicornia, cum experimentis, quibus nullum potuit cæruleum colorem obtinuiſſe.

Inde in notis ad EBELII libellum oſtendit ſuum Iſatidis extractum firmum præſtare pigmentum, & in calce humecta durabile; Myrtillos nullum dare. Ex lixivio ſe injecto corpore (quod non revelat) indicum præcipitare: cupreum etiam ruborem in ſuo indico adparere. D. BRANDES indicum per fermentationem paraſſe, qua noſter non utitur. Arcanum ſe non revelaſſe, quod non ſit ſatis confirmatum.

§. MDCXII. *J. G. v. Eckhart.*

J. Gottl. v. ECKHART *Vollſtändige Experimental-Oeconomie über das vegetabiliſche, animaliſche und mineraliſche Reich, oder völlige Haushaltung- und Landwirthſchafts-Kunſt* Jen. 1754. 4°.* 2.Vol. Pertinet huc lib. de agro, de prato, de ſylva, de cereviſia, ſpiritu frumenti, amylo. Ad experientiam quadraginta annorum provocat.

§. MDCXIII. *Joſ. Torrubia.*

Joſeph. TORRUBIA, monachi, *Apparato para la hiſtoria natural Eſpannola* Tomo I. Madrit 1754. fol. Opus compilatitium, potiſſimum autem de corporibus lapidefactis agit.

Bartho-

Bartholomeo INTIERI *della conſervazione del grano* Napoli 1754. 4°.* vix huc ſpectat. Ingenioſum eſt artificium, quo fruges torrentur, ut intemerate per multos annos adſervari poſſint. Gallice vertit *Lud. Joſ.* BELLEPIERRE de NEUVE EGLISE.

§. MDCXIV. *J. Juſtice.*

John JUSTICE *The ſcots gardeners director* Edimburg 1754. 8°.

EJUSDEM *The britiſh gardeners director* Edimburg 1767. 8°.*. Hortulani qui ſeminum & bulborum commercia exercuit, utilis liber & periti atque eruditi hominis, pro boreali regione ſcriptus. Accurate deſcribit muros duplices, qui intus carbonibus caleſiunt, ut uvæ aut horæi fructus in eo tepore maturentur, etiam ficus. Caldarium pro Ananaſa; fimetarium pro Fungis & Aſparagis, atque præcocibus Cucumeribus. Melonum cultus. Inde Tuberoſæ, Fraga, radices edules, olera; ex ſemine bonum apium educat. Betæ caules laudat. Libro II. de floribus agit initio facto ab Helleboro: fuſe de Hyacintho: Auriculas ſe in tota Europa pulcherrimas aluiſſe. Laudat Harlemenſium candorem. Catalogus plantarum æſtivarum VOORHELMII, cultu & nominibus cujusque additis.

§. MDCXV. *Car. Gianella.*

Caroli GIANELLA *De admirabili virtute Ipecacoanhæ in curandis febribus* Patav. 1754. 4°.*. Radicem in aqua macerat, & multis ex ordine diebus matutinis horis propinat, ſic febres longas tollit.

La Muſe fiſiche Florenz. 1754. 4°. N. 4. de vegetatione & fecundatione plantarum.

§. MDCXVI. *Tib: Lamberger.*

Tiberii LAMBERGEN *Ephemerides perſanati carcinomatis* Groning. 1754. 4°.* Aquæ, in qua infuſa Belladonna, ad duo & tria grana, longo uſu carcinoma mammæ ſuperavit, magna felicitate, qualis aliis imitantibus non contigit.

EJUSDEM *Oratio inauguralis exhibens encomia botanices ejusque in re medica utilitatem* Groning. 1754. 4°.*. Rariſſimas eſſe plantas ex adulterio diverſorum generum natas. Ex adfinitate botanica de viribus medicis bonam conjecturam fieri, exemplo Polygalæ, Anthoræ. Surinami effoſſa arbore venenata, epidemici mali cauſa, luem eſſe ſublatam, &c.

§. MDCXVII. *Jac. Riſler.*

Jacobi RISLER *De Verbaſco* Argentor. 1754. 4°.*. CELSIAM ad hoc genus revocat, & alia critica artificia in hoc genere exercuit. Igne ſubjecto elementa Verbaſci exploravit; aqua Roſam redolet, non ſine oleo, ſed inſeparabili. Plus reſinæ habet, quam gummi. Incineratum ad TACHENII morem Verbaſcum verum continet vitriolatum tartarum; ſed tota diſſ. legi meretur.

IDEM in *Act. Helvet.* T. I. deſcripſit Cereum florentem.

§. MDCXVIII. *Sueci aliqui.*

J. H. BURMEESTER & *Caroli* NYGREN *De rei ruſticæ in Academiis tractandæ ratione* Lundin. 1754. 4°.*. De cultu ſylvarum, pratorum, herbis bonis maliſve, frugibus, hortis.

Samuel CHYDENIUS *De œconomia & moribus Laponiæ Kimienſis* Abo 1754. 4°.* Augeri Laponum numerum, & in pratis humidis rangiferos facile victum invenire: ubertatem eſſe gratiſſimarum baccarum.

Johann. HAARTMAN, *Johannis* filius, præſide viro ILL. *Nicolao* ROSEN, dedit *ideam pharmacopœæ reformatæ* Upſal. 1754. 4°.*. Severa cenſura medicamentorum officinalium, etiam ſeverior ea, quam in ſuo diſpenſatorio Angli exercuerunt, cum eas potiſſimum etiam plantas rejiciat, quæ ſiccæ vires amittunt. Recte ſimplicia præfert compoſitis. Extractum Hellebori nigri alvum non ducere. Conf. p. 350.

Claudii Urſini SCHOENING *De habitu Norwegiæ ad agriculturam* Hafniæ 1754. 8°.

§. MDCXIX. *David v. Royen.*

David van ROYEN, *Adriani* filius, *De hortis publicis præſtantiſſimis Scientiæ medicæ adminiculis* Leid. 1754. 4°.*. Non aliter certe plantarum numeroſiorum cognitionem poſſe adquiri.

Hoc anno prodiit *Tomus* X. *Actorum Naturæ Curioſorum*. In eo *Georg. Chriſtian.* MATERNUS de CILANO egit de tumore manuum & pedum ſubitaneo ex uſu baccarum Lauri nato.

J. Carolus ACOLUTHUS De diabete funeſto, ex abuſu baccarum Juniperi, ſi ea cauſa fuit.

EJUSDEM Flores Calendulæ proliferi n. 55.

Severini HEE Symptomata a Cicuta ſolo lacte curata.

J. Jacobi RITTER, olim mei auditoris, Plantæ circa Lauterbach & Eiſenbach naſcentes, in app.

J. Ambroſii BEURER, etiam amici noſtri, analyſis infuſi picis liquidæ Norvegicæ & Thuringiacæ.

§. MDCXX. *Phil. Tranſact.*

In *Philoſophicis Tranſactionibus Vol.* XLVIII. P. 2. continentur labores anni 1754. Agitur in eo de vi hæmorrhagiis adverſa Polypori — fomitis, & adducuntur faventia novo remedio exempla WARNERI, SHARPII, GOOCHII.

§. MDCXXI. *Mém. de l'Acad.*

De L'ISLE, pharmacopola Stampenſis, in *Hiſt. de l'Académie des Sciences* anno 1754. indicavit, ſquamas rejectas Scillæ poſt multos menſes germinaſſe.

§. MDCXXII. *Comment. Petrop. nov.*

In *novorum Commentariorum Petropolitanorum* T. V. *J. Chriſtianus* HEBENSTREIT plantas aliquas novas aut raras delineat & deſcribit.

EJUSDEM *De fertilitate terrarum induſtria colonorum augenda* Petropol. 1756. 4°. oratio.

In T. VIII. *Nov. Comm. Pet. &c.* deſcribit *Meſſerſchmidiam*, & a *Tournefortia* ſeparat, tum Æſchynomenes ſpeciem, & Verbeſinam, quæ RUDBECKIÆ nomine a ZINNIO picta fuerat, & ſpeciem Braſſicæ.

§. MDCXXIII. *Sw. Wet. Acad. Handl.*

In *K. Swenska Wetensk. Acad. Handlingar* 1754. *Trim.* I. Cl. DETLEF HEYKE De Solani tuberoſi farina & Sago. De iisdem *Carl.* O STIERNHIELM n. 2. qui ſolo aratro ad earum cultum uſus eſt.

Alexander FUNK De coquenda pice & paranda fuligine.

Anonymi de perficienda agricultura Scanica.

Carl Guſtav EKEBERG De Chinenſium agricultura n. 3.

EJUSDEM, his literis deſignati C. G., *Kort berättelſe om den Chineſiſka hushollningen* Stokholm 1757. 8°.*. Auctor 13. menſibus Cantoni vixit. Incredibilem fertilitatem laudat, cum Oryza, ſolis ſuis ſtipulis ſaginata, centuplum fœnus reddat. Etiam aquas lignis tegunt, in iis Oryzam colunt. Cuique plantæ ſuum ſolum, ſuum caloris gradum adſignant, magnamque colunt varietatem ſtirpium utilium. Germanice prodiit Roſtok. 1765. 8°. cum OSBEKIO. Anglice London 1757. 8°. eodem anno. HAUSVATER.

EJUSDEM *De Soja*, jure ex fabis parato, quod Chinenſes amant, & de Raphano Chinenſi, qui oleo abundat. In *Sw. Acad. Handl.* 1764.

EJUSDEM Deſcriptio Inſulæ FERDINANDI de NORONHA. *Sw. Acad. Handl.* T. 22.

§. MDCXXIV. *Diaria aliqua Germanica.*

In *Allgemein. Magazin* T. III. præter varia aliunde petita, etiam anonymi de ſerendis Quercu & Abiete.

Et de fullonia arte.

In T. IV. varia collectanea.

Hanöverſche nützliche Sammlungen Hanover 1754. de aceto & 1755.

Anno 1755. & 1756. de leucojis flore pleno, ex depactis ramis educandis. Anno 1755. de cinara. De vino mangonizato detegendo.

Anno

Anno 1756. de amylo ex ſolano tuberoſo facto; de onobrychide. De moro ferenda, & ſpinis.

Anno 1757. *Von Mitteln zur Nahrung und Sättigung des Menſchen.* De Ulmo. De tulipa. De acceleranda germinatione ſeminum cucumerum.

Anno 1758. de farina ſolani tuberoſi, & pane inde parato diſſertatio, quæ præmium propoſitum obtinuit. De uſtilagine. De larice.

In *Hamburger Magazin* anni 1754. T. XIII. De Hippocaſtani fructu ad alenda pecora, de Tuberoſæ cultu.

In Tomo III. *der Sammlungen* M. GRUNDIG's aliqua de Muſcis & Lichenibus opella.

§. MDCXXV. *Eſſay and obſ. phyſ. and lit.*

In *Eſſay and obſervations phyſical and literary read before a ſociety at Edimburg* T.I. Edimburg 1754. 8°.*. *Johannes* LINING Spigeliam Anthelmiam ſ. *indianpink* deſcriptam dat, cujus radicis grana duodecim mane & veſperi ſumta infantum vermes tollunt.

§. MDCXXVI. *Alia Diaria nova.*

Novum Diarium cum anno 1754. orſus eſt *Bernardus Nicolaus* BERTRAND, cui poſt duo volumina ſucceſſit *Carolus Auguſtus* VANDERMONDE. Titulus eſt *Recueil périodique d'obſervations*; menſtruis idem intervallis prodit, Argentorati recuſum, *Sammlung auserleſener Wahrnehmungen aus der Arzneywiſſenſchaft*, &c. In eo diario rariuſcule, paſſim tamen, vires medicæ & pernicioſæ plantarum nonnullarum recenſentur; ut de Cicuta experimenta legas, multis locis, de infuſo picis liquidæ, de Agarico chirurgico, de Opii vi narcotica, ſi in celluloſam telam impuleris.

IDEM C. A. VANDERMONDE habetur pro auctore libri *Dictionaire portatif de la ſanté.*

SCHLESISCHE *Oeconomiſche Sammlungen* Breslau 1754. ad 1761. 8°. 3.Vol. Valde laudat WOLLNERUS. De fimi uſu. De ferendo milio. De ſolano tuberoſo. De transplantandis rapis albis & flavis, & de rapo. De rubiæ Sileſiacæ cultu, & croci. De turcica Nicotiana, quam præfert. De ſerenda moro alba. De ſalice decapitanda, ſalice ad vallum adfigenda. Lupuli cultus, tum medicæ, trifolii, viciæ.

Novum etiam diarium eſt *le nouvelliſte œconomique & militaire* la Haye 8°. 12.Vol. Ex variis diariis compilatum. Egit *de la maniére de preparer le chanvre &c.*

Beyträge zum Nutzen und Vergnügen aus der Naturlehre den ſchönen Wiſſenſchaften und der Haushaltungskunſt Greifswald 1754. 4°.

§. MDCXXVII. *Soc. for the encour. of arts &c.*

Hoc anno coaluit nova Societas, cujus inter penſa potiſſimum etiam locum agricultura tenet, quam magnis præmiis in utroque orbe adjuvat. Ejus hiſtoria prodiit Londini anno 1763. 8°. cum titulo *A conciſe account of the riſe progreſs and preſent ſtate of the Society for the encouragement of arts, manufacture, and Commerce.* Gallice Londin. 1764. 4°. Præmiorum, quæ maxima cum munificentia erogat, catalogus ſingulis annis editur.

§. MDCXXVIII. *J. Anton Batarra.*

J. Antonii BATARRA *Fungorum agri Ariminenſis hiſtoria*, Faventiæ 1755. 4.* 1759. 4°. Diſcipulus *Jani* PLANCI, Sabiniani, & in vicinia Arimini Fungos collegit, pleroſque lamellatos. Eos in nova genera conſtituit ab anulis, deinde a figura, unde nati Maſtocephali, Omphalomyces, Hydrophori, Bullæ; deinde a vita ſolitaria aut gregaria. Vidit omnes & deſcribit, nomina impoſuit, icones ipſe delineavit ad ducentas, neque omnes tamen hic dedit. A *Jano* PLANCO adjutum fuiſſe videtur.

§. MDCXXIX. *J. H. Denfer.*

J. Heinrich DENFER, genannt JANSEN, V. D. M. *Vernunft-und Erfahrungsmäßiger Diſcurs von den wahren Urſachen der Fruchtbarkeit und den Schein-Urſachen der Unfruchtbarkeit der Erden.* Mietau 1740. 8°. Cum hæc editio caſu interiiſſet, opuſculum Hallæ 1755. 8°.* recuſum eſt. Plantas a ſubtili terra nutriri, quæ in aqua lateat. De tribus terræ generibus. Fertilitatem a ſale pendere & ab oleo, illum pingue diſſolvere, ut in fiſtulas plantæ ſuſcipi queat. Inſtrumenta nova: aratrum ſex cultris inſtructum ad eradicandum Gramen caninum. Cylindrus ſimplex, & altera compoſita ex rotis parallelis. Fimus, ut augeatur. Lolium non mutari in Secale, &c. Non vult denſe ſeri. Falcem majorem multum frugis perdere. Improbat mergites ſub dio in acervis relictos, boreale vitium.

§. MDCXXX. *Joſeph Ginanni.*

Joſephi GINANNI, Ravennatis, Comitis, diſcipuli VALISNERI, *opera poſthuma* Venet. 1755. fol.*, curante *Georgio* FOSSATO. Plantas coluit hypochondriacus, ex PRÆCEPTORIS ſuaſu; marinas a piſcatoribus habuit. De his potiſſimum egit. Non putat Corallia inſectorum eſſe tabernacula. In Eſchara ramos vidit de trunco delabi, & in novos frutices convaleſcere. Inde corneas & ligneas plantas marinas, & coriaceas contemplatur. In nonnullis Alcyoniis radiculas alentes vidit. Denique de plantis filamentoſis. Loco polyporum *Bernardi* de JUSSIEU, papillas ſeptem glandulis conſitas reperit, & mucum putat eſſe, quem vocant cornua: ex papillis vero preſſis aqua, deinde lac pullulat, eædemque ad corticem inſeparabili nexu adhærent. Tabulæ ſunt 55. inter quas etiam aliquæ Confervæ.

§. MDCXXXI.

§. MDCXXXI. *Du Tillet.*

Circa hæc tempora variæ Academiæ bono publico proſpexerunt, dum quæſtiones propoſuerunt, ad quarum ſolutionem gnaros viros præmiis incitarent. Ita multorum conjunctis laboribus multa ſunt expedita, quæ alioquin nemo tetigiſſet.

Huc revoco præmium, quod anno 1752. Academia Burdigalenſis conſtituit, & Cl. TILLET, a moneta, obtinuit. Ejus diſſertatio prodiit Burdigalæ anno 1755. 4°.*, præfixo titulo, *Diſſertation ſur la cauſe, qui corrompt & noircit les grains de bléd dans les épis, & ſur les moyens de prévenir ces accidens.* Aliqua de rubigine. Inde de granis abortivis, & de culmis rachiticis. Tunc de *uſtilagine*, in qua aut granum carbonaceum pollinem continet, aut ruptis involucris idem pollen ſpicam obnubit. Porro de morbo adfini, diverſo tamen, Hordei; deque clavo Secalino. Uſtilaginem non eſſe ab inſecto, cum ante formatas ſpicas jam adſit. Experimentis conſtitit auctoris, infectum uſtilagine ſemen idem malum in meſſe reddere, & ea quidem in ratione, in qua ipſa fœdantis pollinis copia fuit.

EJUSDEM *Suite des éxpériences & réfléxions relatives á la diſſertation ſur la cauſe, qui corrompt, & qui noircit les grains de bléd dans les épis, & ſur les moyens de prévenir ces accidens* Paris 1755. 4°.* Germanice 1757. 8°. Confirmatur vis venenata pollinis nigri uſtilaginis, & modi, quo ea peſte ſementes liberantur. Aqua calcis, muria nitri, lixivium vulgare, & urina humana putrida purgant ſementim, ut ſana cerealia reproducat. Non aufertur virus ab aqua ebulliente, neque ergo ab inſectis eſt. Contra degenerationem cerealium, ex ſpecie in aliam ſpeciem.

Etiam Cl. TILLET De agricultura, Secale toto menſe ante Triticum ſeri debere. A quoque ſolo nihil debere deſiderari, niſi ad quod id ſolum aptum ſit.

Précis des éxpériences faites à Trianon ſur la corruption des bléds & ſur les moyens de la prévenir Troyes 1756. 12°.*. Regio juſſu quinque continuis annis experimenta inſtituta demonſtrarunt, farinam grani corruptam abire in pollinem carbonarium, inficientem, qui admiſtus meſſim reddat ſimili malo infectam. Lixivium hoc malum curare, quod accurate deſcribitur.

Iterum experimenta ſua repetit in *Hiſtoire de l'Académie des Sciences* anno 1759. quibus confirmatur, purum ſemen puram meſſim dare & viciſſim.

In EISSDEM COMM. anni 1760. egit de ſtruma uſtilagine plena Mayz, frequente nobiſcum malo.

Anno 1763. in *Hiſt. de l'Acad.* egit de Tritico corniculato.

IDEM in *Hiſt. de l'Acad.* anno 1768. vidit ſpicam Secalis bipartitam.

§. MDCXXXII. *Angli aliqui.*

A new ſyſtem of agriculture — proving that every land owner may advance his eſtate to a double valour in the ſpace of one year London 1755. 8°.

J. PALAIRET *Conciſe deſcription of the engliſh and french poſſeſſions in North-America* London 1755. 8°.* & Gallice 8°. Paucula ad rem naturalem.

Nic. HESSLEN & *Car.* ENGELSTROM *De uſu botanices morali* Lund. 1755.

§. MDCXXXIII. *Rudolph. Aug. Vogel.*

Rudolphi Auguſtini VOGEL, Profeſſoris Gottingenſis, *Inſtitutiones chemiæ ad lectiones Academicas accommodatæ* Gotting. 1755. 8°.*. Hactenus, ut reliqua chemiæ compendia, huc pertinet, quod de elementis plantarum, oleis aliisque ſalibus agit, quos facit vitriolicos, nitroſos, & marinos: de eorum præparatione chemica, &c.

EJUSDEM *Hiſtoria materiæ medicæ ad noviſſima tempora producta* Gotting. 1758. 8°.* 1764. 8°.* Bamberg. 1764. 8°. Catalogum dat plantarum medicarum. Novas ſpecies medicatas ubique colligit: & catalogum virium ſalutari uberrimum præſtat.

EJUSDEM *De ſtatu plantarum quo noctu dormire dicuntur* Gotting. 1759. 4°.

EJUSDEM *Veriores notæ balſami Meccani* Gotting. 1764. 4°.*. Guttam in aquam delapſam in rotundam maculam dilatari, & tenaciorem reddi.

EJUSDEM *De analyſi medicamentorum ſimplicium chemica ad virtutes ipſorum determinandas, hactenus perperam adhibita* Gotting. 1764. 4°.*. Neque characterem botanicum de viribus plantarum quidquam docere, neque analyſin, neque extracta ad STAHLII & NEUMANNI morem parata.

§. MDCXXXIV. *J. Gottl. Beckmann.*

J. Gottl. BECKMANN *Gegründete Verſuche und Erfahrungen von der höchſt nöthigen Holzſaat* Chemniz 1755. 8°. 1756. 8°. & 1758. 8°.*. Sylvarum cuſtos, non botanicus. Arbores ſylvaticas deſcribit. Ut ex ſemine proveniant: utendum ſemine ſponte elapſo. Denſe ſerendum. Catalogum dat ſylvarum, quas ipſe plantavit.

EJUSDEM *Anweiſung zu einer pfleglichen Forſtwirthſchaft, als ein zweyter Theil ſeiner Verſuche, &c.* Chemnitz 1759. 8°.

EJUSDEM *Beyträge zur Verbeſſerung der Forſtwiſſenſchaft, als ein dritter Theil der Verſuche von der Holzſaat* Chemnitz 1763. 8°. Valde laudat Cl. WOLLNER.

EJUSDEM *Abgekürzter Auszug in hieſige Sprache überbracht von des H. Beckmanns Beſchreibung der Holzſaat, von* BUCHENBLOCK Tigur. 1760. 8°. HAUSV.

EJUSDEM

EJUSDEM *Forſt-Kalender, oder Verzeichniß der Verrichtungen, die einem Förſter in jedem Monate obliegen* Lipſ. 1765. 8°. 1766. 8°. 1768. 8°. &c. Legi, quem pro anno 1768. edidit. Opera menſtrua ſylvarum deſcribit, potiſſimum etiam ſeminum arborum coniferarum collectionem, ſiccationem. Aliqua deſcriptio arborum hujus claſſis; deinde frondoſarum. Rubram fagum ab alba ſerio diſtinguit.

§. MDCXXXV. *F. A. de Garſault.*

Fr. A. de GARSAULT *Le nouveau parfait Maréchal* Paris 1755. 4°.*. Materiem medicam continet, plantarum ad morbos jumentorum utilium, quarum nonnullas etiam parvis figuris expreſſit.

IDEM poſtea delineavit, & per peritos homines curavit ſculpi, *Les figures des plantes & animaux d'uſage en médecine, decrits dans la matiére médicale de* M. de GEOFROI Paris absque anno (*c*) 5.Vol. 8°. quorum quatuor ſunt plantarum. Ordo alphabeticus, tabulæ 643. icones parvæ, ſed nitidæ, pleræque novæ & ad naturam factæ. Nomina ſubinde barbara, *Pellimboſſa* &c.

Huc pertinet EJUSDEM *Déſcription, vertus & uſages de* 719. *plantes* (& de 134. animaux) *en* 730. *planches gravées ſur les déſſeins de* M. de GARSAULT Paris 1767. 8°. maj.*. Eſt brevis hiſtoria cujusque plantæ, quam vir Cl. delineaverat, cum viribus medicatis, loco natali, florendi tempore.

EJUSDEM *Dictionaire ou memorial raiſonnée de ce qu'il y a d'utile dans les connoiſſances acquiſes depuis la creation du monde* Paris 1761. 8°. Definitiones ad medicinam, chirurgiam, pharmaciam. COMM. LIPS.

§. MDCXXXVI. *Eſſay ſur l'agriculture moderne.*

Eſſai ſur l'agriculture moderne, dans lequel il eſt traité des arbres, arbriſſeaux & ſousarbriſſeaux de pleine terre, des oignons à fleurs, & autres plantes vivaces & annuelles, des arbres fruitiers, &c. Paris 1755. 16°.*. Auctores dicuntur eſſe Abbates NOLLIN & BLAVET. Simplex cæterum dictio & facilis. P. I. eſt fruticum & arborum duriorum, quas inter Tinus eſt & Pervinca Madagaſcarica. In P. II. Arbores ſecundum arboreta & nemora diſtinctæ. P. III. Teneriores plantæ & bulboſæ. P. IV. Arborum fructiferarum cenſus. P. V. Uvarum peregrinarum, quas Comes de la GALAIZIERE collegit. Paſſim adnotationes adſperſæ. Non inutilis liber, etſi non doctus eſt.

Secrets des arts & des métiers Bruxelles 1755. 12°. 2.Vol.* plurima huc faciunt, ut colores, vernices. Diſtinguit *Paſtel* a deteriori *Vouede*, & ab illo ſolo parco cum Indico vult colorem obtineri ſolidum. Solam Serratulam bonum flavum dare colorem. Alni corticem rejicit. Carthamum colorem dare inconſtantem, ſic Cotinum Fuſtet. Indicum ab Inde diſtinguit. Paſſim admiſti errores.

Du

(c) Sed eſt anni 1764.

De Carouge *Avis pratique aux laboureurs ſur les bleds* 1755. 12°.

Non adeſt mihi Gallica editio, neque plane ad rem noſtram facit, meretur tamen recenſeri Herbert *Eſſai d'une police generale des grains ſur leurs prix & ſur les efets de l'agriculture* Berlin 1755. 8°. cujus Germanica verſio prodiit Berlin 1756. 8°. Valde laudatur, ſed videtur politici ſcopi eſſe, ad commendandum liberum frumenti commercium.

Ejusdem *Diſcours ſur les vignes* Dijon 1756. 12°. Vineas commendat, nocere negat agro.

In Cl. Thierry *Medicine experimentale* Paris 1755. 8°.*. præter diætetica aliqua; agitur de nupera vitium in capreolos luxuria.

Recolin *Remarque ſur le nouriture des hommes avec differentes farines* Paris 1755. 12°.

Du Menil *Diſcours ſur la neceſſité de multiplier les bois dans la Prov. de Normandie* 1755. M.S.

Le Jardinier françois, qui enſeigne a cultiver les arbres & herbes potageres Paris 1755. 12°.

Prevot *Manuel Lexique, ou Dictionaire portatif des mots françois, dont la ſignification n'eſt pas familiére à tout le monde: on y a joint les noms & les qualités de la plupart des animaux & des plantes* Paris 1755. 8°. 2. Edition.

Soupers de la Cour ou l'art de travailler toutes ſortes d'alimens Paris 1755. 12°. 4. Vol.

Chymie du gout & de l'odorat pour compoſer — les liqueurs a boire & les eaux de ſenteur Paris 1755. 8°. alii 1756.

Traité de la maniere de ſemer toutes ſortes de graines & plantes avec le jardinier perpetuel qui enſeigne ce qu'il faut faire chaque mois Paris 1755. 12°.

§. MDCXXXVII. *Roger Schabol.*

Roger Schabol, Clericus, ſed horti privati cultor induſtrius, arcanorumque pagi *Montreuil* in arborum cura feliciſſimi revelator. A morte demum viri ex M.S. codicibus D. D. excerpſit *la pratique du jardinage*, cujus duo volumina Pariſiis (neſcio num potius Bruxellis) Paris 1770. 12°.* prodierunt. Multa habet a receptis opinionibus, & potiſſimum a J. de la Quintinie placitis aliena, quem Perſicorum potiſſimum cultum male tradidiſſe noſter adſerit. Ramulos nullos fructus daturos fibris eſſe rectis & parallelis reperit, ramos fructuoſos intricatis in ſpongiæ ſpeciem poris plenos. Ramos illos fructus reddere cogit, dum defringit. Ut arborum venæ ſecentur, ut ſcarifentur, ut fonticuli incidantur, ut nimium vigentes conprimantur, debiles refocillentur, ut ferulis & idoneis vinculis rami defracti conſolidentur. Artificia paganorum *Montreuil*, qui

qui pulcherrimos fructus horæos & præcoces alunt. Melior arboris figura, bifurcata, ramulis parallelis. Morbi arborum.

In T. II. iterum varia, miſti argumenti. Pro innocentia formicarum, quibus hortulani multa mala tribuunt innocentibus. Catalogi varietatum Perſicorum, heſperidum, & melonum. Radices recta depactas ad arborum robur omnino neceſſario requiri. Non debere vigenti arbori flores detrahi. Olera aliqua, braſſica cauliflora, fungi, fraga, quæ ſeneſcentia abeant in ſteriles caules *coucoux*. Vites profunde depangit, ad magna, ſed certa ſpatia. Ut vinculo injecto depactus ramus in nodum tumeſcat, & radices exſerat, accurate. Melonum flores mares male defringi.

EJUSDEM *Dictionaire pour la theorie & la pratique du jardinage* Paris 1770. 8°.*. Edidit, ut priorem laborem, D. DEZALLIERS d'ARGENVILLE, inque fuſa præfatione tamquam novum undique opus commendavit. Habet iterum, ad ſuas voces, fere interpretationes encheireſium & inſtrumentorum paganorum, in Montreuil & vicinis vicis uſu venientium, quos habet pro veris artis hortenſis fontibus. Princeps inventum eſt arbores non rectas, ſed in duos ramos divaricatas muro adfigere. Fimum contra nùperos tuetur. Radicem principem depactam flectere mavult, non amputare. In putando eſſe ſobrium, & arbori vegetæ etiam ſuperfluos aliquos ramos relinquere jubet; ejusmodi ramos convertere docet in frugiferos. Nunquam arbores ſuadet decapitare. Refocillare ægras foſſa circumdata, fimo plena. Abſtinere emplaſtris pinguibus & cera, ſoloque uti fimo bubulo cum terra pingui trito.

EJUSDEM *Obſſ. ſur villages de Montreuil, Bagnolet, Vincennes, Charonne & villages adjacens. Journal Oecon.* 1755.

§. MDCXXXVIII. *Th. Stephens.*

Thomæ STEPHENS *Method and plain proceſs for making potash* Lond. 1755. 4°. maj.* qua præmium 3000. Libr. Sterl. auctor meruit. Ligni durioris trunci ſecundum longitudinem ſibi obponuntur, alternis cum lignis tenerioribus. Ita incenduntur: cineres aliquamdiu ſervati cum molliori aqua in lixivium reducuntur, in ciſterna iterum ei lixivio cinis recentior admiſcetur. Tunc lixivium in propria fornace coquitur, & in ſalem reducitur, qui ruber fluat.

§. MDCXXXIX. *Thomas Hitt.*

Thomas HITT *A treatiſe of fruit trees* London 1755. 8°.* & auctius 1768. 8°. Vixit in Anglia boreali. Ut terra ad ferendos fructus præparetur. Amat eam uſtis cum viridi gleba lignis corrigere. De muris, quibus arbores adfigantur. Selectus arbuſcularum, quas oportet, in ſeminario laxe fuiſſe. Rami radicum ad transferendum non putandi, qui reſpondeant detruncatis ramis. Nimia putatio peſſima, & in non paucis arboribus omnino putare nocet. Ramos horizontali parallelos eſſe debere. De uvis diſputat. De cavendo gelu. Non ab

aphidibus eſſe melleos ſuccos. Catalogus fructuum horæorum Angliæ, & pomarium. Nuperus auctor carpſit, quod HITTIUS pro perſicis conſilia dederit parum practica, neque putationis utilitatem perſpexerit.

EJUSDEM *Treatiſe on husbandry . . . on the improvement of dry and barren lands* London 1760. 8°. Arenoſas ſolitudines jubet arboribus conſerere, ſepes vivas docet plantare, laudes meritus diarii *Critical Review*.

§. MDCXL. *W. Douglas.*

William DOUGLAS M. D. *A ſummary of the preſent ſtate of the british ſettlements in North America* Boſton 1755. 8°. 2.Vol.*. Ordinem non laudes: & rei herbariæ minor cura fuit auctori, non tamen nulla. Boſtoni natus, ibi medicinam fecit: neque plantas neglexit, quarum 1100. ſpecies circa Boſton collegerit: pauca tamen huc adfert, de arboribus ad materiem pertinentibus, de Pini ſpeciebus. Frequentius in nova Anglia plantas flore compoſito naſci, & apetalas. Aliqua de Mayz, de cerealibus (ex Europa advectis).

§. MDCXLI. *Germani aliqui.*

C. F. JAMPERT *Specimen phyſiologiæ plantarum contra vaſorum in plantis probabilitatem* Hall. 1755. 8°.*. Neminem cavum tubulum in planta vidiſſe, nimis parvos eſſe oportere & ultra fidem, nullos eorum ramos adparere.

EJUSDEM *Dubiorum* — Spec. II. Fluidas plantarum partes per ſolum textum celluloſum moveri, & fibras eſſe, quas vulgo vaſa vocant.

Kurzer Entwurf der Königl. Naturalienkammer in Dreſden, Dreſden 1755. fol. & Gallice ibid.* HEBENSTREITII plantæ in Africa collectæ hic adſervantur, tum herbaria ſicca JOHRENII, KENTMANNI, icones Bataviæ (orientalis) pictæ, plantæ RUYSCHIANÆ, medicamenta omnis generis ex regno vegetabili petita rariora varia & monſtroſa.

Aus SCHAARSCHMIDT (an potius SAMUEL) *Diætetic, oder Lehre von der Lebensordnung für Geſunde und Kranke* Berlin 1755. 8°.

Geſchichte und Handlung der engliſchen Pflanzſtätte in Nord-America ex Gallico Stuttgard 1755. 8°.

Das Geheimniß der Kellermeiſter, Weinſchenken und Küffer, oder Anweiſung zur Erhaltung und Verbeſſerung aller Arten Weine. Aus dem Engliſchen 1755. 8°. An *Myſtery* CHARLETONI.

Der geſchickte Wein- und Bierkünſtler, mit einem Unterrichte von Thee, Caffee, Chocolate und Mandelate zu machen Tubing. 1755. 8°.

Sammlung nützlicher Nachrichten zur Beförderung der Künſte und Manufacturen Jena 1755. 1756. 8°. ſex partes.

Marcus

Marcus LOOFFT *Niederſächſiſches Kochbuch* Altona 1755. 8°. 1766. 8°. & alias.

Mediciniſches Lexicon, darinn alle Benennungen der Arzneywiſſenſchaft, Apotheckerkunſt &c. erklärt werden Ulm 1755. 1756. 2.Vol.

J. H. RAVESTEIN *Sammlung ſeltener Begebenheiten in den Naturverſuchen zur Verbeſſerung des Ackerbaues* 1755. 8°. Salem laudat fecundantem.

H. BEHRS, de S. CATHARINA, F. HOFMAN'S, N. BOERNER'S und A. LONICERI *Haber-Beſchreibung* 1755. 8°.

D. L. W. v. KNÖRR *Das mit Gewürze, Früchten, Pflanzen, Kräutern, Blumen und Obſtbäumen angefüllte Magazin* Leipzig 1755. 8°.

EJUSDEM *Pharmacopœa compendioſa, oder kurzer Innhalt guter und bewährter Arzneymittel* Naumburg 1765. 8°.

M. H. RECK'S *Gedanken von den Nelken* Augſpurg 1755. 8°. HUTH.

Car. Frid. HILLE *De actione plantarum in partes ſolidas corporis humani* Gotting. 1755. 4°.*

§. MDCXLII. *J. Lud. Leber. Læſecke.*

J. Ludwig Leberecht LOESECKE *Abhandlung der auserleſenſten Arzneymittel, nach deren Urſprung, Güte, Beſtandtheilen, &c.* Berlin 1755. 8°. & 1758. 8°.* 1763. 8°. 1768. 8°. Inutilia fere prætermittit, neque laudibus indulget immeritis. Claſſes a viribus medicatis definit, aliqua ſua hinc inde adſpergit. Anagallidis decoctum fruſtra maniacæ feminae propinavit. Cum plantis minus conſueverat. Commodum Compendium.

EJUSDEM *Materia medica concentrata, oder Verzeichniß der vornehmſten Arzneymittel, nebſt einem Anhang aller Nahrungsmittel Gegengifte, und einem Diſpenſatorio privato von* G. L. RUMPELT. Dreſden 1758. 8°. 1761. 8°.

§. MDCXLIII. *J. B. Bohadſch.*

J. Baptiſtæ BOHADSCH, Profeſſoris Pragenſis, *Beſchreibung einiger in der Haushaltung und Färberkunſt nutzbaren Kräuter, die er in Bœhmen entdeckt hat* Prag 1755. 8°.*. Angelicam Bohemicam pro cibo pauperum commendat, Lathyrumque tuberoſum, qui etiam coli mereatur. Berberin ſubſtituit Citrio: Juncos ad Suecorum morem porcis & ovibus conciſos offert, tum Equiſetum. De Iſatide fuſe.

EJUSDEM *Vorſchlag, wie dem Königreich Böhmen ein ungemeiner Vortheil jährlich zuwachſen könne* Prag 1758. 8°.*. Nempe Pſeudacaciam ſerere ſuadet & plantare, & ejus fronde vaccas paſcere. Stolonum fertilitatem laudat.

EJUSDEM *Abhandlung vom Gebrauche des Waidts in der Haushaltung* Prag 4°. absque anno.* Iſatidem jubet ſerere ad alenda armenta.

§. MDCXLIV. *Car. Allione.*

Caroli ALLIONE *Rariorum Pedemontii ſtirpium* Spec. I. Turin. 1755. 4°.*. In alpibus altioribus Pedemonditii pulchras plantas, & aliquas novas invenit, & recte deſcripſit & depinxit, quæ partim cum Helveticis conveniunt, partim peculiares ſunt ſuæque.

In *Mélanges de philoſophie & de mathématiques de la Societé Royale de Turin*, Turin. 1759. 4°.*. Plantarum Sardicarum catalogum dedit, quas legit circa Calarim *Michæl Antonius* PIAZZA. Raræ, etiam novæ, intercedunt.

IDEM in T. II. edito Turini 1762. 4°.*. Dedit ſynopſin methodicam horti Taurinenſis, methodo partim a petalis ſumta, partim a ſtaminibus. Intercedunt rariores aliquæ.

Dedit etiam *Florulam Corſicanam* ex ſcriptis D. SALLE, qui circa a S. Fiorenzo plantas legit.

In T. III. *Mélanges &c.* ibid. anno 1766. 4°.*. Tria nova genera conſtituit, Ortegiam, Baſſiam & Linderniam, quam prius vocabant Pyxidariam.

In *Act. Helvet.* T. IV. Cortuſam deſcribit & LINNÆUM emendat.

EJUSDEM *Stirpium præcipuarum litoris & agri Nicæenſis Enumeratio methodica* Turin. 1757. 8°.*. J. B. GIUDICE Niceæ plantas collegerat, noſter in alpibus Cottiis. Plantæ circa 500. interque eas calidarum regionum cives aliquæ, & Orientis, multæ etiam novæ, neque deſcriptæ.

§. MDCXLV. *Tranſ. Philoſ.*

Philoſophicarum Tranſactionum T. XLIX. P. I. continet labores anni 1755. Plurima de Agarico pedis equini forma. Pro ejus uſu experimenta Cl. LATHERMANN, *Jacobi* FORDET, *Will.* THORNHILL.

MAZEAS & MILLER De nigro colore ex ſucco Toxicodendri.

Wilhelmi OLIVER De utiliſſima frictione, quæ oleo olivarum in hydrope fit.

Figura Sorbi torminalis.

§. MDCXLVI. *Acta Helv. T. II.*

In Tomo II. *Act. Helveticorum* anno 1755. *Philippus Jacob* SCHLOTTERBEK De variis monſtris ex regno vegetabili. Cauſam invenit in fibris, aliis nimis duris, aliis minus mollibus.

In T. IV. Fungos aliquos & varietates recenſet.

§. MDCXLVII. *J. G. Kœlreuter.*

Joſeph Gottlieb KOELREUTER *De plantis quibusdam rarioribus* diſputavit Tubing. 1755. 4°.* una cum diſſ. *De inſectis coloopteris.* Piperodendron, Cannabinam, Orchidaſtrum, & novum Ranunculum deſcribit.

IDEM vir clariſſ. innumerabilia experimenta fecit, dum polline antherarum alienos flores conſperſit. Ita planiſſime conſtitit, eum pollinem fecundare plantas, & ad earum fabricam ita conferre, ut hybridea ſpecies ex duarum plantarum polline nata, utrique adfinis, ei tamen ſpeciei ſit ſimilior, cujus pollen copioſior fuerit. Repetito deinde adulterio novas varietates oriri, patri ſimiliores, ſi paternus pollen repetito adfuſus fuerit, matri, ſi maternus. Hæc in diverſis ſpeciebus ejusdem generis expertus eſt. Eſt tamen aliqua matris prærogativa. De motubus porro elaſticis ſtaminum: de vi oleoſa ſucci ſtigmatum & antherarum pollinis, &c.

Hæc reperiuntur in libellis notatu digniſſimis *Vorläufige Nachrichten von einigen das Geſchlecht der Pflanzen betreffenden Verſuchen* Lipſ. 1761. 8°.*

Fortſetzung der vorläufigen Nachrichten Lipſ. 1763. 8°.*

Zweyte Fortſetzung der vorläufigen Nachrichten Lipſ. 1764. 8°.*. Liquoris ſtigmatici in alienam ſpeciem translatio nihil producit, neque verum ſemen eſt, ſed vehiculum & materies oleoſa.

Dritte Fortſetzung Lipſ. 1766. 8°.*.

In *Comm. Petrop. nov.* T. XI. deſcribit Fucum frondibus papillatis.

§. MDCXLVIII. *Diaria Germanica.*

In *Hamburgiſchen Magazins* Tomo XV. anni 1755. SCHMERSAHL De Quercubus, quarum ſpeciem duriorem a molliori ſeparat. De colore purpureo ſtabili, goſſypio imprimendo.

Stuttgardiſche phyſicaliſch - œconomiſche Real - Zeitung von 1755. De cultu lini in Selandia, & in Sueciæ montanis: de ſicera meliori ex pomis facienda.

In *Göttingiſchen Anzeigen* anno 1755. n. 142. de plantis coriariis.

§. MDCXLIX. *Mém. des Sav. Etrang. T. II.*

Alter Tomus *des Mémoires de mathématique & de phyſique préſentés à l'Académie Royale des Sciences*, prodiit anno 1755. 4°.*. *Eques* GODEHEU de RIVILLE caprificationem Melitenſem deſcribit, cupidines illos ficuum relegat, & totum miraculum eo reducit, ut veſpa ichneumon compuncto fructui maturitatem conciliet & dulcedinem. SALERNE de magnis malis & morbo epidemico ex uſu Secalis corniculati nato. GAUTIER, Canadenſis, deſcripſit fabricam Sacchari Canadenſis, ex minori potiſſimum Acere cocti.

§. MDCL. *Comm. Bonon. T. III.*

Tertius Tomus Commentariorum de Bononienſi Scientiarum & artium inſtituto Bonon. 1755. 4°.*; præter MONTII Opera, VINCENTII MENGHINI diſſ. continet de vi Camphoræ, qua inſecta minora & Cimices occidit.

In T. II. ſive anno 1755. Diarii VANDERMONDIANI Raporum cataplaſma ad podagram. MISSA de vi ſanguinem comprimente Lycopodii.

§. MDCLI. *J. H. G. Juſti.*

In ſuis *Policey-Nachrichten* hoc anno & 1756. 1757. *J. Heinrich Gottlob* JUSTI ut varia œconomica, ita & botanica habet, de Saccharo, Nicotiana, Napo, Tritico Turcico, Tuberibus, Broccoli, arboribus, heſperidibus. De ſemine plantarum oleracearum colligendo: de plantis montanis, de Aſparagi cultu.

In EJUS *neue Wahrheiten* Lipſ. 1758. 8°.* &c. Tamen etiam botanica aliqua reperias; cultum Mayz, tamquam Arundinis Sacchariferæ, Lini, virgultis ſuſtentandi.

EJUSDEM *Fortgeſetzte Bemühungen zum Vortheil der Naturkunde* Leipzig 1759. 4. numeri.

EJUSDEM *Staatswirthſchaft* Leipzig 1758. 8°.* Aliqua habet de agricultura, aliisque œconomicis, de pratis, de fimo. Fertilitatem non ab unctuoſo ſperat, ſed ab alcalino ſale.

EJUSDEM *Oeconomiſche Schriften über die wichtigſten Gegenſtände der Stadt- und Landwirthſchaft* Berlin 1760. 8°. 1766. 8°. De exurenda argilla ad agros fecundandos. In oleum nitri ZEIGERI. De herbis noxiis. De Tritico Turcico. De accelerato incremento & præcocitate olerum. De cultu Rubiæ, de pratis perficiendis. De cereviſia, de ſpiritu frumenti Quedlinburgenſi, de Lini apricatione, de ſepibus vivis, de tulipis, granadilla.

EJUSDEM *Abhandlungen von der Vollkommenheit der Landwirthſchaft und der höchſten Cultur der Länder* Ulm 1761. 8°. Parvum libellum laudat Cl. WOLLNER. De colendis ericetis & paludibus.

§. MDCLII. *Verhand. der Holl. Maatſch.*

Verhandelingen uytgegeven door de hollandtze maatſchappy der wetenſchappen te Haarlem cepit prodire anno 1755. 8°.* Germanice Altenburg 1758. 8°. In hoc diario mireris botanices vix mentionem factam, in regione peregrinis plantis ditiſſima.

In X. Parte D. de MEEZE duas dedit diſſ. quas cum ejus operibus dicemus.

In

In Tomo III. *Ephemerides Naturæ Curioſorum* ad annum 1686. inde SWAMMERDAMII *Biblia* & alia continentur.

§. MDCLIII. *Sueci.*

Nicolai HESSLE'N & *Caroli* ENGELSTRÖM *De uſu botanices morali* Lund. 1755. 4°.

J. Jul. CAJANUS *Hiſtoriſka beſkrifning öfwer Cronoby ſokn i Oeſterbotn* Abo 1755. 4°.*.

§. MDCLIV. *Patricius Browne.*

Patrik BROWNE, M. D. *Civil and natural hiſtory of Jamaica — of its natural productions, foſſils, vegetables and animals* London 1756. fol.*. Præcipua mercium Saccharum eſt, deinde ejus ſpiritus, tum Caffea, Goſſypium, lignum Mahogani: horum cultus hic deſcribitur, & potiſſimum Zingiberis, Cacao, Caſſavæ, Sacchari. Plantæ numeroſæ, & maximus numerus generum novorum, quorum pluſculæ ab EHRETIO delineatæ. - Muſci pariter numeroſi, quos Galli negant in inſulis Antillis reperiri. Plurimæ iſoſtemones, quater aut quinque ſtaminibus; umbelliferæ tantum duæ: & paucæ cruciatæ. Petiveria in America quatuor, in Anglicis tepidariis ſex ſtamina profert. Battatas & Yams hic deſcribuntur, & Anthelmia ſeparatur a Spigelia. Chiococca curat antiqua mala venerea. Ex Aloë Americana Aloë medicata paratur, reſectis foliis, ſucco collecto. Guajaci bacca vomitum movet. De oleo Caryophylli *Allſpice*. De Indigoferæ cultu: de ejus vi tinctoria, quæ a quaſſatione perficitur, &c. Sed legi meretur liber egregius.

§. MDCLV. *Alex. Ruſſel.*

Alexandri RUSSEL, Medici & Chirurgi, *Natural hiſtory of Aleppo* London 1756. 4°.*. Præter fruges regionis, deſcribit vir Cl. plantas aliquas ignotas, quas G. D. EHRET delineavit, & pluſculas recenſet. Beng omnino ad Cannabis ſemina pertinet; Tragacanthæ calyx inſigniter inflatus.

EJUSDEM Deſcriptio & icon Scammoneæ. *Medical Inquir. of a Soc. at Lond.* T. I.

Eſſays and obſervations phyſical and litterary read before a Society at Edimburg T. II. Edimburg 1756. 8°.*. COLDENIA virgo GARDENIÆ genus conſtituit, Hyperico adfine. HAMILTON de malis effectis Hyoſcyami albi & Stramonii. Du GUID de vi anthelmintica arboris Bulgewater. WHYTTII eperimenta in ranis cum opio inſtituta.

§. MDCLVI. *Antonius Marſigli.*

Antonii MARSIGLI *Riſpoſta a quanto ſi contiene nella lettera del Carolo Saguntino ſtampata in Peſaro* anno 1756. Faenza anno 1756. vel 1757. Non vidi, neque ſatis novi, num ad rem herbariam faciat.

§. MDCLVII.

§. MDCLVII. *Galli.*

Caroli de BROSSES, viri magnifici, *Hiſtoire des navigations aux terres auſtrales* Paris 1756. 4°. 2.Vol.*. Bonus liber continet compendium itinerum auſtralium, & in iis aliquam memoriam arborum & plantarum utilium.

Simon Philibert la SALLE de l'ETANG *Prairies artificielles, ou Lettres ſur les moyens de fertiliſer les terreins ſecs & ſtériles dans la Campagne* Paris 1756. 12°. Bruxelles 1758. 12°.*. Campanus in terra rubra, alioquin infecunda, vidit pulcherrimam naſci Onobrychidem. Eam ergo late in tota quarta parte agri coli jubet, ut ea paſta armenta fimum reddant, quo reliquus ager fecundetur. Sexto anno iterum quartam partem agri eadem herba conſerit.

EJUSDEM *Manuel d'agriculture pour le laboureur, pour le proprietaire & pour le Gouvernement* Paris 1764. 8°.*. Laudat MUNCHHAUSIUS. Fuſe contra TULLII & DU HAMELII novas artes. Inde ſua dat conſilia. Profunde & ipſe arat, in humido agro pulvillos inanes absque ſemente relinquit. In collibus boves equis præfert. Stramen deſiderat, neque credit a fœno artificiali ſuppleri poſſe, ob fimum. Prata artificialia vehementer collaudat.

Lettre de M. DEON de BEAUMONT *pour ſervir de refutation aux mémoires ſur l'utilité de la culture des meuriers & de l'éducation des vers a ſoie en france* 1756. *Journ. Oecon.* 1756. 1762. Oct. & ſeorſim Paris 1758. 12°. 2.Vol.

Lettre de M. BRUHIER *ſur l'uſage du vin de Frontignan* Mercure 1756. Juin.

François BERTRAND *ruris deliciæ* Paris 1756. Carmina latina & gallica de ruris laudibus.

CHEV. de VIVENT *obſſ. ſur divers moyens de ſoutenir & d'encourager l'agriculture principalement en Guyenne* 1756. & 1763. 12°.

In *Journal Oeconomique* 1755. 1756. reperitur translatio *poematis Ruſtici* J. VANIERII, cujus alia verſio auctore D. BERLAND prodiit Paris 1756. melior & limpidior. Conf. p. 33.

§. MDCLVIII. *J. A. Murray.*

J. Andreæ MURRAY *Enumeratio vocabulorum quarumdam, quibus antiqui in re herbaria uſi ſunt* Holm. 1756. 4°.

EJUSDEM Georgiæ Auguſtæ noſtræ nunc Profeſſoris & horti Medici præfecti *de arbuto Uva urſi* Gotting. 1765. 4°.*. Extracta habet aquoſa & reſinoſa, neque acorem illum vehementem GIRARDI reperit. De viribus medicatis in morbis veſicæ & renum exempla. Levat nonnunquam, non ſublato malo.

EJUSD. *Prodromus deſignationis ſtirpium Gottingenſium* Gotting. 1770. 8°.* Hiſtoria horti, aliqua de plantis ſpontaneis Gottingenſibus, cum propriis adnotationibus. Ita

Ita Digitalem luteam majorem recte ſeparat, Senecionem Saracenicum cum Ruppiano conjungit. Horti conſtructio & emendationes. Plantæ quibus hortus anno 1759. inſtructus fuit, & inter eas aliquæ rariores, deſcriptæ. Iris fœtidiſſima Heliotropium peruvianum, & angioſpermum. Nitraria (in Hanov. Mag. 1769. deſcripta. Aletris Capenſis. Aliqua meteorologica.

§. MDCLIX. *Car. Carleſon.*

Caroli CARLESON *Husholls Lexicon* Stokholm 1756. 8°.*. Præfatio conſilia dat, ad fructuoſiorem uſum villarum pertinentia. Inde Lexicon ex libris œconomicis Suecicis collectum. De ſcalis, in quibus mergites ſiccantur. Fuſe de cultu Hordei: profunde jubet arare, neque niſi bis. Allio urſino vult talpas abigere. De utilitate Ariæ, & Napi. Contra nitri vim fecundantem. Anguſtiorem agrum arare, ſed melius colere, recte ſuadet.

EJUSDEM *Husholls bibliotheque* Stokholm 1755. ad 1759. HAUSVATER.

EJUSDEM *Samlung om hushâll* Stokholm 1759. 8°. HAUSVATER.

§. MDCLX. *Car. Guſt. Boije.*

Caroli Guſtavi BOIJE *Den forfarna Swenska husbollaren* Stokh. 1756. 8°.*. Quadraginta annorum experientiam adfert. Primum de emendandis pratis, quæ in Suecia degenerant. Muſcoſa humida aqua ipſa inundat: ſicca igne corrigit. Tuberoſa prata aranda, frugibus conſerenda, inde in prati conditionem reſtituenda. Fœno addit ſubſidium foliorum ſalignorum: deinde Populum tremulam. Pro Avena. De utilitate terræ paluſtris ad emendandum agrum. Novos agros facit ex vetuſtis pratis. Falce minori veterum frumentum demetit.

§. MDCLXI. *Galli varii.*

Hoc anno prodiit Bituricibus *Nouvelle méthode de préparer le Chanvre*, idem, ut puto, opuſculum, quod Cl. MARCANDIER.

FERRIER du CLERON *Propriétés du bois de france* Paris 1766. 8°.

Le bon jardinier, almanach pour l'année 1756. — *une idée generale des quatre ſortes de jardins, regles pour les cultiver, & la maniere d'elever les plus belles fleurs* Paris 1756. 24°.

PIERRE TOUSSAINT NAVIER *Obſervations ſur le Jusquiame* 1756.

IDEM in l. *de amolliſſement des os* agit de Aro & ejus vi in pituitoſis malis utili. Scillæ vim eſſe in ſucco ſpiſſato.

EJUSDEM *Deux mémoires ſur la maniére d'augmenter la vegetation des graines dans les terres arides de la Champagne Mercure de France* 1756.

§. MDCLXII. *G. Henr. Kramer.*

Guil. Henrici KRAMER fil. *Elenchus vegetabilium & animalium per Auſtriam inferiorem obſervatorum* Vienn. 1756. 8°.*. Ponte ad Leytam vivit; varias Auſtriæ partes & vallem Breininam adiit. In ea calidiori Germaniæ parte multas plantas rariores & Italicas reperit, aliquas etiam minus notas. Ordo & nomina LINNÆI: loci natales additi.

§. MDCLXIII. *Germani varii.*

Wilhelmi van HAAZEN *Catalogue des arbres & plantes étrangéres, & oignons à fleurs* Leiden 8°.*, absque anno Nomina ROYENIANA, & notæ aliquæ, quæ ætatem, vaſa, tempus florendi, & alia indicant.

Gottlieb MITTELBERGER'S *Reiſe nach Penſylvanien und zurück* anno 1754. 8°.* Aliqua etiam de terræ fructibus.

Car. Wilhelm CARTHEUSER J. F. F. *Betrachtung über einige Materien aus der Diætetik* Hamburg 1756. 8°. *vermehrt* Altona 1762. 8°.

Gründliche Anweiſung zur Hauswirthſchaft und Feldbau Arnſtatt 1756. 4°.

Haushaltungs-Künſte und œconomiſche Wiſſenſchaften zur Nahrung, Geſundheit und Erhaltung eines frölichen Gemüthes Glogau 1756. 8°. alii Liſſa.

Unterricht von Küchen-Gewächſen Leipzig 1756. 8°.

Fridr. Gottlieb EISVOGELS *Neu eröffnetes Magazin, beſtehend in einer Verſammlung allerhand rarer Künſte und Wiſſenſchaften* Bamberg 1756. 8°. 2. Theile.

Der wohlerfahrne Weingärtner und ſorgfältige Weinſchenk Eslingen 1756. 8°.

Kunſtſtücke, die ſchönſten Farben zu verfertigen Zittau 1756. 8°.

J. Friedrich CAMERER'S *ſechs Schreiben von einigen Merkwürdigkeiten der Holſteiniſchen Gegend* Lipſ. 1756. 4°. & Flensburg 1758. 8°. Inſulas potiſſimum occidentales Holſatiæ & Jutiæ deſcribit. De Avena arenaria, quam incolæ colunt, ut terram confirment, & de aliis naturæ dotibus.

EJUSDEM *Vermiſchte Nachrichten in Briefen.*

Abhandlung von den Maulbeerbäumen und Seidenwürmer, aus dem Franzöſiſchen überſetzt, *nebſt einem Anhange vom Seidenbaue in Berlin*, Berlin 1756. 8°. HAUSVATER.

Wilhelm Gottfried MOSER *Grundſätze der Forſtwiſſenſchaft* Frankf. 1756. 8°. 2. Vol.

Sammlung œconomiſcher und in der Haushaltungskunſt nützlicher Anmerkungen Langenſalz 1756. HAUSVATER. alii Erfurt.

J. Jacob

J. Jacob BUCHTING *Kurzgefaßter Entwurf der Jägerey* Hall 1756. 8°. 1768. cum critico in auctores ſylvaticorum judicio.

EJUSDEM *Geometriſch - œconomiſcher Grundriß zu einer regelmäßigen wirthſchaftlichen Verwaltung der Waldungen* Halle 1762. 8°.

EJUSDEM *Gegründete Anmerkungen über* J. G. BECKMANN's *Schrift von der Holzſaat und Forſtwiſſenſchaft* Halle 1765. 8°.

A. C. *Bibel - erklärende Kupfer, darauf alle zur jüdiſchen Geſchichte gehörige Dinge, als Thiere, Fiſche, Bäume, Kräuter, Blumen und Früchte gröſtentheils mit natürlichen Farben nach dem Leben vorgeſtellt werden, nebſt einer kurzen Erklärung aus den beſten Schriftſtellern* Danzig 1756. 4°.

Bemühungen in der Naturkunde und andern nützlichen Wiſſenſchäften Jena 1756. 8°.

Ernſt Daniel ADAMI *Gedanken über die Seltenheiten eines Buchbaumes* Breslau 1756. 8°. HAUSVATER.

Gerh. Andr. MULLER *De oleis eſſentialibus ſ. æthereis vegetabilium absque deſtillatione parandis* Gieſſen 1756. 4°. Ex caryophyllis.

Georg Ludwig ENKELMAN *De ſale alcali de Seignette ejusque natura & uſu* Argentor. 1756. 4°.

Gottlob Aug. EINICHEN *De Tabaco* Gieſſen 1756. 4°.

J. Caſp. FAUSIUS *De venenis morbisque venenoſis* Heidelberg. 1756. 4°. HEFT.

Georg. Gottlob KUCHELBECKER *De ſpinis plantarum* Lipſ. 1756. 4°.* & in *phyſical. œconomiſ. Abhandl.* T. XII. Deſcribit tubercula, villos, ſpinas, ſive ex cortice prodeant, ſive ex ligno. A ſuccorum ubertate fieri, qui vaſa ſuccifera & celluloſam telam dilatant & ex extrorſum urgent. De varietate ſpinarum.

Der phyſicaliſche und œconomiſche Patriot Hamburg 1756. 4°.* Tomi tres. Varia collectanea, quorum aliqua etiam ad agriculturam pertinent. De cultu Rubiæ tinctoriæ in Scelandia. De præcipiti Mori albæ vegetatione. Uti fiat, ut arbores copioſe florentes etiam uberem fructum ferant. De veloci incremento Naſturtii. De turfa, &c.

Der Wirth und die Wirthin, eine phyſicaliſche und œconomiſche Wochenſchrift Braunſchweig 1756. Num huc faciat.

§. MDCLXIV. *Itali aliqui.*

F. Saverio QUADRIO *La botanica univerſale* præparaverat, cum plantis ſiccis ſuo libro reſpondentibus. Multas etiam ad ZANICHELLIUM plantas miſit. Obiit in valle Tellina Rhætorum anno 1756.

Luca CARLUCCI *Diſſertazioni chymico fiſiche ſopra l'analiſe del vino e dell uſo que ottiene nel ſuo ſpiritu* Napoli 1756. 8°.

In *Saggi di medicina degli Academici conghietturanti di Modena* T. I. Carpi 1756. 4°. excuſo *Wolfgang Annibal* LEPORATI agit de nonnullis Coffeæ noxiś.

§. MDCLXV. *D. Solander.*

Danielis SOLANDRI LINNÆI *Elementa botanica* Upſal. 1756. 4°.*

EJUSDEM *Account of the Gardenia* London 1763. 4°.*. Novum plantæ genus.

§. MDCLXVI. *Sw. Wet. Acad. Handl.*

In *K. Swenska wetenskaps handlingar* Vol. XVII. anni 1756. *Trim.* 1. *Carolus* KNUTBERG De avertendis a trabibus Fungis, quorum ortum humidi vapores accelerant.

In II. *Alex. Fr.* CRONSTEDT Machina, qua frumenta ab admiſtis viciis purgantur.

EJUSDEM in *K. Swenska wetensk. handling.* 1757. *Trim.* 4. de cæruleo colore ex Melampyro parando.

Anno 1761. n. 1. De ſeminatore & ſatione cum pulvillis inanibus.

N. 4. De Lini ſpecie ex caule Meliloti anno 1761. 4°.

C. G. B. De avertenda corruptione fœni, quod inſperſo ſale fit.

In *Trim.* 4. an. 1756. *Danielis* ROLANDRI Doliocarpus, planta baccis venenatis.

§. MDCLXVII. *Diaria varia.*

In *Mém. de l'Acad. de Berlin* anno 1756. huc referas Cl. *J. Gottlob* LEHMANNI diſſertationem de *Aſtere pyrenaico* &c. in Schiſto lapide expreſſo.

In *Phil. Tranſ. Vol.* XLIX. P. II. anni 1756. *J. Albertus* SCHLOSSER marinæ plantæ genus a polypariis diverſum deſcribit, Alcyonium nempe carnoſum radiis obtuſis.

Richardi PULTNEY *Plantæ rariores circa Leiceſtriam naſcentes.* Satis copioſus catalogus, cum viribus paſſim medicatis, & aliquo critico de nominibus & ſpeciebus judicio.

In *Vol.* L. P. I. IDEM Belladonnam deſcribit.

In *Mémoires de l'Académie des Sciences* pour 1756. De LAUNAI de HERMONT hiſtoriam dat ſymptomatum ortorum ex uſu Belladonnæ.

Im *Hamburgiſchen Magazine* T. XVI. anno 1756. De Chocolata ex nucibus Juglandibus cocta. De vi purgante gummi Ammoniaci. De incremento maximo arboris, ad cujus radicem capillorum glomer cum calce repertus eſt.

In

In T. XVII. Catalogus plantarum Georgiæ, ab exſule Juvavienſi ſcriptus, adjectis LINNÆI nominibus.

In Diarii VANDERMONDIANI T. III. legas Agaricum præter preſſionem etiam adhæſione operari. Mortes a Fungis pernicioſis. Pro felicibus effectis adhibiti in magnis vulneribus Agarici igniarii.

In *verhandelingen der hollandſe maatſchappy* T. II. anni 1756. Cl. SCHWENKE agit de viribus ſanguinem ſiſtentibus Agarici, & Spongiæ.

§. MDCLXVIII. *Gautier filius.*

Franciſcus Vincentius TOUSSAINT, & GAUTIER filius, ediderunt ab anno 1756. *Obſervations périodiques ſur la phyſique, l'hiſtoire naturelle & les beaux Arts* Paris 1756. 4°.*, cum iconibus coloratis; D. ALBERT ibi agit de Rubia præſtantiſſima Languedociæ. Tomos ſequentes vidi ſuis annis.

IDEM GAUTIER filius edidit *collection des plantes uſuelles, curieuſes, & étrangeres* fol. Plantæ 50. anno 1768. prodierunt, multæ vulgares, aliquæ raræ ut *Chinpalon* Peruviana, cum charactere. Colores lugubres.

§. MDCLXIX. *M. Adanſon.*

Michael ADANSON, Collega noſter, vir laborioſiſſimus, neque vitæ ſuæ parcens, Africam Senegæ finitimam anno 1749. adiit, & quatuor integris annis in ea regione vixit, plantasque, & animalia ſumma induſtria collegit, B. JUSSIEU cætera diſcipulus. Edidit anno 1757. 4°.* *Hiſtoire naturelle du Senegal, avec la rélation abrégée d'un voyage fait en ce païs.* Hiſtoriam naturalem fervidiſſimæ provinciæ deſcribit, in qua mira velocitas eſt incrementi arborum. Aliqua hic de gummi, in Acacia naſcente. De altiſſima arbore Bouton, & alia craſſiſſima Baobab, una longæviſſima. De Bryonia vehementiſſimos ciente vomitus. De facillima Indici præparatione.

Plantas ſui itineris nunc maxime audio editioni parare, immenſum botanices incrementum.

EJUSDEM *Familles de plantes* Paris 1763. 8°. 2.Vol.*. Vaſtum & multiplex opus. Primum hiſtoriam dat botanices anno 1759. prælectam, qua potiſſimum TOURNEFORTIUM contra LINNÆUM tuetur. Illius claſſes pleræque, LINNÆI pauciſſimæ claſſes naturales ſunt. In VAILLANTIUM. Neque genera, neque ſpecies habet pro naturalibus. Varietates tuetur, neque admittit, a ſolo fructu characteres jubet ſumi. Ab Africa abeſſe cruciatas, Muſcos, polyſtemones, (puto præter Meſembryanthema), multiſiliquas, umbelliferas paucas reperiri. Nomina peculiaria & barbaris ſimilia amat, LINNÆANA refutat. Familias ſuas pro-

proponit, ſive parvas adfinium ſtirpium tribus, & 65. ſyſtemata, ab omni fere plantæ nota, aut accidente, ſumta proponit. Plantarum admittit 25000. ſpecies, quarum 18000. innotuerint. Tabula librorum botanicorum, cum judiciis, potiſſimum etiam de iconibus. De vita & vegetatione plantarum: de tempore, quo primi rami arborum florent. De monſtris, hybridibus, & inſtrumento hortenſi.

In Tomo II. traduntur genera 1755. in 56. familias diſtributa, novis fere cum nominibus. De earum familiarum vera adfinitate alii viderint.

EJUSDEM Deſcriptio Adanſoniæ, ſeu arboris maximæ Baobab, cum bona icone *Mém.* de 1761.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1764. de hordei ſpica caſu ramoſa.

In *Mém.* de 1765. aliqua habet de frumentorum degeneratione. Hordeum flore multiplici eſſe varietatem, & in vulgarem ſpeciem relabi. Varietates hordei nudi, cujus cultum laudat.

Ibid. 1767. & in obſervationibus NEEDHAMI, de Confervæ gelatinoſæ omnium tenerrimæ DILLENII motu & laterali, & progreſſivo, qui diu in mediocri calore ſupereſt.

§. MDCLXX. *Ant. de Monte Pigati.*

Nova ad praxin medicam præcipue utiliſſima univerſæ botanicæ rudimenta Patav. 1757. 4°.*. Auctor *Joh. Antonius* de MONTE PIGATI. Ut plantarum vires innoteſcant, propria ſibi arte ſalem extrahit, hujus cryſtallos intuetur, quarum quadraginta fecit ſpecies. Exempla exhibet in Melampyro, Philadelpho, Pelecino. Ut quæque ignota planta ſales habet, aliquibus horum ſalium ſimiles, ita & ſimiles vires poſſidet.

§. MDCLXXI. *Dani.*

Joh. SNORRONII & HANS EGEDE *Tractatus de agricultura Islandorum priſcis temporibus cum ſucceſſu uſitata, poſtea exoleta; & jam reſtauranda* Hafniæ 1757. 8°.*. Omnino olim, ad medium ſeculum 14. agrum in Islandia cultum fuiſſe: ſponte etiam Vicias, Avenam arenariam, & demum Frumentum in ea inſula provenire; cælum neque nimis frigidum eſſe, neque æſtum, quam in Suecia, minorem.

H. v. HOFMAN *Oeconomiſke betrachtungar om Aarhus ſtift* Coppenhagen 1757. 8°.

§. MDCLXXII. *Edward L'Isle.*

Edward L'ISLE *Obſervations in husbandry* London 1757. 8°. 2.Vol. Poſthumum opus, ex triginta annorum experientia natum: viri ad compendia quidem lucroſa potiſſimum reſpicientis, tamen ut conſiliis meliorum agricolarum ſua adderet inventa, neque botanices ipſorumve Graminum imperitus eſſet. Expe-

Experimenta imperfecta eſſe YOUNG. De terrarum diverſitate: de ſumma utilitate plantarum ad alenda armenta ſatarum. De vario fœno. De duplice aratro in terra cretoſa neceſſario. Serendum ſemen optimum & pleniſſimum. Cum Tritico Medicam ſerit & Trifolium lupulinum. Contra ſpicas alienas a nonnullis in culmo non ſuo repertas. Avenam altero anno ſemen protuliſſe, (etiam tertio, per mea experimenta). De Piſo, Viciis. De perforanda cute armentorum, quæ Trifolium inflavit. Lupulinum Trifolium minus durabili cum effectu celeriter ſaginat. Ulmi folia laudat.

In T. II. De pabulo ad ſaginam utili: negat vir Cl. absque Medica rem ſuccedere. Laudat idem Trifolium lupulinum, & alterum vulgare caule cavo. Contra Gramen fromental. Pedicularis deſtruitur paſcendo. Nullum paſcuum in ſylva permittendum. Anulo corticis detracto arbor non perit. Carduum melius forcipe evelli. Recte adnotat Ranunculum recentem acrem eſſe, ſiccum pecori non diſplicere. Radices Cicutæ ſues necare. Trifolii lupulini ſemini mures parcere, &c.

§. MDCLXXIII. *P. Johannes Bergius.*

Petri Johannis BERGII, celebris medici, *Rön om Spannemôls briſten ärſättande medelſt Quikrot* Stokholm 1757. 4°.*. Ex radicibus Graminis canini in nonnullis provinciis vulgatiſſimis, aratro effoſſis, in aqua maceratis & purgatis, conciſis, ſiccatis, in fornace toſtis, tunc emolitis farinam facit, ad panem coquendum idoneam, potiſſimum ſi aliqua portio farinæ triticeæ admiſta fuerit. Sapor non diſplicet.

EJUSDEM *Deſcriptio plantarum ex Capite bonæ ſpei* Stokholm. 1767. 8°.*. Egregius liber, natus ex plantis ſiccis a Cl. MICHAELE GRUBBIO inſigni negotiatore ad auctorem miſſis, & ſollicite inſpectis. Pluſcula nova genera conſtituit, inter ea GRUBBIAM, perque ſuos characteres definivit, ſpecies autem plurimas. HEISTERIÆ genus reſtituit.

IDEM in *K. Swensk. wetensk. Acad. Handl.* 1757. *Trim.* 2. De vi Caryophyllatæ, & ejus extracti, ad diarrhœas & ſanguinis fluxus.

Anno 1762. n. 4. De Lycoperdo enormi, cujus ambitus duas ulnas excedebat.

Anno 1764. n. 3. De vi Piſtolochiæ folio trifido, cujus caulis ad morſum ſerpentum valet.

EJUSDEM anno 1765. n. 1. Tropæolum quinquelobum.

N. 2. Scleria novum genus, Juncis adfine.

N. 3. Fungum eſſe, qui pro ſemine Braſſicæ habetur.

EJUSDEM Leucadendri genus conſtitutum. 1766. 4°.

EJUSDEM

EJUSDEM Grubbia novum genus 1767. *Trim.* I.

EJUSDEM Littorella ſ. Plantaginis uniflorae genus conſtitutum. Negat Subulariam eſſe.

EJUSDEM anno 1768. n. 3. Bidens Acmelloides.

EJUSDEM Pterophyllum, (Ecaſtaphylon Brownii) Hedyſari ſpec. LINN. ibid. 1769. n. 2.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LVIII. deſcribit Crotonem ſpicatum.

§. MDCLXXIV. *Neale Gataker. Bromfield.*

George NEALE *Obſervations on the uſe of the Agarik and its inſufficiency in ſtopping hæmorragies after capital operations* London 1757. 8°.*. In exiguis, ſponte ceſſaturis, hæmorrhagiis poſſe Agaricum uſui eſſe, in majoribus non ſufficere.

Thomas GATAKER, celebris Chirurgi, *Obſervations on the internal uſe of the Solanum with a ſupplement* London 1757. 8°.*, & cum reliquis Cl. viri opuſculis London 1764. 8°.*. Folia Solani vulgaris hortenſis cum aqua macerata bonum effectum promiſerunt, non ſine aliqua ebrietate. In ulceribus variis & ipſum Solanum, & Belladonna, morbum aut curarunt, aut mitigarunt, morſusque, etiam periculo plenos.

In *Supplemento* fatetur ulcera, quæ clauſa videbantur, ſæpe ab uſu Solani ſe aperuiſſe, nonnunquam tamen tubera mammarum dura ſublata fuiſſe. Doſin Solani non ſupra granum auget, & deſiſtit, quando vertigo, cephalalgia, aut ægrimonia ventriculi ſupervenit.

In nova editione tamen in ulceribus Solanum prodeſſe fatetur, quæ ichorem fundunt. Cicutam in Anglia nihil præſtitiſſe.

William BROMFIELD *Account of the engliſh nigthshades and their effects — and the uſe of Salſaparilla* London 1757. 8°.* Gallice Paris 1761. 12°. Icones & deſcriptiones duorum Solanorum vulgarium & Belladonnæ dat. Eorum uſus ulcera, ſcirrhos, & adfinia mala ita non tollit, ut noceat. Neque Sarſaparilla ad mala venerea valet.

§. MDCLXXV. *Aliqui Germani.*

J. Gotthilf MULLER *Species plantarum ſecundum vegetationis & fructificationis partes ad vivum delineatæ.* Decas I. Berolin. 1757. fol.*. Nitidæ tabulæ ſuis coloribus expreſſæ.

Abhandlung vom Bau und Nutzen des türkiſchen Waizens Berlin 1757. 8°.* Cum in Germania boreali parcius colatur, ſuadet noſter experimentum facere, & cultum docet: humiles vero vidit culmos, & ut puto, imperfectos. Coli potiſſimum pro avibus cortinis, etſi in polenta etiam Italis placet.

Pharma-

Pharmacopœja Argentoratenſis ad hodiernum uſum medicum accommodata a Collegio medico Argentor. 1757. fol.*. Compoſita ſive educta ſola habet, obſoletis aliquibus rejectis, tum nimis pretioſis; & nova aliqua adjecta.

Anmerkungen zur geſchwindern Beförderung der Maulbeer-Plantagen Berlin 1757. 8°.*. Recte vult a plebe Moros poſſideri, non alias fructuoſas futuras. Non bene in Brandenburgica ditione coli: poſſe ut Salices tractari, ramosque depangi, neque deteriores eſſe frondes vetularum arborum.

Adeliche Hauswirthſchafts-Kunſt Erfurt 1757. 8°.

Hygieia dogmatico-practica, rationem conſervandæ ſanitatis corporis humanis exponens Francofurti 1757. 4°.

L. C. JAHN *Norma diætetica, wie ein Menſch nach ſeinem Temperamente, Alter, Geſchlechte, Jahrszeiten, durch rechten Gebrauch der VI. nicht natürlichen Dinge ſein Leben und Geſundheit lang erhalten kann* Dreſden 1757. 8°.

GOTTFRIED AUGUST HOFMANN's, *Chymie, zum Gebrauche des Haus- Land- und Stadtwirthes, des Künſtlers, Manufacturiers, Fabricantens und Handwerkers* 1757. 8°. Non vid.

DANIEL ZACHAR *De Corona de ſpinis* MATTHÆI Roſtock. 1757. 4°.

Chriſtian. Gottlob ZIEGER *De vita inter plantas* Lipſ. 1757. 4°.*.

Mich. Sebaſtian SCHOBER *De melle* Vindobon. 1757. 8°.*

Samuel STEK *De Sagu* Argentor. 1757. 4°.*. Utilis diſputatio. Excutit palmarum claſſem, & arbores, ex quibus farina Sagu ſumitur, & ad uſus Europæos in glebulas paratur. Eas expertus eſt Cl. vir nunquam fermentari, & panem dare non ingratum.

Georg. FLEHEL *De infuſo picis liquidæ* Viennæ 1757. 4°.*.

Ludwig FAVRAT *Theſes inaugurales ex materia medica & chymica* Baſileæ 1757. 4°. Chamæmelum ad febres laudat, quas cortex peruvianus non ſanaverit.

Chriſtophori BLASCHKE *De vi venenorum medicata* Vienn. 1757. 4°.*, potiſſimum quidem de ſublimato mercurio; tamen etiam de Opio.

Chriſtian Samuel UNGNAD *De Malo Perſica* Francof. ad Viadr. 1757. 4°.*. Analyſes. Foliorum extractum aquoſum, nauſeoſum, amarum, ſpirituoſum debilius. Extracta vulgaria. Oleum ineſt æthereum ſuavis odoris, aqua gravius. Nucleorum analyſis & aqua, in qua ſal eſſentiale ſaccharinum, gummi vere gummoſum. Cortex, lignum, omnia ad examen revocata. Inde vires medicæ.

P. LARMESII ab INDAGINE *Gedanken von der groſſen Landwirthſchaft, oder Sammlung allerhand nützlicher Anmerkungen und Betrachtungen* Frankfurt und Leipzig 1757. 8°.

Oeconomiſches Bedenken von dem Nachtheil der Gebäue in den ſchwarzen Hölzern; nebſt einigen Sendſchreiben vom Acker- und Feldbau, und über allerhand in die Wirthſchaft einſchlagende Sachen. Chemniz 1757. 1758. partes tres.

Gottfried Dan. HOFMANN *Obſervationes circa bombyces ſericum & moros: von der Geſchichte und dem Recht der Seidenwürmer, der Seide und der Maulbeerbäume* Tübing. 1757. 4°.

F. *Sächſiſch-Eiſenachiſche Verordnung, die Pflanzung fruchtbarer Obſtbäume betreffend* Eiſenach 1757. fol.

Vollſtändige Haberbeſchreibung, nebſt Unterricht von Zubereitung und Gebrauch des Habertrankes Bayreuth 1757. 8°.

Kurzgefaſstes und ſelbſtlehrendes Kochbuch Erfurt 1757. 8°.

Car. Auguſt. GEUTEBRUK *Anweiſung, wie mit dem Anbau des Holzes zu Werke zu gehen* Erfurt 1757. 8°.*.

§. MDCLXXVI. *Petrus Osbek.*

Petri OSBEK, diſcipuli LINNÆANI, *Dagbok öfwer en Oſtindiſk reſa, med anmärkningar uti Naturkundigheten, husholningen, &c.* Stokholm 1757. 8°.* Iter anno 1750. ſuſceptum. Plantæ circa Gades naſcentes, inter eas Orchides. Non potuit de materie medica Chinenſium quidquam veri diſcere. Agricultura ejus gentis nihil ſui ſimile habet, neque ſecundum: ipſas paludes ſagitta conſerunt. Numeroſas plantas rariores in China, & in aliis Indiæ inſulis legit, & deſcripſit, unde nova genera nata ſunt. Germanice Roſtok. 1765. 8°.

EJUSDEM in *K. Swensk. wetensk. Acad.* 1757. *Trim.* 1. de modo plantandi Graminis paniculati maximi.

EJUSDEM ibid. anno 1762. n. 4. Peziza multiformis arenaria.

EJUSDEM De uſu Geniſtæ majoris anno 1765. n. 3.

Anno 1764. De Buxo ex ſeminibus educando.

Anno 1769. n. 1. ex tritico ſpica multiplici meſſis 150. pla.

Olai TOREN pariter V. D. M. iter cum OSBEKIANO excuſum eſt. Ad mores tamen auctor magis reſpexit. Duas diſtinctas Theæ ſpecies dari.

Aaledning til ager dyrkningens förbättring Coppenhagen 1757. 12°.

§. MDCLXXVII. *Anton. Heins.*

Anton. HEINS *Vernünftiger Gebrauch auserleſener Arzneymittel* Leipz. 1757. 4°.*. Præcipua pars ea eſt, quæ ſecunda, & in qua medicamenta recenſentur, ſecun-

ſecundum virium claſſes. Scillæ drachma dimidia jubet vomitum movere. Non bene *Allſpice* cum Anthophyllis confundit. Laſerpitium & Oreoſelinum popularia nomina Gentianæ nigræ & albæ vix patiuntur. Cur Arnicæ odorem & ſaporem vires medicatas promittere neget, non videmus. Cruciatas plantas urinam pellere putat & lapidem veſicæ, eoque reducit Lycopodium &c. Præcipuus auctori ſcopus eſt, tradere vires ſalutares, multas etiam formulas interſpergit.

§. MDCLXXVIII. *J. Bernard Vergin.*

Hoc anno magna animorum commotio orta eſt ex *J. Bernardi* VERGIN (militis) experimento, quod in libello propoſuit *Rön och förſök om en wunderbar ſäderarternes förwandling ifran ſämre til bättr ſlag* Stokholm 1757. 8°.*. Calmariæ experimentum factum eſt. Avena ſolito more ſeritur, bis demetitur, Auguſto menſe & Septembri, neque neceſſe eſt tertio deſecare: altero vere ſeges erit Secalis, non Avenæ.

EJUSDEM *Swar pa et auctoren til Rön om ſädes arternes förwandling tilkommet bref utan namn* Stokholm 1757. 8°.*. Ad aliquas objectiones reſpondet. Non debere Avenam ſecari nimis ſero, neque tamen prius, quam ſpica conſpicua fuerit.

§. MDCLXXIX. *Alii Sueci.*

Underrättelſe om potatoes eller jordpäron plantering och bruk Stokh. 1757. 8°.* Brevis libellus ab experimento natus. Mireris plantam, paupertati ſublevandæ aptiſſimam, borealibus populis diſplicere, duris alioquin & laborioſis. Variæ utilitates hic recenſentur, ad amylum parandum, pulverem capillitio dealbando deſtinatum, panem coquendum.

In *K. Swensk. wetensk. Acad. Handl.* 1757. *Trim.* I. oſtendit *Edward Friderich* RUNEBERG, utique vegetationem ab emota vi electrica accelerari.

NORBERG De ſeminibus ſero germinantibus.

N. 2. *Johannes* MELLIN De neceſſaria agri quiete.

Joh. SILANDER De cultu Coffeæ in Surinamia, cum arboris deſcriptione.

§. MDCLXXX. *Angli aliqui.*

In *Phil. Tranſ.* Vol. L. P. I. ſive anni 1757. *Joh.* COLLET De torfaceis in Berkshire.

Emanuel MENDEZ de COSTA De plantis variis in Schiſto lapide expreſſis.

John WOOD *New compendious treatiſe of farming* London 1757. 8°.

In *Caroli* LUCAS, celebris oratoris, opere *of natural baths* T. III. aliquas plantas Aquisgranenſes reperias, & Fucum gelatinoſum thermalem.

§. MDCLXXXI. *J. Baſter.*

Jobi Baster in *Vol.* L. *Phil. Tranſ.* egit, contra J. Ellis theoriam, de Corallinis, quas pro Polyporum quidem nidis habet, ut tamen planta propria ſit, neque ab animalibus fabrefacta, & caſu aliquo Polypos habeat hoſpites. Belgice verſa eſt diſſ. in *Holl. Magaz.* P. I. Tom. III.

Iterum in eumdem ſenſum ſcripſit in *Phil. Tranſ. Vol.* LII. P. I. & in propria diſſertatione ſententiam nuperorum de Coralliis impugnavit. Nunquam mollia eſſe, etiam parva: Polypos tantum in libro nidulari. In eadem Corallina plures ſpecies polyporum habitare: neque in Corallina hoſpitari, niſi ea in firmo corpore adhæreſcat. Neque in juniori planta Polypum reperiri. Et dari ramos Polypis inanes. In diverſis plantis ejuſdem generis animalia reperiri. Facile polypos de planta decedere, & etiam in aliis plantis, denique in teſtis habitare. Cellulas, in quibus nidulantur, ampliores eſſe, quam quæ Polypi ſint opus, &c.

Ejusdem *Opuſcula ſubſeciva de animalculis & plantis quibusdam marinis* T. I. Haarlem. 1761. 4°.*, & T. II. ibid. 1762. 4°.*, ad 1765. 4°.*. Aliqua de plantis marinis.

In T. II. P. III. agit de Salicornia, characterem dat, oſtendit ejus ſalem a ſale Sodæ diverſum eſſe. De Fuco & ejus ſeminibus. Alia planta marina, monoſperma, Norvegica.

Idem in *verhandelingen der Holl. Maatſchapp.* T. IV. de Opio egit. Plethoram augere, &c.

Idem *verhandeling over de voortteeling der dieren en planten* Haarlem 1768. 8°.*. Pro vi fœcundante pollinis maſculi in plantis, ut tamen non contineat elementum novæ plantæ. Inde expoſitio ſyſtematis Linnæani, a ſtaminibus & tubis ſumti.

§. MDCLXXXII. *Galli aliqui.*

In *Mém. de l'Acad. des Sciences* anno 1757. Cl. Montet oſtendit, ſalem ex lixivio Tamariſci natum verum eſſe ſalem Glauberianum.

Pharmacopée des pauvres Paris 1757. 12°. Francof. 1766. 12°. niſi eſt Edimburgenſis.

L'art de cultiver les Meuriers blancs, d'élever les vers à ſoie & de tirer la ſoie de coccons Paris 1757. 8°. ed. 2. Hausvater.

Raymundi de la Riviere *Ergo in farinoſis diverſis modis præparatis in annonæ caritate præſidium* Paris 1757. 4°.*.

In anno 1757. *Diarii* C. A. Vandermonde Mr. Beauregard De felici effectu Fraxini adverſus viperæ morſum. Mors infantum ex eſu Belladonnæ. De veneno Mançanillæ. In

In *Obſervations périodiques ſur la phyſique & l'hiſtoire naturelle* anni 1757. Specimen exſtat florum, cum coloribus impreſſorum, ſed triſtium & fuſcorum uti diximus. Inde Acaſchu & Ananas depinguntur, aliæque plantæ, cum confuſa Manyocæ & Caſſavæ hiſtoria.

Traité du bon choix des medicamens avec la maniére de bien proceder a leur compoſition; des remarques & des obſervations ſur l'effet qu'ils produiſent &c. Pont a Mouſſon 1757. 8°. 2. Vol.

MAGENIS vertit ex Anglico *Cours de Chirurgie avec des remarques ou l'on a joint la préparation & les efets de l'Agaric de Chene dans les hemorrhagies* Paris 1757. 12°.

Secrets utiles & éprouvés dans la pratique de la médécine & de la chirurgie. Augm. d'un traité du Caſſis & du manuel des médécins chirurgiens Paris 1757. 12°.

P. TOLOMAS *Diſſertation ſur le Caffée* Paris 1757. 12°.

D'ARCERE *Hiſtoire naturelle du païs d'Aunis de ſes cotes & des provinces limitrophes* Paris 1757. 4°. Producta regionis, vinum, ſylvæ &c.

§. MDCLXXXIII. *Diaria Germanica.*

In *Hamburger Magazin* T. XVIII. De Camphorifera arbore Dreſdenſi, & de Camphora inde cum aqua & ſemiſiccis foliis & ramis præparata.

T. XIX. De utilitate Hippocaſtani ad alendas apes.

Bremiſches Magazin zur Ausbreitung der Wiſſenſchaften aus Engliſchen Monat-Schriften geſammelt Bremen 1757. 8°. & ſequentibus. Titulus rem ipſam indicat: HILLII de ſomno plantarum, & alia minora opuſcula Anglorum hic reperias.

Oeconomiſch-phyſicaliſche Nachrichten T. XI. anni 1757. Habet viticulturam Miſnicam. Revocatio eorum, quæ contra Onobrychidem dicta fuerant. NAHL de vitis cultu. Nobilis Luſati de perficiendo cultu Graminis.

Tomus III. *Actorum Societatis Helveticæ* anno 1757. prodiit 4°.*. In eo quæ occurrunt alibi diximus.

Novorum Actorum Academiæ Leopoldino Carolinæ Vol. I. Nuremb. 1757. 4°.* botanici argumenti habet poſthuma aliqua BUXBAUMII, & TREWII de Cedro lib. & alia ſuo loco dicta.

Carlsruher Wochenblatt — Nachrichten zum Behuf der Policey, des Haushaltung-Weſens &c. Carlsruhe 1757. 4°. 175.

Phyſicaliſch-œconomiſche Wochenſchrift Stutgard 1757. P. I. & II.

§. MDCLXXXIV. *Itali.*

In *Commentariorum de Bononienſi Scientiarum & artium inſtituto* T. IV. Bononiæ 1757. 4°.* excuſo *Vincentius* MENGHINI a Camphoræ odore varia animalia, aves etiam & denique feles vidit necari.

Ferdinandi BASSI, viri humaniſſimi, Iter alpinum (in Montem Apenninum) & novæ aut melius definitæ ſpecies Verbaſci, Hyperici, Rapunculi, Linariæ.

In P. I. Tomi V. Commentariorum Academiæ Bononienſis, Bonon. 1767. 4°. deſcripſit Ambroſinam, ſimilem Aro ſtaminibus in peculiari ſcapo natis. Expreſſum in præduro lapide folium.

Abſque nomine ſuo opus edidit *delle acque Porrettane* Rom. 1768. 4.* ubi etiam plantarum dat catalogum, circa eas aquas naſcentium.

In eodem Tomo V. TROMBELLI De telis ex Geniſtæ corticis textis.

FRANCISCO CONTUTI CALTELVETRO *Le Georgiche del Virgilio volgarizate* Modena 1757.

§. MDCLXXXV. *Med. obſ. of a Soc. of Phyſ.*

Medical obſervations and inquiries by a ſociety of phyſicians in London cepit prodire anno 1757. 8°.* Germanice Altenburg 1764. 8°. Practici fere argumenti ſunt omnia, intercedunt tamen aliqua, quæ herbas tangunt, ut Scammoneæ deſcriptio, cujus ſolus de radice inciſa ſuccus alvum ducit. De plantis amaris Helveticis, adverſus ſcrophulas utilibus. Ipecacoanhæ parvis doſibus exhibitæ vires ſalutares.

Johannis FOTHERGILL Novum gummi Africanum, adſtringens. Gummi de Pau de Sangre. De Sarſæparillæ efficacia in malis venereis. Ope gummi vulgaris olea cum aqua miſceri poſſe.

§. MDCLXXXVI. *Acta Moguntina.*

Hoc anno prodiit Tomus I. *Actorum Academiæ Elect. Moguntinæ Scientiarum utilium, quæ Erfordiæ eſt*, Erford. 1757. 8°.*. D. NONNE expertus eſt, neque Carthamum oſſa tingere animalis, eo paſti, neque Iſatidem. Character Boſeæ Yervæ Moræ. JACOBI ex carbone vitium cum ſale fixo lixivioſo colorem facit cæruleum, inſtillato oleo vitrioli. J. B. MULLER alias arbores melius provenire, quæ arboribus hactenus uno loco natis ſuccedunt.

§. MDCLXXXVII. *Acta Luſatica.*

Der mediciniſchen Societät in Budiſſin Sammlungen und Abhandlungen Attenburg 1757. 8°.*. Novum pariter eſt Collegii medici diarium. D. HENNING opii analyſin inſtituit. Toſtione loco extracti aquoſi reſina obtinetur, quam ſpiritu ſalis Ammoniaci in extracti naturam reſtituas. Ab ejus uſu omnia vaſa minima canis ſanguine pleniſſima. Pleraque clinici ſunt argumenti.

§. MDCLXXXVIII. *Acta Danica.*

Oeconomiſche Gedanken zu weiterm Nachdenken eröffnet, ex Danico verſa per *Chriſtian. Gottlob* MENGEL Hafniæ 1757. 8°.* & ſeqq. Tertio capite de agricultura agitur, quam in Dania dolet ruſticis relinqui. De agricultura Norvegiæ, male neglecta. De agris in Gulbransdalen irriguis. In tomo tertio 1768. laudatur cultus Fagopyri, & Sambuci.

In *Mercure Danois* Cl. JENSEN morborum dat hiſtoriam, & potiſſimum aliquot exemplis vim pleuritidi adverſam Senecæ confirmat.

Danemarks och Norgès œconomiſk Magazin Hafn. 1757. 8°.*, cura, ut videtur, E. PONTOPPIDANI. De agricultura Norvegica: de ſerendis ſylvis, de Napo colendo, de Lupuletis, de Populo tremula, de hortis oleraceis, de variarum regionum in Dania hiſtoria œconomica, de vitiis agri Norvegici, de delendo Chryſanthemo ſegetum, aliisque malis herbis, de meliori aratro.

§. MDCLXXXIX. *Acta Bretannica.*

Etabliſſement d'une Societé d'agriculture, de Commerce & des Arts dans la Province de Brétagne Rennes 1757. 8°.*. Primi Commentarii Rhedonibus anno 1760. prodierunt 8°.* Paris 1761. 12°. cum titulo *Corps d'Obſervations de la Societé d'agriculture, de Commerce, & des arts établie par les Etats de la Brétagne les années* 1758. & 1759. Cultus Trifolii purpurei ſativi bene ſucceſſit: ſic Medica, quam in pulvillos ſerunt. De Cannabis dealbatione. Occa nova dentibus mobilibus.

Ecole d'agriculture Paris 1759. 12°. & *Ackerbauſchule* ex Gallico M. de MONTAUDOUIN verſa a P. HOMANNO Lipſ. 1759. 8°. Laudes agriculturæ, Conſilium inſtituendarum Scholarum, in quibus artium utiliſſima doceatur, & quæ variato cultu experimenta faciant, ut definiant, quinam labor ſit quæſtuoſior.

§. MDCXC. *Mich. Venegas.*

Miguel VENEGAS, SOC. JES. *Hiſtoria natural y civil de la California* Madrit 1757. 4°. 3.Vol. Anglice verſa 1759. 8°. 2.Vol.*. Gallice 1767. 12°. 3.Vol. per *Fr. Marcum Ant.* EIDOUS. Germanice Lemgow 1769. 4°. Maxima pars ad hiſtoriam *miſſionum* ſpectat, terræ tamen dona non negligit, ut Pitahayam, Fago ſimilem, carne Ficus, præcipuum ejus regionis alimentum. De Manna vera ibi reperta: de vino a Jeſuitis culto.

§. MDCXCI. *Marcandier, & Galli aliqui.*

MARCANDIER *Mémoire ſur une nouvelle maniére de préparer le Chanvre* agit in *Journal œconomique* anni 1757., & plenius in *Traité du Chanvre* Paris 1758. 12°.*. Cannabin macerat, donec gummi ab eo diſcedat, quod ſit facilius, ſi in calida aliquoties maceraveris. Ex rejectaneis ſerici ſpeciem non unius uſus per-

perficit. Deinde de Hippocaſtani fructu agit, quem jubet deglubere, & conterere, ſic eum aut pro ſapone ſervire, aut Cannabin emendare. Germanice Freyſtatt 1763. 8°. adjectis *Auszüge anderer Schriften von dieſer Pflanze.* Anglice *Treat. on hemp* London 1764.

De CLAIRVAL *Mémoire ſur l'utilité des meuriers blancs, la maniére de les élever, & celle de ſoigner les vers a ſoie* (en Normandie) prælect. in Acad. CADOMENSI. Obtinuit hoc ſcripto, ut publico juſſu in ea provincia mori plantarentur.

MENARD *Obſervations ſur l'hiſtoire naturelle de Nismes* T. VII. 1758. 4°. De mineralibus, calore, frigore, pluviæ altitudine, barometris. An etiam de plantis ignoro. Auctor phyſicorum eſt D. de BAUX.

BOMARE de VALMONT, pharmacopœi, *Catalogue de Cabinet d'hiſtoire naturelle* Paris 1758. 12°. Habet etiam vegetabilia eorumque partes. Alibi de eo plura.

§. MDCXCII. *Jac. Chriſtian Schæffer.*

Jacobi Chriſtiani SCHÆFFER, celebris potiſſimum de inſectis ſcriptoris, & diligentiſſimi viri in variis ad hiſtoriam naturalem pertinentibus artificiis, diſſertatio *de ſtudii botanici faciliori ac tutiori methodo ad Acad. Roboretanam* Ratisbon. 1758. 4°.*. Specimen eſt operis, quod continuo dicetur, in quo id incommodum eſt, quod tabulæ æneæ præſentia genera, & hujus anni characteres LINNÆANOS in compendium redactos contineat, a proxima vero editione generum LINNÆANORUM fere inutiles reddantur.

EJUSDEM *Iſagoge ad botanicam expeditiorem* Ratisbon. 1759. 8°.*. Interpretatio partium plantarum LINNÆANA: exempla claſſium in pictis floribus propoſita: defenſio ejus ſyſtematis, & aliqua de aliis methodis. *Fructiſtis* me non oportuerat accenſuiſſe.

EJUSDEM *Botanica expeditior* Ratisbon. 1760. 8°.*. Præmiſſus eſt Catalogus generum LINNÆI, & icon Cytiſi Ratisbonenſis. Inde genera plantarum LINNÆANA, in tabulas 55. æneas collecta, in quibus calyx, corolla, ſtigma, pericarpium, & ſemen breviter definiuntur: Subjunctæ tabulæ characterum LINNÆANORUM, ad ordinem RIVINO TOURNEFORTIANUM, nempe ſecundum petala, eorumque regularem ſitum, aut irregularem.

EJUSDEM *Erleichterte Arzneywiſſenſchaft* Ratisbon. 1759. 4°.*. Plantæ medicatæ deſcriptæ, cum loco natali, & viribus, ex ordine LUDWIGIANO, addita ſynonymia ex variis linguis. Voces, quæ partes plantarum deſignant, Germanice redditæ. Demum claſſes RIVINI, TOURNEFORTII & LINNÆI, cum tabulis æneis pictis, duabus.

EJUSDEM *Der Gichtſchwamm mit grünſchleimichtem Hute* Ratisb. 1760. 4°.* Phalli perforati progreſſus ab ovo ad perfectam plantam, etiam microſcopica ſpecu-

ſpeculatione adhibita, & analyſi chemica. Semina rotunda in glutine pilei. Caulis laminis fit plicatis, unde velox incrementum.

EJUSDEM *Icones & deſcriptiones Fungorum quorumdam ſingularium & memorabilium* Ratisbon. 1761. 4°.* etiam Germanice. Fungi aliqui multicipites, ex ſtipite proliferi, & ex capite, denique connati. Non credit AUCTOR, Fungos per ſemen multiplicari.

EJUSDEM *Fungorum, qui in Bavaria, Palatinatu & circa Ratisbonam naſcuntur* Centuria I. & II. Ratisbonæ 1762. 1763. 4°. 2. Vol.*. Ducenti Fungi vivis coloribus picti, cum incrementis, & variis ætatibus. Prima Centuria Amanitas continet: altera alias plantas ex Fungorum claſſe. Expreſſæ particulæ pollinis, qui pro ſeminali habetur. Subinde pluſculæ tabulæ eumdem Fungum repræſentant, quod vix evitari poteſt. Sermo brevis, latinus & Germanicus.

Tertia centuria nuper prodiit, quam nondum vidi.

EJUSDEM *Muſter und Verſuche, ohne alle Lumpen, oder mit einem geringen Zuſatze, Papier zu machen* Regensburg 1765. 4°.*. Induſtria machina chartas varias, potiſſimum craſſiores & involvendis mercibus deſtinatas, fabrefecit, quarum adjecit ſpecimina, hoc in volumine quindecim. Optima eſt, quæ ex pappo Populi nigræ paratur.

Zweyter Band Ratisbon. 1765. 4°.*. Ex Urtica, ex Clematide, ex ſtipitibus Braſſicæ meliora ſunt ſpecimina, quæ in univerſum ſunt 19.

EJUSDEM *Neue Verſuche und Muſter, das Pflanzen-Reich zum Papiermachen und andern Sachen wirthſchaftlich zu gebrauchen* Regensburg 1765. 4°.*. Sericea quaſi & mollis charta ex Linagroſtide, bona ex caulibus Onopordi, non mala ex Conferva. Inde telæ coloratæ bonæ, textæ ex pappo Populi. Exempla 21.

EJUSDEM *Zweyter Band.* Alba charta & mollis, *aus der Seidenpflanze*, exque Malva hortenſi & Chenopodio ſegetali, exque ligno pineo. Ornamenta feminarum reticulata (Spizen) ex foliis Aloës.

EJUSDEM *Dritter und letzter Band* ibid. 1767. 4°. Charta facta ex conis pineis, Solano tuberoſo, aſſerculis ligneis.

IDEM in *Dreſd. Magaz.* T. II. de utilitate œconomica pappi Linagroſtidis alpinæ, & pappi populnei, egit, ad chartas, ad ellychnia.

Ubique plantas aliquas ſculptas addit, cum ſuis coloribus. Fatetur cæterum, chartae perfectionem eſſe fere a diuturno tritu, neque pannis careri poſſe. D. BRUYZET Lugduno pulcherrimum ſpecimen miſit, ex nigra factum Populo.

§. MDCXCIII.

§. MDCXCIII. *Guil. Borlaſe.*

Wilhelmi BORLASE V. D. M. *The natural hiſtory of Cornwall, the air, climate, waters, ſtones, ſemimetals, metals, tin, iron, copper, gold, vegetables, rare birds, fiſhes, ſhells, found in Cornwall* Oxford 1758. fol.*. Ad foſſilia quidem potiſſimum reſpexit: de agricultura tamen aliqua habet, de fucis eo fine adhibitis, putridisque piſcibus, & terra de cellis eorum effoſſa, qui piſces vendunt. Vigecuplam inde meſſem proveniſſe vidit. Plantas etiam aliquas rariores recenſet, & nonnullas delineat: viresque etiam medicatas addit.

An account of the European Settlements in America London 1758. 8°. 2.Vol. Continet equidem rem mercatoriam & politicam, in compendium redactam, pro coloniis Hiſpanicis, Luſitanicis, Anglicis, Gallicis, Belgicis, Danicis, & in ea plantarum, quæ in uſus cedunt humanum, cenſum aliquem. Gallice verſa prodierunt Paris 1767. 12°. 2.Vol.

In *George* EDWARD's *Gleanings of natural hiſtory* London 1758. 1760-1764. etiam plantæ aliquæ continentur iconibus expreſſæ, ut Sorbus edulis, torminatis, & Arbutus.

Thomas BARNES *New method of propagating ſhrubs* London 1758. 8°.

Samuel PULLEYN V. D. M. *The culture of ſilk for the uſe of American Colonies* London 1758. 8°.*. Germanice in *Phyſ. œconom. Abhandl.* n. 14. 15. Sua experimenta cum Gallorum libris contulit. Pars prior ad Moros pertinet, quarum aliquas nigro fructu cum albis vult plantatas, quæ uberiorem dent frondem. Fuſe de cultu ad muros, quam figuram præfert, ex ſemine, ex depactis ramis. Inſitionem non probat. Putat, & ramulos fronde privatos deſccat.

EJUSDEM *Obſervations towards a method of preſerving the ſeeds of plants in a ſtate fit for vegetation during long voyages* London 1760. 8°.

§. MDCXCIV. *Angli varii.*

William HANBURY *Eſſay on planting* London 1758. 8°. Ad pios uſus vir optimus innumeras arbores plantavit, moriensque vegetas reliquit piis caſibus deſtinatis.

EJUSDEM nominis ſcriptor cepit anno 1770. fol.* edere *Complete body of Planting and gardening.* Terminorum technicorum Linnæanorum expoſitio. Arbores utiles, earum cultus, potiſſimum de materia, de varietatibus Ulmorum. Paſſim non tutiſſime plantas diſtinxit, ut in Cratægo Aceris folio, neque ſatis definitæ ſunt plantæ, & nomina demum truncata, ut in Pruni, per quam Lauroceraſum intelligit &c.

The gardeners new Calendar London 1758. 8°. Opera per hebdomadas diviſa, cum ſatis mala inſtitutione botanica. Pomarium imperite ſcriptum eſſe. Ita *Critical* Review, ubi fere ex MILLERO additur exſcriptum eſſe.

The

The handmaid of the arts London 1758. 8°. habet artem vernicis præparandæ, & materiam pigmentorum.

Joh. BALL *Pharmacopœa domeſtica nova* London 1758. 12°.

James MACKENZIE *Hiſtory of health and the art of preſerving it* Edimburg 1758. 8°.*. De cibis ex regno vegetabili.

J. Henry GROSE *Voyage to the Eaſtindies* Gallice verſum Paris 1758. 12°.* a viro linguæ Anglicæ non peritiſſimo. Pauca aliqua de plantis rarioribus.

Joh. GARDINER *De vino* Edimburg 1758. 8°.*. De vini, etiam de cereviſiæ, viribus analepticis in maxima debilitate.

§. MDCXCV. *Samuel Engel.*

Samuelis ENGEL, viri ampliſſimi, *Adhandlung vom Roſte im Getraide* Tiguri 1758. 8°.*. Videri rubiginem in Helvetia invaleſcere: pollinem flavum de rimis pullulare, denique totam plantam nigreſcere. In humida terra magis malum ſævire, etiam in Tunicis. Agrum vult priori autumno arari, & ſemen lixivio mundari.

EJUSDEM *Traité de la nature, de la culture & de l'utilité des pommes de terre par un ami des hommes* Lauſanne 1771. 8°.* absque auctoris nomine. Cultum hujus ſolani commendat & docet. Non poſſe Tulliano more coli: diſtantiam reperiri ampliorem: glaream amare. Ut farina ex radicibus fiat, & cum admiſta pauca farina cereali panis. Tentare ſuadet educare ex ſemine ſolanum. Non nocere agro, quem optime ad triticum præparet. Non eſſe noxium, etſi de ſolani genere eſt.

§. MDCXCVI. *Galli varii.*

Léttre du Chevalier GOUDAR *au ſujet de la nouvelle charue à ſemoir* Paris 1758. 12°. Antiquum morem ſerendi defendit.

PATULLO *Eſſay ſur l'amélioration des terres* Paris 1758. 1765. 8°.* Amſterdam 1763. 8°. & Germanice Francofurti 1763. 8°. Scopus viro eſt quam fructuoſiſſime agrum colere. TULLII quidem cultum rejicit: & plurimum tribuit lætamini, quod oritur ex terris apte commiſtis, ut argilla ſabulo temperetur, arena argilla. Valde commendat ſepibus ex oxyacantha partes ſui ruris claudere, & foſſa. Optima & pinguiſſima ad ſementim grana præfert. Secale & avenam proſcribit, & equos vult hordeo ali. Enixe laudat prata artificialia, trifolii (cum ſtramine exhibendi), medicæ, onobrychidis, hujus in mala terra levique ſatæ, tantum ut fimo repetito adjuventur. Has pabulares herbas vult præcocius demeti, quam in Gallia ſolent. Ad vigecuplum fructum ruris his herbis auctum fuiſſe. Ut ager 300. jugerum gallicorum optime colatur. Bonum ſolum debere alterne pabulum ferre & frumentum, hinc quotannis ſextam partem fru-

menti in pabulum converti, ſextam partem pabuli in frumentum. Calculos ponit redituum, & ſumtuum, & immenſi lucri. Tertiam ſemper agri partem debere fœno artificiali conſeri. Non neceſſariam videri frequentem illam arationem Du HAMELII. Boves ad labores potius equis præfert. Villas debere diſſitas eſſe, & quemque in ſua villa habitare. Commutatione debere agros rotundari, commercium frumenti eſſe quem liberrimum. Vulgarem cultum vix $\frac{40}{100}$. novum ſuumque $\frac{100}{100}$mas reddere. Ob prata artificialia Angliam triplo minorem plus frumenti ferre, quam felicem Galliam. Agriculturam tempore HENRICI IV. meliorem fuiſſe. Ad objectiones reſpondet. Probatur a P. D'ARDENNES.

GOUGE de CESSIERES *Les Jardins d'ornemens, ou les Géorgiques Françoiſes* Paris 1758. 8°.* Poëma de florum & arborum hortenſium cultu, non inficetum, quod arbores deſcribit, nihil tamen vere botanici habet.

J. Philippe LIMBOURG *quelle eſt l'influence de l'air ſur les vegetaux* Bourdeaux 1758. 4°. & in n. 20. *Oeconom. Phyſ. Abhandl.*

CREDO *Mémoire ſur la nouvelle culture des terres* Paris 1758. 4°.

Antoine Yves GOGUET *De l'origine des arts & des Sciences & de leurs progrés chez les anciens peuples* Paris 1758. 4°. 3. Vol. Aliquantum huc facit.

Cuiſine & office de ſanté propre a ceux qui vivent avec Oeconomie & regime Paris 1758. 12°.

Nouveau Dictionaire univerſel des arts & des ſciences Amſterdam 1758. 4°. 2. Vol. Habet etiam plantas, eſtque Compendium Lexici Trivultini.

Jacob. Carol. LIEGE *Expoſitio de ſpeciebus, quæ theriacam Senioris Andromachi & theriacam cæleſtem ingrediuntur* Paris 1758. 4°.*. Multa in laudem phlogiſti.

Marinus Jacob. Clarus ROBERT *Ergo rachitidi Rubia tinctorum* Paris 1758. 4°.* Rubia adverſus achores uſus eſt; ſolam tamen aquam cum radice decoctam dedit.

Guilielmus FUMEE *Ergo inveteratis alvi fluxibus Simarouba* Paris 1758. 4°. eadem diſſ. quam anno 1730. A. de JUSSIEU propoſuerat. Nimis magna doſis vomitum movet, non ita ſemidrachma pulveris, qui tamen unica die & alvi fluxum ſedat & dolores. Optimus cortex ad diuturnas diarrhœas.

Pharmacopœa Pariſienſis Paris 1758. 4°. Conf. quæ de MACQUERIO diximus.

Traité hiſtorique & pratique de la cuiſine ſuivi d'un abrégé ſur la maniére de faire les confitures liquides & autres deſſerts Paris 1758. 12°. SARRY.

TISHAIGNE *ſur la maniére de cultiver les vignes en Normandie* lect. Cadomi 1758. edita Paris 1765. 8°. HERISSANT.

§. MDCXCVII. *Itali.*

Dominici VANDELLI *Diſſertationes de Aponi thermis, de nonnullis inſectis terreſtribus, & zoophytis marinis &c.* Patav. 1758. 4°.*. Ob Confervas aliquas male depictas.

In

In Diſſert. *de thermis Patavinis* Patav. 1761. 4°.*. Aliquæ Confervæ & fucus globoſus.

In ORTESCHI Diario anni 1764. p. 55. plantas aliquas Ducatus Mediolanenſis recenſet, novasque ut putat, Aretiam ſcapis multifloris & Arenariam rotundifoliam.

EJUSDEM Diſſert. *de arbore Draconis ſ. Dracæna* Olyſſipon 1768.

Guiſeppo GENNARI *Lettera intorno la vita e gli ſtudi del fu Giulio* PONTEDERA. Multa opera imperfecta ILL. auctoris doleas interiiſſe.

P. F. V. *Diſcorſo letto nell Academia botanica di Cortona* anno 1758. 4°.* De vi venenata Thymeleæ perennis.

§. MDCXCVIII. *Antonius de Haen.*

In *Antonii* de HAEN, viri Illuſtris, *Ratione medendi* paſſim aliqua pertinent ad plantas medicatas, ut in T. II. de Uva urſi, ad ulcera viarum urinariarum utili.

T. III. Iterum de vi ſalutari Uvæ urſi; de multiplici corticis Peruviani utilitate: de Salicariæ adverſus diarrhœam poteſtate.

In T. IV. De Marrubio, de inutilibus apicibus Abietis, de Plantagine aquatica in renum malis utili.

In T. V. Pergit Uvam urſi laudare.

In T. VI. De viribus medicatis Verbenæ, tamquam amuleti, florum Aurantiorum, Valerianæ.

EJUSDEM *Epiſtola de Cicuta* anno 1765. 8°.*. Se & ipſum vim Cicutæ expertum eſſe, & amicos in Sileſia: inutilem viſam: non vere ſanatos, qui ſanati dicebantur: ſcirrhos fuiſſe, quos juniores medici pro cancris habuerint.

§. MDCXCIX. *L. A. Jauſſin.*

Louis Amand JAUSSIN (ancien apoticaire major) *Mémoires hiſtoriques, militaires, politiques du Royaume de Corſe, avec l'hiſtoire naturelle de ce païs* Lauſanne 1758. 12°. 2. Vol. Plantæ ſpontaneæ, pleræque vulgatæ, & aliquæ rariores recenſentur: inter iſtas Aloë, Terebinthus, Opuntia.

§. MDCC. *J. Ægid. v. Egmont & Heymann.*

J. Ægidii v. *Egmont* van der NYENBURG, viri nobilis, noſtri in ALBINI ſchola olim ſodalis, & J. HEYMANN theologi, *Reiſen door een gedeelte van Europa, Kleyn Aſien, verſcheide Eylanden van t' Archipel, Syrien, Palæſtina, Ægypten, den berg Sinaï* Leiden 1757. & 1758. 4°. 2. Vol.*. Theologus jam ab anno 1700. ad 1709. vir nobilis anno 1720. & ſeqq. eas regiones adierunt. HEYMANNUS utrumque iter in unum commiſcuit, non ſine incommodo. Ad rem naturalem pauca pertinent. Tmolum M. comite SHERARDO HEYMANNUS conſcendit. In Chio inſula neceſſitatem caprificationis adgnovit. De præalta Platano Coa.

 Roſam

Roſam Hierichuntinam circa eam urbem non naſci. Palmas mares inter feminas plantari, reliquam venerem ventis permitti.

§. MDCCI. *P. Valcarenghi.*

Pauli VALCARENGHII, Comitis, celebris medici *in Ebnbitaris tractatum de Limonibus Commentaria* Cremon. 1758. 4°.*. De varia utilitate pomorum Citriorum, etiam ad phthiſin & ſcorbutum, pleuritidem, & peripneumoniam.

§. MDCCII. *Germani varii.*

Wohlbewährtes Gärtner-Buch, ſeltene Geheimniſſe, Baumzucht &c. Strasburg 1758. 8°.

Die Goldtinctur des Landmannes, oder wunderbare Vermehrung der Getreide-Arten anno 1758. HAUSVATER.

Adam GRENZ, theologi, *de jucunda hominibus cum arboribus comparatione &c.* Dreſden 1758.

J. F. K. SCHUTZEN *Abhandlung vom Nutzen und Schaden der Salate überhaupt, und der gewöhnlichſten Salat-Pflanzen inſonderheit* Leipzig 1758. 4°.

Didori ANTHOPHILI (nominis ficti) *Gartenbuch, worinn von Pflanzen, Blumen und andern Gartengewächſen, auch der Baumzucht, und insbeſondere von Zwergbäumen gründliche Nachricht ertheilt wird* Lucern 1758. 8°.

Königl. Preußiſches Reſcript wegen Anlegung nuzbarer Hecken aus dem Saamen der Geniſtæ Spinoſæ 1758. fol.

J. Jac. MOSER *Bibliotheck von Oeconomiſch-Cameral-Policey-Handlung-und Bergwerks-Geſetzen, Schriften und kleinen Abhandlungen* Ulm 1758. 8°.

Chriſtophori WEBER *Examen corporum quorumdam ad fermentationem ſpirituoſam pertinentium* Gotting. 1758. 4°.*. De muſti per frigus concentratione, tum de variis vinis cerealibus, de diverſitate muſti albi a rubro. Secale plus habet partium reſinoſarum, Triticum gummoſarum, plurimum terræ in Avena eſt.

Martinus SCEPIN *De acido vegetabili* Leid. 1758. 4°.*. Plurimas adnotationes accuratas dedit de florum fabrica, de ſeminibus. Tiarellæ characterem LINNÆANUM emendat: diſcrimen Braſſicæ a Sinapi non credit ſufficere. In radice Roſea ſtamina ſex & octo vidit. Genus Craſſinæ conſtituit, a ZINNIO deſcriptæ.

Caroli Ludovici BRUCH *De Anagallide* Argentor. 1758. 4°.*. Chemica analyſis nihil valde promittit. Infuſum theiforme amarum; ſic extractum amarum, tum aquoſum, tum reſinoſum: acrius quod vinoſum. De origine laudis adverſus morſum canis rabidi, in Hanovienſi comitatu celebratæ. Grana foliorum dantur 60. 80. & curatorum hominum exempla adducuntur. Redit *im allgemeinen Magazin* T. XI.

J. Theodoric. PALLAS *De Chryſoſplenio* diſputavit, etiam Argentorati 1758. 4°.* De utroque Chryſoſplenio, & ejus analyſi & aqua plurima. Succus in ſpiritu vini maceratus dat ſalem eſſentialem.

Hans

Hans Wilhelm SCHMIDT *De ſoda Hiſpanica* Præſide ILL. BOHMERO Hall. 1758. 4°. recuſ. in *Phyſic. œconom. Samml.* T. IX. Soda Alonienſis continet ſalem marinum, ſalem fixum alcalinum terram vitream. Addit Cl. NEUENHAHN, ſe ex Salicornia pulchrum ſalem cryſtallinum paraſſe.

§. MDCCIII. *Mém. inſtructif.*

Mémoire inſtructif ſur la maniére de raſſembler, de préparer, de conſerver; & d'envoyer les diverſes curioſités d'hiſtoire naturelle, auquel on a ajouté un avis pour le transport par mer des arbres, des plantes vivaces, des ſemences, & de diverſes curioſités d'hiſtoire naturelle Lyon 1758. 8°.* & pars operis p. 421. Quæ ad botanicen ſpectant, videtur a Cl. du HAMEL profecta. Semina terra miſta transmittuntur, aut Muſci. Ut herbaria viva perantur. Auctor eſt *Etienne François* TURGOT.

§. MDCCIV. *Robert Doſſie.*

Robert DOSSIE *The elaboratory laid open* London 1758. 8°.*: Chemici quidem argumenti: & eo ſpectans, ut quam minimi ſumtus fiant. De Camphora depuranda. De ſyrupis. Gummi Arabicum differre a gummi Senega, quod iſtud tenacius ſit. De variis fraudibus pharmacopolarum. Pro Rhamni baccis Frangulæ baccas vendi, pro Rheo vero Rhaponticum. Rheum Turcicum Ruſſico præſtare.

EJUSDEM *Inſtitutes of experimental chymiſtry* London 1759. 8°. 2.Vol.* Multa de plantis, de vi venenata vernicis, &c.

EJUSDEM *Theory and practice of Chirurgical pharmacy comprehended in a compleat diſpenſatory for ſurgery* London 1761. 8°.*. Materia medica hic occurrit. Agaricum igniarium de fama decidit. Non tantæ, quantæ putantur, Copaivæ ſunt in malis venereis vires. Multæ plantæ intercedunt parvi uſus, etiam Digitalis. Melilotum, non male, ob vim irritantem repudiat.

EJUSDEM *Memoirs of agriculture* Vol. I. London 1768. 8°.* Pars prior continet præmia ſocietatis, quæ ad bonas artes commendandas Londini coaluit. Inter ea multa ad botanicen pertinent, ut ad cultum rubiæ, pimpinellæ, graminum pabularium, vini in America, tunæ. Eventus eorum conaminum hic recenſetur. P. II. continet experimenta, per quæ conſtitit TULLIANAM agriculturam tamen in univerſum lucroſum eſſe. Deinde de tingendis coriis, ubi plantæ aliquæ orientales memorantur, Rhamnus intenſiorem colorem flavum dans, Salicornia arborea &c.

§. MDCCV. *Bizet.*

BIZET *Mémoire ſur la Tourbe* Paris 1758. 12°.*. Non bene putat, ceſpites bituminoſos unice in vallibus reperiri, qui & in altis montibus frequentiſſimi ſint, & in humilioribus alpium: neque arbores unquam potuerunt in immenſis ejusmodi ceſpitis alpinis paludibus fuiſſe. Ceſpitem a putridis plantis & animalibus

malibus naſci, & a ſylvis, quæ primævam tellurem undique texerunt. Quo perfectius plantæ computruerint, eo meliorem eſſe ceſpitem.

§. MDCCVI. *Sueci & Dani aliqui.*

Beſkrivelſe over Eylandet ſ. Croix i America i Weſtindien Hafniæ 1758. 4°. Deſcriptio fabricæ Sacchari, Goſſypii.

Brokmans *Husholls Cabinet* Stokholm 1758. 4°. 2.Vol. Hausvater.

J. Chriſt. Petersen, præſide Linnæo anno 1758. diſputavit *de cortice Peruviano* 4°.*. Experimenta patris ſui, & feliciſſimos effectus recenſet; varietates corticis: extractum utriusque generis aromaticum, quod ſpiritu vini fit, multo amarius, magis adſtringens & validius aquoſo: aliquid tamen reſinoſi in aquoſum tranſit. Omnino corticem adſtringere, etiam magis ſi cum vino coxeris. Pulverem recte omni alteri formulæ præfert: Pulſuum numerum auget, & appetitum.

Hanc diſputatio nova *Parte* aucta eſt, *Poſteriori*, *quæ rectum ſalutaremque corticis peruviani uſum in febribus intermittentibus exhibet* Gryphiswald. 1763. 4°.

§. MDCCVII. *C. de Caylus.*

Comitis de Caylus celeberrimi antiquitatis amatoris, *Diſſertation ſur le Papyrus* Paris 1758. 4°.*. Ad Plinianam deſcriptionem adnotationes. Icones & deſcriptio Papyri Siculæ ab Ægyptia diverſæ, & Madagaſcaricæ, quarum illa Cyperi genus eſt, hujus flores deſunt. Duos Cyperos Lippius in Ægypto invenerat. Neque tamen Papyrus vera nobis nota eſt. De Scirpo Plinii.

§. MDCCVIII. *Diaria Gallica.*

In Diario *Mercure de France*, paſſim aliqua occurrunt huc facientia. Inter ea anno 1758. exſtat D. Ravaton diſſertatio contra Cl. Du Hamel, non ex novis laminis corticis lignum augeri, ſed ex ſucco tenace ligneſcente.

In Vandermondi Diario de viribus corticis Peruviani adverſus gangrænam internam. Rochat de numeroſis militibus ab Oenanthes uſu venenatis, inflammato ventriculo. Ea infortunia mecum Cl. Vacher communicaverat, ipſamque radicem miſerat, cum icone.

In *Mém. de l'Acad. de Berlin* anno 1758. *J. Gottlob* Lehmanni Analyſis gummi Copal. Bitumen eſſe, neque vegetabilis regni.

§. MDCCIX. *Diaria Germanica.*

Selectorum phyſico œconomicorum ultimæ, quæ ad me pervenerunt, partes ab anno 1756. prodierunt: cæterum in univerſum lego 17. particulas prodiiſſe. De

De uſtilagine & rubigine, quarum illam auctor negat ab infecta ſemente naſci: & de commutatione, quam admittit, Cerealium. De Lunæ in vegetatione poteſtate. Adnotationes ad BIDETI librum.

In *Oeconom. Nachrichten* T. XII. aliqua de lino Sibirico. D. de GRIESHEIM *vom Urbar machen w… er Strecken.*

In Tomo III. *Actorum Academiæ Batavæ* D. de SYPESTEIN experimenta VERGINII ſuis confirmat.

§. MDCCX. *Philoſ. Tranſact.*

In *Philoſ. Tranſact.* T. L. P. 2. ad annum 1758. PEYSSONEL De Alga marina latifolia, & animalculis in ea naſcentibus: idemque de veneno Mançanillæ, ejusque effectis, farinoſis decoctis ſublatis.

D. WHITE De Caſſia & de Cinnamomo, ex plantis ſiccis. Non putat vere differre, & diſcrimen ad ætatem ramorum refert, ex quibus cortex ſumitur.

§. MDCCXI. *Diaria Suecica.*

In *K. Swenska wetenskap Acad.* T. XIX. ſ. anni 1758. *Trim.* 1. Non degeneraſſe Cerealia, & purum Triticum puram Tritici meſſim reddidiſſe, Loliumque Lolii.

Car. Frid. NORDENSCHIOLD De anulis Pinus & Abietis.

Trim. 3. *Nicolaus* PALMSTIERNA De carbone coquendo.

Trim. 4. *Lor. Wolter* ROTHOF ut aliis plantis, quæ nobis parum edules videntur, fœnum augeri poſſit.

IDEM anno 1761. n. 1. De colendis paludibus, & 1767. de paludibus ligna producentibus.

IDEM T. XXV. P. 2. De cultu Trifolii.

EJUSDEM Medicæ, & Alni cultus ad Hannoniæ modum.

EJUSDEM *Husholls Magazin* Scara 1762. 8°.

In *novis publicis Suecicis* anno 1758. & 1759. plurima teſtimonia reperiuntur pro VERGINII perfectione Avenæ in Secale, quæ fit demetendo. Non potuiſſe a ſola caſus potentia tantam, & tam conſtantem in late patente agro fieri commutationem.

§. MDCCXII. *J. Fr. Bernhard.*

J. Fr. BERNHARD's *phyſicaliſch - œconomiſche Auszüge aus den beſten und neueſten Schriften — zur Naturlehre, Haushaltungskunſt, Policey und Cameralwiſſenſchaft*

ſchaft Stuttgard ab anno 1758. De mutatione avenæ in triticum, de ſolano tuberoſo. De pomaceo, de emendando cultu vitium.

Ejusdem *Vollſtändige Abhandlung vom Wieſenbau* Frankfurt und Leipzig (Stutgard) 1764. 8°.* nova editio. Plenum de pratis opus. De terris, de ſiccandis paludibus. De utili limo fluviorum. Cenſus plantarum pratenſium, quarum aliquas Auctor deletas vellet. De ſepibus, & vallis. Fuſe de fimo, marga, cinere, rejectamentis ſalis culinaris. De irrigatione, non plene. De alterna aratione & quiete. Gramina artificialia, Medica, Onobrychis, alia, borealibus ſcriptoribus commendata, quibus nos facile caremus. Conſilia Tulliana, & Graminei pulvilli inter frumenti pulvillos. Denique excerpit Auctor Schreberi librum *de Graminibus*, agit etiam de Napo, Geniſta, frondibus nonnullis.

Ejus *Anhang zur Abhandlung vom Wieſenbau, nebſt Regiſter* Stuttg. 1764. 8°.

In *Bemerkungen der phyſicaliſch-œconomiſchen Bünengeſellſchaft zu Lacetern* Manheim 1770. 8°.*. Idem agit de variis ad rem ruſticam pertinentibus. Contra paſcua: armenta, etiam pecudes, mavult in ſtabulis educare, aut oves certe in agris circumſcriptas ſeptis mobilibus. De quatuor herbis pabularibus præcipuis, medica, quam fere præfert, onobrychide, trifolio, avena elatiori *fromental*, quod equidem tantum cum trifolio vult ſatum, ut una ſiccari poſſit.

In *Hanöverſch. Sammlungen* 1759. aliqua pro metamorphoſi avenæ in ſecale.

Nordiſche Beyträge zum Wachsthum der Naturkunde oder nützlicher Künſte Altona 1758. 8°.

§. MDCCXIII. *J. Daniel Titius.*

J. Daniel Titii *Neue geſellſchaftliche Erzählungen für die Liebhaber der Naturlehre, der Haushaltungswiſſenſchaft, der Arzneykunſt und der Sitten* Lipſ. ab anno 1758. ad annum 1763. 8°.

Ejusdem *Syſtema plantarum ſexuale ad naturam compoſitum* Lipſ. 1767. 4°.* Rejectis metaphoris ſyſtema ex tubis & ſtaminibus, novis cum nominibus.

Ejusdem *Gemeinnützige Abhandlungen zur Beförderung der Erkenntniß und des Gebrauches natürlicher Dinge* Lipſ. 1768. 8°. Pluſcula hic botanici argumenti. Triticum ſpica ramoſa, non fructuoſum. Syſtema botanicum ex ſtaminibus, tubis, flore, ſemine compoſitum. De aureis & argenteis arborum foliis. De Cocco Polonica ad varias plantas ſubnaſcente, Scleranthum, Alſinen, Myoſotidem. Catalogus plantarum circa Dreſdam ſponte naſcentium Cl. Schulzii.

§. MDCCXIV.

§. MDCCXIV. *Mart. Froben. Ledermuller.*

Martini Frobenii LEDERMÜLLER, notarii Noribergenſis, *Microſcopiſche Augen- und Gemüths-Ergötzungen. Erſtes Fünfzig* Noriberg. 1760. 4°.* ſed major pars prodiit anno 1759. Plantarum varias partes microſcopii auxilio contemplatus eſt, ut Mucores varios, Laccæ colorem rubrum impertientia inſecta; epidermidem foliorum, Muſci figuram, qui forte Mnium, Ari characterem: Hyacinthi florem & fructum: Knawel cocciferum cum inſecto: Granadillam.

Zweytes Fünfzig Nürnberg 1761. 4°. Abietis character & inſecta: tum Laricis. Roſæ flos. Cardui, & Coffeæ.

Drittes Fünfzig Nürnberg 1762. 4°.*. Sphæria foliorum. Fructus Armeniacæ. Ligni abiegni ſectio & folii Graminis, & medullæ Calami aromatici. Pollen antherarum Tulipæ.

EJUSDEM *Verſuch vergröſſernde Werkzeuge anzuwenden* Nürnb. 1764. fol.*. Tabulas habeo duodecim: fabricam & florem Pomi & Piri, cum antherarum globulis: Reſedam: Lilium rubrum, Martagon, Hyacinthum ſtellatum, Vitem: Iridem: Roſam, Ceraſum, Ranunculos pleno flore, ſtaminibus tubisque magis & minus imperfectis, ut tamen aliqua fecunda eſſe poſſint.

EJUSDEM *Zergliederung des Korns oder Rockens, nebſt der Beobachtung ſeines Wachsthums* Nürnberg 1764. fol.* Prima incrementa ſecalis, & evolutionem radiculæ atque plantulæ, naturam etiam farinæ globulis factæ globuloſis, florem, hunc hactenus maturum & absque ſtaminibus & plumulis, liquationem farinæ ſeminis in lactis ſpeciem &c.

EJUSDEM *Zergliederung und Vorſtellung eines zarten Winterknoſpens des Hippocaſtani, oder des wilden Roscaſtanienbaums* Nürnberg 1764. fol.*. In oculo ſedecim folia involucri, tunc latentem racemum florigerum deſcribit, qui jam perfectos flores continet, ſtaminibus ornatos & tubis. Characterem etiam habet maturi floris.

EJUSDEM *Phyſicaliſch-microſcopiſche Vorſtellung einer angeblichen Rockenpflanze, das Standen-Stock- oder Gerſtenkorn genannt &c.* Nürnberg 1765. fol.*. Contra generationem æquivocam. Primordia cerealis a prima depactione ſeminis. Cum tertio folio ſpica jam conſpicua. Flos, valde auctus. Radicum reptatus & multiplicatio. Globuli diſſilientes pollinis ſtaminum, eorumque particulæ. Embryones in ſpica præformati ab his particulis fecundantur. Punici etiam & graminis paniculati alicujus aliqua icon.

Microſcopiſche Beyträge Nürnberg 1759. 8°.

§. MDCCXV. *Fr. Ginanni.*

Franceſco GINANNI *delle malaltie del grano in Erba* Peſaro 1759. 4°.* verſum opus a *Ludovico Joſepho* BELLEPIERRE de NEUVEGLISE. Opus undique a

Tilleti opere diverſum, multo majori eruditione ſcriptum, & ambitus amplioris. De rubigine primum, cujus tres fere ſpecies facit. Inde uſtilaginem dicit granis integris & alteram, quæ ſpicas deſtruit: hinc Secale corniculatum: alia porro mala, icterum, phthiſin ſpicarum, famem, ubi culmi ad juſtam ſtaturam non perveniunt, inſectorum denique crimina. Hæc in univerſum. Deinde accurate de rubigine, quæ & acoris multum dat, & ſalis volatilis: & a qua nullum cereale tutum eſt. De uſtilagine carioſa, ſeu deſtruente: multum in ea ſalis volatilis: non certum eſt in eo polline vera inſecta reperiri. Non admittit auctor naturam contagioſam ejus uſtilaginis, quæ Robur Siculum non adtingit. In Secali corniculato vera credit hoſpitari animalia. Fuſe de plantis noxiis, quæ in ſegetibus circa Ravennam proveniunt. Cerealia non degenerare. Rubiginem ex nocte frigida derivat, quæ æſtuoſæ diei ſuccedit. Inde de aliorum in plantis morborum cauſa, & medela.

Produzioni naturali che ſi ritroveranno in Ravenna, metodicamente diſpoſite ed Annotazioni illuſtrate Lucca 1762. 4°. cum plantarum etiam iconibus.

In actis Societatis Ravennatenſium Eruditorum anno 1767. dedit libellum de ſcirpo.

Ejusdem Apologetica aliqua adverſus J. B. Strange pro avunculo ſuo *Joſepho*, cujus in Confervis errores Cl. Strange accuſaverat.

Gaetano Cambiagi *Deſcription des jardins de plaiſance de Boboli* Florence 1759. 8°.

§. MDCCXVI. *Le Page du Pratz.*

Le Page dit du Pratz, olim in Miſſiſippi Coloni, *Hiſtoire de la Louiſiane, contenant la déſcription de ce païs, un voyage dans les terres, l'hiſtoire naturelle, les mœurs & la réligion des naturels, & deux voyages dans le Nord du nouveau Méxique* Paris 1759. 12°. 3.Vol.*. Plantas ſe amaſſe ipſe ait, & trecentas ſpecies Societati Indicæ ſuppeditaſſe: & omnino pluſculas plantas deſcribit, earumque addit utilitates, figuras vero dat, quales Indus aliquis delinearet. Medicos Indorum ob plantarum cognitionem laudat. Mayz præſtare toſtum, & lotum, farinamque cum multa aqua tritam. Vites ſpontaneas vinum non malum dare. De arboribus indigenis, Gale cerifera, Magnolia, ligno flavo fætido. Pleraſque plantas non poſſis adgnoſcere. Iter Indi Mancacht-api, ad Oceanum usque occidentalem alias laudabimus. Magna pars operis in diario *Journal œconomique* edita eſt.

§. MDCCXVII. *H. J. N. Cranz.*

Henrici Johannis Nepomuceni Cranz, Profeſſoris Viennenſis, *Ergo damnanda merito in officinis multa. Ergo diſpenſatoria corrigenda* Vienn. 1759. 4°.*. III. diſputationes. Inutilia medicamina undique animoſe rejecit.

Ejusdem *An plantarum officinalium, etiam aliarum, recepta nomina recte mutentur* Vindobon. 1760. 4°.

Ejusdem

EJUSDEM *Materia medica & Chirurgica juxta ſyſtema naturæ digeſta* Vienn. 1762. 8°. 3.Vol.*, & auctius 1766. 8°. 3.Vol.*. Ordo ſecundum claſſes virium, deſcriptio, vires medicatæ, ex bonis fontibus collectæ. Utique cortex Pomorum aurantiorum adverſus epilepſiam utilis. Pro Melonum innocentia. De venenis & antidotis. De diverſis Eſulis. Extractum Hellebori nigri iners eſſe. Pro Cicuta.

EJUSDEM *Stirpium Auſtriacarum Faſciculus* I. Vienn. 1762. 8°.* recuſus anno 1768. 4°.* Plantæ cruciatæ. Glandulas rejicit a conſtituendorum generum dignitate, & ſepto, tuba, valvis unice utitur. Plantas deſcribit, & rariores depingit. Bohadſchiam, novum genus, conſtituit. LINNÆUM paſſim corrigit.

EJUSDEM *Faſciculus* II. ibid. anno 1763. 8°.* recuſ. 1768. 4°.* ſeu polyſtemones. Idem inſtitutum, multa ubique critica, plantæque raræ: multa emendatio LINNÆI. Recte Fragariæ genus conſtituit. Cratægos & adfines in duo genera conjungit. Rariores depingit.

EJUSDEM *Claſſis umbelliferarum emendata* ibid. anno 1767. 8°.*. Totam claſſem de integro ex ſeminibus conſtituit, rejectis involucris. Ita nova genera naſcuntur, quorum characteres delineat.

EJUSDEM *Stirpium umbelliferarum Faſciculus* III. anno 1767. 8°.* & 1768. 4°.* Aliam & veram habet Carvifoliam. Chærefolium bulboſum pro Cicuta adhibitum fuiſſe. Selinum pratenſe a Silao diverſum. Rariores ſpecies delineatæ.

EJUSDEM *Inſtitutiones rei herbariæ juxta nutum naturæ digeſtæ, ex habitu* Vienn. 1766. 8°. 2.Vol.*. Non debere ab una parte plantæ characterem ſumi. Habitum ab omnibus præferri, etiam a LINNÆO. Claſſes ergo naturáles collegit, reliquas in duas claſſes conjecit, oligoſtemones & polyſtemones. Species fere LINNÆANÆ, genera ſubinde mutata.

EJUSDEM *Primæ* LINNÆO *inſtitutionum botanicarum* Leipzig & Wien 1767. 8°. ed. 2.* Contra LINNÆI adſeclam tuetur dignitatem habitus, quam & ipſe clanculum LINNÆUS adgnoſcat. Tradit nova aliqua genera novasque ſpecies.

EJUSDEM *De duabus arboribus Draconis* Vindobon. 1768. 4°. max.*. De variis arboribus, quæ eo nomine veniunt. Icon & deſcriptio duarum ſpecierum, Aſparagis flore adfinium, tamen diverſarum, quas vocat STOERKIAM & OEDERAM: priorem petalis reflexis, tubis longis, ſemine in quoque loculo unico; alteram flore etiam magis diviſo, ſemine pariter unico. Multa in LINNÆO emendantur.

EJUSDEM *Claſſis cruciferarum emendata in neceſſariam rei herbariæ ſupplementum* Wien 1769. 8°.*. Non Auſtriacarum, ſed omnium plantarum ejus claſſis novus cenſus, in quo plurima genera aliter diſtribuuntur, ſpecies etiam aliquæ definiuntur, LINNÆANA placita paſſim emendantur; demum de glandulis florum nunc obſervationes traduntur.

EJUSDEM *Stirpium auſtriacarum Pars* I. Wien 1769. 4°.*. Faſciculi ſunt, quos hactenus diximus, paſſim emendati, & rarioribus plantis aucti potiſſimum primus & ſecundus.

EJUSDEM *Pars* II.*. Tres novi Faſciculi. Didynamiæ, iterum paſſim ex propriis obſervationibus aliter conſtitutæ, multæ deſcriptæ, & in LINNÆUM animadverſiones.

Faſciculus V. papilionaceæ. Icones hic aliquæ rariorum, & deſcriptiones & genera & ſpecies emendatæ.

Faſciculus VI. orchideæ, pene ad noſtrum ſenſum, tamen ut Corallorhiza expungatur: Iterum deſcriptiones novæ & characterum icones. Limodorum, quod vulgo Auſtriacum dicitur, negat in Auſtria naſci.

§. MDCCXVIII. *Petrus Arduini.*

Petri ARDUINI, (qui in poſteriori opere ſe vocat HARDUINUM) *Animadverſionum botanicarum ſpecimen* Patav. 1759. 4°.*. Duodecim tabulæ plantarum rariorum; etiam novarum. In Chelones ſpecie quartum ſtamen imperfectum.

Pars II. Venet. 1764. 4°.*. Corneliam conſtituit Ammaniæ adfinem, tum Sesleriam. Raras paſſim plantas circa Patavium detexit. Icones hic meliores.

EJUSDEM nunc agriculturæ Profeſſoris, *Memorie di oſſervazione e d'eſperienze ſopra la coltura egli uſi di varie plante che ſervir poſſono all economia* Padova 1766. 4°.*. Multa de plantis utilibus, quas deſcribit & depingit. Iſatis melior, ubi ſol ardentior pilas exuſſerit. Alia Gallia meliorem, quam rubra colorem dant. Platani bonum lignum eſt, ut in Italia coli mereatur. Salicis pappus ad chartam parandam utilis. Semen Frangulæ & Corni, uvæque gigarta, & Rhamni dant oleum. Luteola eodem modo tractata, quo Iſatis, meliorem dat colorem. Napus ſubactus terram fecundat. Venenatam vim Toxicodendri expertus eſt.

In *opuſc. ſcientif. nov.* T. VI. *oſſervazioni* ejus *naturali* exſtant.

§. MDCCXIX. *Fr. Aug. Cartheuſer.*

Friderici Auguſti CARTHEUSER (*J. Friderici* filii) *Vermiſchte Stücke aus der Arzneywiſſenſchaft*, absque nomine prodierunt Francofurti ad Viadr. 1759. 8°.* tres libelli. In primo laudat Cocci tinctorii vim, robur corpori humano addentem, etiam memoriam confirmantem. Lib. II. De melle nectariorum, potiſſimum Melianthi, cujus ſuccus veri mellis ſit ſimillimus, & cujus analyſin dat. Nihil ad ſeminum maturationem nectaria facere, iisque avulſis Aconiti ſemina perinde maturari. Non verum eſſe, eas plantas eſſe venenatas, quæ nectaria habeant, a petalis diſtincta. T. III. De ligno bituminoſo Marchiæ Brandenburgicæ.

§. MDCCXX.

§. MDCCXX. *Franc. Home.*

Franciſci HOME *Principles of agriculture and vegetation* London 1759. 8°.* Editio II. Potiſſimum diverſa terræ genera ſeparat, eorumque indolem per experimenta chemica explorat. Inde oſtendit, ut terræ ſolique vitia corrigantur, & quæ commoda fimus præſtet. Ab omnibus elementis conjunctis plantas nutriri, etiam ab aere. Terram laxat frigus. Radicum rapacearum cultus, & margæ uſus, nam arena non bene reſpondet. De morbis & vitiis agrorum, &c. Dignum opus, & per experimenta natum.

Germanice verſum ex A. J. C. WOELLNER Berlin 1763. 8°. & in *Phyſical. Oeconom. Abhandl.* n. 16. Gallice *principes d'Agriculture &c.* Paris 1761. 12°. Italice Venet. 1564. 4°. cum DAVANZATO.

EJUSDEM *Eſſai ſur le blanchiment de toiles* Paris 1762. 12°. hactenus huc ſpectat. Repetitur in *Oeconom. Phyſ. Abhandl.* n. 13.

§. MDCCXXI. *Angli varii.*

A practical treatiſe of husbandry, experiments and obſervations collected by Du HAMEL *and the moſt approved practice of the english Farmers* London 1759. 4°. Critice.

COMBRUNE *eſſay of brewing with a new publishing of that art* Lond. 1759. 8°. Bonus liber & accuratus. Caloris gradus ad fermentationem. Calor ad 180. gr. Fabr. nimius fuit.

§. MDCCXXII. *Varii.*

Der vollkommne Färber — Unterricht zur vollen Färberey und Manufacturen — vom Anbau und Zubereitung der Ingredienzen Sorau 1759. 8°.*, ex Gallico verſum, cum duabus *appendicibus* in Germania natis. De coloribus quinque præcipuis, & eorum compoſitione: de tinctura durabili, & altera viliori: de vegetabilibus (aliisque) corporibus, quorum in arte tinctoria uſus eſt. *Waid* vocat debiliorem ſpeciem *Paſtel:* mihi Paſtel Iſatis eſt in Languedocia parata, *Waid* in Germania. Non legi (*d*).

Chriſtoph Ehrenreich ROSENOW *Abhandlung vom Ackerbau und der Koppelwirthſchaft* Leipzig 1759. 8°.* Agricultura Megalopolitana. De terræ ſpeciebus. Ter aratur, bis in decuſſim, cum veris pulvinis requietis TULLII. Prata absque irrigatione fimo fecundant, qui pecudibus elabitur. Ut alternis meſſibus & quietibus ager fructuoſior fiat.

J. Ulrich TRESENREUTER *Wirthſchaftliche und rechtliche Abhandlung vom Hopfen, nebſt Joh.* HEUMANN'S *Vorbericht von der Kräuterkenntniß der alten Deutſchen, und deſſen Ueberſetzung von* BRADLEY'S *Abhandlung vom Reichthum des Hopfengartens* Nürnberg 1759. 4°. Continet etiam R. BRADLEY de divitiis lupuleti. Redit in *allgemein. Magazin* T. XI.

Ludwig

(d) Götting. Anzeigen anno 1760. p. 359.

Ludwig DIESHORN *Nachrichten von Oſtindiens Seltenheiten* 1759. 8°. Si huc facit.

Aug. GROSKOPF *neues und wohleingerichtetes Forſt- Jagd- und Weidwerks-Lexicon* Lemgow 1759. 8°.

Vollſtändige Anweiſung zum Tabackbau, nebſt einem Anhange vom Pflanzen und Benutzen der Erdapfel, ſamt einer Nachricht von der Luzerne Wien 1769. 8°.

Anton. Joſeph. CARL, Profeſſoris botanici, *Zymotechnia vindicata & applicata* Ingolſtatt. 1759. 4°.

EJUSDEM *De oleis* Ingolſtatt 1760. 4°.

EJUSDEM *Botaniſch-mediciniſcher Garten* München 1770. 8°.*. Nomina plantarum, ſecundum earum vires medicatas partesque ordinata, quæ in medicinam recipiuntur.

Auguſt. Dietrich PRANGE *De camphoræ vi anthelminthica* Gotting. 1759. 4°.

Joh. David HAHN *De chemiæ cum botanica conjunctione utili & pulchra* Utrecht. 1759. 4°.*. Oratio viri egregii.

J. Nepomuceni RANDIKER *De uſu corticis Peruviani* Vienn. 1759. 4°.*.

Franciſci Xaverii UNGERHOFFER *Compendii materiæ medicæ* P. I. Vienn. 1759. 4°.*. Utilitas œconomica & medica plantarum cerealium, olerum &c. Inde cardiacæ ſtirpes varii generis; breviter omnia & ad ſcopum practicum.

Martin KNAUERS *Hundertjähriger Haus-Calender*, 3. Theil Erfurt 1759. 8°.

Anweiſung zum Kochen nach jetziger Franzöſiſcher Manier Halberſt. 1759. 8°.

§. MDCCXXIII. *Benjamin Martin &c.*

Benjamin MARTIN *Natural hiſtory of England* London 1759. 8°. 2.Vol.*. In occidentalibus nonnullis provinciis plantarum catalogos dat, a pharmacopola PIKE ſuppeditatos: aliqua etiam de Oxyacantha hieme florente Glaſtenbury thorne.

Johan. LINDSEY V. D. M. *Voyage to the Coaſt of Africa in* 1758. London 1759. 4°.*. *Auguſtum* KEPPEL in expeditione comitatus eſt, qua is dux Goream ſubegit. Plantas aliquas deſcribit, etiam obiter delineat.

§. MDCCXXIV. *Iſrael Acrelius.*

Iſrael ACRELIUS V. D. M. *in beſkrifning om de Swenska förſamlingers förna och närwärande tilſtand uti nye Swerige* Stokholm 1759. 4°.* hactenus huc facit, quod agriculturam, & irrigationes pratorum novæ Sueciæ (novi Eboraci) deſcribat.

C. Fridrich

C. Fridrich BERGMAN *Oeconomiſk beſkrifning öfwer Walebo härad i Wäſtergöthland* Upſal. 1759. 4°.*. Nimis alte arari: fertilem agrum eſſe, qui ſementem Tritici duodecuplam reddat. Fœnum mature ſecari, currubus ſuſcipi, de quibus nihil deperdatur. Multum coqui picis.

§. MDCCXXV. *Galli aliqui.*

DESCEMET *Catalogue des plantes de M. M. les Apoticaires de Paris* 1759. 8°.

J. HOSTE *Lettres diverſes a un ami de la nature ſur les nouveaux produits tirés des trois regnes mineral, vegetal & animal* Paris 1759. 8°. Ad vendenda medicamenta.

Inſtructions méthodiques pour la bonne adminiſtration des terres Paris 1759. 8°. Dat etiam conſilia ad cultum vitis, uſum ſtagnorum, molendina, ſylvas.

L. & B. (duorum medicorum) *Dictionaire portatif de ſanté* Paris 1759. 8°. lego etiam 1760. 2. Vol. habet etiam medicamenta ſimplicia & compoſita.

Secrets & fraudes de la chymie & pharmacie devoilés la Haye 1759. 8°. An LIS. BENANCIO.

Joſeph de MARCO *De uſu & abuſu Chocolatæ in re medica & morali* Malta 1759. 4°.

Le Manuel des officiers de la bouche, ou le Précis de tous les apprets, qu'on peut faire des alimens pour ſervir toutes les tables Paris 1759. 8°. 1760. 12°.

§. MDCCXXVI. *Werner Lachenal.*

Werneri LACHENAL *Specimen obſervationum medicarum* Baſil. 1759. 4°.*. Viri ad augendam rem herbariam nati, hic aliquot adnotationes reperias, novum Trifolium, characterem Polycnemi, Sedi arvenſis rubentis, perrari Alyſſi, aliarum plantarum.

EJUSDEM *Obſervationes botanicæ* in Tom. IV. Act. Helvet. Cardui aliqui &c.

Hiſtoria medicamentorum ſimplicium in *Pharmacopæa Helvetica* Cl. viri opus eſt.

§. MDCCXXVII. *Nicol. Laurent. Burmann.*

Nicolaus Laurentius BURMANN J. F. hoc anno diſputavit *de Geraniis* Leid. 1759. 4°. Egregia diſputatio, multo labore nata ex hortorum belgicorum theſauris, cum ditiſſimis collectionibus plantarum ſiccarum comparatis. Species 74. omnino deſcribit, multas delineat, novas etiam aliquas.

EJUSDEM *Flora indica, accedit ſeries Zoophytorum indicorum nec non prodromus floræ Capenſis* Amſterdam 1768. 4°.*. Plantæ indicæ fere 1500. tabulæ 67. aliquæ deſcriptæ. Claſſes Europeæ omnes, umbellifera rara. Aliqua genera nova. De KLEINHOVII horto Bataviæ novæ condito. Plantæ Capenſes novæ dictæ, etiam deſcriptæ.

§. MDCCXXVIII. - *Diaria varia.*

In Diario C. A. VANDERMONDE anno 1759. De utilitate confirmata Belladonnæ in ſcirrho inteſtinali, in cancro.

In *Philoſophicarum Tranſactionum* Vol. L. ſive anno 1759. Cl. MARKHAM de determinato incremento nonnullarum arborum agit.

In *Excerpto literario* anni 1759. T. I. Reperitur Comitis CARBURI Sinapi Græci icon.

In *K. Swenska wetensk. Handlingar* anno 1759. ſive Vol. XX. In præfatione agitur de ſale ex cineribus Ruſſicis *Potaſche*. Coniferas arbores parciſſimum ſalem dare: in Dantiſcana *Potaſche*, & in Gallicis cineribus clavellatis, aliquam terram calcariam eſſe. Addit Cl. FAGGOT aliqua de ea re experimenta.

J. ZETZEL & BÆK De Faba Pechurim ad diarrhœam utili.

Hanöveriſche Beyträge zum Nutzen und Vergnügen Hanover 1759 - 1762. 4°. 4. Volumina. De cereviſia ex putridis fructibus arborum coquenda. De hortis Anglicis & Gallicis, non ad optimum ſaporem ordinatis. De mentha criſpa. De veterum in multiplicandis oleribus ſedulitate, de leucoji cultura: de meſpilis. De utilitate arborum ſylvaticarum, &c.

Carlsruher nützliche Sammlungen, oder Abhandlungen aus allen Theilen der Wiſſenſchaften Carlsruh 1759. 8°. De pruno ſylveſtri, de morbo perſicæ ab aphidibus orto, de pruno Brugnolenſi educanda &c.

Vermiſchte Abhandlungen zur Erläuterung der Naturgeſchichte — des Herzogthums Bremen und Verden Bremen 1759. 8°.

Mémoires de mathematique & de phyſique rediges a l'obſervation de Marſeille T. II. 1759. 4°. Huc referas, quæ ibi exſtant de pinorum conſervatione.

§. MDCCXXIX. *Nic. Joſ. Jacquin.*

Nicolaus Joſephus JACQUIN, vir diligens & humaniſſimus, nunc Botanices Profeſſor Vindobonenſis, ſumtu Imperatoris Inſulas Antillas adiit, plurimumque bonæ frugis ex ditiſſima regione retulit. Ejus laboris primum quemdam guſtum publicavit *Enumerationem ſyſtematicam plantarum, quas in inſulis Caribæis vicinaque Americæ continente novas detexit, aut cognitas emendavit* Leidæ 1760. 8.*. Genera, quorum multa nova, cum characteribus, deinde ſpecies. Addit ex Cl. *Franciſci* de MYGIND collectione plantarum Americanarum peculiares aliquas plantas, accurate deſcriptas.

EJUSDEM *Enumeratio ſtirpium plerarumque, quæ ſponte creſcunt in agro Vindobonenſi, montibusque confinibus* Vienn. 1762. 8°.*. Nomina trivialia LINNÆI, ut abſque ſpeciebus ejusdem editionis nihil intelligas. Sed accedunt obſervationes centum plantarum rararum, etiam novarum, cum nonnullis iconibus. Ad finem exoticas aliquas deſcribit, ut Zerumbet.

EJUSDEM

Ejusdem *Selectarum ſtirpium Americanarum hiſtoria* Vienn. 1763. fol. 2. Vol.* Plantas flore conſpicuo ordine Linnæano enarrat, additis 183. tabulis, non quidem nitide ſculptis, ſed ad bonas ipſius Jacquini delineationes. Multa nova genera conſtituit, multas plantas accurate definivit, quarum veri characteres ignorabantur. Nobiles etiam plantæ hic accuratius definiuntur, ut Cinnamomum, quod pro vero habet, Copaiva, aliæ.

Cum in Europam rediiſſet, ſuamque ſedem in Hungaria fixiſſet honorato loco, cepit edere *Obſervationes botanicas* Vienn. fol.*. Earum Pars I. prodiit anno 1764. cum tabulis 21. Earum aliquæ peregrinæ ſunt, ut Cacao, lignum Campechianum, Ehretia, Perſea. Aliæ ſunt Auſtriacæ, inter quas Scopolia, tum Aretia Sibirica, Scabioſa, &c. Ad finem operis indigenas Auſtriæ plantas aliquot ſpeciebus auget.

In Parte II. anno 1767. edita*, Indicæ quidem Loaſa, Beureria, Ægiſtria, Cecropia, Cinchona, a celebri illa diverſa, ſed ejusdem ſaporis. Indigenæ etiam aliquæ, inter eas duæ Gentianæ, Hieracium, Campanula.

In Parte III. Vindobon. 1768. fol.* inter indigenas Senecio nemorenſis, Gentianella Hippion, Symphytum tuberoſum, Trifolium purpureum majus, Scabioſa ſylvatica & ochroleuca, tum exoticæ aliquæ delineantur.

Ejusdem *Obſervationum botanicarum* Pars IV. & *ultima* Wien 1771. fol.* Inter eas Europeæ rariores Chryſanthemum montanum, a noſtro Pyrethro diverſum,) & Monspelienſe, & Carduus Pyrenaicus, Aſter tenellus, Cytiſus hirſutus.

Ejusdem *Hortus botanicus* Pars I. Vindob. 1770. fol.* Icones elegantes plantarum rariorum utriusque orbis, etiam noſtratium, ut Geranii cicutæ folio acu longiſſima & Aſteris novi Hungarici; tum pluſculæ novæ, colores vivi.

Ejusdem *Index regni vegetabilis qui continet plantas omnes, quæ habentur in* Linnæani *ſyſtematis naturæ* Edit. XII. Vienn. 1770. 4°. Nomina trivialia plantarum 7815.

§. MDCCXXX. *Anton. Stœrck.*

Antonius Stoerck, Archiater Cæſareus, peculiari ſtudio enixus eſt, ut plantas venenatas ad medicos uſus revocaret. Primus prodiit *libellus, quo demonſtratur, Cicutam non ſolum uſu interno tutiſſime adhiberi, ſed & eſſe remedium utiliſſimum in plurimis morbis, qui hucusque curatu impoſſibiles dicebantur* Vienn. 1760. 8°.*. Succo ſpiſſato, ſeu extracto uſus eſt. Experimento a canibus ad homines traducto adparuit, noxa carere, ſcirrhos glandularum, etiam mammarum cancros, & nodos podagricos interno hujus ſucci uſu ſublatos fuiſſe. Succus radicis venenum habet. Germanice Frankfurt 1760. 8°. Anglicè 1761. 8°. Belgice *den dolle Kervel* Roterdam 1760. 8°. Gallice vide p. 492.

Ejusdem *Libellus ſecundus, quo confirmatur, Cicutam uſu interno tutiſſime adhiberi, & eſſe remedium utile in multis morbis, qui curatu impoſſibiles dicebantur*

tur Vienn. 1761. 8°.*. Anglice Londin. 1762. 8°. Eodem ſpiſſato ſucco uſus eſt ad 120. in diem grana: ex planta vero juniori ſuccus ſumitur, expreſſi prius quam planta floruit. Scirrhos, ulcera, cariem, tineam, ſpinam ventoſam, lepram, fluorem album, fungum articularem, alia mala hoc uno medicamento ſuperavit.

EJUSDEM *Supplementum neceſſarium de Cicuta* Vienn. 1761. 8°.* Conqueritur de adverſario: vitia præparationis medicamenti ſui accuſat: ſiccæ Cicutæ extractum minus bonum eſſe monet. Iterum experimenta repetit, in quibus Cicuta profecit, negat nocuiſſe: iconem dat & characterem. Anglice 1762. 8°.

Hæc opuſcula gallice prodierunt, cum titulo, *Obſervations nouvelles ſur l'uſage de la Cigue* Paris 1762. 12°. 2.Vol. In appendice antiquitates Cicutæ & nuperæ quædam curationes recenſentur. Germanice Wien 1762. 8°. vertente L. J. HEYDE.

EJUSDEM *Libellus, quo demonſtratur, Stramonium, Hyoſcyamum, Aconitum tuto exhiberi uſu interno, & remedia eſſe in multis morbis maxime ſalutifera* Vienn. 1762. 8°.*, & Germanice vertente Cl. SCHINZIO Tiguri 1763. 8°.*. In ſe ipſo experimenta fecit, & in beſtiis. Extracti Stramonii granum cum ſemiſſe tolerari poteſt: eo delirium, maniam, epilepſiam ſuperavit. Hyoſcyami extractum ad novem in diem grana dedit, & in ſimilibus morbis, etiam in hæmorrhagia, reperit proficere. Aconitum cauſticum eſt, ſuccus tamen mitior. In arthritide, ſcirrhis, lue venerea teſtatur vir Cl. profuiſſe. Bonæ icones adjectæ.

Præfatio Cl. *Salomonis* SCHINZ. In ea Cicutam & reliquas plantas Stoerkianas deſcribit, & characteres delineatos dat. Monet, ut ex recente herba extractum paretur, & confirmat innoxium eſſe. Gallice etiam verſum eſt Paris 1763. 12°.

EJUSDEM *Libellus, quo demonſtratur, Colchici autumnalis radicem tuto poſſe exhiberi, & curare quandoque morbos difficillimos, qui aliis remediis non cedunt* Vienn. 1763. 8°.*. Radicem Colchici Scillæ adfinem eſſe, acrem, cujus unicum granum urinam dolentem & ſtranguriam faciat. In aceto maceratam, addito melle, miteſcere, tunc urinam potenter movere, hydropem, etiam graviorem, aſthma, tuſſim phthiſicam ſanare. Iterum in *appendice* confirmat, *Cicutam mite & tutum medicamentum eſſe.* Germanice verſus *de Colchico* lib. cum icone Tiguri 1764. 8°.*. Gallice *obſ. ſur l'uſage interne du colchique* la Haye & Paris 1764. 12°.

EJUSDEM *Libellus, quo continentur experimenta & obſervationes circa nova ſua medicamina* Vienn. 1765. 8°.*. Multa exempla morborum aut ab ILL. STOERKIO, aut ab aliis Medicis & Chirurgis, Cicuta, Colchico, Aconito, Stramonio, Hyoſcyamo ſublatorum. Queritur alienas plantas adhibitas fuiſſe. Non reſpondiſſe Cicutam fatetur, ſed raro. Extractum Hyoſcyami ad 15. grana dedit.

EJUSDEM

EJUSDEM *De flammula Jovis* Wien 1769. 8°.*. Acrem dum recens eſt plantam, cum ſiccitate miteſcentem, tum inſpergendo, tum interno uſu adhibuit ad ulcera, etiam peſſima, etiam cancroſa, mammæ denique cancrum: tum ad ſcirrhos articulorum tumores. Fraxinellæ etiam radicem in epilepſia, melancholia, menſibus ſuppreſſis, vermibus valere. Ut Cicuta malignum in pede GERARDI v. SWIETEN ulcus ſanaverit, lætus repetit. Aconiti etiam, Colchici, Stramonii vires a ſe detectas confirmat.

EJUSDEM *De pulſatilla nigra* Wien 1770. 8°.*. Hanc nigro & connivente flore ſpeciem ſolam vires habere medicas. Aqua ſtillatitia acerrima; ex reliqua planta extractum magnarum virium, cujus cum Saccharo ſubacti, ubi plurima dedit, in diem propinavit omnino grana viginti & unum, nam aquam reperit vomitum movere. Id extractum non quidem in omnibus ægris, ſæpe tamen profuit, ad ulcera vetuſta, ægre alioquin ſanabilia, oculorum inflammationem, amauroſin, induratos teſtes. Flammula tamen etiam tunc profuit, quando Pulſatilla fruſtra fuerat adhibita. Repetit teſtimonia, uſus ſalutaris oxymellis Colchici, hyoſcyami, & Aconiti.

§. MDCCXXXI. *Jacob Lee. Jefferies.*

James LEE *Introduction to botany &c.* London 1760. 8°.*. Non adeo ad botanicen eſt introductio, quam ad LINNÆI ſyſtema: & ad definitiones vocabulorum technicorum; icones etiam habet, quibus ea declarantur. Additum, quid LINNÆUS in nuperis editionibus novaverit.

T. JEFFERIES *The natural and civil hiſtory of the french dominions in America, of the climate ſoil, minerals, animals, vegetables, manufactures, trade, commerce and languages &c.* London 1760. fol.

§. MDCCXXXII. *David Meeſe.*

David MEESE, hortulani Franckerani, *Flora Friſica, or lyſt der planten welke in Friesland in het wilde gevonden worden* Francker. 1760. 8°.*. Paucæ plantæ, omnino 565. nomen LINNÆANUM unicum, varietates aliquæ, & quædam critica. Icones aliquæ plantarum marinarum.

EJUSDEM *Het XIX. claſſe van de genera plantarum van* LINNÆUS *ſyngeneſia genaamt verklaart en vermerdeerd* Leeuwarden 1761. 8°.*. Criticum oculum adhibuit ad plantas flore compoſito: ſinguli generis iconem dedit. Nunquam florem maſculum in radio eſſe repertum, neque bene frequentes floſculos nudos omitti, in quibus ſemen ſola tuba coronatur. Paſſim a LINNÆO eamdem plantam bis recenſeri. Non femininos veros floſculos in radio Centaureæ eſſe, ſed plane ſteriles. Dat characteres ſuos, & flores fere depingit.

EJUSDEM *Plantarum Rudimenta, ſeu methodus ducta ex differentia ſeminum, Cotyledonum* Leeuward. P. I. n. 1. anno 1763. 4°.*. Claſſes ſumtæ ſunt a cotyledonibus,

donibus, quarum numerum non putat binum ſuperare. Sequitur folium ſupra terram, aut infra: & ſemen, & nova plantula: hæc delineantur ex variis claſſibus, vivis cum coloribus.

P. I. n. 2. Eodem modo origines aliquot plantarum deſcribit.

In T. X. P. II. *Verhandelingen der Hollandſchen maatſchappy* prima diſſertatione commendat cultum alni, qua paludoſa poſſint ſiccari, inque ſolidam terram converti. Deinde confervam cum admiſta lana texuit, ad pulvinos etiam farciendos monuit poſſe adhiberi. Denique perſubtiliter muſcorum fabricam perſecutus eſt. Habere ſuas cotyledones. Inter ſquamas roſularum Mniorum vidit & ſtamina, & cylindricos loculos ſeminum, quæ ſata provenerint. Inde pyxides muſcorum deſcribit: operculum ex pluribus laminis factum, & pectinem, quem habet pro ſtaminibus, quorum pollen per foramina infimæ laminæ operculi in caveam pyxidis cadat: denique columellam dicit pyxidis, quæ ſit receptaculum ſeminum cylindricorum, in plantulas convaleſcentium &c. Non mediocriter hæc mihi nova videntur.

§. MDCCXXXIII. *P. E. Luders.*

Philipp Ernſt LUDERS *Schleswig - Glücksburgiſche Beyträge zur Aufnahme œconomiſcher Wiſſenſchaften* Flensburg 1758. 4°. Cultus mororum, ſepium, lupuli ſolani tuberoſi.

Vorläufige Nachricht von dem Bau und Einrichtung der Acker - Academie und œconomiſcher Lehrſchule ibid. 1762. 8°. HAUSVATER.

Kurze Nachricht von der Generalverſammlung der Däniſchen Acker - Academie Flensburg 1762. 4°. ibid.

Bericht, worinn eine fortgeſetzte Nachricht von dem Baue der Acker - Academie enthalten iſt Flensburg 1762. 4°. ibid.

Schreiben an die Gönner und Mitglieder der Däniſchen Acker - Academie, worinn von des Verfaſſers Bemühungen Nachricht gegeben wird Flensb. 1762. 8°. ibid.

Die Königlich - Däniſche Acker - Academie, wie ſie am Stiftungstage entworfen worden Flensburg 1763. 4°.

Fragpuncten von einigen der Abſicht der Acker - Academie gemäſſen mitzutheilenden Nachrichten Flensburg 1763. 4°.

Nachricht von den Schriften, die zur Verbeſſerung der Landwirthſchaft ſollen ausgebreitet werden Flensburg 1764. 4°. ibid.

Antwortſchreiben an die œconomiſche Geſellſchaft zu Paris Flensburg 1764. 4°. ibid.

EJUSDEM

Ejusdem *Erzählung und Geſchichte der Acker-Academie bis* 1766. ib. 1767. 4°.* Frequentem arationem commendat. Cultum ſolani tuberoſi promovit. De cultu lini & trifolii. Quæ plantæ recuſaverint cultui reſpondere.

Ejusdem *Beſchreibung vom Leinbaue* Flensburg 1760. 8°. Recuſ. im *Coppenhagner Magazin* anno 1762. 8°.*.

Ejusdem *Kurze Nachrichten vom Cleverbau* Flensburg 1761. 12°.

Ejusdem *Kurze Nachricht, wie man in der Däniſchen Acker-Academie den Feld- mit dem Gartenbau vereinigen, und allerley nützliches darinn ziehen könne* Flensburg 1762. 8°.

Ejusdem *Drey Bedenken über die Erforſchung, die Beurtheilung, und den Gebrauch der Erdarten* ibid. 1764. 8°.

Ejusdem *Kurze Anleitung, wie der Ackerbau in der Heyde könnte verbeſſert werden* ibid. 1764. 8°.* Iterum pro ſulcis non profundis: fimum aratro condendum. Arenoſa cylindro confirmat: paluſtria ſabulo, fuligine: in ejusmodi terra commendat Solanum tuberoſum: nimis remotas paludes Alno conſerit, &c.

Ejusdem *Anleitung für die Landleute auf der Heyde voraus* ibid. 1764. 8°.* Continuo fimum ſub terram condere jubet: occa altero mane utitur, Rapa cylindro exæquat. De ſeminario Salicum, Populorum albarum. Ericeta ad arandum præparatur ovium paſtu, deinde ſuum. Recentem fimum improbat. Commendat cultum Urticæ, Raporum.

Ejusdem *Der Leinbau in ſeiner verbeſſerten Geſtalt* Flensburg 1765. 8°.

Ejusdem *Abhandlung, ob die Verbeſſerung des Ackerbaues eben ſowohl im Groſſen als im Kleinen könne möglich gemacht werden* ibid. 1765. 8°.

Ejusdem *Abhandlung und Bedenken über das Ackerweſen und den Anbau verſchiedener Feldfrüchte* ibid. 1765. 8°. Hausvater.

Ejusdem *Bedenken über den Landbau in Angern* ibid. 1766. 8°.*. Avenam rejicit: ſulcis arat non profundis: hibernum Secale mature ſpargit. Pro Avena bis arat.

Ejusdem *Bedenken, ob ein flaches oder tiefes Pflügen dem Ackerbeſitzer vortheilhafter ſey* ibid. 1766. 8°. Pro ſulcis non profundis, ne ad duas quidem uncias.

Bedenken über das Ackerweſen und den Anbau verſchiedener Früchte aus eigener Erfahrung ibid. 1765. 8°.

Ejusdem *Nähere Beſtätigung, daß das ſchmale und flache Pflügen eines ſchweren und thonichten Bodens am nützlichſten ſeye* 1769. 8°. Semina duobus pollibus terræ obruenda: latis ſulcis terram non reddi ſatis mobilem. Uſtilaginem eſſe

eſſe a latis ſulcis & profundis, in quibus humor colligatur, neque ei malo calcem mederi.

Entwurf, wie in ſchwerem lehm - und thonartigen Lande der Getreydebau ergiebiger eingerichtet werden könne ibid. 1769. 8°.

EJUSDEM *Fortgeſetzter Acker-Plan, nach welchem der Anbau der Feldfrüchte gezeigt wird* Flensburg 1769. 8°.

EJUSDEM *Erläuterung der von der Academie zu Berlin aufgegebenen Fragen, wie beym Ackerbau die Theorie mit der Praxi am bequemſten verbunden werden könne* Flensburg 1769. 8°.

EJUSDEM *Kurze Anleitung zum Leinbau* ibid. 1770. 8°. Conf. p. 495.

§. MDCCXXXIV. *J. Fr. v. Berkhey.*

J. le FRANK von BERKHEY *Expoſitio characteriſtica florum, qui dicuntur compoſiti, cum figuris ad naturam expreſſis* Leid. 1760. 4°.*. Propriis capitibus deſcribit ſemen, ejus coronam, calycem, floſculum, ſtamina, tubas. De quaque harum partium adnotat, quæ memorabilia ei viſa ſunt, eamque aliquot exemplis declarat, cum nitidis figuris. Denique de quatuor Royenianis claſſibus Syngeneſiæ agit, neque tamen genera definit.

EJUSDEM Libellus de cultu agri Batavi in *Verhandel. der Hollands maatſchappy* T. VIII. P. 2. De terra. De elementis ceſpitis bituminoſi, ſpiritu ejus alkalino, oleoque bituminoſo, de emendando ſolo: de paludibus per Saliceta ſiccandis, Erica exurenda & aranda. De plantis noxiis, ut de Equiſeto. Semen Cerealium jubet macerare.

EJUSDEM *Naturlyke hiſtorie van Holland* T. I. Amſterdam 1769. 8°.*. Dicet etiam de plantis, nondum tamen in hoc volumine.

§. MDCCXXXV. *M. de Turbilly.*

Marchionis de TURBILLY *Mémoire ſur les défrichemens* Paris 1760. 12°.*. Poſt ampla itinera ſuam, non fertiliſſimam patriam docet agrum ſuum emendare. Naturam ſoli terebra explorat, lapides aufert, deinde virgulta incendit. Arenoſa Abiete conſerit. Agros profunde effodit, ut ſubjectus arenis limus admiſceatur. Craſſioris arenæ glebam, proprio inſtrumento effoſſam, ad Damnoniorum morem in acervos congeſtam incendit, cineres ſuper agrum ſpargit, tunc arat, & conſerit tritico, ſi bonum ſolum, avena ſi malignius, alteroque anno bonam meſſem exſpectat. Fimum auget admiſta Erica & aliis quisquiliis. Inde in altera parte operis oſtendit, quibus artificiis ſuam deſertam villam florentiſſimam reddiderit. Anglice prodiit *Cultivation of barren lands* London 8°.

EJUSDEM *La pratique des défrichemens*, hujus libri quoddam eſt compendium.

§. MDCCXXXVI. *Galli aliqui.*

THOME' *Mémoire ſur la pratique du Semoir* Lyon 1760. & *ſecond Mémoire ſur la pratique du Semoir.* ibid. Belgice redditum cum Du HAMELIO. Reſpondet objectionibus, quas homines pagani contra Seminatorem proferunt. Oſtendit, cum LULLINIANIS, tamen eſſe etiam in ſeminis copia lucrum. Eſſe in univerſo regno vel ſolum ſementis compendium memorabile privilegium ſeminatoris. Poſſe ejus ope etiam ventis ſævientibus ſeri. Stipularum dare incrementum. Vel ſolum ſeminatorem, absque areolis, dimidii in terræ cultu reditus compendium facere.

EJUSDEM *Mémoires ſur la culture du Meurier blanc* Lyon 1763. 8°.* Iverdun 1763. 8°.*. Rejicit arbores non inſititias. Solam vult coli ſpeciem latifoliam *Meurier roſe.* Totum cultum accurate deſcribit, & inſitionem, & transpoſitionem. De ſepibus ex arbuſculis non inſitis. De vermibus ſibi ipſis permiſſis, non inutili Chinenſium imitatione.

EJUSDEM *Mémoire ſur la maniére d'élever les vers a ſoie & de cultiver les Meuriers blancs* Lyon 1767. 8°.* hic novus tomus acceſſit. Non alia fronde bombyces recte ali. Varietatis roſeæ folia poſſe ſervari, neque incaleſcere. Pleraque ad bombyces pertinent.

Thomas ROGER *Catalogue des plantes de ſon jardin* Paris 1760. 8°.

Florent. Carl. BELLOT *Utrum in cancro Belladonnæ uſus tum internus, tum externus* Paris 1760. 4°.*. Pro Belladonna.

VAUTHIER *Introduction à la connoiſſance des plantes, ou Catalogue des plantes uſuelles de la France*, Avignon 1760. 12°.*. Plantæ in ſex claſſes diviſæ, ex TOURNEFORTIO, vires ex codice medicamentario Pariſino. Multa paſſim errata.

CONSTANT de CASTELLAT *L'art de multiplier la ſoie* Aix 1760. Pro eximio libro habetur. Præfert morum non inſititiam.

Le bon Jardinier contenant une idée generale des quatre ſortes de jardins, & la maniére d'élever les plus belles fleurs Paris 1760. HAUSVATER, & 1766. 12°. Conf. p. 457. Eſſe compilatorem d'ARDENNES.

BARTHELEMI *Explication de la Moſaique de Paleſtine* Paris 1760. 4°. B. B. In monumento ADRIANI aliquæ arbores depinguntur, Loti rubræ & cæruleæ, de nympheæ genere, tamen ut adgnoſcas. Sic palmæ, reliquæ obſcuræ & pictoriæ. Divinationem addidit B. de JUSSIEU.

Léttre a M. B. *ſur quelques particularités de l'hiſtoire naturelle du Boulonnois Mercures* 1760. De plantis fere unice, & de braſſicæ ſpecie ſpontanea e regione Dubris perveniente.

Plantation & culture du Meurier Mans 1760. 4°.

Léttres de M. N. echevin de Bolbec ſur l'hiſtoire naturelle des environs de ce Bourg Mercure Juill. 1760. recuſ. in ALLEON DULAC *Mém. l'hiſt. naturelle* 1765. T. 3. de arenis, lapidibus, terra, de vitibus, armentis &c.

P. PAULIAN *Dictionnaire portatif de phyſique, avec figures* Paris 1760. 8°. Avignon 1767. 8°. 2.Vol.

§. MDCCXXXVII. *Aug. Unzer.*

J. Auguſti UNZER, viri ingenioſi, *Der Arzt, eine mediciniſche Wochenſchrift.* 12. Theile Hamburg 1759. ad 1764. nuper recuſ. Luneburg. 1769. 8°.*. 6.Vol. Potiſſimum etiam diæteticen tradit. In T. I. de cortice peruviano, fungorum noxa, & apii T. II. de Thea, Coffea, vino, Chocolata, Fragis, Ceraſis, Moxa. In T. III. de potu Punch, pane, Coffea, Balſamo Meccano, napere, pomis, Sicera, Rheo, Sagu. In T. IV. de Saccharo, vino, radicibus edulibus, juglandibus. Renes a naſturtio aquatico lædi.

EJUSDEM *Sammlung kleiner Schriften* Rinteln 1766. 8°.*. De Noſtoc. De Hippocaſtani nucibus, ita præparatis, ut pecori ſint pro alimento. De ſcuṭe & aſſerculis ligneis ad focum alendum compingendis. Belgice converſa prodierunt Amſterdam 1767. 8°. *Mengelſchriften &c.*

EJUSDEM *Mediciniſches Handbuch* Lüneburg 1770. 8°.* Plantas venenatas numeroſas recenſet, earumque medelam.

§. MDCCXXXVIII. *Itali.*

SANTO BENETTI, Tarviſani, hominis pagani & analphabeti, *l'accorto fattore di villa* 1760. & auctius Venet. 1765. 4°.*. Ipſe villæ curator, experientiam citat viginti duorum annorum. Simplici uſus dictione, ſed practicus omnino & expertus. Non amat agrum bobus exercere ſuis; ubi neceſſe eſt, tamen docet ut prudenter id fiat; ſi quidem locatores fere agrum negligunt. Bobus arat. Frumentum quam terram exigat, cujus cultum fatetur non eſſe lucroſum. Inde de ſecali, ſpelta, reliquis cerealibus, etiam leguminibus. Lunam in ſeminando aliisque laboribus obſervat. De plantis pabularibus. Trifolium præfert Medicæ. Vitium cultus vinique cura & mororum. Opera per annum menſtrua. Inde arbores fructiferas recenſet, etiam heſperides. In nupera appendice accuratius de frumenti cura agit.

Michael CASIRI in *Bibliotheca Arabico Hiſpana Eſcurialenſi* Madrit 1760. fol. vitas habet medicorum Arabum, eos inter DIOSCORIDIS & EBN BEITHARIS.

J. Franciſci MARATTI *De vera florum exiſtentia, vegetatione, & forma in plantis dorſiferis* Rom. 1760. 8°.*. Duo ſtamina, ovarium & tubam uno loco, altero ova caudata caudis connaſcentia vidit, quæ fiſſa produnt ſtamen, & fructus rotundos, polline plenos.

§. MDCCXXXIX.

§. MDCCXXXIX. *Germani.*

Joh. Jacob. CHATELAIN *De Corallorrhiza* Baſil. 1760. 4°.*. Nobiſcum a quatuor globulis Corallorrhizam definit, duas varietates ſeparat, dentatam & non dentatam. Addit obſervationes de Plumbaginis foliis, in cancro ulcerato efficacibus.

Gottl. Nathan. SCHRADER *De Anagallide* Hall. 1760. 4°.*.

Iſaac HAARTIES *De cortice Peruviano* Utrecht 1762. 4°.

J. Frider. MAUT *De cortice Peruviano* Leid. 1760. 4°.*. Arborem deſcribit, & utrumque extractum, quorum efficacius ait eſſe, quod aquoſum. De viribus ejus corticis, ad morandam putredinem carnis & ſanguinis: & de vi, qua gangrænam coercet, per experimenta.

Onomatologia œconomico-practica, oder œconomiſches Wörterbuch mit H. v. JUSTI *Vorrede* Leipzig 1760. 8°.

J. Frid. THYMS *Neu entdeckte Oeconomie des Seidenbaues* Berlin 1760. 8°. 1764. 8°.

EJUSDEM *Neu entdeckte Practick des Seidenbaues* ib. 1760. 8°. HAUSVATER.

J. Henric. MEDER *Medicamenta quædam ſimplicia, quibus officinæ noſtræ pharmaceuticæ facile carere poſſunt* Gotting. 1760. 4°.*. Noxia, ut Eſula, Anacardium, grana Tilli.

Georg. Carol. HILLEFELD *Experimenta quædam circa venena* Gotting. 1760. 4.* in vivis animalibus capta, inque Nuce vomica, Scilla, Staphiade agria, Aconito, Gummi guttæ, Cataputia, Cocculis, oleo Aniſi, Sabina, Phytolacca, Colocynthide. Deterioris notæ fuerunt Nux vomica, Staphiſagria, Cocculi.

J. Jac. IMLIN *De ſoda & inde obtinendo peculiari ſale* Argentor. 1760. 4°.* Bona diſputatio.

J. SCHEUCHZER *De alimentis farinoſis* Leid. 1760. 4°.*. Habet characterem & iconem Zizaniæ.

Anleitung, wie man durch die Verbeſſerung der naſſen Weidgänge . . . den Viehſeuchen vorbauen könne Tiguri 1760. 4°. juſſu publico. Paludes emendandæ foſſis latioribus; in centro, niſi aqua derivari poſſit, lacu effoſſo: ſatis ſalicibus, & plantis humidi ſoli amantibus.

Car. Frid. HARTLEBEN *De cortice Winterano* Francof. ad Viadr. 1760. 4°.

Nützliche Verſuche und Bemerkungen aus dem Reiche der Natur Nürnberg 1760. 8°. Si huc faciunt.

Wohleingerichtete Haushaltungs-Kunſt — wie allerhand Getraid-Früchten zu rechter Zeit einzukaufen, zu erkennen, und vor dem Verderben zu verwahren Frankfurt 1760. 8°.

Frid. Ernſt JUNKER *Compendium materiæ medicæ* Hall. 1760. 4°.

Diſpenſatorium Würtenbergicum Stuttgard 1760. fol.

J. Aug. SCHLETTWEIN *Sammlung der Schriften zum Vortheil nützlicher Wiſſenſchaften und des geſellſchaftlichen Lebens* Jen. 1760. 8°.

Oeconomiſche Schriften über die wichtigſten Gegenſtände der Stadt- und Landwirthſchaft Berlin 1760. 8°. 2.Vol.

Eines Schleſiſchen Landwirths freye Gedanken über die Schwediſche Entdeckung, aus Haber Roggen und Wäizen zu machen Breslau 1760. 8°.

EJUSDEM auctoris eſt *Der Schwediſche Landwirth mit patriotiſcher Freyheit* I. *Theil* Breslau 1771. 8°.*. Excitati ingenii auctor, & in agri cultu, ut videtur, expertus. Meſſes hic tradit, ut a terra ipſa ſolique ratione initium faciat, finem in granario. Agrum alternis viribus trifolio conſerit, & cerealibus. Sulcos profundos laudat, neque ei diſplicent areolæ TULLIANÆ, habet & bidentem ab equo tractum. Sementem parcam præfert. Ceſpitibus bituminoſis macilenta arenoſa corrigit. Lætamine ubique utitur. Plantas aliquas in agro inutiles recenſet, conſilia dat ut eradicentur. In paludoſis ſiccatis Cannabin colit & Linum. Variare ſementem jubet. Falcem majorem præfert, &c.

Libellum, quo VIRGINII celebrem Avenæ emendationem refutat, una dat recuſum. Multos oſtendit modos, ut Cl. viro imponi, & ſecale in agrum irrepere potuerit, in quo non erat a domino ſatum.

Der Schleſiſche Landwirth Tom. II. Breslau 1771. 8°.*. Eadem excitata & pene poetica paulo fuſior dicendi ratio. Ut natura ſoli facili experimento dignoſcatur, ſecedente terra in arenam, limum & humum. Occa perfectior. De exſtirpandis carduis. Cultus trifolii, enixe commendatus. Marga a Sileſiis inventa, etiam in Marchia ab iisdem detecta. De emendandis pratis, aquis per foſſas derivatis, per objectum aggerem excluſis. Contra paſcua, pro alendis in ſtabulo pecoribus. De alterne in prata convertendo agro, ſativis nempe herbis pabularibus. De fœno condendo. Cattham paluſtrem a pecore non tangi.

J. Jacob REINHARD, viri ILL. *Vermiſchte Schriften* ab anno 1760. ceperunt prodire Durlaci. 8°.*. Eorum pars eſt œconomica, etiam botanica. De cultu raporum majorum Anglicorum. De Medica, quam vocat Sainfoin, & Onobrychide, quam aliquanto minus laudat, negatque in aſpera & acida tellure provenire. De arborum fructiferarum juſta diſtantia. Pira Sylveſtria in ſylvis vult coli, ſatis edulia pro porcis, & ad ſiceram ſervitura: Caſtaneas pro palis, & Salices Ulmosque. De ſylvis plantandis. Quercus 60. anno putat materiem præbere. Alterne arari tellurem, & ſylveſcere putat utile eſſe. De cultu quercuum: denſe debere ſylvas plantari. De Solano tuberoſo: non debere frondem reſecari. Laudat Mayz: experimento oſtendit antherarum pollinem longe lateque ſpargi. De trifolio: Fagopyro, ad alenda pecora: alterno cultu

trifolii

trifolii & Solani. Poſſe trifolium absque cerealibus tuto ſeri. Braſſica varia. Iterum de Medica. Legi 2. numeros (Stücke).

Pharmacopœa Pauperum pro Noſocomio Viennenſi Vindobon. 1760. 8°.

§. MDCCXL. *Sueci aliqui.*

Carol P. FIELLSTROEM *Om upådlingens möjeliket i Lapmarken* Upſal. 1760. 4°.* Catalogus plantarum, quibus alpes Laponicas conſeri vult, in quibus Crocum reperias, plantam minime alpinam.

Sokn Apotek och några huscurer Stokholm 1760. 8°.*. Medicamenta popularia facilia & ſimplicia hic indicantur.

§. MDCCXLI. *Soc. Bernenſis.*

Hoc anno Societas œconomica *Bernæ* coaluit, cujus aliquoties Præſes fui, primi autem auctores fuerunt AMP. S. ENGEL & J. RUD. TSCHIFFELI Conſiſtorio a ſecretis, nobiles fratres TSCHARNERI, aliique. Scopus fuit omnem ambitum agriculturæ, & artium, ad beatam Rempublicam pertinentium, ſcriptis, exemplis, præmiis adjuvare. Diarium ab anno 1760. prodiit, duplici lingua, Germanica, & Gallica. Germanicus titulus eſt, *Sammlungen von landwirthſchaftlichen Dingen, die von der Schweizeriſchen Geſellſchaft in Bern herausgegeben werden.* Gallicus titulus eſt, *Recueil de mémoires, concernants l'Oeconomie rurale, par une Societé établie à Berne.*

Primum de impedimentis agriculturæ in Helvetia. Refertur certis locis Speltam absque ariſtis ſatam, poſt aliquot annos ariſtas proferre. De vitiis ab aqua in agris ſtagnante: de malo more, quo paſcua toto pago communia ſunt. De agro Biberſteinenſi, ferro miſto. De utilitate Juglandum inſitarum, & ſero florentium. Aliqua collectanea.

In II. parte D. de MIRABEAU de nimio amore pratorum, quæ privatis quidem hominibus lucroſiora ſunt, toti patriæ minus: de lucro, quod patriæ a meliori, etiam ſumtuoſo cultu, accedit. Laudes vitæ ruſticæ in Helvetia. Ruſtici GIAUQUE diſſ. de eradicandis Carduis aliisque herbis noxiis: de emendandis agris humidis, effoſſa cærulea argilla, quæ ſubeſt, eadem aeri expoſita, & ſuper aridam terram ſparſa. De enormi fecunditate vinearum Helveticarum, quæ in 48000. pedibus quadratis ad 16800. libras 18. unciales vini reddiderint.

P. III. Iterum D. de MIRABEAU. Partienda rura, ædes per eas partes ſpargendæ. Cl. ENGEL de reparandis ſylvis. De Fago & ejus cultu, & avertendo periculo verminationis.

P. IV. Contra paſcua autumnalia: & multa alia ex Suecis deſcripta, ſic de ligno & materie. De avertenda uſtilagine, lixivii ope, in quo ſemen maceratur. De exſtirpatione ex D. de TURBILLY.

§. MDCCXLI.* *D. de Mirabeau.*

Idem vir Ill. Victor de Riquettes de Mirabeau ſuum *Mémoire ſur l'agriculture envoyé a la Societé Oecon. a Berne* ſeorſim curavit edi Paris 1760. 4°. *avec un extrait des ſix premieres livres du corps d'Oeconomie ruſtique de* Hale.

Ejusdem *Philoſophie rurale ou Economie generale & politique de l'agriculture &c.* Paris 1764. 12°. 3.Vol.* ideo hic cito, ne quis putet ad agriculturam facere. Penitus alius Auctori finis eſt, oſtendere nempe verum fontem felicitatis publicæ eſſe in agri cultu, reliquas artes ſteriles eſſe. Deinde ut ex agro reditus principis abſque injuria poſſeſſorum poſſint præcipi. Ad patriæ vero morem proprietarium ſeparat a cultivatore, huic parcit, illum onerat, Luxum deteſtatur. Eos deridet, qui novis in inſtrumentis novisque artibus agriculturæ perfectionem quærunt.

Recueil de Mémoires de mathematique & de phyſique de Marſeille Marſeille 1760. Tom. 4. 4°. de conſervatione frumenti.

§. MDCCXLII. *Diaria aliqua.*

In *K. Swenska wetensk. Acad. Handlingar* T. XXII. anno 1761. *Trim.* 3. *Georgius* Silen de arandi modo Polonico, quo ſolius aratri ope in colles profundosque ſulcos dividitur.

In *Philoſ. Tranſact.* Vol. LI. P. 2. ſive anni 1760. D. Willis retulit de venenato effectu Euphorbii.

In *Journal Oeconomique* 1760. De re tinctoria; de vallo toto obducendo arboribus fructiferis. Cultus aſparagi. Pro Du Hamelii cultu agri. Ad pratorum pabulum ferenda paſtinaca & daucus. Cultus dipſaci ſativi. Fructus hippocaſtani maceratione ſola dulceſcunt. Nova inſitio.

In Diario C. A. Vandermonde anno 1760. M. Amoreux Belladonnæ fomento cancrum exulceratum ſanavit.

Idem puto P. T. Amoreux *de noxia animalium* diſputavit Avignon 1762. 4°.

§. MDCCXLIII. *M. de Machy.*

M. de Machy egit cum Stoerkio de Cicutæ extracto. Pulverem ſiccæ Cicutæ laudat, & ſua cum hac planta facta experimenta recenſet. Laudat etiam Cicutam in ſcirrhis, in ictero.

Ejusdem Cl. viri, *Inſtitutions de Chymie, préſentées dans un nouveau jour* Paris 1766. 12°.* 2.Vol. Utique libellus plenus novis de rebus naturalibus opinionibus. De muco plantarum fuſe. Seminum vires & diſcrimina ſæpe in cortice poni. Analyſis vegetabilium. Fermentatio. Ranciditatem eſſe ab evolvente ſe acore. Terras in plantis omnibus tres reperiri, & arenam quidem, terram calcariam, & martialem. Mucum ſe dicere, quod alii oleum &c.

Mémoires

Mémoires préſentés à l'Académie Royale des Sciences T. III. Cl. AIMEN De uſtilagine Hordei, cum fœtore conjuncta, ſeu carie TILLETI. Cauſam eſſe in ſemine ſitu corrupto.

P. d'INCARVILLE fuſe de vernice Chinenſi, de ejus arbore, & toto artificio.

D. MARCORELLE De Manna ex Salicibus decidua.

EJUSDEM in T. V. de Kali cochleato, ejusque cultu, quo emendatur ager nimis humidus, quam qui arari poſſit. In ſucco ſal marinus. Reditus agris miſer ſumtusque nimis parcus. Alius & cæroleus ſal ex ſalicornia prodiit, quæ ſit monoſtemon.

In *Nov. Act. Nat. Cur.* Vol. IV. n. 17. adnotat oleum Chamæmeli ex flavibus flavum ſtillare, ex foliis cæruleum.

Otto *Dieterich* LUTKENS multæ partes ſunt in *Oeconomiſka tanker angaande ſtaat almindelige œconomia* Hafn. 1760. 8°. Utcunque ad rem frumentariam pertinet.

In *Actorum Helveticorum* T. IV. anno 1760. Præter alia jam recuſa M. le VACHER easdem militum ab Oenanthe enectorum mortes recenſet.

In *quinto Tomo der Verhandelingen der Hollandze maatſchappy der wetenskapen* narrat D. DRYFHOUT de Tilia, quæ in cavum ſuum truncum radices emiſerat.

In *Dreſdaiſchem Magazin*, cujus Tomus I. anno 1760. 8°.* prodiit, alter anno 1765. 8°.* pauca quidem herbarii argumenti continentur, aliqua tamen, ut de ligno petrefacto. De arundine bambus: de roſis ſalignis.

In T. II. laudatur ſtipularum incendium. De Thea. De Byſſo ſubviridi violam ſpirante, ubi non bene is Byſſus ſeparatur a ſanguineo, qui ſit verus & vigens plantæ ſtatus. Deſcriptio Confervæ gelatinoſæ fila de centro ſpargentis: deque Byſſo filamentoſa candida perenni. Hæc a Cl. SCHULZE, tum mortes a cicuta aquatica.

In T. VI. *Nuova raccolta d'opuſculi ſcientifici e filologici* Venez. 1760. 12. extant aliqua JOH. ARDUINI de re naturali.

§. MDCCXLIV. *L'agronomie.*

LOUIS JOSEPH BELLEPIERRE de NEUVE EGLISE (& ſex primis menſibus 1762. D. SCHOSNE). Ejus eſt *L'agronomie, & l'induſtrie, ou les principes de l'agriculture, du Commerce & des arts* Paris 1760. 12°. 2. Vol. Parum ei libro fidi poſſe P. d'ARDENNES. Huc pertinet potiſſimum Pars I. ſeu Agricultura. Deſtinatur equidem informandis hominum plebejorum mentibus, ſed multa con-

continet nimis philoſophica. Deinde de variis terræ generibus. Habet alimenta, hortos.

Sed etiam Pars III. agit de plantis utilibus, floribus pratis & vineis.

In aliis faſciculis de ſerenda Pinu ſativa, de evitanda carie. De evolutione plantarum. De plantis aromaticis, quarum facies externa deſcribitur. Catalogi Cerealium, plantarum pratenſium, fila dantium, aut oleum, tinctoriarum, aromaticarum, medicarum, excluſis ubique plantis lignoſis.

In poſterioribus partibus multæ plantæ, hic ſculptæ, traduntur, etſi perminutæ.

EJUSDEM *Le patriote Arteſien* Paris 1761. 8°. Agricultura, & producta ejus regionis.

EJUSDEM *Bouſſole agronomique ou guide du laboureur.* Dicunt tamen e latino converſum eſſe.

§. MDCCXLV. *Petrus J. Buchodz.*

Petrus Joſeph BUCHODZ, Medicus & Advocatus Lotharingus, polygraphus, *Diſcours ſur la botanique* Paris 1760. recuſus cum *Manuel de médécine.*

EJUSDEM *Traité hiſtorique des plantes, qui croiſſent dans la Lorraine & les trois Evéchés* T. I. Nancy 1762. 8°.*. Uſus ſoceri ſui MARQUET collectione plantarum ſiccarum, ſuum adjunxit laborem. Multa de botanica in genere, de TOURNEFORTII & LINNÆI methodis, de ſua quæ vires ſequitur plantarum. Hic Tomus aliena fere continet.

T. II. Nancy 1763. 8°.*. Plantas purgantes & ſpontaneas & peregrinas exprimit, cum depicto ramo nonnullarum. Fuſe de Perſicis Metenſibus. Icones variorum ſumtibus factæ pictoriæ Virium medicatarum plenus Catalogus.

Tomus III. Nancy 1764. 8°.*. Plantæ pectorales Inter eas Braſſicæ, Ficus, Pomi, Vites, hæc fuſiſſime.

Tomus IV. Nancy 1765. 8°.*. Novas & meliores dat figuras. Sternutatoriæ hic plantæ: plurimæ peregrinæ. Fabricatio Nicotianæ.

Tomus V. Nancy 1765. 8°.*. Emmenagogæ, inter quas Stæchadem citrinam recenſet, Arundinem & Caucalidem. Non credas Cuminoides in montibus Vogeſicis provenire, neque Meliſſam in Lamium degenerare. Pro vi antepileptica. Valerianæ experimenta.

Tomus VI. anno 1766. 8°.*. Plantæ aperientes & diureticæ. Potiſſimum hortenſia opera exponit, viresque medicatas. De Calcitrapæ vi antifebrili, de infuſa cum cortice Fraxini aqua in variis morbis utili. De lacte cum Petroſelino cocto ſalutari in variolis, cum inflammatione pulmonis conjunctis. De Uva urſi cum jure carnium cocta ad pellendam urinam ſalutari.

Tomus VII. anno 1767. 12°.*. Plantæ ſudoriferæ, inter eas Adonis

Col

Colchicum, Onobrychis, Juglans. De Colchico Stoerckii libellum decerpit. Ulmariam adſtringere ex epiſtola D. Eloy.

Tomus VIII. Paris 1768. 12°.* Cardiacæ inter eas heſperides & tunica, cum cultu ſuo & uſibus medicis.

In T. IX. Opus rapide clauditur: Auctor burſam paſtoris laticaulem vidit.

Ejusdem *Tournefortius Lotharingiæ, ou Catalogue des plantes, qui croiſſent dans la Lorraine & dans les trois Evêchés* Nancy 1766. 8°.*. Varietates ſpeciebus admiſcuit, & plantas peregrinas, quæ nullo modo potuerunt in Lotharingia provenire: alias bis repetiit. De hortis, & collectionibus herbarum in Lotharingia factis.

Ejusdem *Médécine rurale & pratique* Paris 1768. 12°.* Catalogus plantarum uſu receptarum cum viribus medicatis.

Gerard, Medici Lotharingi, *Mémoire ſur le putier* Nancy & recuſ. cum Buchodz *medicine rurale*.* Padum deſcribit, negat eſſe bois de Sr. Lucie, quod ſit Mahaleb. Laudat infuſum theiforme amarum, aromaticum, roborans. Deſcribit extractum ſpirituoſum corticis amarum, adſtringens, cujus bona pars reſina eſt; Deſtillatum corticem liquores peracidos ait fundere.

Marquet *Mémoire ſur l'illecebra ou la petite Joubarbe* recuſ. cum D. Buchodz *medecine rurale.* Laudat experimentis adductis cataplaſma Sedi acris triti cum oleo lini, adverſus gangrænam, carbunculum, ulcera vetuſta & mali moris, ipſum cancrum. Adjecta ſunt teſtimonia Medici nomine Doron, qui decocto Illecebræ & Ariſtolochiæ rotundæ ulcera maligna ſanaverit; tum ſimile teſtimonium Chirurgi Darbois. Extus tamen admotum aliquando ſurſum & deorſum alvum movit, non ideo non ſalutare, ut male ſibi perſuaſerat D. Parisot.

Scripſerat etiam *Dictionaire hiſtorique des plantes de Lorraine* 40. annorum opus cum figuris. Codex eſt apud viri generum Buchodz.

Ejusdem *Léttres periodiques ſur la methode de s'enrichir promtement & de conſerver ſa ſanté par la culture des vegetaux* T. I. Paris 1768. 8°. T. II. 1769. 8°.

Ejusdem *Léttre ſur le blé de Smirne* Paris 1768. 8°.

Cl. Buchodz in *avanturier* 1769. laudat milium Africanum.

Ejusdem *Secrets de la nature & de l'art pour les alimens la médécine la veterinaire . . . avec un traité ſur les plantes qui peuvent ſervir a la teinture & a la peinture* Paris 1769. 12°. 4. Vol.

Ejusdem *Médécine vegetale tirée uniquement des plantes uſuelles* Yverdon 1770. 8°. Una prodierunt duo libelli.

Ejusdem *Dictionaire raiſonné des plantes & des arbuſtes de france* Paris 1770. 8°. 4. Vol.*. Deſcribit eas plantas, nomina addit, medicatas vires, nonnunquam ex peculiaribus experimentis. In T. I. Berteloti du Paty diſſ. de Clandeſtina, ejus papillis ſuctoriis & charactere. De inflammabili Fraxinellæ

xinellæ vapore. In T. II. laudat Sedum acre ad gangrænam, cancrum, ulcera maligna. MARECHALLIUS Chirurgus hederam terreſtrem tabefactam imponebat tendinum vulneribus. Nucis juglandis oleum cum vino Alonienſi adverſus tæniam. In tertio tomo perficitur Lexicon, collectitio opere, ut in prioribus. In tertio & quarto catalogus eſt LINNÆANORUM nominum plantarum Galliæ, omnino 2080. Deinde catalogi peculiares: plantarum in Sueſſionibus naſcentium ab A. PETIT communicatus. Plures alii, quos expedit nominaſſe, D'AUBENTON Burgundicæ. Divionenſes COLLETI quas diximus. RAUSSINI Rhemenſes. GAGNEBINI aliquæ Alſaticæ. ALLEONI & BRISSONI plantæ M. Pilati Lugdunenſis. FRANCISCI EMAN. FOURNAULT plantæ Arvernicæ, Lemovicenſes & circa S. Angeli. BONAMY Nannetenſes. DUPATY circa Andegavos. PINARD & D'ANGERVILLE circa Rothomagum, DESMOUEX circa Cadomum. JOURDAIN Picardicæ. DESMARS Bellovacenſes. Arvernicæ &c. le MONNIER ex proprio opere. Varii catalogi ex TOURNEFORTIO & monumentis Academiæ decerpta. Aliqua de operibus botanicis Gallorum: de hortis ejus regni ditioribus. *Terminorum* LINNÆANORUM definitiones, hæ fuſiores.

EJUSDEM *Manuel medical & uſuel des plantes* Paris 1770. 12°. 2.Vol.*. Plures libelli. 1. Catalogus morborum, cum plantis, quæ cuique conveniunt nulla diſtinctione addita cauſarum aut temporum, & collectis undique laudibus plantarum ſæpe diverſiſſimarum. 2. Catalogus plantarum medicatarum ſecundum virium claſſes, cum aliqua exoticarum deſcriptione. 3. Diſſertationes aliquæ de partibus plantarum, nomenclatura, LINNÆI methodo. Reliqua practici fere argumenti.

EJUSDEM *La nature conſiderée ſous ſes differens aſpects* 1771. 12°. fere hebdomadatim. Compilatio, extero non inutilis, etiam plantarum.

EJUSDEM *Manuel de matiére alimentaire* Paris 1771. 8°.* Catalogus plantarum edulium, noſtratium primo cum coquorum artibus, conditis, aquis ſtillatitiis, aliisque in cibum vel potum excipiendarum plantarum modis. Deinde etiam peregrinæ plantæ; quæ in mortalium uſus diæteticos cedunt, ex RUMPFIO, LABATO.

EJUSDEM *Manuel de médécine pratique Royale & Bourgeoiſe* Paris 1771. 8°.*. Plantæ in medicos uſus cedentes, in brevem cenſum redactæ, indigenæ, & peregrinæ; formulæ ex iis miſtæ omnis generis, & aliquæ præparationes.

EJUSDEM *Toillette de flore ou eſſai ſur les plantes qui peuvent ſervir l'ornemens aux dames* Paris 1771. . 12°. quam negabat opus ſuum eſſe, nunc adgnoſcit. *Dict. univ. des plantes* II. p. 349.

§. MDCCXLVI.

§. MDCCXLVI. *G. Chr. Oeder.*

Georgii Chriſtiani OEDER, olim noſtri amici & auditoris, *Flòra Danica.* Egregium opus natum eſt ex Regia liberalitate, qua ſuſtentatus varias provincias Regni, & Norvegiam etiam potiſſimum circumiit, plantasque collegit, eas accuratiſſime delineari, ſuisque coloribus pingi curavit. Eæ plantarum icones cum nomine & loci natalis indicatione faſciculatim ab anno 1761. prodierunt Hafniæ fol. & novem hactenus faſciculos Regiæ debeo liberalitati. Multæ hic plantæ alpinæ, & boreales parum notæ occurrunt, & accurate determinantur, multæ etiam novæ. Aliqua leviora diſcrimina paſſim reperio inter plantas boreales & noſtras.

In nuperis plantæ accedunt a Cl. KOENIG ex Islandia adlatæ, aliquæ etiam Gottingæ delineatæ, cura Cl. MURRAY.

EJUSDEM *Elementa botanicæ* T. I. Hafniæ 1764. 8°. T. II. ibid. 1766.* Germanice etiam edita, *Einleitung zur Kräuterkenntniß.** Profunde in rei herbariæ peritiam ſe demergit noſter. De partibus floris: calycis a petalo diſcrimen nondum ſatis certum eſſe. Monet ne varietates contemnantur. Multorum ſignorum ſimilitudinem præferri debere analogiæ unici. Nullas claſſes naturales dari, ſed ſpecies, etiam majori cura definiendas, quam genera. Definitiones partium iconibus illuſtrantur.

In Parte II. agit de methodis: claſſibus naturalibus: & artificialibus, de iſtarum incommodis. Nectaria polyſtemonum poſſe haberi pro petalis. Hiſtoria botanices, &c.

EJUSDEM *Enumeratio plantarum floræ Danicæ* Hafniæ 1770. 8°.*. Pars prima ſ. cryptantheræ, omiſſis Zoophytis. Catalogus ex HALLERO, DILLENIO & LINNÆO ſumtus, adjectis nonnullis novis plantis Danicis, inter eas novo genere. Mnii genus repudiat, quod ſtellulas non habeat pro organis genitalibus (quæ evidenter germina ſint). Paſſim etiam alia in ſpeciebus mutat.

Parvulum etiam anno 1761. 16°.* catalogum edidit, plantarum deſideratarum: Titulus eſt, *Index plantarum in* LINNÆI *ſyſtemate naturæ Ed. X. recenſarum.*

§. MDCCXLVII. *Louis Gerard &c.*

Ludovici GERARDI *Flora Gallico Provincialis* Paris 1761. 8°.* Ab anno 1755. ad 1757. pulcherrimæ provinciæ plantas legit, omnino ad 1700. ſpecies. Claſſes ſequuntur naturales. Multas plantas ſeparat, quas LINNÆUS conjunxerat, ſuasque pulchre delineat. Paſſim raras plantas novasque habet.

Le parfumeur royal ou tr. des parfums des eaux de ſenteur, & autres liqueurs Paris 1761. 12°.

La LANDE *L'art de faire le papier* Paris 1761. fol.* Germanice 1762. editum

tum a J. H. G. JUSTI. Varias ex vegetabilibus materies recenſet, ex quibus charta poteſt confici.

JULIEN J. JAQUES GUILLOT, qui juvenis exſtinctus eſt, *diſc. ſur les branches d'agriculture les plus utiles pour la province de Normandie*, ſermo lectus in Academia Cadomi anno 1761. & coronatus. Pro cultu tritici M.S.

LAURENT BENOIT des PLACES *Préſervatif contre l'agromanie* 1761. 12°. Contra exſtirpationem & agri cultum ſtudioſum. Contra TULLIUM & areolas inanes: pro fimo: contra prata artificialia. De morbis ſegetum.

EJUSDEM *Hiſtoire de l'agriculture ancienne extracte de* PLINE *avec des éclairciſſemens & des rémarques* Paris 1761. 12°. Plenum ſyſtema, etiam de lætamine.

§. MDCCXLVIII. *Aliqua de cicuta.*

JOSEPH QUARIN *Tentamina de Cicuta* Vindobon. 1761. 8°.*. Cicutam cum loco natali vires ſuas mutare. Analyſin dat, in qua multus & urinoſus liquor, & ſal volatilis ſolidus, absque acore. Vires medicas ex ſuo experimento confirmat in ſcirrhis, etiam ulceratis, ſcrophulis, phthiſi, arthritide, tinea, fiſtulis, &c.

Chriſtophori MOLINARI *Epiſtola, qua mulieris a ſcirrho curatæ hiſtoria exprimitur* Vienn. 1761. 8°.*. Accedit hiſtoria cancri veteris exulcerati Cicuta ſanati.

Contraria ſunt experimenta D. *Johannis* ANDREE, cujus *Obſervations upon a treatiſe of the virtues of hemlok in the cure of cancers* Londin. 1761. 8°.* prodierunt. Extractum Cicutæ, autumno paratum adeoque debilius, nimis validam narcoſin exercuiſſe. Vires ſalutares negat, in morbis erratum eſſe objicit, quos plantulæ fautores curatos dixerant. Narcoticam vim ineſſe, analogam Opii.

§. MDCCXLIX. *Itali.*

G. Battiſt. BENESCIA *Viva idea dell efficacia della China China* Livorno 1761. 8°. Potiſſimum ex D. de la CONDAMINE.

Petrus Paulus PROLI *Della citta di Comacchio delle ſue laghune e peſche* auctius edit. a J. B. BONVINI Ceſena 1761. fol. hiſtoriam naturalem continet.

Pauli PARENTI *De doſibus medicamentorum L. ſingularis* cum præfatione H. D. GAUBII Venet. 1761. 8°. An antiquior PARENTUS.

§. MDCCL. *Angli.*

Inſtitutes of health London 1761. 8°.* Homo medicis adverſus, ſola diæta homines vult ſanare, quam præſcribit acerrimam, ut ſalem, ſaccharum, lac, aroma-

aromata proſcribat; Sago negat alere, acria valde laudat, Muſtardam, Raphanum ruſticanum. Importune acer.

In editione Noribergenſi operis KIRKLANDI *of gangrens* anno 1761. 8°. edita, adjecta eſt appendix de arbore Pteleæ ſimili, quæ pro ſpecie corticis febrifugi habetur.

§. MDCCLI. *Galli Varii.*

J. P. MIROUDOT *Mémoires ſur le Raygraß* Nancy 1761. 12°. *Kurze Abhandlung vom Raygraß* Carlsruh 1762. 8°.*. Non bene, neque conſentientibus Anglis, hanc plantam pro Feſtuca avenacea juba longa ſplendente habet. Cæterum dolet auctor de parcitate pratorum in Gallia, & laudat ea in re ubertatem Britannorum. Gramen ipſum Raygraſs decem annis durare, & in jugere Pariſino 18000. libras reddere. STANISLAUS ejus cultum imperavit.

Jaques Auguſtin de S. FARGEAU le LARGE *Mémoires ſur l'agriculture en general, & en particulier ſur la culture & le defrichement des champs, la nourriture des beſtiaux &c.* Paris 1761. 12°. 1762. 12.*. Verboſior, multa promittebat, hic agit de nonnullis agri cultus perficiendi modis. Sub ſterili ceſpite arenoſorum arvorum Solonienſium divitem terram argilloſam latere, quæ eruta fertilia redderet, quæ nunc ſint pene deſerta. Multa pro fecunditate terræ novæ, quæ ex profundo, etiam ex fodinis effoſſa, etiam ſcoriis miſta, tamen liberaliter plantas alat. Aptitudinem cujusque ſoli ad hanc vel illam plantam utilem alendam diſci experiendo. Se ex piſis ſatis 180. plam demetiſſe meſſem. Terram profundam eo fecundiorem eſſe, quo recentior. Paluſtrem limum ſolum maturitate egere. Incenſum ceſpidem laudat, non tamen in terra levi. Renovata ſubinde terra, per vegetationem intra 15. dies exhauſta, ſe altiſſimas plantas obtinuiſſe. Reliqua de alendis melius & ſaginandis bobus, dum perinde ut oves cratibus circumſcripti mobilibus in aliam & aliam paſcui partem mittuntur. De eo experimento fuſe. Sobrii boves, intra 24. horas 24. graminis libris contenti.

EJUSDEM *Experiences ſur la ſterilité pretendue d'un ſorte de terre rouge Journal de Medec. & Extr. des Journaux* 1764. maj. Eam terram neque bona cerealia cultori negare, neque legumina.

Cl. BARBERET Lugduni 1761. præmium reportavit, quod conſtitutum fuerat in quæſtionem *Quelles ſont les cauſes qui font pouſſer le vin, & les remedes* Lyon 1762. 12°. cum titulo *Mémoire ſur le vin pouſſé.* Debere vinum ſervari, ne aeris externi impreſſionem & calorem patiatur, cellis contineri profundis, in doliis bene clauſis. Initia mali admiſto muſto corrigi.

§. MDCCLII. *Germani varii.*

J. Melchior KUHN *Gründlich - erprobte Anweiſung zur Holz - Cultur* Nürnberg 1761. 8°.

EJUSDEM *Abhandlung von der höchſt - nöthigen Conſervation des Holzes, aus Preußiſchen, Hanöveriſchen und Heßiſchen Forſtordnungen. Nebſt Gedanken von der Güte und Nutzbarkeit des Laub - und Nadelholzes* Nürnberg 1764. 8°.*. Auctor ſylvæ præfectus in Anſpacenſi principatu, prius ejusdem argumenti lib. modo dictum ſcripſerat, in quem BEKMANNUS animadverterat, cui noſter reſpondet: Ut ſylvæ ferendæ, ſollicite exſtirpatis vetuſtis arboribus. Transferendæ juniores arbuſculæ, quando ad octo pedes altæ ſunt, non prius. Arborum commoda, primum frondoſarum, inde coniferarum. Quercum bis in anno ſe pati decorticari. Ex hippocaſtano bonum oleum exprimi. Male frangulam vocat Eibenbaum. Anonymi elogium laricis. Fragmenta aliqua ex legibus ſylvaticis.

J. Wilhelm. HOENERT *Anweiſung zu Anlegung eines Blumen - Gartens* Bremen 1761. 8°. 1765. 8°.

EJUSDEM *Etwas von der Teich - Arbeit. — Vom nützlichen Gebrauche des Torfmohre* ibid. 1764. 8°.

Wilhelmi LEYSER *Flora Halenſis, ſecundum ſyſtema ſexuale* LINNÆI Hall. 1761. 8°.*. Dives Flora, plantarum 1122. cum adnotationibus & plantis auctori propriis.

J. F. TUNZEL *De vita ruſtica ruſticaque rei ſcriptis, Eccleſiarum paſtoribus rure degentibus commendandis* Brunſvic. 1761. 4°.

Henrich HAGEN's *chymiſche Betrachtung über den Torf* Königsb. 1761. 4°. 1769. 4°. & in collectione GRUNERIANA *Sammlung auserleſener Schriften landwirthſchaftlichen Inhaltes* Bern T. I. P. 2. 1762. 8°.* Pars botanica non accurata: neque ſpecies plantarum definitæ, quæ ad ceſpitem bituminoſum conferunt. Fabricationem tamen eorum ceſpitum deſcribit, deinde deſtillationem. Lycopodium in Boruſſia frequens reperit, non bene tamen ait, muſcos facile putreſcere. Aquam ex eo ceſpite habuit empyreumaticam, oleum fœtidem, ſalis volatilis nihil quidquam, neque in cinere ſalis fixi, ſed terram utique calcariam.

In *Hamburger Magazin* T. XXV. anno 1761. IDEM De Cereviſia in univerſum, & de nonnullis in Germania Cereviſiis egit.

Georg Ludwig RUMPELT, chirurgi, *Abhandlung von der vortreflichen Natur, Eigenſchaft und Würkung des Ungariſchen Weins* Dreſden 1761. 8°.

J. Jac. HARTMAN's *neue Garten - Erforſchung, worinn von Vermehr - Fortpflanz - und Erhaltung der Orangerien, Luſthecken, Alleen &c. Unterricht gegeben wird* Erfurt 1761. 8°. 2.Vol.

Anwei-

Anweiſung vom Seidenbau, aus den Erfahrungen des Züllichowiſchen Wayſenhauſes mitgetheilt Züllichow 1761. 8°. Auctor *J. Chriſt.* STEINBART. Auctius recuſ. anno 1765. 8°.

Spectaculum naturæ & artium, in vier Sprachen. Erſte Lieferung Berlin 1761. 4°. Baſel 1765. 4°. cum tabulis æneis.

Chriſt. Gotth. WILISCH *Bibliſche Holzgeſchichte . . . von Göttlichen Anordnungen, den Gebrauch des Feuerholzes betreffend* Leipzig 1761. 4°.

Allgemeine Haushaltungs- und Landwiſſenſchaft, aus den ſicherſten und neueſten Erfahrungen und Entdeckungen geprüfet, und in die Ausübung gebracht Hamburg 1761. 8°. 2.Vol.

Frid. SÖLMAN *Einleitung in die Pharmaceutik* 1761. 8°.

J. B. v. WICHMANSHAUSEN *Oeconomiſcher Erfahrungen erſtes Stück . . . .* & Bernæ 1763. 8°.* in GRUNERI *Sammlungen* I. Theil P. III. Nobilis, Theiſſæ niſi fallor in Miſnia dominus, multa expertus eſt in agricultu a recepta methodo diverſa. Terram arenoſam non vetuſto luto ex effoſſis ſtagnis, ſed recentiſſimo corrigi & emendari. De vitium cultu minus ſumtuoſo, per horizontales perticas: de pyramidali vitium cultu. De ſumma utilitate foſſarum in paludibus ſiccandis, quæ lapidibus replentur, & aratro in decuſſim exarantur. Humidum agrum melius in prata converti. Triticum æſtivum lucroſe aratro ſubigi. Subjici cum fructu pecori arborum coniferarum folia. Humida prata terra ex putrido ligno nata curari. De Quercubus plantandis. Perticas pro lupuletis humiliores præfert. Muſcoſum ceſpitem in pratis utiliter incendi. Semen lini in hypocauſto ſiccatum reddi melius.

EJUSDEM *Oeconomiſches Allerley* Leipzig 1762. 8°. De lupuletis, de noxia altitudine perticarum.

Der wohlerfahrne Braumeiſter Frankfurt 1761. 8°. Laudat WOLLNERUS.

Philippi Bonaventuræ SCHALLER *De Jalapa* Argentor. 1761. 4°.*. Omnino in ſylva non procul Colmaria repertam fuiſſe. Analyſis Americanæ radicis: ex libra fere quatuor uncias reſinæ, & paulo minus alterius extracti dedit, hortenſis vix ullam reſinam. Illius extractum alvum non ducit, ut extractum noſtratis ſolet.

§. MDCCLIII. *Sueci. Dani.*

Benedict. BIORNLUND *Fundamentum ſpecificæ differentiæ plantarum verum & falſum* Greifswald. 1761. 4°.*. Ex omnibus nempe partibus: deinde non a colore, odore, ſapore, vi medicata, pilis, magnitudine, affinitate, loco natali, anni tempore; omnia ad LINNÆI morem.

Sam. Theoph. de MEZA *Armamentarium medicum ſ. materia medica ex tribus regnis petita nec non chemica præparata cum variis raris & ignotis medicamentis* Hafniæ 1763. 8°. lego etiam 1761. cum nomine J. FR.

J. PAULLI

J. Paulli *Danſk Oeconomiſk Urtebog hwor i en del wilde wäxter og örter beſkrifwes og deres nytta wiſes* Kiobenhafn. 1761.

Winberg's *Kokbok* Stokholm 1761. 8°.

De boer of land edelman Amſterdam 1761.

§. MDCCLIV. *Diarium Bernenſe.*

Bernenſis Societatis Sammlungen und Nachrichten über die Landwirthſchaft anni 1761. P. I. De irrigatione nobilis viri v. Bernardi Tscharner poëma, deinde diſſertatio Cl. Stapferi. Utile veterum inventum a Germanis negligitur. Sed leges ſuas habet, ut aqua defluat, ut verno tempore Graminis proventus accelerentur, ut autumno radices reficiantur. Ut irrigatio ad quamque terræ indolem accommodetur. De aquæ, ad eum finem, diverſitate. Ut aqua tophacea per molendinorum agitationem corrigatur. Cl. Engel de transferendis Laricibus, de adjuvandis Abietibus, quæ ſponte ſe propagant. De emendando ligno fagino, dum ſub aqua merſum tenetur.

In P. II. De corrigendis paludoſis, partim per detractam aquam, partim per admiſtam aliam terram. De foſſis per paludoſa ducendis, quæ aquam educant, quo ſponte vergit. Admiſcere lapillos, aut arenam utile; ſed ſumtuoſum eſſe. Ut correctæ paludes conſerantur. De Lino, fuſe. De exſtirpatione Cl. Turbilly.

P. III. habet J. Eliæ Bertrandi de irrigatione opus, ſtagnorum ope & rivulorum. Irrigatio vermes in ſcarabæos abituros enecat. De agriculturæ remoris. Suadet anonymus, late plantas alendo pecori utiles ſerere, ſæpe & profunde arare, alterne agros in prata convertere, prata viciſſim in agros.

P. IV. David Sigismundi Gruner de emendandis paludibus: foſſas ſuadet ducere, ſtagna effodere. Ad Tarelli conſilia adnotationes. De Hippocaſtani utilitatibus: ſaponis loco ſunt, & cum furfure cortinæ aves eo fructu aluntur, & ſues. D. Tschiffeli de Hordeo hexaſticho hiberno. De Cannabis cultu & præparatione. D. Bertrand de agri in Aventicis vitioſo cultu, & miſcela cerealium diverſis temporibus matureſcentium.

Ejusd. Cl. Gruner *Sammlung auserleſener Schriften von Staats- und landwirthſchaftlichem Inhalte, mit Beyfall der œconomiſchen Societät* T. I. Partes 4. T. II. P. 2. Berlin 1762. & 1763. 8°.*. Hic reperias Hume de principiis vegetationis. Berolinenſem libellum de cultu Mayz. In P. 2. Berchium de colendis paludibus. In III. Pirmontani ſcriptoris libellum de Marga, & J. B. de Wichmanshausen experimenta Oeconomica. P. IV. de arboribus fructiferis ex Millero, quem libellum Gallice excuſum recenſui. In T. II. Wallerii fundamenta agriculturæ, & olera ex Millero, etiam Gallice dicta.

§. MDCCLV.

§. MDCCLV. *Pharmacop. Reg. Lond. T. II.*

Pharmacopée du Collége royal des Médécins de Londres tr. de l'Anglois ſur la ſeconde Edition &c. I. Partie 1761. 4°.* Auctorem ignoro: opus pene totum eſt Galli literati. Ad HENRICUM PEMBERTON pertinet *Expoſition hiſtorique de la methode employée par le comité nommé par le collége royal des Médécins pour revoir la pharmacopée.* Rationes reddit vir Cl. quare collegium Medicum multa rejecerit medicamenta, multa mutaverit, rejectis inutilibus ſimpliciora reddiderit, multa aliter juſſerit præparari. De falſis veterum cauſis, quibus adducti ſtuduerunt, ut medicamenta componerent (quod GALENI potiſſimum fuit vitium). Hiſtoria pharmacopœarum: vetuſtiſſima, quæ auctoritate publica confirmata eſt, hic numeratur, quæ CORDI eſt. Plerasque aquas deſtillatas noſtri rejecerunt, quæcumque non continerent aroma. Citri ſucco Sennæ faſtidia corrigi. Syrupo Pæoniæ parum tribuunt. Meliloti odorem ingratum eſſe.

Multa emendat, addit aliqua, Editor. De Cinchonæ modo utendi: extractum ſpirituoſum ſapore deſtitui. Plantarum nonnullarum aquas ſtillatitias peculiari eſſe odore, quem non exſpectaſſes. Scabioſæ aquam roſam redolere, aquam plantaginis, borraginis & parietariæ raphanum. Pro ſyrupo quinque radicum. Nihil eſſe in ſaccharo urinoſum. Deinde dictionarium medicum ſequitur, Galli editoris opus, quo ſimplicia medicamenta recenſentur, ſynonyma variarum linguarum adduntur, & de viribus medicatis aliqua. Ab Agarico Broſſardiano grumum naſci conicum, qui vulnus claudat arteriæ. Aſaro tamen ſuperatas fuiſſe febres quartanas rebelles. Aquam Argentinæ aliarumque plantarum inodorarum ut inutiles debere rejici. Guajaco luem veneream non ſuperari. Gentianam febres domare. Mannam Larignam neque alvum ducere, neque adhiberi. Opium utique inciſione parari. Piperis aquoſum infuſum non eſſe fervidum, hic erroneus auctor. Infuſo picis nihil veri præſtitum. Cinchonæ vires in gangræna non eſſe firmas. Nocere calore nimio. Rheum foliis criſpis pro vero habet. Scillam in Helvetia naſci. (LINNÆI Scilla auctori impoſuit, quæ eſt Hyacinthus ſtellaris; nam Scilla vera nunquam in Helvetia provenerit). Plantas etiam aliquas iis adjecit, quas Angli omiſerant.

EJUSDEM Operis T. II. demum anno 1771. 4°.* prodiit: hæc eſt Londinenſium Pharmacopœa, ſed ab editore Gallo inmenſum aucta, qua parte præparationes medicamentorum ſimplicium traduntur. De opio fuſe, cujus HOMBERGIANAM, difficillimam & diuturnam correctionem noſter deſcribit, valde, ut puto inutilem; quid enim adtinet vim Narcoticam laborioſe frangere, ſi propter vim Narcoticam opio utimur. De Elaterio aliter Londini, aliter Pariſiis præparato, earumdem tamen virium. Extractum Sabinæ, minime debile. Extracta Corticis Peruviani varia, inter ea laudatur Garajanum. De oleis expreſſis, & æthereis, de iſtis fuſiſſime: raro ea in radicibus, & fere in corticibus, & calycibus habitare, neque tamen in ſolo oleo ſpiritum rectorem eſſe. Sabina ejusmodi oleum uberrimum continet. De pice liquida, ejusque alia in ſeptentrione natura, ubi oleum inde templinum ſtillat, in Gallia non obtinendum.

§. MDCCLVI. *Diaria varia.*

In *Actorum Societatis Batavicæ* Tomi VI. P. I. anno 1761. Cl. ZOLLICKHOFER perfectionem Avenæ in Secale confirmat, quæ fit reſecando.

In Diario D. VANDERMONDE MARTEAU & VANDERBIER Tincturæ Belladonnæ utilitatem adverſus cancrum confirmant. Cl. MARTEAU etiam utiliter Cicutam ſcrophulis oppoſuit.

D. TAIGNON Agarico igniario ad hæmorrhagias compeſcendas feliciter uſus eſt.

D. BONTE' De colica pictonum ex pomaceo nata.

In *Journal œconomique* anno 1761. de plantis, quæ per contactum uniuntur & confervent, ut eadem vitis quatuor lolorum veras det. Folium Tulipæ cum petalo connatum, & in naturam petalodeam abeuns. DESMARS confervam non eſſe plantam. De pratis in Campania perficiendis Onobrychide. Inſitiones variæ rariores, TRONSONI, aliorum. De cultu tuberoſæ: piſi: de mundandis lichene arboribus.

Gazette de Médécine Paris 1761. 8°.

§. MDCCLVII. *Diaria alia.*

In *Excerpto Literaturæ Italicæ & Helveticæ* anni 1761. *Joſeph* BENEVENUTUS edidit libellum *de Rubigine*, noſtræ Gottingenſi Societati deſtinatum. Malum derivat a rore acri & exurente, & excuſſis bene plantis putat levari.

In *Actis Academiæ Scientiarum utilium Moguntinæ* Tomo II. anno 1761. 8°.* Cl. *J. Phil.* NONNE egit de germine, ſive plantulæ embryone, cerealibus, qui ſit unicus. Ex ſingulo nodo plantulam provenire.

EJUSDEM exſtat *Flora in territorio Erfordienſi indigena* Erford. 1763. 8°.* Genera & ſpecies & nomine fere LINNÆANA, ut etiam, ad priores LINNÆI editiones, quatuor Epipactides in unam conjungantur. Plantæ etiam cultu & hortenſes recenſentur: ſpontaneæ aliquæ, in fertili regione raræ, quo roſam majalem non ſpinoſam, Carum folio capillari, Laſerpitium Pruſſicum, Iridem fœtidam referas, De Junco niveo mireris, ab alpibus eo deſcendiſſe.

Chriſtophorum SCHROEDERUM, RUPPII diſcipulum citat, qui prior ſimile, ſed ineditum opus ſuſceperit ſcribere.

EJUSDEM Cl. NONNE *De Secalis toſti decocto* Erford. 1764. 4°.

EJUSDEM Progr. *de plantis nothis occaſione ſpicæ tritici, cui avenæ fatuæ aliquis ſemina innata erant* Erford. 1765. 4°.

Fridericus Auguſtus CARTHEUSER in *Act. Acad. Mog.* Glaucem RIVINI ad alendum pecus ſuadet colere.

IDEM analyſin dat Viſci betulini.

Das Reich der Natur und der Sitten, eine Wochenſchrift Hall. 1761. 1762. 8°. etiam huc facit.

In

In T. XXII. ſeu anni 1761. *K. Swenska wetenskaps Academ. Handlingar* D. J. A. HELDENHIELM de defendendis a muribus arbuſculis.

Car. Joh. CRONSTEDT Experimenta facta cum ſeminatore.

In n. 3. & 11. Cl. *Johann* FISCHERSTROEM De agricultura Hallandiæ meridionalis, & neglectu hortorum.

In n. 4. *Christianus Henricus* BRAND De cultu Coffeæ in Arabia felici. In ſeminario umbræ Bananæ ſubjicere oportet, & irrigare, ſuccum exprimere, ſiccare. Sed æſtus in ea regione enormis eſt.

In *Nov. Act. Nat. Cur.* Vol. II. anno 1761. *J. Wolfgang Theodor.* BOENNEKEN vires ſalutares Simarubæ per exempla confirmavit.

Chriſtophorus Fridericus KÜHN parvum catalogum dedit plantarum circa Eiſenacum naſcentium.

J. Friderici Caroli GRIMM ſymptomata graviſſima, orta ab eſu ſeminum Belladonnæ n. 60.

EJUSDEM Medici Eiſenacenſis, Archiatri nunc Gothani, botanices peritiſſimi, effectus aliqui Opii in corpore vivo & ſano adnotati obſ. 19. Braſſicam alpinam perennem deſcribit IDEM n. 20. 21. Synopſin methodicam plantarum Iſenacenſium in appendice recenſuit, cum nominibus LINNÆANIS.

IDEM in *Abhandlung vom Mineral-Waſſer zu Ronneburg* Altenburg 1770. 8°.* habet plantas aliquas rariores circa eam civitatem lectas.

In *Vol.* LII. P. I. ſive *Philoſophicis Tranſactionibus* anni 1761. *David* WARK De utilitate Geniſtæ ſpinoſæ ad confirmandos aggeres.

D. KEANE FIZGERALD Ut fecundiores reddantur arbores, cortice detracto.

Nova *Societas phyſica & œconomica* Tiguri, Præſide *Johanne* GESNERO noſtro coaluit, & anno 1761. 8°.*, edidit primum Tomum ſuorum Commentariorum, cum titulo, *Abhandlungen der Naturforſchenden Geſellſchaft in Zürich*.

In ea P. ZELLWEGER De agricultura, aut pratorum potiſſimum cultu, in Abbatiſcellanis egit.

Medicorum Tigurinorum De corticis Peruviani viribus medicis teſtimonia.

J. Conradi HEIDEGGERI, AMPL. viri & in patria rep. Conſulis, De turfis, terra per putrefactas plantas facta inflammabili.

Exemplum ruſtici, ſolo ſuo ingenio ad perficiendam agriculturam incitati.

D. SCHULTHESS De uſtilagine, per varia lixivia evitanda.

D. SCHINZ De quibusdam Roſis proliferis, Pomis coronatis, vite fertiliſſima.

§. MDCCLVIII. *Societé de Paris.*

Cum circa eos annos undique Societates ad colendam agriculturam coaleſcerent, etiam Pariſiis prodierunt anno 1761. 8°.* *Recueil contenant les délibérations de*

de la Societé d'agriculture de la generalité de Paris & les Mémoires publiés par ſon ordre dans le même tems. Du Plessis De calce ad evitandam uſtilaginem: neceſſe eſſe grana cum calce fermentari.

De L'Isle De Gramine Raygraſs, ſibi non ſatis noto. Laudat Trifolium.

Ogilvy laudat ſeminatorem.

§. MDCCLIX. *Societas Nidroſienſis.*

Det Trondhiemske Sälskab Skrifter I. *delen* Hafn. 1761. ut videtur, recuſ. Germanice 1765. 8°.* *Anden delen* ibid. 1762. 8°. Germanice 1765. 8°.* Gorgonia Sediformis deſcripta. *Derden delen* Germanice 1767. 8°.* Gorgonia flabelli forma. Ole Lie De Verbaſci, Campanulæ latifoliæ, Gentianæ, Ribes rubri loco natali & viribus.

§. MDCCLX. *Joſ. Quer.*

Joſephi Quer, Chirurgi & botanici Hiſpani, *Flora Eſpannola o hiſtoria de las plantas que ſe crien en Eſpanna* T. I. & II. Madrit 1762. 4°.*. Cum ipſe magnam partem Hiſpaniæ ad plantas conquirendas obiiſſet, hoc opus natum eſt, cujus ſolum initium habemus. In Tomo I. hiſtoria datur botanices; & ejus in Hiſpania fautorum, & doctorum. Tunc Tournefortii Iſagoge in rem herbariam Hiſpanice verſa. Inde diſſertatio de methodis, potiſſimum Linnæo oppoſitæ. Variabilem numerum eſſe ſtaminum: characteres Graminum a Linnæo neglectos, leges proprias non obſervatas. De meritis Hiſpanorum in rem medicam.

Tom. II. Pergit Linnæum repellere. Sexus diſcrimen incertum eſſe: Palmas absque fecundatione maturari. Lexicon vocabulorum technicorum. Bibliotheca botanica Querii. Tunc ipſarum plantarum catalogus alphabeticus. Vires medicatæ adjectæ, & paſſim ad propria experimenta auctæ & emendatæ. De vi utili Agarici igniarii ad hæmorrhagias; intercedunt etiam novæ plantæ; & adduntur paſſim medicatarum icones.

Ejusdem operis Tom. III. etiam anni 1762. 4°.*. Nomina ſemper Tournefortiana. Fotu foliorum Belladonnæ ſanata ulcera mammæ.

Tom. IV. anno 1764. 4°. Cardui, & Indicæ plantæ non paucæ, ut Battatas. De Cicuta Madritenſi non venenata: Succus Cicutæ in Hiſpania inutilis. Canchelagua Peruviana non differt a noſtro Centaurio minori.

Ejusdem poſthumum opuſculum *obſervation phyſique & botanique ſur la maladie nephritique & ſon ſpecifique le raiſin d'Ours* Strasburg 1762. 8°. Iconem dat plantæ, quam ab Arbuto ſeparat. Pulverem & decoctum etiam cum calculus adeſſet, ſalubrem comperit.

Hiſtoria

Hiſtoria natural y medica de el principado de Aſturias Obra poſthuma que eſcribio el D. GASPAR CASAL *protomedico da Caſtilla: ſacra a luz* D. *J. Joſeph* GARCIA *Medico de familia del Rey* Madrit 1762. 4°. cujus compendium exſtat in BÜSCHINGII *Magazin* T. V. ſcriptum a Cl. PLUER, Plantas Madriti, & in Aſturia quæſivit, diſcipulus *Joſephi* DONZELLI, ad regem CAR. II. curandum Neapoli vocati. Plantarum Aſturiæ catalogus, fere noſtratium, & montanarum, nam præalta eſt regio, ut etiam Gentiana, Lingua cervina ibi naſcantur non vero ſtirpes aromaticæ. Contra vim antipilepticam viſci corylini, expertus loquitur. De plantis edulibus: valde eſſe humidas, ut fumariæ libræ 25. ſiccando ad tres redeant. De agri cultu, debere ſuffodi menſe Januario & Februario ligone, & plantas inutiles vere evelli, alioquin nullam futuram ſegetem, Calce viva utiliter terram ſaginari. In Arragonia ſpontaneum naſci triticum, & dici Rompiſaco. Viſcidas plantas in Aſturia abundare, & fungos.

§. MDCCLXI. *Benjamin Stillingfleet.*

Benjamin STILLINGFLEET *Miſcellaneous tracts relating to natural hiſtory, husbandry and phyſik* London 1762. 8°.*. Multa ex LINNÆI *amœnitatibus*, propria aliqua. Dies, quo quæque planta florere cepit: ſimile opus de Atticis anni temporibus, ex THEOPHRASTO excerptum. Gramina aliqua proficua & fructuoſa. Raygraſs a Lolio perenni ſeparat.

§. MDCCLXII. *Barth. Rocque.*

Barthelemy ROCQUE *Practical treatiſe of cultivating Luzern.* Lond. 1762. 8°. Hiſtoriam naturalem continet. Auctor ſemina vendebat herbarum pabularium.

EJUSDEM, ut puto, eſt *Mémoire ſur la cultivation du Birdgraſs, du Timothygraſs, & de la grande pimprenelle* Paris 1767. 12°. ex *Muſæo ruſtico* ſumtum, ubi multa ſunt hujus viri.

The general contents of the british Muſeum with remarks ſerving as a directory in viewing that noble Cabinet London 1762.

§. MDCCLXIII. *Joh. Mills.*

JOH. MILLS, Armiger, edidit anno 1762. & 1763. *A new and complete ſyſtem of husbandry* London 8°. 3. Vol.*. Idem de agricultura opus Du HAMELIANUM ediderat, & hic ex eo ipſo potiſſimum opere, aliisque nuperis, collegit præcepta agri pratique colendi, vix enim alia docet. Satis raro ſententiam ſuam interponit, ſubinde tamen Anglorum amicorum conſilia offert. De terra fuſe, ut tamen iterum nulla ſynonyma addat, neque appareat, quid *clay* ſit, quam terram valde contemnit, quid *loam*. De teſtarum vi loco lætaminis adhibitarum Calcarios lapides non uſtos jubet ſpargere, ut tenacem terram fertilem reddant. Fimum ſabuloſæ terræ pro veneno eſſe. Mixturum terrum valde laudat. De ſiccanda palude, exſtirpanda ſylva, ex *Turbilly*, fuſe. De cultu cerealium antiquo,

tiquo, & novo TULLIANO. Comparat utrumque & iſtum præfert. LULLINI & aliorum amicorum Du HAMELII experimenta latiſſime recenſet. De morbis cerealium: de herbis noxiis, ubi alieno loco interponit Jalapam & Scammoneum. Valde queritur de fœnogræco. De conſervando frumento. De *granariis* publicis, in Anglia parum notis. De aliis plantis edulibus, ut ſolano. De herbis pabularibus. Spergulam & decandram, & pentandram marginatam coli. De Onobrychide, & Medica, in Anglia neglecta; Cytiſo (nimis tenero), Pimpinella, quam poſtquam pro tragoſelino deſcripſit, denique addit, ſibi ſanguiſorbam eſſe. De herbis pabularibus, & graminibus, hæc ex Stillingfleetio, repetitis etiam ejus iconibus. Laudat Lolium perenne. De irrigatione fere ex noſtris. De ſepibus & agro dividendo & includendo, quam curam valde laudat, & comparatas provincias demonſtrare ait, ex apertis campis deſerta, ex clauſis pene hortos fieri. Denique de nonnullis arboribus, laudesque populi.

Germanice *Vollſtändiger Lehrbegriff von der practiſchen Feldwirthſchaft* Leipzig 1764. 8°. & iterum Vindobon. 1764. 8°. 4. Vol.

§. MDCCLXIV. *Antonius Gouan.*

Antonii GOUAN, magno ardore ad naturam cognoſcendam animati viri, Profeſſoris Monspelienſis, *Hortus Monspelienſis ſiſtens plantas indigenas & exoticas* 2200. ad genera relatas, ſecundum methodum ſexualem Monspelii 1762. 8°.*. Paſſim ſpecies plantarum antiquas expungit, LINNÆUM fere ſecutus, & ejus viri nomina ſola retinet. Gramina multa habet.

EJUSDEM *Flora Monſpeliaca ſiſtens plantas* 1850. *ad ſua genera relatas & hybrida methodo recenſas* Monspelii 1765. 8°.*. Claſſes ſuperiores RIVINIANÆ, ordines, genera, ſpecies ex LINNÆO, ut duobus locis genus idem recenſeatur, quoties id a LINNÆO ex methodo naturali contra leges artificiales eſt conſtitutum. Aliquas plantas deſcribit: vires medicas, etiam doſes, recenſet. Plantas aliquas delineavit. Multa a maturioribus annis Cl. viri licet ſperare.

§. MDCCLXV. *Guil. Hudſon.*

Guilielmi HUDSON F. R. S. Pharmacopœi Londinenſis, *Flora Anglica exhibens plantas, per Regnum Angliæ ſponte naſcentes* Londin. 1762. 8°.*. Methodus tota LINNÆANA, characteres generum breves, ſpecierum aliquot nomina, & loca natalia. Paſſim, in minoribus potiſſimum plantis, Graminibus & marinis novæ ſpecies, aut noviter conſtitutæ. Per itinera undique in Britanniam ſuſcepta novam editionem parat auctor ſolertiſſimus. Annis variis catalogum dedit plantarum legati SLOANEI.

§. MDCCLXVI. *Chriſtoph Gottfried Jacobi.*

Chriſtoph Gottfried JACOBI *Abhandlung von der rechten Art die Eichbäume zu ſäen, zu pflanzen und zu erhalten* Halle 1762. 8°.*. Auctor rebus ſylvaticis in

innutritus hoc opuſculo, latine tunc edito, pretium meruit Academiæ Burdigalenſis. Simplex & peritus artis ſuæ. Duas facit, ut ſolet fieri, Quercus, non ſatis diſtinctas. Serendi tempus autumnale. Ligone foveas fodit, denſo ordine: glandes quatuor vel quinque in quodque pedis quadrati ſpatium deponit: cum glandibus betulas ſerit: denſe ſerere jubet: ſcrobes facit duorum pollicum. Tertio anno transfert arbuſculas, etiam nunc denſo ordine depangit, ut integriores reliquas ſupprimant, neque ulla vitioſa arbuſcula convaleſcat. Ramos inferiores ſinit emori, & ſerra reſecat. Non maturiſſimas Quercus jubet cædere, cum ex earum, dum virent, radicibus facile novæ Quercus, & integra ſylva intra trigeſimum annum rejuvenaſcat.

J. Georg MODEL *Chymiſche Nebenſtunden* Petersburg 1762. 8°.* de Camphoræ Perſicæ ſublimatione.

EJUSDEM *Chymiſche Nebenſtunden*, 2. Theil. Petersburg 1768. 8°. & ex eo libro. EJUSD. *Unterſuchung des Mutterkornes aus deſſen chymiſchen Nebenſtunden* Wittenberg 1771. 8°.*. Conjectura, naſci clavum Secalinum ex ſecundariis culmis, quos Muſcæ carnivoræ obſideant. Panem dare bonum, nec inſalubrem. Igne ſubjecto ſtillare acorem vehementiorem, quam ex ſano Secali accipias, plus etiam ineſſe olei, & terræ. De glutine BECCARII ex frumento educto: videri eſſe ex involucris natum, amylaceam vero partem veram eſſe farinam.

§. MDCCLXVII. *Car. Linnæus, Fil.*

Carolus LINNÆUS, CAROLI filius, anno 1762. primam, & anno 1763. ſecundam edidit *decadem plantarum rariorum horti Upſalienſis* fol.* cum nitidis iconibus.

§. MDCCLXVIII. *Itali.*

Petri ROSSI *De nonnullis plantis, quæ pro venenatis habentur Obſervationes & experimenta* Florent. 1762. 4°.*. Canes in ROSSI experimentis, ut in noſtris, multa venena vegetabilia absque magno incommodo tolerarunt, ut Toxicodendri ſuccum, & Solani, Belladonnæ, Cicutæ. Ervum aves cortinas occidit, inflata ingluvie.

SCIAVO *Deſcrizzione di varia produzioni naturali della Sicilia* Palerm. 1762. HAUSVATER.

§. MDCCLXIX. *Galli.*

Recueil de planches ſur les Sciences les arts liberaux, & mecaniques. Habet figuras inſtrumentorum agriculturæ; Tabaci, Carnabis, Vitis, goſſypii, hortorum Paris 1762. fol.

Spiritus Claudii Franc. CALVET *An potus Coffeæ quotidianus valetudini tuendæ, vitæ producendæ noxius* Avignon 1762. 4°.

Franc.

Franc. IMBERT *Leços de botanique* 1762. 12°. Edidit D. DUPUY d'ESQUILLY, Ironia eſt & refutatio.

La france agricole & marchande par M. GOYON de la PLOMBANIE Paris 1762. 8°. 2.Vol. Habet inſtrumenta propria pro colendis terris, aratra, ciſtas ſeminatorias. Omnes terras perfici poſſe &c. Multa dedit in diario œconomico.

POMMIERS *Tr. ſur la culture des meuriers blancs & la maniere d'elever les vers à ſoie* 1762. 8°. Orleans p. 1763. 8°.

EJUSDEM *L'art de s'enrichir promtement par l'agriculture* Paris 1763. 8°. Germanice *Die Kunſt, ſich geſchwind durch den Ackerbau zu bereichern* Auguſt. Vind. 1763. 8°. 1768. 8°. 1770. 12°. Agri Gallici miſeria & paupertas, plurimaque arva requieta, ſpes a Medica & Onobrychide, quam potiſſimum laudat. Aliqua de Marga, de Lino. Contra ſepes. Quercus trigeſimo anno debere fune detrahi & curvari. Serere jubet in cinerem calidum incenſæ ſylvæ.

Charles Leopold André de BILLISTEIN *etat phyſique & agricole de la Lorraine* in T. VI. operis *Eſſai ſur les duchés de Lorraine & de Bar* Amſterdam 1762. 8°. Fuſe de agricultura, frumentis, radicibus, potu vario.

Nouveau traité ſur l'arbre Acacia Bourdeaux 1762. 12°. *Neue Abhandlung von dem Baume Acacia oder dem Schotendorne* Carlsruh 1766. 8°.* ex Gallico verſa, ſed aucta a traductore Cl. *Maximiliano Wilhelmo* REINHARDT. Coli ſuadet, cum formoſa arbor ex radice innumeris ramis luxuriet, & iſti poſſunt pro palis ſervire, & arbor, quæ celeriter creſcit, aſſeres det ſpecioſos; etiam decapitare arborem, aut ad ſepes adhibere utile fuerit.

S. F. *Eſſay ſur l'agriculture du Conté de Bourgogne* 1762. 8°.

Dictionaire portatif d'hiſtoire naturelle — déſcription & proprietés des animaux, végetaux, mineraux &c. Paris 1762. 8°. Parvi momenti D'ARDENNE.

Dictionaire domeſtique portatif contenant toutes les connoiſſances relatives à l'Economie domeſtique & rurale Paris 1762. 8°. & 1765. 8°. 3.Vol. Habet etiam agriculturam & integram domum ruſticam.

BAUMÉ *Elemens de pharmacie* Paris 1762. 8°.* Ut plantæ integerrimis viribus ſerventur. Multa de Cicuta.

EJUSDEM *Manuel de chymie* Paris 1765. 12°.* In plantis breviſſimus eſt.

Nouvelle maiſon ruſtique Savoye 1762. 4°. 2.Vol. Editor dicitur BESNIER.

JACQUIN *de la ſanté* Paris 1762. 12°. 2.Vol. 1764. 12°. & alias. Plantas edules recenſet.

J. PIERRE

J. Pierre Robinet *de la nature* 1762. 12°. 2.Vol.

Ejusdem *De la generation philoſophique des formes d'être* Amſterd. 1768. 8°.* De formatione plantarum, & de ſtudio, quo Natura paulatim eas ad animalem claſſem elevet.

§. MDCCLXX. *Germani.*

C. von Lengefeld *Anmerkungen von den im Thuringerwalde bekannteſten Nadelhölzern, Tanne- Fichte- und dem Kienholze* Nürnberg 1762. 4°.*. Tanne vocat Abietem albam: Fichte rubram: Kienbaum Pinum. Folia non ſatis accurate expreſſa.

C. F. Arenstorf *Comparatio nominum plantarum officinalium cum nominibus* Linnæi & Tournefortii, *oder kurze Beſchreibung von mehr als dreyhundert in den Apothecken gebräuchlichen Pflanzen* Berlin 1762. 8°.

Curioſes und reales Natur- Kunſt- Berggewerk- und Handlungs- Lexicon Leipzig 1762. 8°. Ludw. Habet etiam botanica.

Irenicus, *Beweis, daß der Mißbrauch des Coffeetrankes ad morbos exanthematicos & fluxum hæmorrhoidarium diſponiere* 1762. 8°.

Abſchiedsrede des Zinkelbaums zu Hammel Augſpurg 1762. 8°.* hiſtoricus potius quam botanicus libellus.

Ferber's *Abhandlüng von der Nutzbarkeit des Schierlings in der Wundarzney-Kunſt* Wien 1762. 8°.

J. Ernſt Schulz *œconomiſche Bedenken über allerley in die Hauswirthſchaft einſchlagende Sachen* Chemniz 1762. 8°.

Von der Natur des Torfes und von Zubereitung moraſtiger Gegenden zum Ackerbau anno 1762. 8°. Hausvater.

Petri Emmanuel Hartmann *De fuligine* Helmſtätt 1762. 8°.

Ejusdem *Obſervationes ad Cicutæ, Mercurii ſublimati & phosphori uſum pertinentes* Helmſtatt 1763. 4°.

Ejusdem *Plantarum circa Francofurtum ad Viadrum naſcentium faſciculus* Francof. ad Viadr. 1767. 4°.* Plantæ 16. ad Linnæi guſtum.

Ejusdem *De ſalice laurea odorata* ibid. 1769. 4°.

Johann. Herman *De Roſa* Argentor. 1762. 4°.*. Multas ſpecies hortenſes diſtinxit, alias ſpontaneas tamen conjunctas reliquit.

Ejusdem *De Cardamomi hiſtoria & vindiciis* Argentor. 1763. 4°.*, præſide Cel.

Cel. SPIELMANNO. Cardamomi ſpecies diſtinguuntur; extracta ſpirituoſa & aquoſa ad modum Comitis de la GARAYE facta exponuntur.

Georg Friderich STEINMEYER *De Rubia tinctorum* Argentor. 1762. 4°.*. Deſcriptio & cultus Rubiæ Alſaticæ. Experimenta. Sola oſſa tingit, lentius in vetulo animale: columbæ ſe tamen ingrato cibo per vomitum norunt liberare. Pleræque ſtellatæ plantæ depaſtæ perinde oſſa tingunt.

Iſaaci WESTERVEEN HAARTIENS *De cortice Peruviano* Utrecht. 1762. 4°.* Hiſtoria arboris, vires medicatæ.

N. G. OOSTERDYK *De aceto* Utrecht 1762. 4°.

Der wohlerfahrne Landwirth, oder Anleitung, wie die Landwirths-Oeconomie zu verbeſſern Wien 1762. 8°. 1764. 8°.

Niederſächſiſches Kochbuch Altona 1762. 8°.

Der in der Schweitz neu-angelegte Hof- und Mundkoch Zürich 1762. 8°.

§. MDCCLXXI. *Sueci varii.*

Jacobi STENII *Tankar om orſakerne til måſſen pa ängar* Stokh. 1762. 8°.*. Aquæ ſtagnantes abducendæ, prata effodienda, terra aut ſabulum ſuperfundenda. Ut corrigatur terra ſterilis *Mo* Polytricho ſtellari obſita: quæ auxilia noſter ſatis laborioſa quidem commendat. Vetuſta prata exaranda. Tutamen plantatis ſylvis præſtandum. Abſtinendum a paſcuo vernali & autumnali.

Cl. HEDERSTRÖM *De eodem malo* ſcripſit, nato a præcoci defectione fœni: tuberibus, &c. Præfert irrigationem, aut lætamen.

Cl. CHYDENIUS Polytrichon & Sphagnum molliſſimum imprimis accuſat. Jubet glebam incendere, fimum invehere, arare, ſerere, etiam irrigare.

Sic Cl. NYGREN, ut aqua autumno omnis derivetur.

Cl. THOMÆUS Limum terramque fertilem vult adducere.

Collecta opuſcula prodierunt cum titulo, *Swar pa frägan om bäſta ſättet at upodla måslupna Aengar.*

§. MDCCLXXII. *Hans Ström.*

Hans STRÖMS *Phyſiſke och œconomiſke beſkrifvelſe över Söndmör* Soroe 1762. 4°.*. Diligens opus. Partis I. caput II. continet catalogum plantarum marinarum, (quas inter novæ aliquæ), & terreſtrium, nominibus LINNÆANIS, cum pluſculis ad vires medicas pertinentibus. Confirmat, ſupereſſe ruſticorum opinionem de vi oſſium robur frangente Antherici ſ. graminis oſſifragi. De Coralliis uberius.

P. II.

P. II. ibid. 1766. 4°. Plerumque catalogum plantarum dat, quæ in quaque parochia provenient inter eas paſſim, in ipſa planitie, alpinæ.

§. MDCCLXXIII. *Maſſac & Pelee.*

In *Mercure* anno 1762. MASSAC agit de Caſtaneis, ut colantur circa Brive la Gaillarde.

EJUSDEM *Mémoire ſur la qualité & ſur l'emploi des engrais* Paris 1767. 12.°* De varietate lætaminis, & diverſa fimi indole. De perficiendo fimo ſuillo, & augendo columbino, ſubſtrata terra nigra. De variis herbis tabefactis, de Marga. Herbas noxias a ſale enecari. Argillas pauperes bene uri. De humo fertili, fimum requirere uberrimum, ad 12000. libras in jugerum 40000. pedem. De terrarum miſcela. Laudat argillam rubram, &c.

PELEE de St. MAURICE *L'art de cultiver les Peupliers d'Italie* Paris 1762. 8°. Lyon 1767. 8°. Germanice Leipzig 1764. 8°. Carolinianam Populum natam eſſe ex Longobardica. Hanc uberrime naſci, celerrime creſcere, omnique modo propagari.

§. MDCCLXXIV. *Car. White.*

Charles WHITE *Account of the topical aplication of the ſpunge in the ſtoppage of hæmorrhagies* London 1762. 8°.*. Quinquageſies Spongia marina hæmorrhagiam conpeſcuit: bis coactus fuit arteriam læſam ligare. Erant inter exempla amputationes graviſſimæ, etiam femoris.

§. MDCCLXXV. *Anton. Matani.*

Antonii MATANI *Delle produzioni naturali del territorio Piſtojeſe*, Piſtoja 1762. 4°.*. Pars Apennini huc pertinet: tum aliqua pars planioris Hetruriæ. Utriusque plantæ recenſentur. Aliqua de ſylvis deſtructis. De Moris, Cerealibus, Vitibusque.

EJUSDEM *De remediis* Piſis 1769. 8°.*. Claſſes medicamentorum a ſaporibus conſtituit, earum qualitates primas & ſecundas indicat, viresque aliquas medicas proprias.

§. MDCCLXXVI. *Mém. de la Oecon. de Berne.*

Mémoires & obſervations receuillies par la Societé Oeconomique de Berne anno 1762. P. I.

D. Eman. de GRAFENRIED *de Burgiſtein* Exhortatio ad agriculturam. BERTRANDI de colendis paludibus: ſerendis Ulmis. MURET de utilitate margæ in agro fecundando: de plantandis Moris.

Pars II. *Johannis Eliæ* BERTRAND libellus, quo præmium obtinuit, de agro ad ſementem hibernam præparando. Contra diverſi generis miſta cerealia. Pro Marga. De miſcendis diverſi generis terris. Pro aratro biauri, & de reliquo inſtru-

inſtrumento aratoris. De exſtirpatione herbarum noxiarum. Multiplicem laudat arationem, ſementem præcocem, & ſulcos profundos.

D. de GRAFENRIED Poëma de fœno ſicco. *Gabriel* ANET, vinitor, de vitis cultu; adcurate agit. Alii de irrigatione. De vermiculis ex Solano tuberoſo.

Pars III. Alterius *Emanuelis* de GRAFENRIED, Domini in Worb, de colendis arboribus peregrinis, ut Pavia, Caſſine, Platano, quæ bene reſpondent.

D. MULLER vir ampl. de nimiis paſcuis ad prata reducendis. D. *Samuel* ENGEL num diverſæ plantæ diverſos ſuccos ad alimentum ſuum poſcant. D. TSCHIFFELI de cultu Lini. D. de TURBILLY de colendo Napo.

P. IV. De pratorum cura, cum agris alternante, quæ potiſſimum in pratis ſiccis proficua eſt. Præfert Gramen nativum peregrino. De Graminibus peregrinis, Raygraſs ſeu Lolio, Trifolio, Medica, Onobrychide, Vicia multiflora, Lupulino: de cultu harum ſtirpium.

V. B. TSCHARNER De vallibus Juræ montis, jugis ejus M. interjectis, & de picis præparatione. SPENGLER de vallis Hasli œconomia.

§. MDCCLXXVII. *Journal de Médécine.*

Hoc anno *Carolus Auguſtinus* VANDERMONDE auctor Diarii *Journal de médécine*, de vita deceſſit, eique in eo opere ſucceſſit Cl. ROUX. Exſtant in hujus anni menſibus de COTES de Cicutæ uſu in cancris ulceratis, cum plantæ icone: & felici pariter uſu externo.

MARTEAU De tuto & felici uſu Belladonnæ & Cicutæ.

BOUCHER De morbo ex clavo Secalino convulſivo.

HAZON De efficacia Cicutæ in cancro maxillæ. Cancer ſublatus eſt, ſed mors ſupervenit.

§. MDCCLXXVIII. *Mém. de la Soc. de Brétagne.*

Alter Tomus *du corps d'obſervations de la Societé d'agriculture, de commerce & des arts, établie par les Etats de Brétagne*, prodiit Paris 1762. 8°.* Pro Trifolio ſativo, quod omni alteri Gramini artificiali præfertur. De Raygraſs, nempe Lolio perenni. De plantis in pratis circa Rhedones naſcentibus, acri cum judicio, damnatis omnibus plantis, præter Gramina & plantas papilionaceas. Sed idem auctor peſtilentem vim Equiſeti ignorat. Pro Rapis majoribus. De Croco ejusque cultu: de Juglande, cujus enormis proventus eſt circa Nannetes.

Journal de commerce & d'agriculture Bruxelles 8°. Cepit anno 1762.

In *Journal œconomique* anno 1762. Cinaræ ſuccus ad hydropem. Cultus Solani tuberoſi. Meliloti utilitas. Color flavus ex rhamno paratus. Fucus marinus lætamen. Ut ericeta emendentur. De *Raygraß & Ryegraß* non bene.

§. MDCCLXXIX.

§. MDCCLXXIX. *Sw. Wetensk. Acad. Handl.*

K. Swenska Wetensk. Handlingar T. XXIII. anni 1762. *Antonius Rolandi* F. MARTIN De Graminibus Norvegicarum alpium utilibus.

Joh. ODHELIUS De vi cinerum Geniſtæ & Juniperi adverſus hydropem.

In n. 2. *Torbern* BERGMANN De galla corticis Querni.

In *Geographiæ ſua* parte II. Vir Cl. multa habet ad plantas ſpectantia.

In n. 3. Cl. *Petrus* NYGREN De cultu Lini.

In n. 4. Nobilis virgo, *Eliſabetha Chriſtina* de LINNE', *Caroli* filia, De nitore fulgido veſpertino in floribus Tropæoli.

Car. Frid. LUND De Spelta.

IDEM ſucco ſtramonii epilepſiam ſanavit *Handling.* 1766.

§. MDCCLXXX. *Otto Frid. Muller.*

Otto Frid. MULLER De Fungoidaſtro ejusque ſemine. In iisdem actis 1762. n. 1.

EJUSDEM *Efterredning og erfaring om ſwampe i ſär rörſwampens welsmagende pilſe* Kiöbenhamn 1763. 4°.* Suillus terrei coloris, quem Comitiſſa de SCHULIN edulem eſſe oſtendit; & Cl. MULLER deſcribit. De Fungis in univerſum. Suillum ab Erinaceo ſeparat, Fungos ab Agaricis. Semen confirmat, etiam in ſuo Suillo. Stamina MICHELII & GLEDITSCHII rejicit.

EJUSDEM *Flora Fridrichsdalina ſeu methodica deſcriptio plantarum in agro Fridrichsdalenſi, ſimulque per Regnum Daniæ creſcentium* Argentorat. 1757. 8°.*. Plantæ ſunt 1099. in Dania ſola lectæ, cum nominibus LINNÆANIS. Paſſim adnotationes aliquas adjecit, ut filum in ſphagno meo maximo: fila 12. ad 24. Jungermanniæ, quæ tenerum capitulum circumſtant. De Graminibus & Filicibus aliqua.

EJUSDEM *Sphagni foliis in centro ciliaribus* deſcriptio *in K. Swenska Acad. Handl.* 1764. *Trim.* 1.

EJUSDEM Horologium in Phalangio ramoſo detectum, in *Recueil d'obſervations de la Societé œconomique de Berne* anno 1766. n. 4.

EJUSDEM Mucor corymbis nigris *K. Sw. Wet. Acad. Handl.* anno 1769. *Trim.* I.

In *nov. Act. Nat. Cur.* T. IV. Flora Fridrichsdalina, & florula Islandica. Fungus ex inſecto natus, de clavariæ genere.

§. MDCCLXXXI. *Diaria Anglorum.*

In *medical obſervations and inquiries by a Society of phyſicians at* London T. II. edito anno 1762. 8°.* Germanice Altenburg 1764. 8°. Cl. FRASER agit de utilitate olei Ricini in colica pictonum, in dyſenteria.

D. BOND De corticis Peruviani vi ad ſcrophulas.

Spongiam ad hæmorrhagias laudat D. KIRKLAND.

Philoſophicarum Tranſactionum Vol. LII. P. 2. De morbo certæ familiæ funeſto ex frumento corrupto.

Deſcriptio GARDENIÆ Danielis SOLANDRI.

§. MDCCLXXXII. *Helvetorum.*

Acta phyſico-mathematica Societatis Helveticæ Tom. V. anni 1762. RYHINER de elementis Caffeæ, & de eadem faba Mr. ROSTAN.

§. MDCCLXXXIII. *Gallorum.*

In *Mémoires de l'Acad. des Sciences* anno 1762. M. MONTET De nigro ſucco, qui de vetuſtis caſtaneis fluit: de diverſis Agaricis ad comprimendum ſanguinem utilibus: de funeſto liquore de Moris ſtillante.

Mémoires des Savans étrangers préſentés à l'Académie Royale des Sciences Tome IV. Paris 1762. 4°.*. D. MAZEAS De coloribus firmis & perennibus tinctorum Coromandeliæ. Ruber color eſt ex Gallii ſpecie. Sed princeps auxilium eſt in aqua ſpathoſa.

D. AYME'N De morbis Cerealium, & diverſis ſpeciebus uſtilaginis. Neque eam noxam ex contagione oriri; ſed ex natantibus & aliquo modo corruptis ſeminibus.

Gazette ſalutaire anno 1762. cepit in oppido Bouillon prodire, qua etiam botanica continentur.

§. MDCCLXXXIV. *J. C. D. Schreber.*

J. Chriſtiani Daniel SCHREBER (*Danielis Georgii* F.) *Botaniſch-œconomiſche Abhandlung vom Grasbaue* Leipzig 1763. 8°.* quo libello præmium *Petri* v. HOHENTHAL obtinuit. Cultum Graminum ex Suecorum conſiliis deſcripſit, & characterem ex LINNÆO. Catalogus Graminum Saxonicorum. De plantis paſcendo pecori ſatis: non novi tamen ſerio Medicam croceam unquam ſatam eſſe. De perficiendis pratis, & plantis noxiis.

EJUSDEM *Botaniſch-œconomiſche Beſchreibung der Gräſer* Leipzig 1767. fol. & annis ſequentibus. Fuſe & accurate Gramina, cum ſui floris particulis depingit,

pingit, & deſcribit. Faſciculi quinque & neſcio, num plures hactenus prodierint. Utilitates cujusque ſpeciei enarrat. Phlea omnia conjungit.

Ejusdem *Character Siſyrinchii*,

Et *Decas ſtirpium rararum aut novarum in Nov. Act. Nat. Cur.* T. III.

Ejusdem *Icones & deſcriptiones plantarum minus cognitarum Decas* I. Hall. 1766. fol.* nitidæ & fidæ.

In *Eph. Nat. Cur.* Vol. IV. decuria III. plantarum exſtat. Arenariam deſcripſit, quæ Caryophyllus umbellatis corymbis.

Ejusdem *De Phaſco obſervationes* Lipſ. 1770. 4°.*. Phaſcum habere quidem calyptram, diſtingui opuſculi ciliorum defectu. Hæc nitide, microſcopio adjutus.

§. MDCCLXXXV. *Galli varii.*

De Prefontaine *Maiſon ruſtique à l'uſage des habitans de Cayenne* Paris 1763. 8°.*. Colonos docet, ut nova villa poſſit conſtitui. Catalogus plantarum edulium Cayennæ, tum potus varii. Cultus Bombacis, Cacao, Coffeæ, Sacchari, Indici, Orleanæ. De morbis, Simaruba tutum in diarrhœa remedium eſſe. Denique memorabilis catalogus plantarum indigenarum, potiſſimum arborum, inter quas multæ ſunt parum notæ. Manioci ſuccum utique venenatum facit.

Grosley *Ephemerides Troyennes* 1763. Contra J. D. de Rhinvilliers *Mémoire ſur la culture du lin en Picardie*, ex obſervationibus Auctoris natum.

Mercier du Paty *Réflexions ſur l'agriculture relativement au pais d'Aunis lues en* 1763. *à l'Acad. de Rochelles.* Extractum exſtat in Mercure 1763. Jul. Obſtacula agriculturæ. De Platano ex veteribus.

Desmarets prælegit in Academia Catalaunenſi *Mémoire ſur la culture des Raves.* Suadet hunc cultum in omnibus provinciis propagare. Bene in Aquitania, inque fluviorum vicinia ſuccedere. M. S. *Bibl. Hiſt. de la France.*

Ejusdem *Mémoire ſur l'Orſeille*, quæ in Arvernis & Lemovicibus in granite lapide naſcuntur. Reperitur in *Ephemerides de la generalité de Limoges pour l'année* 1765.

Faſtes champêtre ouvrage neceſſaire aux habitans des Campagnes Paris 1763. 12.

Gennete' *Manuel des laboureurs* Nancy 1763. 8°.*. De aratione, Occa duplicatis dentibus. Aratrum quod ferit, occat, & arat. Debere temonem altiorem eſſe, ut equi horizonti paralleli trahant, ita equos valde levari.

Mémoires concernant la cloture des heritages, le vain paturage & parcours en Lorraine Nancy 1763. 8°.

Leçot

Leços de botaniques Paris 1763. 12°.

Dictionaire medicinal portatif contenant une methode ſure &c. on y a joint un dictionaire abregé des plantes Paris 1763. 12°.

DES ALLETS *l'agronome dictionaire portatif des cultivateur* Paris 1763. 8°. 2.Vol.*. Totam domum ruſticam continet, etiam animalem claſſem, & remedia, & artem coquinariam, & domum, & juridica aliqua. Compilatio, paſſim ex fontibus parum fidis. Ita partum accelerat hepatis angillæ toſti fumo. Valde ſpernitur a P. D'ARDENNES.

BARTHE'S *Mémoires d'agriculture & de mecanique* Paris 1763. 8°.* Ceſpitem cerealium fieri multis plantis & granis. De apibus, & terris ſalſis.

MAUPIN *Nouvelle méthode du cultiver la vigne dans tout le Royaume plus œconomique & plus favorable à la perféction du vin, prouvée par l'éxpérience* Paris 1763. 8°. Suadet vitium diſtantiam ad quatüor pedes auctam. Refutatur in *Journ. d'agriculture* 1764. p. 392.

EJUSDEM *L'art de faire le vin rouge comme le vin blanc & le cidre, & des voeux pour la plantation de la vigne en Normandie* Paris 1767. 12°. Vina immatura corrigit uvas accurate terendo, baccis manu detractis, vaſis bene clauſis, & calefactis ad 100. gr. quando vinum ſponte non fervet.

EJUSDEM *L'art de multiplier le vin par l'eau* Paris 1768. 12°.*. Citat experimenta. Septem partibus muſti adfundit quinque partes aquæ, & calidiſſimas uvas ad vanuum addit &c. Optimum ita vinum obtineri addit teſtimonia.

EJUSDEM *La reduction œconomique ou l'amelioration des terres par Economie* Paris 1767. 12°. De fimo, cultu agri, aratione. Ubique docet compendium facere ſumtuum.

EJUSDEM *Experiences ſur la bonification de tous les vins tant bons, que mauvais lors de la fermentation ou l'art de faire le vin & de le gouverner* Paris 1770. 12°. Admiſto potiſſimum fervente muſto, accelerata ſic fermentatione.

In *Journal œconomique* anno 1769. egit de arte vini rubri & alibi perficiendi.

L'ESCALÈPIER *Precis ſur l'education des vers a ſoie* Tours 1763. 8°. etiam de pabulo.

BABUTY des GODETS & le CAMUS de MEZIERES *Eſſai ſur le bois de charpenté* Paris 1763. 12°. De optimo tempore, qua ligna cædantur. De decorticatione, quam laudant, de conſervatione &c. De prærogativa materiei in duri ſolo natæ, & in ſylvarum ovis.

De KERALIO *Collection de differens morceaux ſur l'hiſtoire naturelle & civile des païs du Nord traduit de l'Allemand, du Suedois & du latin* Paris 1763. 12°. De plantis aliqua, ex libris Suecicis ſumta.

In

In *Relation de deux voyages faits en Allemagne par ordre du Roy par* M. CASSINI de THURY Paris 1763. 4°.*. Leviter Agricultura Germaniæ tangitur, neque a perito. Eſpioch putes eſſe ſpeltam.

Mélanges intéreſſans & curieux, ou abrégé d'hiſtoire naturelle, morale & civile de l'Aſie, de l'Afrique, de l'Amérique & des Cercles polaires par M. R. D. S. (SURGY) Paris 1763. 12°. Ceperunt edi, & ad Tomum decimum continuata ſunt. Hiſtoriam naturalem, & plantas etiam indigenas celebriores habet, ſed ubique negligenter. Poſtremi Tomi rectius mihi videntur ſcripti.

IDEM cum MESLON & aliis auctor eſt libri *Agronomie & induſtrie.*

Lud. Guill. le MONNIER Ergo *Cancer ulceratus Cicutam eludit* Paris 1763. 4°.*

§. MDCCLXXXVI. *Aug. Sauv. de la Croix.*

AUGUSTIN SAUVAGE de la CROIX, *Franciſci* frater, *De la culture des Meuriers* Nismes 1763. 8°.*. Totum cultum deſcribit, ſationem per ſemina ad funem adfricta; plantarium multiplex, putationem: arbores tum ſibi permiſſas, tum nanas. Nativas arbores cultis præfert, ut magis duraturas.

EJUSDEM *Sur l'origine du miel* Nismes 1763. 8°.*. Hactenus ad plantas pertinet: agit enim de rore melleo, qui ſudor eſt plantarum, magna penus veri mellis apum: tum alter ſudor, qui cum aphidibus fere conjungitur, & quem ipſum etiam apes prædantur.

§. MDCCLXXXVII. *H. B. de Sauſſure.*

Horatii Benedicti de SAUSSURE *Obſervations ſur l'écorce des feuilles & des pétales* Genev. 1763. 12°.* Conſtans omnium plantarum particula, diverſa a cortice, cum quo in foliis confuſa fuit. Cortex colorem habet, amat convolvi, rete habet vaſorum, quorum areæ fere ſex fiunt filis: ea fila pellucida ſunt, & vaſa eſſe videntur. De punctis lucidis, quæ non ſunt pori; de glandulis corticis anulo cinctis, proprium vas accipientibus, quæ in arboribus inferne tantum, in herbis utrinque reperiuntur. Inde de vera epidermide, cujus nullæ ſunt diſtinctæ partes. Germanice exſtat *im allgemeinen Magazin* T. XII. Multa ad me miſit VIR. GEN. ſiccas plantas, & utiles adnotationes.

§. MDCCLXXXVIII. *Caſ. G. Ortega.*

Caſimiri Gomez ORTEGA, Pharmacopolæ, Præſidis horti Regii Madritenſis, *De Cicuta Commentarius* Madrit. 1763. 8°. Icon, & experimenta circa uſus medicos facta.

Joſeph ALCINET, Catalanus, *Nuevas utilidades de la China* Madrit 1763. 4°.

J. Paulus CANALS *Diſſertacion de la Rubia* Madrit 1763. 4°.

EJUSDEM *Diſſ. de la grana Kermes* Madrit 1768. 4°. CAP dè VILA.

§. MDCCLXXXIX. *J. Jac. Ott.*

J. Jacobi Ott, cujus viri in Actis Bernenſis & Tigurinæ Societatis paſſim opuſcula repcriuntur; *Dendrologia Europæ mediæ*, *Von der Saatpflanzung und Gebrauch des Holzes nach den Grundſätzen des Herrn* Du Hamel Tiguri 1763. 8°.*. Compendium operis *des Semis & plantations d'arbres*, cum additamentis Cl. Ottii, qui etiam in appendice paſſim ſua opuſcula adjecit: ut de modo, quo vinea vetuſta celeriter reparatur: de terra acclivi recte partienda: de modo incrementi plantarum accelerandi: interpretationes nominum arborum Moseri. Deſcriptio arborum Helveticarum, aut Helvetiæ clima tolerantium ſecundum locos natales.

Ejusdem *Kurzer Bericht für den Landmann, von den vornehmſten Futterkräutern, und vom welſchen Korn* Zürich 1764. 8°.*

§. MDCCXC. *C. A. Gerhard.*

Caroli Abraham Gerhard *Die Bärentraube chymiſch und mediciniſch betrachtet* Berlin 1763. 8°.*. Nullæ partes volatiles. Extractum utrumque amarum & adſtringens, aquoſum magis. Analyſin chemicam ad definiendum de viribus medicatis laudat, & in ſpiſſatione glutinis vires adſtringentes ponit.

Ejusdem *Triga diſſertationum chymico-medicarum* Berlin 1763. 8°.*. In ſecunda diſſertatione medicamenta exotica proſcribit; in tertia Guajavæ corticem amarum laudat, cujus utilitatem in diarrhœa cruenta ſit expertus.

Ejusdem *Materia medica, oder Lehre von den rohen Arzney-Mitteln* Berlin 1766. 8°.

§. MDCCXCI. *Joh. Awſiter.*

Johann. Awsiter *Eſſay upon the effects of Opium conſidered as a poiſon* London 1763. 8°.*. Motum ſanguinis accelerare, cruorem in caput congerere: demum graviora mala, relaxationem, frigus, mortem. Ventriculum inflammare, inde cerebro nocere: In venas injectum motum ſanguinis accelerare. Mors emeticis medicamentis arcetur, feliciter, etiam quando uncia Laudani ſumta fuerat. Male a nutricibus infantulis Opium dari.

§. MDCCXCII. *Thomas Martyn.*

Thomæ Martyn, *Johannis* filii, *Plantæ Cantabrigienſes, or a Catalogue of the plants, who grow wild in the country of Cambridge* London 1763. 8°.*. Catalogum Rajanum 181. ſpeciebus auxit: ſola autem nomina trivialia Linnæi retinet, cum nominibus Raji & ſenioris Martyni, truncatis. Deinde redeunt ea nomina per regiones circa Cantabrigiam diſpoſita. Subjecta eſt appendix plantarum rariorum Angliæ & Walliæ. Adſperſæ nonnullæ adnotationes.

Iſrael

Iſrael LYONS *Faſciculus plantarum circa Cantabrigiam naſcentium, quæ poſt* RAJUM *obſervatæ fuerunt* London 1763. 8°.*. Plantæ ſunt 106. quæ aut poſt RAJI tempora ceperunt diſtingui, aut exoticæ ſunt. Bonæ paſſim adnotationes.

An eſſay on the theory of agriculture intended as an introduction to a rational ſyſteme of the art London 1763. 12°.

Ars Medendi ſeu doſes & vires medicamentorum omnium tam Galenicorum, quam chemicorum in Pharmacopœa Collegii Medici Londinenſis anni 1746. *ordine alphabetico* Lond. 1763. 8°. Satis laudant in *Crit. Review.*

William STUKELEY *Palæologia ſacra* London 1763. 4°. Habet caput de gloria regni vegetabilis, de Quercu, &c.

Propoſitions for improving the manufactures, agriculture, and Commerce of great Britain London 1763. 8°.

William ROBERTS *Account of the firſt diſcovery and natural hiſtory of Eaſt Florida* Londin. 1763. 8°. Laudant *Crit. Rev.* Præſertim geographicum opus.

James WHEELER *The botaniſts and gardeners new dictionary* London 1763. 8°. cum nominibus LINNÆANIS plantarum, quæ in Anglia coluntur, fere ex MILLERIO, niſi ubi a BARNES corrigitur.

A ſhort deſcription of South Carolina with an account of the air weather and diſeaſes in Charlestown London 1763. 8°. Habet etiam plantas.

§. MDCCXCIII. *Thibault.*

THIBAULT de CHANVALLON *Voyage à la Martinique, contenant diverſes obſervations ſur l'hiſtoire naturelle, l'agriculture &c.* Paris 1763. 4°.*. Sex annis in ea inſula vixerat, colonus: promittit etiam hiſtoriam plantarum & animalium. Saccharum & Coffeam coluit cum pauco indico. Anonidem auctor invenit, quæ cæruleum pigmentum dat, Indico adfine & ſimile. De agricultura. Pauci incolæ arant. Magna pars operis verſatur in meteorologicis.

De la CAILLE *Journal hiſtorique du voyage fait au Cap de bonne Eſpérance* Paris 1763. 12°.*. Aſtronomiam potiſſimum coluit, & leviter plantas adtigit. De Squina noxia planta Inſulæ Bourbon: de cultu agri Capitis bonæ ſpei, quem paſſim deprimit, KOLBIO potiſſimum infeſtus.

BELLIN, Geographi, *Deſcription géographique de la Guyane* Paris 1763. 4°.* Collectio, laudibus Guyanæ deſtinata. Plantæ etiam recenſentur, ſed vitioſe, malis cum nominibus. Platane Muſa eſt non Platanus, neque Verveine Verbena: Pomme de Pin eſt Ananas. Non bonæ icones. De lignis pretioſis, ut Letterhout, Guyanæ proprio. De Manioc ſylveſtri innoxio, & domeſtico, cujus ſuccus funeſtus eſt.

§. MDCCXCIV. *J. D. Michaëlis.*

J. David MICHAELIS, Collegæ noſtri celeberrimi, *Recueil de Quéſtions propoſées à une Societé de Savans, qui, par ordre de S. M. Danoiſe, font le voyage d'Arabie* Francfort 1763. 8°.*. Infeliciter omnino factum eſt, & cum magna bonarum literarum jactura, ut, præter mathematicum Cl. NIEBUR, omnes ſodales hujus peregrinantis Collegii a morbis acutis exſtincti fuerint. Quæſtiones interim hic reperias, quas vir ILL. abituris viris propoſuit, doctas omnino & cum expoſitione ipſarum rerum conjunctas, de quibus quæritur. Earum pluſculæ ad plantas pertinent.

§. MDCCXCV. *J. L. Alleon Du Lac.*

Mélanges d'hiſtoire naturelle Lyon 1763. 8°.* a Cl. *Jean Louis* ALLEON DU LAC. Collectio variorum libellorum ad rem naturalem ſpectantium. MARCORELLE de vitibus in nudis rupibus provenientibus, in quas terra convehitur. Comes de TRESSAN lac Coralliorum MARSILIANUM habet pro Coralliorum pullis. Deſcriptio Coffeæ.

EJUSDEM *Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire naturelle des provinces de Lyonnois, Forez & Beaujolois* Lyon 1765. 2.Vol.* De agricultura, de Mororum plantatione, de arboribus indigenis Cypreſſo, Agno caſto. De monte Pila (Pilato) ejusque plantis, quas inter Anthora eſt, & Abies non ſatis cognita. De vineis & earum cultu.

§. MDCCXCVI. *Itali.*

Friderici Comitis de ALTHAN de SERVAROLO *Della ſomiglianza, che paſſa tra il regno vegetabile ed il regno animale* Venet. 1763. 8°.*. Eam analogiam nobilis auctor perſequitur in vita, in morte, in ſomno, in venere. Pro fecundante vi pollinis antherarum argumentum ſumit ex noxa nebularum, quæ in id tempus incidunt, quo Triticum floret.

Caſimiro BIANCHI *Vademecum Botanico continente li caratteri ſecondo la* 10. *ediz. del* LINNÆO &c. Firenz. 1763.

Anton. Joſephi de TORRE-REZZONICO, tribuni Legionarii, *deſcriptiones Plinianæ: de utriusque Plinii rebus geſtis, ſcriptis codicibus, editionibus* Parma 1763. fol. 2. Vol.

Antonio ZANON *Dell' agricultura delle arti e del commercio in quanto contribuiſcono alla felicità degli ſtati* Venez. 1763. 8°.

EJUSDEM *Delle coltivazione e dell uſo delle patata e d'altre piante comeſtibili* Venez. 1767.

IDEM ab anno retro 1765. cepit edere, & ſextum Tomum dedit epiſtolarum *dell agricultura, delle arti e del commercio* Venez. 8°.*. Artes docet &

& alia, quæ nummos in patriam ſuam poſſint coacervare. Solum glareoſum ad Moros aptum eſt, & optimum ſericum in provincia Forijulii paratur. Inde Tomo III. de vino Forojulienſi agit, quod eximium, potiſſimum ad mare naſcatur, Gallorumque vinis omnino præſtet. Seminatorem in Italia inventum eſſe.

§. MDCCXCVII. *F. C. Bonnelle.*

F. CHARLES BONNELLE *Le jardinier d'artois* Arras 1763. 8°.*. Aliqua ſe vidiſſe, alia ab expertis didiciſſe, propria manu omnibus laboribus ruſticis eſſe defunctum. Tunc olera, ordine alphabetico, cum aliqua deſcriptione, cultu, & utilitate medica aut œconomica. Contra varietatem inutilem Betæ radice rubra. Fuſe de cultu fungorum & malorum, quorum tamen flores mares deſtruit. Opera menſtrua. Inde Pomarium. De inſitione: inoculationem præfert germinis *dormientis*. Inſitionem in fiſſuram non probat. Putationem præfert autumnalem, vernali præfert. Putatio arbori robur addit. De ſingulis arboribus eduli fructu, earumque melioribus ſpeciebus. De ficu ſeorſim & de aurantiis. Breviter de nonnullis plantis coronariis pervulgatis.

§. MDCCXCVIII. *J. M. Mounier.*

J. M. MOUNIER *Mémoire ſur quelques éxpériences d'agriculture* Rochelle 1763. 8°.*, Contra ſulcos, pro altioribus jugis aratro parandis. De meliori uſu foſſionis, quæ ligone fit, & quinquagecuplam meſſim dederit. Utiliorem fuiſſe fimum calce miſtum, Non nocuiſſe ſementi adſperſam uſtilaginem.

§. MDCCXCIX. *J. F. Zückert.*

J. Frideric. ZÜCKERT *Die Naturgeſchichte des Oberharzes* Berlin 1763. 8°. Habet Muſcorum in monte Bructero naſcentium catalogum a Cl. BRANDES & ROLOF ſuppeditatum. De lapide violaceo odorato duplici, quorum alteri odor proprius eſt, alter habet a byſſo inhærente.

EJUSDEM *Materia alimentaria in genera, claſſes & ſpecies diſpoſita* Berlin 1769. 8°.*. Catalogus copioſus plantarum edulium, etiam præcipue ex RUMPFIO, quæ ad cibum adve potum adhibentur, cum ſapore & viribus diæteticis.

§. MDCCC. *Germani varii.*

J. Jac. HARTMAN *Gründliche Anweiſung zu einem Obſt- oder Baum- und Kuchen-Garten* Erfurt 1763. 8°. 4.Tom.

Chriſt. Wilhelmo HEPPE *Wohlredender Jäger* Regenſpurg 1763. 8°. Etiam de colendis ſylvis. De conſilio non infelici arborum fructiferarum in ſylvarum locum ſerendarum. Alienis locis ſolitarias arbores provenire, ex ſeminibus ab avibus adportatas.

J. Frider. STAHL *Allgemeines Forſt-Magazin* Frankf. Leipzig ſ. Stutgard 1763. 8°. & ſqq. Anno 1769. pars duodecima prodiit.

Gottlieb Siegmund GRUNER *Reip. a ſecretis in præfecturis Fraubrunnen & Landshut, Auserleſene Sammlungen zum Vortheil der Staatswirthſchaft, der Naturforſchung und des Feldbaues, am dem Schwediſchen überſetzt* Baſel 1763. 8°.* cum præfatione mea. Huc pertinet CARLESON De vitanda annonæ difficultate.

CEDERHIELM De ſerendis arboribus ſylvaticis. Conf. p. 512.

J. C. H. (*Joh. Chriſt.* HIRSCH) *Sammlung œconomiſcher Nachrichten, wie der Holzwachs befördert, dem Holz-Mangel geſteurt &c. werden könnte* Anſpach 1763. 8°. T. II. 1764. 8°. Collectio variorum ſatis negligenter facta (*e*).

EJUSDEM *Geſammelte Nachrichten der œconomiſchen Geſellſchaft in Franken* Anſpach 1766. 4°.

Unterricht von Pflanzung des Maulbeerbaumes und Pflegung der Seidenwürmer Leipzig 1763. 8°.

Zerſtreuungen auf Koſten der Natur in einigen Sommerſtunden Königsberg 1763. 12°. Aliqua ad fabricam plantarum &c.

Die Schwäbiſche Köchin Frankfurt 1763. 8°.

H. A. F. (*Heinrich Auguſt* FISCHER'S) *Gutherziges Schreiben an die Bauren von Oberſachſen, den Ackerbau und die Viehzucht zu Auguſti Zeiten betreffend* Chémnitz 1763. 8°.

EJUSDEM *Oeconomiſche Abhandlung vom einträglichen Weinbergbau, nebſt Chur-Sächſiſcher Weinbergs-Ordnung* Dreſden 1765. 8°.

Henricus Auguſtus WRISBERG jam anno 1763. coram Societate Regia Gottingenſi experimenta expoſuit, quæ in aqua cum variis plantis & animalium partibus infuſa ſuſcepit. Inter ea etiam de Mucoris variis plantulis. Contra Muſcorum & Fungorum e ſemine proventum. In ejus libro de animalculis microſcopicis aliqua etiam plantæ delineantur, de fungorum genere.

Gedanken von der Meklenburgiſchen Wirthſchaft und Amtirungskunde mit einigen Merkwürdigkeiten Leipzig 1763. 8°.

C. W. SCHUMACHER *Das gerechte Verhältniß der Viehzucht zum Ackerbaue* Frankfurt und Leipzig 1763. 8°. Cultum agri Megalopolitanum docet: in quo alterne ager quieſcit & aratur, & a fimo depaſcentis pecoris ſaginatur. Video laudari.

F. G. P. SEP. *Verſuch vom Mergel und deſſen Würkungen im Lande* 1763. 8°.

Phyſicaliſch- und moraliſche Abhandlung vom Tabackrauchen 1763. 8°.

Von

(*e*) *Gotting. Anzeig.* anno 1763. p. 663.

Von der Natur des Torfs und von Zubereitung moraſtiger Gegenden zum Ackerbau Bern 1763. 8°.

Jacobi Reinboldi SPIELMAN Viri ILL. *Inſtitutiones chemiæ* Argentorat. 1763. 8°.* editæ & auctius anno 1765. 8°.*. Multa peculiariter utilia paſſim hic reperias, ut olei in variis ſeminibus pondus: olei & ſalis alcalini portionem in plantis naſturcinis, pondera oleorum. Plurimas diſputationes botanicas Argentorati propoſitas ſua opera adjecit.

De Acaciu Germanica Argentor. 1768. 4°.* cum propriis in eo fructu experimentis.

EJUSDEM *Olerum Argentoratenſium faſciculus* Argent. 1764. 4°.* Etiam analyſes aliquæ. De braſſicæ infuſo &c.

J. Rud. TSCHIFFELI, cujus plurima in agricultura ſunt merita, *Mémoires ſur la culture du Millet d'Afrique, appéllé par les botaniſtes Sorghum, ou Milium nigrum*, Iverdun 1763. 8°.*. Ex Bernenſium *Oeconomiſche Sammlungen*, quarum magna pars ad Cl. Virum ſpectat.

Gottfried Chriſtian BOHN's *Neueröffnetes Waarenlager, worinnen alle im Handel und Wandel gangbaren Waaren Natur, Beſchaffenheit, Nutzen und Gebrauch beſchrieben wird* Hamburg 1763. 8°.

P. Gotth. ANGERMANNS *Neue Anweiſung zum Seidenbau, und noch nie entdeckte Inſtrumente zur Rechtmachung der Seide* Hall. 1763. 8°.*. Videtur potius ad Sericum pertinere.

§. MDCCCI. *Diſputationes Germanicæ.*

J. Caroli GEHLER *De vi macerationis ſeminum* Lipſ. 1763. 4°.*. Vix quidquam in adjuvanda vegetatione ab ea maceratione exſpectat.

Franc. Anton. KESZLER *De Viola* Wien 1763. 8°.*. Species enumerat & deſcribit, ſed inprimis pharmaceutici eſt argumenti, & ex Cl. LAUGIER præceptis aliqua artificia docet, ut optime flores ſiccentur, ſyrupus, & acetum paretur. Non bonum conſilium, acetum violaceo colore parandi ope ſtanni. Denique fuſe NEUMANNI experimenta carpit, violarum ſyrupo capta, non rite præparato, & alia phænomena mutati a variis ſalibus & mineris in ſyrupo Violarum coloris recenſet.

Chriſtian. Erhard. KAPP Epiſtola *in qua motum humorum in plantis, cum motu humorum in animalibus comparat* Lipſ. 1763. 4°.*.

Henrici PURY *De fontis pharmaceutici præſtantia* Baſil. 1763. 4°.*. De Rhabarbari & opii viribus &c.

Henric. Wilh. PEIPER's *De cortice Hippocaſtani* Duisburg 1763. 4°.

Projectus

Projectus Joſeph EHRMANN *De Cicuta* Argentor. 1763. 4°.*. Et aqua alcaleſcit, & ſal volatilis. Succus expreſſus habet fœtorem Cicutæ; in eo cryſtalli in igne crepitantes naſcuntur. Radicum gratus eſt ſapor. Vires medicæ laudantur in ſcirrho, dolore colico, paralyſi, cancro, etiam mammæ & uteri, aliisque malis. Additur icon Cicutæ Africanæ.

Hieronymi Petri SULZER *De cortice Peruviano* Argentor. 1763. 4°.*. Multa exempla habet vis ſalutaris corticis Peruviani, in variis morbis exploratæ.

J. Friderich RODEMBERGER, qui titulum diſputationi fecit, *De corticis Peruviani præſtantia in variis morbis* Argentor. 1763. 4°.*.

Maur. Marci MARTINI *De nimio & improvido corticis Peruviani uſu in febribus intermittentibus* Bucephaliæ 1763. 4°. (Butzau)

Joel SALOMON *De Cicutæ agendi modo in corpus humanum, ejusque inde deducta virtute medica* Hall. 1763. 4°.

J. G. H. REISMAN *De Cicuta & an ſit cancri remedium* Duisburg 1763. 4°.

Henrici SEGER'S *Sparſæ de magna aceti ad ſanitatem hominum conſumendam & reſtituendam utilitate obſſ.* Duisburg 1763. 4°.

Albert. Ludwig Frideric. MEISTER *De torculari. Catonis vaſis quadrinis inſtructo* Gotting. 1763. 4°.*.

J. Ernſt WICHMANN *De inſigni venenorum quorumdam virtute medica* .... Gotting. 1763. 4°.* De Cicuta, male ſuſpecta. Dubitat, num D. ANDREE veram plantam adhibuerit. Neque tamen adverſus cancrum mammarum firmum ſemper auxilium præſtare.

EJUSDEM *Beytrag zur Geſchichte der Kriebel-Krankheit* Cell 1771. 8°.* Morbus convulſivus ex pane magna clavi ſecalini copia vitiato, tum uſtilaginis, neque enim in ullo ægro morbus adparuit, qui eo clavo non eſſet uſus, neque ulla Raphaniſtri culpa fuit aut Lolii.

J. Gotthelf HERMANN *De olerum vernalium præſtantia* Leipzig 1763. 4°.*

Jacob Friderich ISENFLAMM *Methodus plantarum methodi clinicæ adminiculum* Erlang. 1763. 4°.*. De ſcorbuto & plantis naſturcinis; de umbelliferis & aliis claſſibus, quibus communis eſt vis medicata.

WOUTER van LYS *Genees en heelkondige œffeningen* Middelburg 1763. 4°.*. Practici ſcopi; paſſim tamen aliqua de viribus plantarum; ſuccum baccarum Sambuci alvum adſtringere.

Kortbondige beſchryving van de Colonie te Berbice Amſterdam 1763.

Thomas PISTORIUS *beſchryving van Surinam* Amſterdam 1763. alii 1764.

§. MDCCCII.

§. MDCCCII. *Ant. Cap. de Vila.*

Antonii CAP de VILA, viri eruditi, & Profeſſoris, *Deſcripcion y cultivo de la Palma o Palmera donde ſe advierten algunes curioſidades dignas de ſaberſe anno* 1763. Sermonem ad Societatem Regiam Gottingenſem miſit. Palmam dactylos non ferre, niſi a polline maſculo fecundatam, ferre autem decimo anno. De cultu dactyli. A ſitu, in quo oſſiculum deponitur, ſexum Palmæ futuræ pendere. Ejus incrementa. Palmæ Africanæ in Hiſpania nunquam maturitatem adtingunt.

§. MDCCCIII. *Bern. Oec. Soc. Samml. &c.*

Mémoires & obſervations recueillies par la Societé œconomique de Berne anno 1763. P. I. RAFINESQUE de nimia vitium & agrorum in regione la Côte portione ad prata. LERECHE de nimio lætamine, quod in vites impenditur, & vinum reddit deterius. Contra diminutionem vitium anonymus. Cl. TSCHIFFELI de Sorgho, cujus meſſis ſementis eſt 150 pla. Magna utilitas Onobrychidis.

P. II. D. de GRAFENRIED de WORB Aſpalathus. *Gen.* de WALDNER Platanus occidentalis. D. TSCHIFFELI de Lini cultu alpicolis commendando. *Gen.* de CHAMBRIER cultus Onobrychidis. De eodem D. JEANNERET, qui Marga terram fecundat. De l'HARPE de utilitate fœni artificialis, quod Medicæ præfert & Trifolio.

P. III. DOXATI, experti agricolæ, conſilia ad fructuoſiorem agri cultum. Agrum vult abunde ſaginari. De aratris. Præfert boves equis, ut celeriores. In macilento ſolo inferiorem terram vult eruere, ut fiat ſuperior. Præcocem ſementim commendat, terram nigram ſeu humum non laudat. J. EL. BERTRAND inquirit, cur ſegetes inclinentur: ſiccandam adverſus id malum terram, & parce ſerendam. In Delphinatu mergites in ipſo agro exterunt.

P. IV. N. *Eman.* TSCHARNER de Pinu ſylveſtri & de arboribus coniferis, quas vir ILL. deſcribit. Cl. Medici & Archiatri Polonici HERRENSCHWAN de utilitate Medicæ, aliaque conſilia. J. R. TSCHIFFELI de ſeminatore facili neque ſumtuoſo.

Idée topographique détaillée du diſtrict d'Eſtavayer. Journ. Helv. 1763. *Nov.* Plantæ etiam recenſentur.

In *Journal Oeconomique* 1763. De Spergula ejusque cultu, de Cannabi.

§. MDCCCIV. *Scripta Suecica.*

In K. *Swenska Wetenskaps Handlingar* T. XXIV. ſeu anni 1763. P. III. *Car. Frid.* HOFBERG de Mandragoræ vi ad inflammationes. De Thea ex Liguſtro, vino ex Akerbär.

In Academia Suecica præmium anno 1762. in quæſtionem propoſitum eſt, *Om Ekar och andra löfträd utan fara för röta eller måſkar kunne barkas för an de fallas* Stokholm 1763. 8°.*, nempe, num conferat Quercus antequam cædantur, cortice ſpoliari, numque inde verminatio impendeat. Reſpondent varii, præmiumque retulit D. AHLLÖF V. D. M. Varia fuit ſententia, experimenta varia.

Altera quæſtio *Huru kunna maſkar ſom göra ſkada af frukt träd medelſt blommarnas och löfwans affrätande, bäſt förkommas och fördrifwas* Stokholm 1763. 8°.* Ad avertendas erucas, quæ arboribus fructiferis infeſtæ ſunt. Præmium obtinuit Cl. *Thorbern* BERGMANN, quod quidem magis ad inſecta ſpectat.

§. MDCCCV. *Alia Diaria.*

In Gottingenſi Societate Scientiarum anno 1763. *Fridericus Wilhelmus* WEISSENBORN præmium obtinuit, quod ad optima prata promiſſum fuerat.

Hanöveriſches Magazin, worinn kleine Abhandlungen, Nachrichten, Vorſchläge und Erfahrungen, ſo die Stadt- und Landwirthſchaft, Handlung und Manufacturen betreffen, 6. Vol. Hanover 1763. ad 1769. 4°.

Magazin der Natur und Kunſt, oder Abhandlungen zur Beförderung der Naturkunde, der Künſte, Manufacturen und Fabricken. 3. Theile. Berlin 1763. ad 1767. 8°. Collectanea.

In Diario *Journal de médecine.* Exemplum Cicutæ non absque ſpe adverſus hæmoptoën adhibitæ. D. de BRIOUDE Belladonnæ uſui vidit convulſiones ſuperveniſſe.

D. VACHER de militibus ab Oenanthe Corſica aut occiſis, aut male mullatis. Cicuta utiliter in cancro linguæ adhibita.

Hiſtoire de l'Académie Royale des Sciences pour 1763. Paris 1766. 4°. Brevis hiſtoria telæ ex Geniſta in Gallia transalpina (nobis) factæ.

Philoſoph. Tranſact. Vol. LIII. anni 1763. COLEBROKE De utilitate Cicutæ in ſcirrhis ulceroſis.

Moſes LINDO De vi tinctoria, niſi fallor, Phytolaccæ.

Délibérations & Mémoires de la Societé d'agriculture de la generalité de Rouen, Rouen 1763. 8°.*. D. de GONFREVILLE confirmat TILLETI experimenta de carie Cerealium, unice ex carioſo ſemine nata; ſemen depuratur maceratione in lixivio.

D. DUMESNIL laudat Lentem Canadenſem, bonum pabulum, & fertiliſſimum.

Cl. DAM-

Cl. Dambourney De Rubia ſpontanea, a Smyrnenſi non diverſa, quæ absque laborioſa illa ſiccatione tinctoribus ſervit. De cultu Luteolæ.

§. MDCCCVI. *Soc. de Tours.*

Recueil des délibérations & des mémoires de la Societé Royale d'agriculture de la generalité de Tours, pour l'année 1761. Tours 1763. 8°.*. Du Verger de terræ ſpeciebus in Turonibus. De emendandis pratis, corrigenda terra. De fimo cum Marga miſcendo. D. Ravenelle de aratro ſeminatore. De cultu Cannabis, in quietiori aqua macerando. D. de Maux de præſtantia ſulcorum levium. D. More' ut Filix exſtirpetur, recentibus ſtolonibus continuo defractis: de arundine delenda, dum repetito reſecatur. Hippocaſtani fructus etiam a vaccis edi, neque lignum inter molliora ligna alba diſplicere. D. Fontenai de utilitate Trifolii, & de curanda inflatione, quam ciet.

In *Mém. de l'Acad. des belles lèttres & arts* Rouen 1763. Pinard egit de Muſa. Flores alios fecundos eſſe, alios abortivos. In fecundis ex petalo quaquefido, partibus ſpiralibus, & nectario auriculæ modo terminato, lingula intus ſaccharino ſucco pleno. In eodem flore ſtamina quinque, absque anthera. Germen magnum, ſtigmate quinquefido. Flores abortivi petalo & nectario ſimili, ſed germinis ſtylo parvo, ſtaminum grandibus antheris.

Ejusdem *Mémoire ſur la Penſée.* In Commentariis *Soc. Regiæ Sc. Rothom.*

§. MDCCCVII. *Diarium Orteſchi.*

Novum etiam Diarium Venetiis hoc anno prodire cepit, auctore D. *Petro* Orteschi. Præter cenſuras librorum multa nova & propria continet: inter quæ etiam botanica. De Cicuta in ſcirrho inutili. De baccis Juniperi toſtis, ad Coffeæ modum, in hydrope. Bonus effectus infuſi Tædæ, in morbo lento ventriculi & capitis.

Sextus nunc Tomus prodiit.

§. MDCCCVIII. *Med. Muſæum.*

Novum porro Diarium Londini prodire cepit, cui titulum fecerunt *Medical Muſæum* anno 1763. 8°.*. Collectanea. Britannicæ utilitas in ſcorbuto, lepra. De Valerianæ radice ab urina felium meliori. De bono effectu Uvæ urſi.

In T. II. Contra Theam viridem, pro Thea *bou.* De Opii virulentia longe digeſtione frangenda.

§. MDCCCIX. *Acad. Bavarica.*

Abhandlungen der Chur-Bayerſchen Academie der Wiſſenſchaften cepit prodire München 1763. 4°. Varia ad ceſpites bituminoſos ſpectantia Ildefonsi Kennedi, aliorum.

§. MDCCCX. *P. F. von Gleichen.*

Philipp Friedrichs von GLEICHEN, *genannt* RUSWORM, *das neueſte aus dem Reiche der Pflanzen, oder microſcopiſche Verſuche und Betrachtungen* Nürnberg prodiit anno 1764. fol.* porroque pergit edi. Fabricam plantarum, florum, antherarum microſcopio ſpeculatus deſcribit. Vim fecundantem pollinis maris adfirmat, & diſſilitionem globulorum, & internorum, ut putat, germinum eruptionem. Ea per inconſpicuas vias tubæ, proprio ſuo motu, & vi adtrahente ſeminis, incitata in id ipſum venire, tunc ſe explicare. Sed ita mater externum animal daret, pater intimum. Inde pluſculi flores mole aucti, & Funguli ſæpe cum inſectis expreſſi. Fabrica ſeminalis Rutæ murariæ. Ex Spinaciæ ſemine etiam androgynæ plantulæ proveniunt. Coffeæ origo. Primus Tomus 30. habet tabulas.

§. MDCCCXI. *Du Cheſne.*

Du CHESNE, advocati Pariſini, noſtri amici, in mediis hortis nati, *Manuel de Botanique, contenant les proprietés des plantes pour la nouriture, la médécine, les arts, l'ornement &c.* Paris 1764. 12°.*. Plantæ ſecundum familias *Bernardi* de JUSSIEU diſpoſitæ, cum nominibus Gallicis. Utilitatum adjectum eſt compendium.

EJUSDEM *Hiſtoire naturelle des Fraiſiers* Paris 1766. 12°.*. Cum LUDOVICUS XV. hortos in univerſum amet, interque plantas hortenſes Fraga præferat, de iis ipſis, eorumque conſtantibus varietatibus, auctor noſter accuratiſſime ſcribere ſuſcepit. Plantam conſtituit, quam primam natura produxerit, Provincialem, quæ ſingulo menſe fructum ferat. Ab ea reliquas, etiam ſexu diſtinctas, Fragarias, unifolias, demum flagellis deſtitutas, & ſcarlatinas virginicas derivat. Species conſtantes eſſe, varietates vero pariter conſtantes inde ſubinde naſci docet. Conf. *Journ. Oecon.* 1766.

§. MDCCCXII. *Gottfried Reyger.*

Gottfried REYGER *Tentamen Floræ Gedanenſis, methodo ſexuali adcommodatæ* Gedani 1764. 8°.*. Adnotationes paſſim interſperſæ; potiſſimum de Graminibus. Characteres generum addit.

Cum titulo Tomi II. idem opus recuſum eſt Gedani 1766. 8°.*, neque enim alter Tomus eſt. Plantæ pluſculæ hinc inde inſertæ, de aliis ſola nomina LINNÆI ſervata. Adjecta eſt *Centuria* MENZELII & J. P. BREYNII vita.

EJUSDEM *Die wild um Danzig wachſenden Pflanzen nach ihren Geſchlechts-Theilen geordnet und beſchrieben* Danzig 1768. 8°.*. LINNÆANA omnia. Deſcribit fungos aliquos, & Carvifoliam. Nomina aliqua obſcura. Calendarium plantarum ſpontanearum.

§. MDCCCXIII.

§. MDCCCXIII. *Michael Girardi.*

Michaelis GIRARDI, inciſoris Patavini, *De Uva urſina, ejusque & aquæ calcis vi lithontriptica* Patavii 1764. 8°.*. Bona icon plantæ: tunc analyſis. Dat acidam aquam, acidumque ſpiritum. In eo calculi veſicæ molleſcunt & dilabuntur. Negat aquam calcis calculum ſolvere. Exempla adducit Uvæ urſi, in variis urinæ malis utiliter adhibitæ.

§. MDCCCXIV. *Vaugency.*

Mémoire ſur la culture du Sainfoin Amſterdam 1764. 8°.*. Auctori nomen eſt VAUGENCY. De Onobrychide puto agi. Eam poſt ſatum Fagopyrum ſerit, ſecundum varietatem terræ in Campania obviæ: præfert rubram. Plantam recte monet, ex profundo ſibi alimentum ſumere. Mature debere deſecari, dum floret. Ut ſemen colligatur. Maximum reddere fœnus. Maturam robuſto aratro eradicari, tunc iterum Fagopyrum ſeri, demum triticum. Omni frumento eſſe fructuoſiorem.

EJUSDEM *Réflexions ſur les labours de la haute Champagne lect. in Acad.* anno 1765. *Febr.* Extractæ in *Mercure* anno 1765. *Jul.*

§. MDCCCXV. *Germani varii.*

Nöthige Nachricht von denjenigen Stücken aus dem Pflanzenreiche, welche in den Apothecken aufbehalten werden müſſen Dresden 1764. 8°.*. Et earum plantarum, quæ in pharmacopoliis ſervantur, & aliarum bene multarum nomina & characteres LINNÆANI, paſſim vitioſe.

C. F. SCHULZEN'S *Gedanken über den Nutzen der Steinkohlen und des Torfes* Friederichsthal 1764. 4°.

Melchior Friederich KÆPLER'S *Gründliche Anleitung zu mehrerer Erkenntniß und Verbeſſerung des Forſtweſens* Eiſenach 1764. 8°.

Syſtematiſcher Grundriß der practiſchen Forſtwiſſenſchaft, und Anweiſung zu einer neuen regelmäßigen Forſtnutzung Leipzig 1764. 8°.

Einleitung zu einer vernünftigen Sparſamkeit in allen Theilen der Landwirthſchaft Breslau 1764. 4°.

Valentin KOLB *Landbetrachtung vom Wachsthum, Pflanzen und Fortkommen des Getreides* Frankfurt 1764. 8°.*. Ex WOLFIO culmi nodos repetit: ii profundos ſulcos poſcunt, intra tres certe uncias; id ſeminatore ſolo obtineri poteſt, quem vir Cl. deſcribit.

Nützliche Anweiſung zur Haushaltungskunſt auf dem Lande — die Mängel und Fehler des Ackerbaues und der Viehzucht — die Mittel, dieſelben zu verbeſſern 1764. 4°.

J. W. F. HAGER's *Gründlicher Unterricht von dem Waldbaue* Coppenhagen 1764. 8°.

Kurze Anweiſung zu Pflanzung der Maulbeerbäume und Erziehung der Seidenwürmer Wien 1764. 8°.

COCCEJI *Neueſtes woleingerichtetes Kochbuch* Arnſtatt 1764. 8°.

Gottfried SCHMIED *Gründliche Beſtimmungen zur Verbeſſerung des Ackerbaues in Abſicht auf Vermehrung alljähriger Früchte und herrſchaftlicher Gefälle* Frankenhauſen 1764. 8°.

J. Chriſtoph WÖLLNER *Unterricht zu einer kleinen . . auserleſenen œconomiſchen Bibliotheck — Anzeige der beſten œconomiſchen Bücher* Berlin T. I. 1764. 8°. T. II. 1765. 8°.* Satis placet, & judicia habet de libris œconomicis, & eos apto ordine diſponit, ſecundum titulos. Plerumque tamen ſolos nuperos habet, & potiſſimum diaria, germanosque. Singula etiam capita diariorum œconomicorum ſuis ſub titulis repetit.

EJUSDEM *Die Aufhebung der Gemeinheiten in der Mark Brandenburg, nach ihren groſſen Vortheilen œconomiſch erklärt* Berlin 1766. 8°.*. Objectiones refutat. Oſtendit etiam macilentis arvis ſuum eſſe uſum.

Anonymi *Gemeinnützige Anmerkungen*, ad hunc librum Berlin 1766. 8°. Ut dividatur utiliter ager in quinque meſſes, ut aratro humidus ager ſiccetur, ſepes optimæ ex prunorum oſſiculis obtineantur.

EJUSDEM W. *Sendſchreiben an den Verfaſſer* Berlin 1767. 8°.*. Aliqua de agri cultu. De braſſica per agros colenda ad ſuſtentanda pecora. Ut ager dividatur. Reſpondet ad objectiones auctoris paulo prius dicti.

THYMIAN SOLIS *medieiniſch-chymiſche Betrachtung des Roſmarins* Bauzen 1764. 8°. Alchemiſtæ videtur.

Der deutſche Baumgärtner, nach den Lehrſatzen des M. de la QUINTINIE MILLER's *und* REICHART's Schleuſingen 1764. 8°.

Lehrbegriff ſämmtlicher œconomiſcher und Cameralwiſſenſchaften Stuttgard 1764. 4°. 2. Vol.

Friedr. Moriz von ROHR *Abhandlung von gelehrten Landwirthen* Breslau 1764. 8°.

EJUSDEM *Allgemeine Haushaltungskunſt unſrer Lande, in welcher die Mängel des Ackerbaues &c. gezeigt, und dienliche Mittel gezeigt werden* Breslau 1764.

EJUSDEM *Die œconomiſchen Reliquien. Erſtes Zehend.* Dreſden 1769. 4°. Collectanea, etiam de ustilagine. *Zweytes Zehend.* 1770. 4°.

Samuel

Samuel KRETSCHMAR'S *Beſchreibung der in Dreſden ohnlängſt erzeugten Martyniæ villoſæ — und vom Nutzen, den die Kräuterlehre in der Arzneykunſt leiſtet — und die Vortheile, die man von einem Kräuter-Garten in wirthſchaftlichen Gewerben zu gewarten hat* Friedrichſtatt 1764. 8°.

Der Menſch in der bürgerlichen Geſellſchaft, oder neue politiſche und œconomiſche Abſichten, um die Bevölkerung und den Anbau der Felder auf den höchſten Gipfel zu bringen Berlin 1764. 8°. Addunt ex Gallico verſum eſſe.

J. J. S. *Auserleſene Schriften, den Ackerbau, die Handlung, Künſte und Manufacturen betreffend* Leipzig 1764. 8°. eſſe ex Anglice verſa.

Vollſtändige Anleitung zur Pflanzung, Erziehung und Wartung der Fruchtbäume, durch Veranſtaltung der œconomiſchen Geſellſchaft zuſammen getragen Bern 1764. 8°. & Gallice Yverdon 1768. 12°.* Ex MILLERO, THIERRIAT &c. Varia tamen in Millerianis corriguntur. Arbuſculas muro adfixas minus delicioſos dare fructus. Contra arbores nanas. In Helvetia tertia hieme non eſſe fodienda.

§. MDCCCXVII. *Galli.*

SOUMILLE *du ſemoir a bras* Paris 1764. 16°.

Extrait de la correſpondence ſur une queſtion d'agriculture imprimée a Amſterdam & qui ſe trouve a Paris 1764. 12°. Videtur eſſe criticam HOMII in *Journ. d'agric.* 1764. editam, cum defenſione viri.

Recueil des memoires les plus intereſſans de Chymie & d'hiſtoire naturelle Paris 1764. 12°. 2.Vol. ex Suecicis commentariis. Etiam ad plantas, terram vegetabilem, artem tinctoriam.

Ecole du jardinier fleuriſte Paris 1764. 12°.* Yverdon 1767. 8°. Auctor flores ipſe videtur coluiſſe, ut tamen ſupra vulgares coronarios vix adſpiraverit. Eos recenſet ſecundum ſolum, quem in horto occupant: ſubjungit plantas aliquas ſpontaneas, tum rariores, olera, & arbores fructiferas. Cultum addit & opera menſtrua. Nomina latina ſæpe vitioſe adaptat, ut in Gentiana, in Tunica Chinenſi. Putes fere antiquiorem eſſe librum, cum pro novis habeat, quæ dudum ſunt nota. Paſſim aliqua adnotat, ut vaporem inflammabilem fraxinellæ. Granadillam ex ramo educavit, in aquam dato, deinde in terram aqua temperatam. Umbelliferas jubet immaturas decerpi, ne ſemen avium fiat præda. Hordei ſpicis limaces abigit. Nomina Gallica ſingularia ſuis floribus imponit, ut Oeillet Janſeniſte pro Muſcipula. Eamdem plantam repetit alio cum nomine. Padum habet pro ligno D. Luciæ. Muſcari juncifolium male dicit ſaponem olere.

CABANIS *quels ſont les principes veritables de la greffe & quels moyens en pouroit — en deduire ſoit pour le ſuccés de cette operation ſoit pour la prefectionner* Bourdeaux 1764. Præmium Academiæ meruit.

Eloge

Eloge de l'agriculture Extr. des Journ. 1764. Mars. Breve opuſculum.

De BARRY *Léttre contenant l'etat actuel des mœurs uſages & commerce des habitans des Madagaſcar* Paris 1764. 12°.

CARLIER *Hiſtoire du Duché de Valois* Paris 1764. 4°. In eo libro eſt etiam commentarius de hiſtoria naturali Ducatus Valeſii, de terris, de pecoribus, de ſylvis & arboribus.

Achille Guillaume le BEGUE de PRELE *Obſervations ſur l'uſage interne du Colchique . . . . de la feuille d'Oranger, du vinaigre diſtillé &c.* par Mrs. STOERK, LOCHER, DE HAEN, Paris 1764. 12°.*.

EJUSDEM *Manuel du naturaliſte pour Paris & ſes environs, — deſcription des animaux, vegetaux & mineraux, qui ſy trouvent, leur uſage dans les arts & la médécine — ſur les terres, & les eaux du pais : les maladies des habitans, l'agriculture . . . eſſai ſur l'hiſtoire naturelle des autres provinces du royaume* Paris 1766. 8°. Collector, plantas etiam deſcripſit.

§. MDCCCXVII. *Joh. Strange.*

Giov. STRANGE *Lettera ſopra l'origine della carta naturale di Cortona, corredata di varie altre oſſervazioni relative agli uſi e prerogative della Conferva di Plinio* Piſa 1764. Multa de Confervarum hiſtoria, & contra DILLENIUM. Fabrica filorum accurate. Charta Cortonenſis eſt Conferva Plinii. De chartæ hiſtoria & præparatione ex Geniſta aliisque plantis. Ad eum uſum Conferva inutilis eſt. Compendium hujus libelli repetitur in *Phil. Tranſact.* n. LIX. & fabrica potiſſimum filorum Confervæ.

Dizionario compendioſo di ſanita, illuſtrato di oſſervazioni jatrofiſiche del D. FUSANACCI Venez. 1764. 8°. 3.Vol.

Petri GOMEZ de BEDOYA y PAREDES *Hiſtoria univerſal de las fuentes minerales de Eſpanna* Sanjago 1764. 4°. & in BüSCHINGS *Magazin* T. III. verſum a *Carolo Chriſtophoro* PLUER. Collectum ex variis opus. De plantis etiam agit circa Arnadello, & de Salſaparilla in Alpujarra naſcente.

§. MDCCCXVIII. *Jac. Werniſchek.*

Jacob WERNISCHEK *Genera plantarum, ſecundum numerum laciniarum corollæ diſpoſita* Vienn. 1764. 8°.*. Genera LINNÆANA, methodus pene RIVINIANA, ſumta partim a diviſionum numero, partim a regularitate. Inde ſequuntur plantæ flore compoſito, tum polypetalæ, denique anomalæ.

Pharmacopœa Palatina ſ. Diſpenſatorium medico-pharmaceuticum Manheim 1764. fol.

§. MDCCCXIX. *Joh. Bertrand.*

Jean El. BERTRAND *De l'eau relativement-à l'œconomie ruſtique, ou traité de l'irrigation des prés* Avignon 1764. 8°.*. Ornatius, quæ in Bernenſi collectione dederat, hic recenſet, irrigationem Romanis olim bene notam, nunc Helvetis. De aquæ diverſitate. De ſtagnis artificialibus. De rivorum ductione. De rivulis, & eorum regimine. Autumno irrigat, nos etiam vere &c. Germanice Nürnberg 1765. 8°.

§. MDCCCXX. *A. F. Büſching.*

In geographico opere Cl. *Antonii Friderici* BÜSCHING paſſim etiam plantæ nobiliores recenſentur, etiam in Aſiæ hiſtoria.

In ejus *Magazin* T. III. exſtat I. *Jacobi* LERCHE de itineribus ſuis circa mare Caſpium relatio: de agricultu: de plantis. In Moldaviæ hiſtoria etiam paucula de ſylvis.

In P. II. aliqua de hiſtoria naturali Hiſpaniæ, ejusque plantis.

In T. IV. de hiſtoria naturali Fenniæ, cum catalogo nonnullarum baccarum edulium, & aliarum plantarum.

§. MDCCCXXI. *Anglica.*

Kenneth MACAULAY *Hiſtory of St. Kilda* London 1764. 8°.*. Valde exigua pars ad rem herbariam pertinet.

Compleat Dictionary of arts and Sciences London 1764. fol.*. Pars medica a *Thoma* WILLIAMS ſcripta eſt, minime pura vitiis.

Georg GLASS *Hiſtory of the diſcovery and conqueſt of the Canary Islands* London 1764. 8°. habet iter in M. *Picum.*

Petri CANVANE *Diſſ. on the oleum palmæ* (Rivini Americani fructu racemoſo hiſpido) London 1764. 8°. Specificum eſſe remedium colicæ pictonum, in febribus inflammatoriis utile, tum in morbis bilis, calculo, flure albo, arthritide.

Joh. BERKENHOUT *Clavis Anglica linguæ botanicæ* LINNÆI London 1764. 8°. 1766. 8°. EJUSDEM *Pharmacopœa Medici* London 1766. 8°.

The complete Malſter and Beerbrewing a diſſ. in defence of long grown Malt. London 1764.

The beauties of nature and art diſplayd London 1764. 14 Vol. 18°. habet etiam icones ſtirpium.

James GRAINGER *The ſugar Cane* Poëma non illaudatum Londin. 1764. 4°.

ELLIOT *Eſſays upon fieldhusbandry in New England* London 1764. 8°. HAUSVATER.

§. MDCCCXXII. *Socrate ruſtique.*

Cl. HIRZEL *Socrate ruſtique ou déſcription de la conduite morale & œconomique d'un vrai philoſophe* Zurich 1764. 8°.* vertente *Gen.* FREY. Varia conſilia ſapientis ruſtici ad res œconomicas data huc reperias, & de equorum atque boum majori utilitate Cl. MIRABEAU & TSCHIFFELI contraria argumenta. Celeritatem in equis, in bobus minus pretium laudes.

§. MDCCCXXIII. *Nic. v. Campen.*

Nicol. v. CAMPEN *en zoon the dutch floriſt or true method of managing all ſorts of flowers with bulbous roots* London 1764. 4°. Germanice *Abhandlung von Zwiebelgewächſen* Regenſpurg 1764. 8°.*. Editio Belgica eſt anni 1760. titulus *traité des fleurs a oignons.*

J. MILL'S *Abhandlung von der Eichzucht, dem Bienenbaue, den Holzungen* Lipſ. 1765. 8°.

De nieuwe wyze van landbouwen in haar uytſteckend voordeel vertoont door proeven in de provincen int Nederland genomen Amſterdam 1764. Experimenta D. TILLET, AYMEN, HOME de terris, Seminator LULLINI. Experimenta *Petri* CAMPER in ſolo belgico capta.

EJUSDEM, viri illuſtris, *Redevoering over de overeenkomſt tuſchen de dieren en gewaſſen* Amſterdam 1764.

§. MDCCCXXIV. *J. Bapt. del Cavolo. Itali.*

J. Baptiſtæ del CAVOLO *Diſcorſo della irritabilita de alcuni fiori nuovamente ſcoperta* Florenz 1764. 8°.*. Renovat P. BORELLI experimenta in vagina ſtaminea plantarum capitatarum facta; quæ matura ſe aperit, ut ſtamina ſuum pollinem ſpargant. Vis motrix in ſolis eſt ſtaminibus.

J. Battiſta RATTI *Trattato della ſeminazione de' campi, della coltivazione di prati* Turin 1764. 8°. Venet. 1765. 8°.

Nuova maniera di ſeminare e coltivare di grano arrichita di nuove tavole, ed altri diſcorſi de Georgifili Firenz. 1764. 4°.

ANTONIO MICHAEL della FABBRA & GABRIELE LONGOBARDI *Diſcurſo della China China* Utine 1764. 4°.

ANTONII

Antonii Turra *Farſetia novum genus & animadverſiones quædam herbariæ* Firenze 1764. 4°.* Paſſim etiam in *Diario* Orteschi aliqua habet argumenti hactenus botanici.

Iſtoria dell arbore della China China Livorno 1764.

§. MDCCCXXV. *Valmont.*

Valmont de Bomare pharmacopolæ, *Dictionaire d'hiſtoire naturelle, contenant l'hiſtoire des animaux, des végetaux & des mineraux* Paris 1764. & auctius 1768. 12°. 6. Vol. & iterum auctius Yverdun anno 1768. 1769. 12. Vol.*. Italice Venet. 1767. Belgice Dordrecht 1769. 4°. etiam Danice. Plantarum utique deſcriptiones continet, & utilitatem medicam, aut œconomicam: hæc tamen pars hiſtoriæ naturalis non princeps auctoris ſtudium fuit. In editione Ebrodunenſi paſſim notulas adſperſi, & aliqua emendavi, tum Cl. Deleuze, & Bourgeois, quorum iſte potiſſimum vires medicas plantarum habet. Conf. p. 472.

§. MDCCCXXVI. *Car. Cratochwill.*

Caroli Cratochwill *De radice Colchici vulgaris* Francofurti ad Viadr. 1764. 8°.*. Negat hanc radicem acrem eſſe, cum ſalibus acidis vel alcalinis pugnare, aut alia præter acorem in aqua ſua elementa prodere, niſi ſolita illa empyreumatica. Cum aceto amarum & acidum ſaporem induit. Radices recentes ad quatuor usque drachmas edit auctor, neque vires in hydrope ullas vidit oſtendere. Canem tamen, quod valde mireris, a ſumtis duabus drachmis vomuiſſe, denique periiſſe vidit, inflammatis inteſtinis. Quæ cauſa contrariis ſubſit teſtimoniis, velles expeditum: mihi inſipida viſa eſt, & rapacea.

§. MDCCCXXVII. *Bywald.*

L. B. (Bywald) S. I. *Selectæ ex Amœnitatibus Academicis* C. Linnæi *diſſertationes ad univerſam naturalem hiſtoriam pertinentes — additamentis auctæ* Græz 1764. 4°.* T. II. 1766.* Res quidem potiſſimum foſſiles inſigniter auxit editor, & numeroſas cryſtallos, corallia varia, terras, lapides & mineras Montis Aerzberg: porro ex regno animali de rore melleo, unice ab aphidibus generato. Habet tamen & herbarii argumenti aliqua, ut plantas Stiriæ œconomiæ inſervientes: plantas ejusdem regionis venenatas; Polygalæ amaræ ab inſipida diſcrimen, aliqua de Veratro; de Salvia glutinoſa, de erroribus pharmacopolarum: de plantis adventitiis, ut Rhapontico ex horto elapſo, & in Kleinalben Stiriæ monte naſcente; de aliis alpinis: de varietatibus plantarum in foliis, ſtaminibus: de vitiis ſyſtematum, etiam Linnæani: aliqua de habitu, Cranzio oppoſita. Adnotationes proprias habet numeri, in variis plantis ludentis.

Henric. Joſ. Collin in *anno medico* III. Wien 1764. 8°. habet multas felices curationes ope Cicutæ peractas, in ſcirrhis viſcerum, tumoribus glanduloſis, ulceribus, vomitu pertinaci, mammis ſcirrhoſis &c.

J. Henrici LANGE *Dubia Cicutæ vexata* Helmſtätt. 1764. 4°.*. Nullum ſe, etiam a diuturno uſu extracti Cicutæ, emolumentum percepiſſe: nocuiſſe viribus ſublatis, fracto appetitu. Urinam tamen movere, in ejus ardore & fluore albo aliquantum profuiſſe.

EJUSDEM *Tentamen medico-phyſicum de remediis Brunſvicenſium domeſticis* Brunſvic. 1765. 8°.*. De variis, ex plantis etiam ſumtis, medicamentis popularibus, partim ſanæ rationi conſentaneis, partim adverſis. Ita Laſer in epilepſia profuit, & oleum caryophyllorum funeſto eventu in morbo hyſterico ſumtum eſt. In febribus intermittentibus piper pariter funeſtum fuit. Oleum Pini tumores externos diſſipat. Baccæ Thymelææ veri veneni vices tenuerunt. Phellandryum & ad gravia vulnera utile fuit, & demum in phthiſi; ſic Urtica in hæmoptyſi & pleuritide. Multa alia ejusmodi habet Cl. vir, per experientiam nata.

EJUSDEM *Heilſame Wirkungen des Waſſerfenchels oder Peerſaat* Frankfurt und Leipzig. 1771. 8°.*. Phellandryi aquatici vires medicatæ, quas auctor exploravit ad vulnera, etiam maligniora, morſus, ulcera, etiam diuturna, pulmonis purulentiam, ſcorbuticam diatheſin, aſthma &c. Seminis dat drachmas in diem duas, & tres. Iconem adjecit.

§. MDCCCXXVIII. *D. Macbride.*

In *David* MACBRIDE *Experimental eſſays* London 1764. 8°.* multa de fermentatione & putrefactione; de iis, quæ putredinem a carne avertunt, vino, aceto &c. Germanice verſa ſunt hæc pericula Tiguri 1765. 8°.* & Gallice a D. ABBADIE Paris 1766. 12°.

§. MDCCCXXIX. *Diſputationes inaugurales.*

Alexander Bernhard KÖLPIN *Commentaria botanico-phyſica De ſtylo ejusque differentiis externis* Greifswald. 1764. 4°.*.

EJUSDEM *Oratio auſpicalis de hiſtoriæ naturalis & ſpeciatim botanices dignitate* ibid. 1765. 4°.*.

EJUSDEM *Floræ Gryphicæ* (D. WILCKE) *Supplementum* Gryphiswald 1769. 8°.*. Characteres LINNÆANI, ſpecies 294. quæ apud Cl. WILCKE deſiderantur, aliquæ raræ: & in WEIGELII Floram aliquæ emendationes.

Poſſis huc referre *J. Baptiſtæ* TREMELII diſſertatio *circa febrem malignam univerſalem, & corticis Peruviani in metaſtaſi illius efficaciam* Argent. 1764. 4°.*, etiam in gangræna ex cauſa interna nata.

Georg. JANOSSI *De medicamentorum ſimplicium præſtantia* Utrecht. 1764. 4°.*

C. DIONIS *An in febribus malignis ſub finem China China* Paris 1764. 4°.

Joh.

Joh. Lastbohm Diſſ. *ſiſtens præcepta* Catonis *de œconomia privata* Upſal. 1764. 4°.

Ejusdem *Oeconomiſka tidningar* Upſal. 1765. 4°. verſa a J. C. Daehnert Gryphiswald 8°.

Gabriel Zagoni *De inventis hujus ſeculi in arte ſalutari novis* Utrecht. 1764. 4°.*. Hiſtoriam dat venenorum, quorum vires ſalutares Stoerkius detexit, Belladonnæ, foliorum Aurantiorum, Lobeliæ.

L. Zibelin *De ſaporibus medicis nativis ex triplici regno naturæ petitis* Leiden 1764. 4°.

J. P. Reinhart *De cultus vinatici in Franconia primordiis* Erlang. 1764. 4°.

J. Frid. Faselius *De medicamentis refrigerantibus* Jena 1764. 4°.

Ejusdem Programmata quatuor *De partibus oleorum æthereorum conſtitutivis* Jen. 1765. 4°.

Maxwell Garthshore *De Papaveris uſu tam noxio, quam ſalutari in parturientibus & in puerperis* Edimburg 1764. 8°.*.

Arthur Lee *De cortice Peruviano* Edinburg. 1764. 8°.*. Practici argumenti.

Caroli Ludovici Bellardi diſputatio inauguralis Turin. 1764. 8°.*. Alpes Pedemontanas obiit plantarum cauſa: in prima parte ſpeciminis egit de Mimoſæ ſentientis phænomenis. Negat ab hora diei eos motus pendere. Non in dearticulatione motum peragi, ſed in fibris ligneis, quæ incurventur: motus eos oriri, quando æquilibrium inter ramos obpoſitos turbatum eſt, & ſuccus abundius in alterum illabitur.

J. Maria Dana in ſpecimine ſuo ibid. anno 1764. 8°.* agit de generatione plantarum.

Ricardi Pulteney F. R. S. *De Cinchina officinali* Linnæi, *ſeu Cortice Peruviano* Edinburg. 1764. 8°.*. Icon & hiſtoria corticis.

Henricus Chriſt. Daniel Wilke *De uſu ſyſtematis ſexualis in medicina* Greifswalde 1764. 4°.*. Oſtendere ſatagit, claſſes Linnæanas tamen communes aliquas vires medicatas poſſidere.

§. MDCCCXXX. *Mém. de la Soc. de Berne.*

Mémoires & obſervations receuillies par la Societé œconomique de Berne anno 1764. P. I. M. Turbilly magnam ſpeciem Braſſicæ laudat, & tamen ſapidam. Cl. Tschiffeli de Fagopyro. D. de Grafenried de Worb de arboribus peregrinis, quas in ſua villa aluit, Gleditschia, aliis. Anonymus de Quercuum cultu.

P. II. Comes MNIZECH de cultu Solani tuberoſi.

N. Emanuel TSCHARNER de uſtilagine & rubigine. De calcis uſu ad ſemen conſervandum. Non nocet. De duobus oleoſis ſeminibus non ſatis diſtinctis. D. de SAUSSURE, patris, de utilitate ſementis præcocis. D. DICK V. D. M. filii mei informatoris, de plantis ad pabulum utilibus. Nomina popularia nonnullarum plantarum.

P. III. *Nicol. Emanuel* TSCHARNER de Juglande & inſitionis utilitate.

Porro D. de GRAFENRIED de WORB de arboribus peregrinis, de viribus medicis Phytolaccæ.

P. IV. De CHAMBRIER de ſiccandis paludibus.

§. MDCCCXXXI. *Varia Diaria.*

In *Journal de Médécine* anno 1764. *Larrouture* De Cicutæ uſu in ſcirrhis ulceroſis pulmonum, & de eadem planta MARTEAU, in ſcrophulis ſcirrhisque glandularum ſalutari.

In T. XXIII. magnæ laudes Colchici ad aſthma reſolvendum, ad anaſarcam propinati. Nunquam nocuiſſe.

In *Philoſophical Tranſactions* anni 1764. *Michael* MORRIS De ſucco Cicutæ Conimbricanæ. Quinta pars ſucci in ſpiritu vini ſolvitur, & partim oleum eſt eſſentiale, partim reſina: maturior erat & perfectior, quam Viennenſis.

WOLFE De Coccinella Polonica, cum non optima icone.

Abhandlungen der naturforſchenden Geſellſchaft in Zürich T. II. Tiguri 1764. 8°.*. *Laurentii* ZELLWEGER Agricultura Abbatiſcellanorum. *J. Henricus* RAHN de Cicutæ ſucco ſpiſſato, utili ad ſtrumas, ſcrophulas, inflammationes, non tamen adverſus cancrum ulceratum.

Libellus D. USTERI de plantis pabulo inſervientibus. De Medica, quæ mobilem terram requirat, de Onobrychide. De Trifolio trienni: de duobus Raygraſs, de Mayz. De ſepibus. Præferuntur muri absque calce viva, inter ſepiarias arbores Oxyacantha.

Monatſchrift zum Nutzen und Vergnügen 1764.

Uytgezockte Verhandelingen uyt de nieuweſte werken van de Societeten der Wetenſkapen in Europa Amſterdam 1764. 1765. 8°.

Uytgeleezene natuerkundige & filoſofiſche Verhandelingen &c. Amſterdam 1765. 8°. ſqq.

In T. XXV. *K. Swenſka wetenſk. Acad. Handlingar* anni 1764.

P. III. *Andreas Joh.* RETZIUS Ex Orchide morione Suecica Salap paravit, decorticata radice & in aqua frigida macerata, tunc ſiccata.

-IDEM in *K. Swenska wetensk. Landbr.* 1769. dedit catalogum plantarum rariorum Scaniæ. Inter eas Valerianella tota floribus obruta. Fungi pluſculi, & de ea claſſe. Lachnum fungus inferne villoſus.

P. IV. *J. Carolus* WILCKE de Conferva articulata, in ſcypho vitreo nata.

CRONSTETT de cultu Solani tuberoſi in *vallibus* Suecicis *Dalarn.*

In GIORNALE *di medicina Petri* ORTESCHI, De charta naturali Crotonenſi, quæ non fuerit Byſſus.

Muſæum medicum III. Tom. Lond. 1764. 8°.*. De magnis malis ex Napello natis. De inutilitate Cicutæ, & Colchici. De nonnullis novis medicamentis ex re herbaria.

Giornale d'Italia ſpettante alla Scienza naturale e principalmente all agricultura alle arti ed al commercio Venez. 1764. 4°. De præſtantiſſimo pratorum cultu.

§. MDCCCXXXII. *Muſæum ruſticum & commerciale.*

Muſæum ruſticum & commerciale Londini cepit edi anno 1764. 8°.* & inde ad 1769. Germanice etiam verſum eſt. Totum argumentum eſt noſtri generis, in minutas diſſertationes ita diſſectum, ut a nobis recenſeri non poſſint omnia. De cultu Lini in Hibernia, ubi optimum naſcitur (tum in editione Germanica Lini cultus in montibus Saxoniæ). De cultu Phalaridis; Medicæ; Vitis in America, Britannia; Solani eſculenti; Cucumerum; Rubiæ, Raporum; Piſorum; Pimpinellæ; Phlei maximi; Napi; Glycyrrhizæ; Geniſtæ; Calendulæ, Theæ, & de variis agriculturæ compendiis: ſed ea infinita ſunt.

In T. II. etiam anno 1764. excuſo Argenti vivi ex Chryſanthemo ſudor. Vitium in vetuſtis muris plantandarum conſilium. De arboribus ex foliis producendis. Seminator novus. De Sacchari cultu, Sicera, Napo, Graminibus melioribus, Fragis, Ribe, Vicia. Catalogus fructuum optimæ notæ.

§. MDCCCXXXIII. *Chanvallon.*

De CHANVALLON, alius ab eo quam diximus, *Le Manuel des champs* Paris 1765. 12°. Compendium, partim ex optimis auctoribus collectum, partim ex proprio experimento natum, bonum opuſculum, etſi etiam in plantis non absque vitiis eſt. Recuſum eſt 1769. 12°.* ſed correctum a P. D'ARDENNES & auctum. Nomina adhuc provincialia, & plebeja, ut plantas vix adgnoſcas; miſtæque indicis alpinæ. De melonibus fuſe. *Jardin coupé*, hortus diſtinctus muris,

muris, ad calorem augendum. Onobrychidem equi Avenæ præferunt. De vitibus. Uvæ nigræ dant vinum pellucidum & generoſiſſimum. Tota domus ruſtica.

Una recuſa eſt anno 1769. quæ anno 1765. prodierat *Oeconomie ruſtique on Notions ſimples ſur la botanique, la médécine, la pharmacie, la cuiſine & l'ojice.* Methodus TOURNEFORTII & LINNÆI. De inſitione, potiſſimum arborum exoticarum: de nonnullis plantis peregrinis, de viribus medicatis ſtirpium. De compoſitis & *præparatis* medicamentis. Hypecacoanha exhauſta reſolvit. Extractum ſiccum peruviani corticis commendat.

Obſervations phyſiques ſur l'agriculture les plantes, les mineraux & vegetaux 1765. 8°. Vites in Neuſtria colendas. Plantas eſſe animalia, & ſuo gaudere ſenſu.

§. MDCCCXXXIV. *Walter Hart.*

Walter HART *Eſſays on husbandry* London 1765. 8°.* 2.Vol. Exhortatio ad agri culturam. Seminatorem TULLII rejicit. Pinaſtrum BELLONII malo nomine *Aphernousli* deſcribit & depingit. Laricem laudat. In P. II. Medicæ cultum deſcribit, plantamque delineat, exponit fuſe, ut ex meridionalibus in borealia migraverit. Miſtam cineri arenam marinam commendat. Fimi uſum tuetur. Medicam Onobrychidi præfert. Varia ad inſtrumentum ruſticum. Parvi facit P. D'ARDENNES, laudat ARTHUR YOUNG.

Foreign eſſays on agriculture and arts containing the diſcoveries made in the ſeveral provinces of France, Germany, Flandres, Sweden, Switzerland Londin. 1765. 8°.

J. RANDALL *of a new invented univerſal ſeed furrow plough ſuited to all ſoils alſo a potatoe drillplough, a common plough &c.* London 1765. 4°. Laudat YOUNG.

EJUSDEM *Semi Virgilian husbandry* London . 8°. Ut terra perpetuo & absque intervallo fruamur. Primus braſſicam coluit ad alenda armenta.

A new Magazin (Anglois & François) *contenant des obſervations ſur ... les manufactures, les arts & les ſciences* Londres 1765. 8°.

STEVENSON *The Gentleman's gardener inſtructed in ſewing, planting, pruning and grafting ſeeds, plants, flowers and trees &c.* V. Edition, London 1765. ajunt auctam eſſe.

§. MDCCCXXXV. *Syſtematis Linnæi Corruptor.*

Syſtematis naturæ Tomi II. Pars I. & III. Pars I. prodiit Hagæ 1765. fol.*, Anglice, Gallice & Belgice, non illud illuſtris viri opus, ſed vera fraus bibliopolarum; icones malæ, cum nominibus alieniſſimis, & tanta inſcitia, quantam hoc noſtro ævo nunquam exſpectaſſem.

§. MDCCCXXXVI.

§. MDCCCXXXVI. *Bourgelat, & alii Galli.*

BOURGELAT, Equilium Regiorum inſpectoris, *Matiére medicale ou précis des médicamens des éléves de l'Ecole Royale veterinaire* Lyon 1765. 8°.*. Claſſes medicamentorum, ſimplicium laudes. Etiam in equis cortex peruvianis febres tollit. In altero libro Dictionarium habetur medicamentorum ſimplicium, adverſus equorum morbos uſitatorum. Germanice verſum eſt Leipzig 1766. 8°. *Lehrbegriff der mediciniſchen Materie &c.*

Apologie du Tabac Journal des Savans 1756. Fevrier Ed. de Hollande.

S. PERAVI *Traité de la culture de differentes fleurs, Narciſſes, Giroflées, Tubereuſes, Anemones, Hiacinthes, Jonquilles, Iris, Lis, Amaranthes* Paris 1765. 12.

Le parfait Oeconome, contenant ce qui eſt utile & nécéſſaire á ſavoir à tous ceux, qui ont du bien à la campagne Paris 1765. 12°.

Marquis de CHAMBRAI *art de cultiver les pommiers, les poiriers & de faire du cidre ſelon l'uſage de la Normandie* Paris 1765. 12°.

Etrennes d'agriculture trés utiles aux laboureurs Amiens 1765. 1766. De fimo, pratis artificialibus, trifolio, medica, onobrychide, lino, cannabi: obſervationes ad agriculturam in univerſum.

Le manuel des jardiniers neceſſaire aux cultivateurs de la botanique contenant la deſcription des plantes neceſſaires pour la decoration des jardin, leurs differences, le terres de les ſemer, la maniere de les jardiner, leurs vertus médicinales & œconomiques par le S. MANDIROLE traduit par M. C. L. T. RANDI Paris 1765. 8°. Opus CHARLES LOUIS ANDRY Medici.

NOBLE BERDOULAT *l'art de la multiplication des grains ou nouvelle methode de cultiver & d'enſemencer les terres* Toulouſe 1765. 8°.

Le confiturier royal ou nouvelle inſtruction pour les confitures, les liqueurs & les fruits Paris 1765. 12°.

Auguſtin ROUX *Tr. phyſique de la culture & de la plantation des arbres* Paris 1765. 12°.

ELIE MONNEREAU, *le parfait indigotier ou deſcription de l'indigo* Marſeille 1765. 12°.* Colonus in Dominici inſula ſcripſit poſt triginta annorum experimenta. De indici vaſis, putredine, concuſſione. Totam plantam adhiberi. Plantæ variæ, ex quibus id pigmentum præparetur, male definitæ. Indicum ſpurium parcius, ſed præſtantis coloris: *Sauvage* inutile, Guatimala, bonum. Difficulter parari, errari in conquaſſatione nimia, nimisve parca. Ut juſta putredo obtineatur, neque nimia. De plantis, quibus ſervos alunt, Potatoes, aliis. P. II. agit de cultu Coffeæ. DELAMOTTE AIGRON primam arbuſculam Surinamia in Hiſpaniolam advexit, Martinicum ex horto Pariſino adtulerunt. Cultus

tus arboris, molæ &c. Non bene præparari in Hiſpaniola. De Coffea ante 38. annos ſcripſit. Objectiones D. GRAIMPRE, & noſtri reſponſiones.

Examen du Siſteme de M. DUPONT *ſur la culture faite avec des chevaux & celle des beufs par le bureau d'agriculture de Soiſſous* Soiſſons 1765. 8°.

§. MDCCCXXXVII. *Adam Dickſon.*

George FORDYCE *Elements of agriculture* Edinburgh 1765. 8°. Difficilis libellus. Partes plantarum, incrementum, terræ genera, lætamen, aratio.

Samuel BARD *De viribus opii* ibid. 1765. 8°. experimenta practici ſcopi.

Caroli GRIFFIN *De viribus Camphoræ* Edinburgh 1765. 8°.* Majori doſi venenatam eſſe.

Adam DICKSON, V. D. M. *Treatiſe on agriculture* Edinburg 1765. 8°.*. Non laudat YOUNGE, potiſſimum, quod placita ſua proferat absque experimentis, quibus nituntur. Alimentum plantæ ex oleo terra & aqua ſumtum. Plantas etiam nocituros ſibi ſuccos adtrahere. Pauper ſolum a pingui differre, quod iſtud aptum ſit ad reſorbtionem utilis elementi, quod ex aere plantis accedit. Promoveri incrementum plantarum, ſi feceris, ut terra circa radices tenuis ſit & mobilis, eum eſſe finem arandi. De variis herbis noxiis: deſtrui radices frequente aratione, ſemina quiete. Fuſe de aratione, & variis aratris, ad varios agricolæ ſcopos aliis: de occatione: de comprimenda terra. De fimo, ejusque præparatione, de terræ ſolique varietate.

EJUSDEM *Treatiſe on agriculture* T. II. Edinburg 1769. 8°.*. Potiſſimum ad fructuoſum cultum agri ſpectat. De alterna agri quiete, quam impenſe laudat. De aratione; ciſtam ſemina diſtribuentem commendat. Serius ſerit. De variis frugibus. Avenam & hordeum hactenus tritico præfert. Lolium perenne tamen coli vult, tum piſa ad purgandum agrum. Medicæ difficultates. Lini, & cannabis, dauci, etiam paſtinacæ & ſolani tuberoſi cultus. De alternatione frugum. Rapa. Anglia felix ob herbas pabulares, cum Scotia nimis abundet ſegetibus. Duplicium in arando ſulcorum utilitas.

§. MDCCCXXXVIII. *Philippus Fermin.*

Philippe FERMIN *Hiſtoire naturelle de la Hollande Equinoxiale* Amſterdam 1765. 8°.*. Surinami, ubi vixit, Hiſtoria naturalis. Plantas etiam recenſet, venenatas, & Simarubam, & utramque ſpeciem Manyoc, & Patatam veriorem, aliasque, additis viribus medicatis.

IDEM anno 1769. 8°. 2.Vol. Amſtelodami edidit *Deſcription generale hiſtorique & geographique de la Colonie de Surinam**. In Tomo I. deſcribit œconomice potius, quam botanice: plantas edules, varias, oleraceas, medicatas, & ad materiem utiles arbores, Venenatam Cuſſavæ vim in animalibus

libus expertus eſt. De Coiſſi ſ. Quaſſia: dudum ante Æthiopem Quaſſi notam fuiſſe: corticem radicis in omni febre, etiam continua utilem eſſe (*a*). De Simaruba, Gummi Copal ex arbore manante, quam Locuſt vocat & Curbaril. In T. II. cultum deſcribit Sacchari, Coffeæ, Cacao, Goſſypii, Indici, ſatis ut videtur ad naturam.

Jacob van HAAR in ſua *Verhandeling van de Kliergezwenllen* 1765. cicutam negat profuiſſe.

§. MDCCCXXXIX. *Severinus Abildgaard.*

Danice anno 1761. de ceſpite bituminoſo ſcripſit, noſtra vero editio Germanice Hafniæ 1765. 8°.* excuſa eſt, eademque auctior. Non undique ad rem herbariam ſpectat. De origine materiæ inflammabilis inquirit, eamque ſalibus tribuit foſſilibus, cum ſimilem ex ſale mirabili cum aqua digeſto obtinuerit. Ceſpites varii: *Heidetorf* in quo radiculæ plantarum flammam alunt: *Mohrtorf* vulgaris, perinde putrefactis factus plantis: *Meertorf* (Darry) ejusdem indolis in ſalſis paludibus natus, & *Bergtorf*, qui absque plantis, bitumine vel petroleo conſtat, qui etiam per ſtrata diſpoſitus reperitur. *Mohrtorf* ex ſiccatis lacubus, aut foſſis putat provenire, quarum plantæ putreſcunt: frequenter autem in ſua Dania lacus ſiccari (quod in Helvetia perinde vidi). Arbores in paludibus repertas potuiſſe ipſa cum terra in palude ſubſediſſe, easque arbores & ipſas poſſe in ceſpitis bituminoſi naturam contuliſſe. Denique de modo, quo ceſpites fodiuntur. Deterrimum eſſe ceſpitem, qui ſolo fit muſco & radiculis.

§. MDCCCXL. *Rob. Billing.*

Robert BILLING *Account of Carrots and their great uſe in feeding and fattening cattle* London 1765. 8°.*. Expertus agricola agros integros Dauco ſativo conſerit, & cultum invenit fructuoſum eſſe, vimque nutritiam longe ſuperare vim nutritiam Raporum. Germanice verſum eſt.

Johannis WYNN BAKER *Experiments in agriculture made under the direction of the Dublin Society* Dublin 1765. 8°.* Non minimam pecuniam Societas agriculturæ ſtudioſa Dublinenſis induſtrio viro confidit, ut accurata experimenta novorum conſiliorum, ad eam artem excolendam datorum, faceret. Braſſicam, Solanum, Rapa cum fructu aratro coluit: ut tamen Rapa parum virium alentium habeant. In Hordeo ſerendo ſeminator non reſpondit. Pimpinellam ſanguiſorbam omne genus pecoris amat. Medica melius nutrit, quam Rapa & Braſſica, &c. Alios libellos omitto.

(a) Cariſſ. gener meus, tribunus legion. LUD. BRAUN anno 1742., cum epidemica febre laboraſſet, Quaſſia tamquam vulgo noto remedio uſus eſt.

§. MDCCCXLI. *J. Gentilis.*

Ejus certe viri cura prodiit *Sitologia overo raccolta d' oſſervazioni d' eſperienze e di raggionamenti ſopra la natura e qualita dei grani e delle farine per il panifizio* Livorno 1765. 8°. max. 2.Vol.*. Frumentum Siculum Liburnum adlatum corruptionis calumniam patiebatur, & fiſcus mercatores accuſabat, qui importaverant. Ea occaſione hæc numeroſa ſcripta nata ſunt. 1. J. TARGIONIUS TOZZETTUS agit in genere de grano duro, ſ. robore, quale in Sicilia naſcitur calidisque regionibus, & de grano molli, hetruſco, quod Siligo latinis dictum eſt. Non vere differre utrumque tritici genus, & ex humididori ſolo robur in ſiliginem degenerare, quæ ſit quoddam quaſi vitium, durumque, etſi farinam det minus ſpecioſam, alimentum melius præſtare. In foſſis reconditum contrahere odorem nonnihil ſitulentum, ſed innocuum tamen panem dare. 2. Plurima ſcripta de tritico duro Siculo Liburnum advecto, Archiatris ſuſpecto, ſubfuſco, odore paulum ſitulento. Id excuſant COCCHIUS, TARGIONIUS, MANETTUS, alii, ſollicite valde numeratis, ponderatis granis, ſeparatis alienis intermiſtis ſeminibus, adhibito microſcopio, farina expreſſa, pane & polenta inde coctis. Odorem adgnoſcunt ingratum, nocere negant, aut naturam farinæ corruptam eſſe. Accuratiſſime TARGIONIUS, qui & Lolium admiſtum fuiſſe fatetur, & alterum ſine ariſtis Lolium, quod negat nocere, portionem vero alienarum molecularum fuiſſe vix quinquageſimam.

IDEM de alia triticea farina ex Virginia illata, odore nonnullo ſentinæ infecta, tamen innocua.

In P. II. omitto alienos ſermones RENEAULMII & DU HAMEL de conſervatione frumenti, & la MARE de Romanorum circa frumentum comparandum cura. Propria ſunt SPUDÆI ADIAPHORI ſ. ANNIBALIS MARIOTTI Peruſini apologia Secalis, cujus uſum nonnemo noxium eſſe putaret. Æſtivo tempore etiam tritico ſalubriorem eſſe. Ad hanc epiſtolam reſpondet *Johannes* GENTILI medicus Peruſinus: confirmat innocentiam Secalis: in accuſato Secali experimenta facta refert, ſitulentum odorem per ſiccationem evanuiſſe teſtatur. J. TARGIONIUS de alio tritico ſuſpecto, & innocuo. Confirmat ſiccatione INTIERIANA putorem ſitulentum diſſipatum fuiſſe.

Ludovici LAZZARELLI, Septempedani, poëtæ, *Bombyx* Aeſii 1765. 4°.

BETTI *Il baco di ſeta ou le ver a ſoie avec une hiſtoire de la ſoie & quatre léttres ſur le meme ſujet* Verona 1765. 4°. Comm. Lipſ. puto italice.

§. MDCCCXLII. *David Cranz.*

David CRANZ *Hiſtorie von Grönland &c.* Barby 1765. 8°.* 2.Vol. etiam Belgice. Miſſionarii ex ſecta Moravica opuſculum, alterius quidem ſcopi, ſed in Tomo I. catalogus exſtat plantarum indigenarum, aliquanto tamen, quam *Friderici* MARTENS uberior. Aliqua olera hæc terra alit, ſed malignius, arbores vix ullas.

In

In EJUSDEM *Fortſetzung der Hiſtorie von Grönland*, quæ prodiit Barby 1770. 8°.* multa ad rem herbariam pertinent, & catalogus exſtat 160. plantarum in Grönlandia lectarum, pene muſcorum, ut tamen Anemone, hactenus nova, interſit.

§. MDCCCXLIII. *De la Marre.*

De la MARRE *Défenſe de pluſieurs ouvrages ſur l'agriculture* Paris 1765. 12°.* Contra D. de la SALE, TULLIUM, Clariſſimos viros Du HAMEL & PATULLO tuetur. Nimia SALEUM de ſe ipſo ſenſiſſe, nihil addidiſſe pratorum artificialium cultui. Utique paſſim in Gallia novum TULLII cultum exerceri. Novalium parvum eſſe uſum, & quieſcentibus pulvillis TULLII utilitate cedere. Novum ſeminatorem deſcribit, cujus negat uſum tardum eſſe.

EJUSDEM *Dictionaire œconomique* nunc maxime prodire cepit, vaſtum opus.

§. MDCCCXLIV. *Helveti aliqui.*

MEYER von KNONAU, Viri gen. *Entwurf, wie die Stadt Zürich mit genugſamem Holze verſehen werden könnte* Zürich 1765. 8°.*. Late nempe plantatis Populis Italicis, quarum celerrimum ſit incrementum.

USTERI *Anleitung für die Landleute in Abſicht auf das Ausſtocken und die Pflanzung der Wälder* Zürich 1765. 8°.*. Radices arborum una eradicandæ; folia non everrenda. Abietis albæ ſemen ante medium novembrem colligendum, rubræ etiam ſerius.

§. MDCCCXLV. *Germani aliqui.*

J. C. HUBERTI *Abhandlung von dem allgemeinen Holzmangel und den Mitteln, ſolchem Mangel zu ſteuern* Frankfurt und Leipzig 1765. 8°. Novas ſylvas ſeri ſuadet, quales natura ſoli admittit, ut eas tuearis. Quercuum plantatio non fructuoſa: præfert arbores humiliores, & frutices. De paſcuorum parva utilitate.

J. Chriſt. SIMON's *œconomiſcher Unterricht vom Brandtewein-brauen und Eßigbrauen* Dreſden 1765. 8°. 1771. 8°.

EJUSDEM *Kunſt des Bierbrauens, nach richtigen Gründen der Chymie und Oeconomie* Dreſden 1771. 8°.*. Pertinet potius ad Chemiam artium: quæ huc faciunt, ſunt de diverſis cerealibus, quæ ad cereviſiam coquendam adhiberi poſſunt, quo potiſſimum etiam Mayz recenſet, deque lupulo. Tota denique coctio cereviſiæ a primis principiis docetur, cum nonnullis ſumtuum compendiis.

Carl Gottlieb GROTENS *Entwurf der Forſtwiſſenſchaft, beſonders in Abſicht der Tangelwaldungen* Chemniz 1765. 8°.

Vorſtellungen, um dem Landmann zu zeigen, daß er mehr Nutzen aus ſeinen Almenten ziehen könnte Bern 1765. 8°.*

Sammlung auserleſener Schriften zur Aufnahme der Wiſſenſchaften, nebſt einigen œconomiſchen Abhandlungen für das Jahr 1765. Frankfurt 1766. 4°.

Nicolai OEST *Oeconomiſche Abhandlung von dem Acker-Umſatze* Flensburg 1765. 8°.*. Intelligentis viri, qui in parochia ſua ruſticis perſuaſit, ut factis commutationibus ſuos agellos contraherent, minori ſumtu eos culturi. Varia de vitiis in cultu pratorum commiſſis, de magna utilitate limi paludoſi in agrum ſparſi: poſt eum laborem ſeptem continuis annis hordeum ubertim proveniſſe.

EJUSDEM *Oeconomiſch-practiſche Anweiſung zu Befriedigung der Ländereyen* anno 1767. 8°. Foſſas poſcit, tum ſepes. De arboribus ſepiariis, ſepibus vivis, murisque.

Der Rheingauer Weinbau Frankfurt 1765. 8°.*. Nobilis Anonymi opus ad Rhenum habitantis, qua optima vina naſcuntur. Vinum Rhenanum Gallicis præfert. Cultum per ſingula deſcribit, novas primum vineas: certæ ſpeciei, quam vocat *Lambert traube.* Non probat plantationem Gallorum: neque nihil Lunæ tribuit. Rariter & ſeptimo anno, ubi celerrime, vineam ſaginat. Utique prelum calcationi præfert quæ fit pedibus.

M. F. MEERGRAF *Verſuch einer wahren Verbeſſerung zur Glückſeligkeit eines Staates* Bamberg 1765. 8°.*. In libro II. de agri cultu agit. De paucitate pratorum conqueritur, & dupla jugera Trifolii ad agrum exigit. Macerationem ſeminum ſuadet, & a media nocte initium meſſis faciendæ. De paludibus colendis.

Leo Elias HIRSCHEL *Betrachtungen über den jetzigen innerlichen Gebrauch des Mercurii ſublimati corroſivi und des Schierlings* Berlin 1765. 8°.*. Externum uſum Cicutæ probat; interno monet ſopire. Reſinoſo extracto conorum Pini meliora ſe præſtitiſſe, quam mercurio ſublimato.

Michael Gottlieb BUCHER *Entwurf eines landwirthſchaftlichen Calenders über die jeden Monat vorfallende Haushaltungs-Verrichtungen* Leipzig 1765. 8°. Labores ruſtici per ſua tempora accurate recenſi.

Verſuch einen Haus-Hofmeiſter zu bilden Frankfurt und Leipzig 1765. Intercurrunt aliqua ad hiſtoriam vini, potiſſimum Tokajenſis, aliaque diætetica.

In P. 2. Coquinaria.

Diſpenſatorium pharmaceuticum Auſtriaco Viennenſe, Vienn. 1765. fol. iterumque 1770. fol.

Frid. Jac. TREW *Epiſtola itineraria* Nürnberg 1765. 4°.

Der curieuſe und offenherzige Weinarzt Frankfurt 1765. 8°.

Georg Carl WEYLAND *Kurze Abhandlung von Jagd- und Forſt-Sachen* Frankfurt 1765. 8°.

Gottfried

Gottfried von MEYER *Kluger Hausvater, welcher von den Landwirthſchaften hinlänglichen Unterricht ertheilet* Nürnberg 1765. 8°.

Der ſorgfältige und vermehrte Haus- und Wirthſchafts-Verwalter Breslau 1765. 4°.

Samuel Guſtav. WILKE *Flora Gryphica* Greifswalde 1765. 8°.*. LINNÆANA nomina trivialia, tum ordo. Theam in Pomerania naſci vix credas.

§. MDCCCXLVI. *Diſputationes.*

Franciſci Joſephi LIPP *Enchiridion botanicum* Vienn. 1765. 8°.*. Ex LINNÆANIS decerptum.

Adolphi Juliani BOSE *De charactere plantarum eſſentiali* Lipſiæ 1765. 4°.*. Aliqua exempla adducit, & multum nectariis tribuit: ſunt autem inter ea exempla aliqua valde dubia, ut Medicæ, Avenæ.

Wilhelm Bernhard TROMSDORF *De oleis vegetabilibus eſſentialibus, eorumque partibus conſtitutivis* Erford. 1765. 4°.*.

Franc. Mich. SPILLER *De ſucco uvarum* Wien 1765. 8°.

G. Sim. KEILHORN *De radice Senega & Salab.* Francof. Viadr. 1765. 4°.

Aug. Henr. EVERS *De Camphoræ uſu externo in Chirurgia maxime præſtabili* Butzow. 1765. 4°.

J. Fr. CLOSS *Carmen de cortice peruviano remedio variolarum prophylactico valde limitando* Leid. 1765. 4°.

IDEM cum ſua *nova methodo variolis medendi* edidit diſſertationem *de Cicutæ ſucco*, ante STOERKIUM etiam a BOERHAAVIO adhibito: de Salicis albæ cortice adverſus febres intermittentes efficace.

Thedor. Gerhard TIMMERMANN *Periculum medicum Belladonnæ* Rinteln. 1765. 4°.*. A. BRUNNERO Gothano Archiatro & SPÆTHIO Wisbadenſi vis medica Belladonnæ ad JUNKERUM pervenit, & TIMMERMANNI patrem, cujus hic aliquæ curationes recenſentur, ut ſcirrhi cancroſi mammæ; ſed & aliæ minus felices. Sopit utique & cæcitatem facit.

§. MDCCCXLVII. *Itali.*

Antonii TURCA *Farſetia novum genus; accedunt animadverſiones botanicæ* Venet. 1765. 4°.* Alyſſo adfinis ſemine marginato, corolla revoluta, nullis denticulis. Echinophora, floribus maribus & feminis. Plantæ aliæ decem, inter eas Arundo farta, & Cyanus alpinus pennatus caule unifloro, foliis omnibus dentato lanceolatis tomentoſis, a Phrygio diverſus. Redeunt in DIARIO ORTESCHII 1766. Conf. p. 547.

J. B.

J. B. Bonaveri *Della citta di Comachio, delle ſue lagune, e peſche illuſtrata* a P. *Paulo* Proli Ceſena 1765. fol. Habet etiam catalogum plantarum circa Comaclum naſcentium.

Sebaſtiani Botteri *De contrayerva* Turin 1765. 4°.*.

Joſeph. Hannibal Rubeus *De Senna orientali* Turin 1765. 4°.*.

Cajetan Torraca *De Cortice Peruviano & febre intermittente* Rom. 1765. 4°.

Joſ. Mariæ Cappa, Theſes *De Caryophyllis aromaticis* Turin 1765. 4°.

§. MDCCCXLVIII. *Societas Cellenſis.*

Der Churf. Braunſchweig-Lüneburgiſchen Landwirthſchafts-Geſellſchaft Nachrichten zur Verbeſſerung der Landwirthſchaft und des Gewerbes. Erſte Sammlung. Zell. 1765. 8°.* De Spergula ejusque cultu. Secale ſeritur autumno, vere demetitur, & media pars aratur, ſeritur Spergula: deinde & altera pars demetitur, aratur, & Spergula conſeritur. Gaudet ſolo arenoſo. Paluſtria emendantur exhauſta aqua, & per foſſas abducta. Raygraſs nimis durum eſſe: præſtare Phleum. Laudatur aratrum cum ciſta ſeminatrice conjunctum. De ſylvarum plantatione. Chryſanthemum deletur bis ſato Secali, deinde frumento verno. De noxis decorticationis.

Zweyte Sammlung. ibid. Laudatur Helianthus, ob oleum expreſſum. De ſylvarum cultura. Quercus ſatas vix emergere. Deſcriptio aliqua trium Pinorum Germaniæ.

Dritte Sammlung 1766. Aliqua de graminibus ſativis. Meſſis per *Seminatorem* aucta. Hic & n. 6. de Medicæ cultu, agrum etiam ad meliorem cerealium meſſim præparare. De exſtirpando raphaniſtro & chryſanthemo, ſemine per cribrum excuſſo, occa, foſſione, ſed potiſſimum calce. Aliqua de elymo arenario: de amylo ex ſolano tuberoſo porando.

Fünfte Sammlung 1767. De torrendis cerealibus, ea arte farinæ portionem augeri. De plantatione alni, deinde aliarum arborum, betulæ, pini, fraxini, carpini, fagi. De cultu iſatidis, luteolæ, dipſaci ſativi. Piſa bene ſeri menſe Decembri. De ſpergula.

Sechste Sammlung 1767. 8°. De cultu agri & potiſſimum pratorum in Comitatu Hoja. De utilitate trifolii ad emendandum agrum. De utiliter ſato alyſſo auriculato ſegetum. Plus olei dat quam napus.

§. MDCCCXLIX. *Diaria varia.*

In *Journal de médecine* anno 1765. Multi infantes ſcrophuloſi Cicutæ ſucco ſanati. In inflammatione, & eryſipelate, utile ſolanum ſcandens. De Berge de Colchici oxymelle. Non felix ejus uſus fuit. Contra D. Marges eodem medi-

medicamento hydropicos ſanavit. Extractum aquoſum amariſſimum. Admorſum tamen dentes ſtupefacit, labra & linguam inflammat, febrem ciet, & magnus amaror poſt ſaporem quaſi avellanarum ſuccedit. Oxymel in aſthmate profecit. PLANCHON de felici uſu Oxymellis Colchici in hydrope.

In *Diario Veneto* ORTESCHI ejusque T. III. *J. Jacobi* SCOVOLI obſervata vis Uvæ urſinæ.

Comitis ASQUINI de ceſpite bituminoſo, torba.

COLTELLINI aliquæ notæ ad plantas ARDUINI.

§. MDCCCL. *Mém. de la Soc. de Berne.*

In *Mémoires & obſervations receuillies par la Societé œconomique de Berne* 1765. P. I. D. OTT agit de Cannabis cultu, & Hippocaſtani, ex opere D. MARCANDIER, ut tamen ſua addat. FELICE de Cannabi ex proprio experimento. Comitis de MNICZECH de ceſpitibus bituminoſis, & de plantis in iis naſcentibus. D. TSCHIFFELI de Rubia ſpontanea Helvetica, quæ eadem Smyrnea. Cultum deſcribit: tinctores noſtri ea absque toſtione utuntur.

P. II. Conſilia varia ad perficiendam agri culturam.

P. III. Ejusdem ſcopi conſilia.

§. MDCCCLI. *Alia Diaria.*

In *Journal œconomique* 1765. De Napelli Acrimonia durabili, quam fermentatio deſtruit. In modos agrum colendi Dni de la SALLE.

Abhandlungen der naturforſchenden Geſellſchaft zu Zürich. III. Band. Tiguri 1765. 8°.*. Non pertinet ad rem herbariam.

In *Actorum phyſico-criticorum Senenſium* T. II. Cl. BALDASSARI plantas maritimas circa Senam recenſuit, cum nova Cardamines ſpecie.

In *Fränkiſchen Sammlungen* T. VII. Tithymalus deſcribitur Anemonæ ſimilis, inſecti opus.

Corunnæ anno 1765. Academiam agriculturæ coaluiſſe lego in HAUSVATER II. P. I. n. 2985.

In *Eduardi* SANDYFORT *Bibliotheck* 1765. habentur aliqua de inſecuro uſu cicutæ.

De natuer beſchouwer of bedenken over de werken der natuer Amſterdam 1765. 8°.

Muſæum ruſticum & commerciale T. IV. London 1765. 8°. De utilitate Secalis, qua triticum ſuperet, parum Anglis nota. TULLIUM ſuis artibus non eſſe ad paupertatem redactum. De braſſica *Colſat* transplantanda. Graminum nonnullorum hiſtoria & icones, non optimæ. De cultu pimpinellæ, & lini. De Timothygraſs aliisque, parum bene definitis, plantis. De *Birdgraß* — Jacobeæ noxæ. De pabulis artificialibus judicia. J. HALE de cultu materiei. De pimpinella. Nonnulla pecora eam averſari. Confuſio in pimpinella plurima. De Medicæ cultu.

§. MDCCCLII. *J. Fr. Kruger.*

J. Frider. KRUGER *Swar pa frågan hwälka äro ſwenſka Climatens förmöner och olägenheter i anſeende til almänna och enſkilda hushollningen i ſamförelſe emot andra landet* Stokholm 1765. 8°.*. Pertinet ad agriculturam Suecicam. Recenſet incommoda durioris laboris, longæ hiemis, majoris penus pabuli, quæ deſideratur. Laudat ejusdem pabuli ubertatem, cum meridionalibus regionibus comparatam, Linum, alias Sueciæ prærogativas.

De eadem quæſtione egit P. A. GADD.

§. MDCCCLIII. *Phil. Tranſact.*

In *Philoſ. Tranſactionibus* anno 1766. ſeu volumine LV. Cl. G. A. T. TISSOT agit de morbo convulſivo ex Secali corniculato naſcente.

D. *Eyles* STYLES De tubulis ex ſtigmatibus tubarum, per quos pollen antherarum reſorbetur: quod idem officium etiam pappi, ſeminis pilique præſtant.

J. COLEBROKE De Cicuta, fruſtra in cancro mammæ adhibita.

Johannes HOPE, Profeſſor Edinenſis, deſcribit Rheum verum, foliis palmatis. Aliquas etiam plantas ex Spongiarum claſſe deſcribit.

§. MDCCCLIV. *J. Ern. Gunner.*

J. Erneſt GUNNER, Epiſcopi, *Floræ Norvegicæ* Pars I. Nidroſiæ 1766. fol.*. Species plantarum 314. cum nonnullis Fucis noviter detectis. Ubique adnotatum, num pecora plantam admittant, num recuſent: deinde additæ vires medicatæ, & œconomicæ. Icones aliquæ ſubjectæ, inter eas Cicuta aquatica. Ipſe Epiſcopus alpes Norvegicas adiit, & ſodalem laborum habuit noſtrum olim HENRICI. Alterum volumen exſpectatur.

§. MDCCCLV. *J. Andr. Cramer.*

J. Andreæ CRAMER *Anleitung zum Forſtweſen, nebſt einer ausführlichen Beſchreibung von Verkohlung des Holzes, Nutzung der Torfbrüche &c.* Brunſvic. 1766. fol.*. Arbores & frutices in 66. tabulis depictæ, ut tamen adgnoſcas, & deſcriptæ, ut nihil exſpectes botanici. Cujusque utilitatem in artibus, in fodina-

fodinarum præcipue laboribus addit. Deinde conſilia ad ſylvas ſerendas, potiſſimum arborum coniferarum, tamen & frondoſarum. De carbonibus pleniſſime.

§. MDCCCLVI. *J. P. Marſigli.*

J. Petri Marsigli *Fungi Carrarienſis hiſtoria* Patavii 1766. 4°.*. Lycoperdon maximum deſcribit, ad 25. libras pendens, quod in Italia edunt. Radices habet Mucori ſimiles, per quas propagatur.

§. MDCCCLVII. *J. C. Naſt.*

J. Conradi Nast *Vollſtändige Abhandlung des ganzen Weinbaues Erſter Band.* Frankfurt und Leipzig 1766. 8°.*. In hoc primo volumine traditur œconomia vegetabilis vitis, ejus flos, varietates, cum ſynonymis variarum linguarum, ex collectione publica vitium Canſtadienſium, quæ ex ipſa Perſia varietatibus dotata fuit.

T. II. ibid. anno 1767. 8°.* Vini ex muſto generationem & aceti docet, & alcoholis ſtillationem. Naturam porro terræ & climatis vineis aptam, morbos vitium aliaque: vini analyſin, phænomena fermentationis.

§. MDCCCLVIII. *C. Crapf. Alii.*

Caroli Crapf *Experimenta de nonnullorum Ranunculorum venenata qualitate & eorum externo & interno uſu* Vienn. 1766. 8°.*. Experimenta in variis animalibus fecit vir Ill. inque variis Ranunculis. Veſicas plerique cient, minori cum dolore, nullo cum lotii ardore, ſed ulcera relinquunt difficilia. Animalia necant recentes, nam ſicci vires amittunt, uti neque decocta cum Ranunculo aqua acris fit. Dolorem Acetoſa ſola compeſcit. Ranunculus radice ſubrotunda ſcelerato acrior eſt, iſto Breyninus.

Aletophilorum Viennenſium elucidatio neceſſaria epiſtolæ de Cicuta Vienn. 1766. 8°.*. De lite Viennæ orta, cum Cl. Stoerk Cicutæ vires ſalutares tribueret, negaret Haenius. Hic ſucceſſus Cicutæ in cancro mammæ exulcerato adfirmatur, quem ipſe Haenius viderit &c.

Chriſtiani Rudolfi Hannes *Unſchuld des Obſtes in Erzeugung der Ruhr* Weſel 1766. 8°.*. A putredine dyſenteriam provenire; huic fructus horæos reſiſtere, neque diarrhœam nocere, quam cieant. Salap in dyſenteria profuit.

§. MDCCCLIX. *P. de Longchamp. Galli.*

Pennier de Longchamp fils, *ſur les Trufles & les Champignons* Avignon 1766. 12°.*. Junius tuber album eſt, per ætatem venis diſtinguitur; latens adgnoſcitur ex volatili inſecto, non ſatis deſcripto. Varia mala narrat, orta ex Fungis.

Louis Madelaine BOLET *Eſſay ſur la culture du Meurier blanc & du Peuplier d'Italie* Dijon 1766. 8°.* De vitiis Mori nigræ, ut ſerotinæ, & ſericum dantis craſſius. Sed neque ſpontaneas Moros admittit, & unice inſititiis utitur. Ex cortice Mori fila parari poſſunt, Cannabis rejectaneis ſimilia, ſerici nitore. Non alia planta bombyces aluntur. Ut Mori ſerantur, in fimo prægnante, ut transferantur, inſerantur, per ramos radicantes reparentur. Celerrimum incrementum ejus, cui folia ampliſſima; etiam pori ampliores. Deinde aliqua de Populo Italica, celerrimi incrementi.

Prodromus Floræ Argentinenſis Strasburg 1766. 8°.*. Generum breves characteres, nomina ſpecierum trivialia LINNÆANA, admiſtæ hortenſes.

La TOURETTE & ROSIER, omiſſis nominibus, *Démonſtrations élémentaires de botanique à l'uſage de l'Ecole véterinaire* Lyon 1766. 8°. 2.Vol.* Introductio ad cognitionem plantarum: partium definitiones LINNÆANAS, ordinem & methodum ejus viri, etiam TOURNEFORTII. Modum docet, quo ſiccentur &c. Ad uſum tironum.

Tomus II. tradit 662. plantas medicatas TOURNEFORTIANAS, aliquas tamen obſoletas: brevem deſcriptionem, utilitates medicas, doſin in homine & in equo idoneam: quod animal enormes doſes fert.

Cl. ROSIER anno 1771. Paris. Diarium edere cepit, *Obſervations ſur la phyſique, ſur l'hiſtoire naturelle & les arts.*

EJUSDEM *De la fermentation & de la meilleure maniere de faire l'eau de vie* Lyon 1770. 8°.*. Chemici potiſſimum argumenti. De dulci viſcido, quod in vinum fit. Ut ſpirituum in vino copia augeatur, & vinum reddatur generoſius, ut a corruptione ſervetur &c.

Cl. la TOURETTE *Voyage au mont Pilat — contenant des obſervations d'hiſtoire naturelle de cette montagne — & un catalogue des plantes qui y croiſſent* Avignon 1770. 8°.*. Mons modicus 3000. pedes altus. Corriguntur, quæ nimia de ejus plantis ab ALLEON du LAC dicta fuerant. Plantæ non plurimæ, rariores tamen aliquæ. In Montia ſubinde quinque ſtamina.

J. Claude FLACHAT *Obſervations ſur le Commerce & les arts d'une partie de l'Europe, de l'Aſie, de l'Afrique, & même des Indes Orientales* Lyon 1766. 12°. 2.Vol.* Germanice Hamburg 1767. 8°. Mercator equidem eſt, de fabricis utilium mercium potiſſimum ſollicitus. Fuſiſſime de Noſtoc egit, quod in Walachia quæſivit. De Rubia ejusque cultu fuſe, deque modo fila goſſypina pulchro & conſtante colore tingendi.

Le voyageur françois, (Abbé de la Porte), cujus multi Tomi anno 1765. 1766. 1767. &c. prodierunt; continet, cum ficta perſona peregrinatoris, collectitiam hiſtoriam naturalem pene totius Orbis.

SARCY

SARCY de SUTIERES conſilia aliqua ſua defendit, in *Défenſe l'agriculture expérimentale* Paris 1766. 8°.*. Teſtimonia publica boni eventus ſuorum conſiliorum produxit. Calcem rejicit, & Medicæ cultum. Ab aratro ſuo meſſim certam ſperat.

EJUSDEM *Ecole d'agriculture pratique par M. de Grace* Paris 1770. 12°.* Nova editio operis D. de SUTIERES. Mirifice, diſuadet gramina colere artificialia. Transferre jubet terram agri fertilis in ſterilem lapidoſumque.

EJUSDEM Epiſtolæ aliquot ad agriculturam facientes. *Journal œcon.* 1769.

La ROSE *La bonne fermiere* Lille 1766. 12°. 1767. 12°. mea ed. eſt anno 1769. 12°. Germanice *Die gute Landwirthin* Nürnberg 1747. 8°. In Arteſia ſcripſit.

EJUSDEM *Le bon fermier* ibid. 1767. 12°. 1769. 12°.* Germanice Nürnberg 1768. 8°. Multa ex domo ruſtica exſcribit. Per frequente aratione. Agros requietos commendat, & Onobrychidem, quam nono anno evertit. Semina cerealium in urina macerat. Plantas ſæpe non recte definit. De fimo, de marga, de lino &c.

Des ESSARTS *Mémoire ſur le Safran* Orlens 1766. 8°.

PONCELET *De la reproduction des êtres vivans* Paris 1766. 8°.*. Ab igne eſſe, qui in germine fermentationem excitat: ita vim adtrahentem partes ſimiles plantam formare. Animalia a plantis differre, quod magis elevata ſint.

Le bon jardinier almanach pour 1766 — Idée generale de quatre ſortes de jardins, regles pour les cultiver, pour elever les plus belles fleurs, nouvelle Edition. Paris 1766. Quæ de plantis habet, ea lego toto mutuata eſſe.

Lettre ſur la culture de melon par l'auteur des Etrennes d'agriculture Bruxelles 1766. 12°.

MASSE' *Dictionaire portatif des eaux & forets* Paris 1766. 8°. Brevem etiam arborum hiſtoriam habet.

Secrets concernant les arts & metiers y compris le teinturier Bruxelles 1766. 12°. 2. Vol.

§. MDCCCLX. *Joh. Bell. Angli.*

In *Johannis* BELL, Medici Scoti, itineribus Orientalibus, *Voyages depuis Petersbourg dans diverſes contrées de l'Aſie* Paris 1766. 12°. 3. Vol. a D. EIDOUS verſis, quorum editionem Anglicam non vidi; Chinenſe iter præcipuum eſt. Rheum verum in Mungalorum montibus ipſe legit. Iter Tartaricum & Perſicum vix quidquam habent herbarii argumenti.

Practical obſervations on the culture of Luzerne Newbury 1766. 8°.

An impartial view of engliſh agriculture from the permitting the exportation of corn in 1663. to the preſent times London 1766. 8°.

Engliſh and french Cook London 1766. 8°.

§. MDCCCLXI. *J. Taube.*

J. Taube *Beyträge zur Naturkunde des Herzogthums Celle* Zell. 1766. 8°.*. De ceſpite bituminoſo aliqua, de Uva urſi & ejus cocco. In P. 2. 1769. 8°.* plura huc faciunt, ut plantæ ericetorum inter Cell & Lunenburg, inter quas paradoxæ aliquæ, Polycnemum, Globularia, Rhaponticum. Antiquiſſima viciæ ſemina inter torfam reperta, tamen germinant. Cynapium non nocere.

In conſeſſu Societatis Regiæ 1770. 15. Oct. egit de morbo convulſivo ex clavo ſecalino nato.

§. MDCCCLXII. *Friederich von Vegeſack.*

Zur Aufnahme der Landwirthſchaft anno 1766. 4°. In editione altera nominatur auctor *Friederich* von Vegesack *zur Aufnahme der Landwirthſchaft* Roſtock. 1770. 4°.*. Pertinet ad agriculturam œconomicam Megalopolitanam, ad annos quibus quemque agrum arare aut requieſcere confert, ad arandi modos, ad curam paludum, ſylvarum. Calce invecta terram ferratam corrigit. Macerat ſementim. Profunde arat. Occa ſpinis armata herbas inutiles deſtruit.

§. MDCCCLXIII. *P. S. Pallas.*

Petri Simonis Pallas, Viri egregii, *Miſcellanea Zoologica* Haag. 1766. 4°.* Intercedunt Zoophyta, quæ Cl. Auctor pro ſuo inſigni ſtudio deſcribit. In T. 14. de Fucis aliqua tradit, & ſpeciem pingat ex cylindris penicillos proferentem, Germanice Berlin 1769. 4°.

Ejusdem *Elenchus Zoophytorum* Haag. 1766. 8°.*. Princeps in hac claſſe opus, quæ limites utriusque Regni confundit. Totam claſſem per ſua genera accurate definit, ſpeciesque. Spongiam animalium facit ultimam. Belgice verſus Utrecht 1768. 8°. Varia addidit Boddaen.

In *Comm. Petrop.* T. XII. deſcribit plantam ſpongioſam polypis fartam.

§. MDCCCLXIV. *J. Bekmann.*

Johannis Bekmann *Medel wharigenom åkerjordmonernes fruktbarhet ſäkraſt kan främjas* Abo 1766. 4°.*. Miſcelam diverſi ſoli ſuadet, fimumque & pinguia.

Ejusdem *De hiſtoria naturali* Gotting. 1766. 8°.*. De animalibus quidem potiſſimum agit, quorum non adeo rudem veteribus cognitionem fuiſſe defendit.

Ejusdem

Ejusdem *Gedanken von der Einrichtung œconomiſcher Vorleſungen* Götting. 1767. 4°. Exempla dat, ut ex ignorantia botanices a peregrinis emantur, quæ domi abundant.

Ejusdem *Anfangsgründe der Naturhiſtorie* Götting. 1767. 8°.* Regna naturæ, inter ea vegetabile regnum ex Linnæo, & aliquæ ad ſpecies nobiliores adnotationes.

Ejusdem *Grundſätze der deutſchen Landwirthſchaft* Göttingen 1769. 8°.* Plantarum in vita humana utilium nomina. Ad agriculturam, ceſpites bituminoſos. Pro Mannæ gramine accipit dactylon; non gramen anatum. Plantæ pabulares. Flores coronarii. Arbores ſylvaticæ. Rubia Azala. De tritico multiplici. De Zea hordeo. De Pimpinella ſanguiſorba. Arbores coniferæ. Borraginem Orientalem requiri ad elaborandos pilos capræ ancyranæ.

§. MDCCCLXV. *Ther . . . d'Arc. Alii.*

Eſſay pour ſervir à l'hiſtoire de la putréfaction Paris 1766. 8°.*. Numeroſiſſima continet experimenta de iis, quæ admiſta carnis putrefactionem morantur. Mentha Chamæmelo præſtat, tum acidi ſucci, & adſtringentes: ſuperant tamen gallæ, & cortex Peruvianus. Tribuitur illuſtri feminæ Ther . . . d'Arc Præſidis in Parlemento uxori.

Joſephi Lieutaud *Precis de la matiére médicale* Paris 1766. 8°.*. Magnum opus. Materia medica abſque ulla theoria ab experimentis deducta, additis ex Ill. Viri experientia veris virorum teſtimoniis. Non valde fidit Peruviano cortici. Ex Arabia diverſas ſpecies Salſaparillæ advehi. Catſchu laudat in hæmorrhagiis & alvi fluxibus: laudat etiam eo fine ſanguinem Draconis. Corticem Fraxini fatetur imbelle eſſe medicamentum.

Idem L. (*Precis de la matiére médicale*) latine recuſus eſt & efficit Tomum II. *Synopſeos Medicea* Paris 1771. 4°.*. In eo volumine duæ ſunt partes: prior eſt eadem cum editione Gallica, paſſim mutato ordine, & nonnullis, perpaucis, additis. Non ſatis certam eſſe efficaciam foliorum accuratiorum adverſus morbos ſpaſmodicos. Pro Symphyto, ob muci copiam male contemto. De Balſamo Canadenſi, cui Terebinthinæ natura eſt. Opium ſuum decoctione & exhalatione parat. Cicutam noſtram non eſſe Cicutam veterum.

Pars II. nova eſt & continet diætetica, inter ea primo loco plantas edules, aromaticas, conditorias. Carduos (caules ciners ſpinoſæ) non laudat. Coffeam vehementer decoctam cum ſucco limonum valere ad fibres intermittentes.

Nouvelles recherches ſur la France Paris 1766. 12°. 2.Vol. In ea eſt hiſtoria naturalis Campániæ.

Cum nepos ſit Garidelli multa collecta habet ad hiſtoriam naturalem Provinciæ. Herissant.

§. MDCCCXLVI.

§. MDCCCLXVI. *Sueci &c.*

BOUSQUET *Diſſertation ſur l'Abus de Quinquina*, Suecice & Gallice, Stokholm 1766. 8°.

Anmärkningar oſwer B. afhandling om Chinabarkens misbruk ib. 1766. 8°.

Peter PETERSEN *Beſkrifning of K. Reſeapotheket* Stokholm 1766. 8°. Medicamentorum elementa, præparatio, vires, uſus. Germanice Eutin. 1767. 8°.

Ægyptiaca lingua lego hoc anno 1766. prodiiſſe ALY PECHUM *de commerciis Ægypti.* Continere hiſtoriam naturalem Coffeæ.

§. MDCCCLXVII. *Belgæ.*

Burger tuynbock na een langduurige ondervinding door een vornaam liefhebber Delft 1766. 8°.

F. C. MEUSCHEN *Muſæum Leerſianum — Cabinet de plantes marines &c.* Amſterdam 1766. 8°.

De nieuwe nederduytſche Apothek — volgens de gronden van Boerhaave, Geofroi &c. Tribuitur Medico EEMS. editori l. de morbis nervorum Leiden 1766. 8°.

Zeedige aanmerkingen over de Veengraveryen in Friesland Leeuwaarden 1766.

J. VEGELIN *van* CLAERBERGEN *Vertoog over de Veengraveryen* ibid. 1766.

Verzameling van drie ſtukken over de Veengraveryen ibid. 1766.

§. MDCCCLXVIII. *Germani.*

Der Wirth im Staat, zu Haus und auf dem Lande Baſel 1766. 8°.

Der beym Einkaufe ausländiſcher Weine klüglich verfahrende deutſche Handelsmann und Hauswirth. — von in- und ausländiſchen Weinen, von der Wiſſenſchaft die Weine zu probieren, von Aufbewahrung der Weine &c. Leipzig 1766. 8°.

Anhang zu dem Verſuche, einen Haushofmeiſter zu bilden, aus etlich und dreyſſig-jähriger Erfahrung Frankfurt und Leipzig 1766. 8°.

Jac. Hier. BRANT'S *vollſtändiges Kräuter- und Hausarzney-Buch* Nürnberg 1766. 4°.

Der Ackerbau nach den neueſten Erfahrungen, zum Gebrauch des Feldbaues und der Ackersleute Memmingen und Augſpurg 1766. 8°.

F. E. v. R.

F. E. v. R. *Aufmunterung zum Flachsbau, nebſt umſtändlicher Unterweiſung* Frankfurt und Leipzig 1766. 8°.

Löhr *Die Ehre GOttes aus der Betrachtung des Himmels und der Erde* Nürnberg 1766. bis 1768. 8°. 4.Vol.

L. A. F. v. G. L. *Nützliche Beyträge zur Oeconomie und dem landwirthſchaftlichen Leben* Frankfurt und Leipzig 1766. 8°.

In libro *vermiſchte Nachrichten und Anmerkungen zur Erläuterung der Eiſenachiſchen Geſchichte* anno 1766. 1768. edito continetur Catalogus plantarum circa Iſenacum naſcentium.

Neu-entdeckte Lackierkünſte — unterſchiedene Lacke zu verfertigen, und den Gummi-Copal aufzulöſen Dreſden 1766. 8°.

Neues wohleingerichtetes Schwäbiſches Kochbuch Tübing. 1766. 8°.

Marcus Looft *Niederſächſiſches Kochbuch* Altona 1766. 8°. 1769. 8°.

Neues alphabetiſch-eingerichtetes Kochbuch Nordhauſen 1766. 8°.

J. Georg Schenk *Compendieuſes Kochbuch* Langenſalza 1766. 8°.

§. MDCCCLXIX. *Dutens.*

L. Dutens *Recherches ſur l'origine des découvertes attribuées aux modernes* Paris 1766. 8°. 2.Vol.* Etiam ſexuale ſyſtema veteribus vindicat, argumento Palmarum ſexus, Aristoteli dicti, & marium & feminarum inter arbores, quas veteres paſſim citant, etſi alius apud ipſos ſenſus vocis ſexus eſt.

§. MDCCCLXX. *Diſputationes.*

Franciſci Antonii Guerin *De vegetabilibus venenatis Alſatiæ* Argentor. 1766. 4°.*. Præter ea, quæ ab aliis de his plantis dicta ſunt, Cl. Guerin Solani hortenſis, ejusque baccarum ſuccum animalibus propinavit, magna doſi, effectu innoxio. Cl. Lobstein deſcribit ſanatum infantem, qui varia a Stramonii ſemine devorato ſymptomata patiebatur.

Johann. Lepechin *De acetificatione* ibid. 1766. 4°.*. Egregia diſputatio, chemici quidem magis ſcopi. Plurimum acetum Argentorati paratur, addito ad acredinem aro., aliis. Accurate de caloris temperie, de fermentationis phænomenis.

Caroli Nepomuceni Altmann *Analyſis plantarum antiſcorbuticarum* Vienn. 1766. 8°.*. Non vere alcalinas eſſe, oleum tamen dare: ſpiritum rectorem eſſe, quod acre ab iis igne admoto adſcendit, & aquam tamen aliquam præcedere.

J. Auguſt. de CAPELL *Cortex Peruvianus* Vienn. 1766. 8°.*. In febre maligna cum diarrhœa, in variolis & febribus petechialibus cum eruptio moraretur, vim eximiam demonſtravit.

Andreæ Leopoldi HAAN *Libellus, in quo demonſtratur, quod vegetabilia, animalia & mineralia, menſtruo ſimplici, paucis horis ſolvi, & extracta puriſſima & ſalia eſſentialia educi poſſint* Vienn. 1766. 8°.*. Machina nempe Papini.

Franc. Xavier HARTMAN *Primæ lineæ inſtitutionum botanicarum* Cl. CRANZII Vienn. 1766. 8°.*. Naturalem methodum contra LINNÆUM tuetur. Graminum claſſem peſſime ob ſtamina divelli. LINNÆUM non bene numeroſas ſuas claſſes naturales laudare. CRANZIANÆ hactenus adfines ſunt ROYENIANARUM.

In editione II. anno 1767. 8°.* defenditur habitùs in diſcernendis plantis dignitas, quam etiam LINNÆUS in ipſa re adgnoſcat. Supplementum ſub finem novorum generum, novarumque ſpecierum, ad ſuas inſtitutiones.

Daniel de la ROCHE *Deſcriptiones plantarum aliquot rararum* Leidæ 1766. 4°.*. Plantæ Liliaceæ triſtemones, Bermudianæ, Gladioli, & VIEUSSEUXIA novum genus, Iridi adfine, cum iconibus.

ANDR. BLASII POLYCARPI de VALINCOURT *E. rabiei opium* Paris 1766. 4°.

§. MDCCCLXXI. *Diaria.*

Journal d'agriculture, de Commerce, des Finances &c. quod Pariſiis prodit, magis quidem ad politica ſpectat; aliqua tamen parte ad agri cultum. MESLÉ de noxa ericetorum in Gallia frequentium. Præfatus eſt Cl. *Pet. Samuel* DUPONT. Idem ſcripſit de differentia cultus majoris (qui equis fit) & parvi, qui bobus.

De la TAILLE des ESSARTS de cultu Croci in provincia Gaſtinenſi. GUERRIER Conſilia ad meliorem agri cultum, quen in Anglia vidit. Sparſum cum Cerealibus Trifolium, ſata poſt meſſem Rapa. *Anonymi* varia de diverſarum gentium œconomicis prærogativis. Valde laudat Abietem. BORTELOT deſcribit Clandeſtinam. Pro agricultura, adverſus artes. Pro cultu pabuli artificialis. Urtica ad telas. De prelo vinario novo.

In *Journal œconomique* anni 1766. Aliquæ adnotationes in D. BUCHODZ floram Lotharingicam. De cultu Sacchari, Indici, Coffeæ, & Cacao.

§. MDCCCLXXII. *Itali aliqui.*

J. Baptiſta BEVILACQUA præmium Societatis Utinenſis obtinuit diſſertatione, quæ Utini anno 1766. 8°.* prodiit. Conſilia requirebantur, ut parcitati pabuli in Forojulienſibus poſſit obviam iri. Noſter jubet paludes terrasque inutiles,

inutiles, admiſtis aliis terris emendari: depaſci prata vetat, ejus pabuli loco jubet deſecari leguminoſas plantas, duo prati jugera ad unum agri requirit.

Antidotarium Bononienſe anno 1750. *a Collegio medico reſtitutum* Venet. 1766. 4°.

§. MDCCCLXXIII. *Nova Diaria.*

Hiſtoria & Commentationes Academiæ Electoralis Scientiarum & elegantiorum literarum Theodoro-Palatinæ Manheim. 1766. 4°.*. Huc pertinet Cl. MEDICI deſcriptio Cyani.

Hiſtoire de la Societé Royale des Sciences de Montpelier, avec les Mémoires de mathématiques & de phyſique, tirés de ſes régiſtres Lyon 1766. 4°.*. Opuſcula ab anno 1706. ad annum 1730. hic collecta habentur. Hic exſtant MARSIGLI flores Coralliorum, Monſpelii detecti. MATTE de lithophytis. De hominibus a Cicuta minori interemtis. RIVIERE de malis effectis Lolii.

In voluminibus, quæ ſingula incertis annis prodierunt, ſubinde etiam aliqua ſunt noſtri argumenti, ut anno 1749. D. PEYRE de vini rubri decoloratione, quæ fit ope boli Armeniaci & foliorum vitis. Anno 1736. de motu florum Cichoraceorum &c.

§. MDCCCLXXIV. *Mém. de la Soc. de Berne.*

Mémoires & obſervations de la Societé œconomique de Berne anno 1766. 8°.* P. II. continet D. FELICE diſſertationem de vino, quæ præmium retulit. Rejicit planitiem, in ſolis collibus apricis vites ſerit. Solas uvas admittit, quæ cum ſonitu eliduntur: ſeparari mavult vindemias, neque acerbas uvas cum maturis legi. Lentam fermentationem laudat.

P. III. D. BOURGEOIS de vino perficiendo; de optimis uvis, quæ ſunt duriuſcula cute: de inſitione commendanda, & rectis lineis in vinea plantanda ſervandis. De vindemia partienda & duabus vicibus abſolvenda. De optimo prelo. De vino in Helvetia Bernenſi exhalando parato, quod *Tinto* ſimile fuerit, & de vinis moſchatellinis, pariter ab auctore paratis.

P. IV. Experimenta de ſucceſſu præcocis ſementis, & de utilitate Trifolii, quod vocatur belgicum. M. MARCANDIER defendit ſua de cannabi prolata.

Sammlung Streliziſcher wöchentlicher Abhandlungen Neubrandenburg 1766. 4°. Multa ad rem œconomicam.

§. MDCCCLXXV. *Gotting. Soc.*

In *Gottingenſi Societate* præmium in conſtantis coloris flavi inventum propoſitum recenſetur in novis publicis. Luteola Rothomagenſis bona, optima Provincialis: facilis eſt cultu. Ut coccorum Avenionenſium color conſtantior fiat. Ex Sumach bonus color flavus. Nullos vere conſtantes colores in tinctura dari.

§. MDCCCLXXVI. *Alia Diaria.*

In *Journal de Médecine* T. XXIV. Cl. SULZERI modus, raſis decorticatis radicibus Dauci ſanandi cancri.

D. LOTTINGER induratum hepar ſanavit ſucco Cicutæ.

D. BOUCHER pueros Belladonnæ baccis venenatos ſanavit emeticis motoque vomitu.

Le MOYNE impoſita Cicuta & Solano ſanavit ulcera mammarum.

In T. XXV. D. ANTOINE deſcribit Cevadillam, Antherico adfinem.

Muſæum ruſticum anni 1766. De cultu dipſaci. Fuſe de Pimpinella, quam varia animalia aut ament, aut averſentur. Cultus Pinus Scoticæ & Americanæ. Icones duarum cauloraparum, quarum quæ eſt caule tuberoſo, valde laudatur ad alenda pecora. Salicem ſuadent colere, parum definitam. De gramine *Birdgraß*. Catalogus plantarum agricolis inviſarum. Populi Inſubricæ laudes. De trifolii lupulini & fragiferi cultu. Gramen aſperum pro pabulo. Lini exquiſiti cultus &c.

Obſervations on ſome papers in the Muſæum ruſticum Lond. 1766. 8°.

In CALOJERÆ collectione *nuovi opuſculi ſcientifichi* Tom. XIV. anno 1766. continetur etiam *Antonii* TURRA Farſetia, & *Giuſeppe* BALDASSARI *Oſſervazioni fatte a Prato &c.*

§. MDCCCLXXVII. *J. C. E. Springer.*

J. Chriſtoph Erich SPRINGER'S *Phyſicaliſch-practiſche und dogmatiſche Abhandlung vom deutſchen Getraydebau, oder von dem Bau des Waizens, Dinkels oder Spelz, Rocken, Gerſte, Haber und Buchweizen* Gotting. 1767. 8°.*. Pro minus eruditis, agrum, fimum, cerealia conſueta, arationem, opera ruſtica docet. Neque ſeminatricem ciſtam admittit, neque areolas TULLIANAS, ſimplex & nihil quærens reconditi. Avenam minimum continere olei, deinde Hordeum, reliqua Cerealia plus. Particularum animalia nutrientium plus eſſe in Tritico & Spelta. Non neceſſe videri in terram profunde ſemina deponere, cum præterea granum vix germinet, quod profundius demerſum fuerit. Notæ cujusque Cerealium, terræ natura, ruſtica opera.

EJUSDEM

EJUSDEM *Betrachtungen, ob das flache Pflügen nicht nur in allen deutſchen, ſondern auch in fremden Provinzen mit Nutzen einzuführen ſeye* anno 1768. 8°.

EJUSDEM *Abhandlung von dem deutſchen Weinbau, mit einer Betrachtung vom Nutzen des Weinbaues und der Nothwendigkeit des Luxus* Lemgo 1769. 8°.* Primum cauſam orat vitium, earumque cultum commendat, ob neceſſitatem ejus potus, & in viribus reſtaurandis vim. Sequitur deſcriptio plantæ, & cultus, qualis in Franconia in uſu eſt. Mireris ſucci adſcenſui ab auctore noctem dicari. Oleo plus quam ſale egere vult. Verum certum eſt vini optima genera in macilentis vineis provenire, & fimi ubertate corrumpi. Quemque florem intra 24. horas deflorere. Albas uvas magis ſerotinas eſſe, & ſpiritu minus abundare: in Germania optimæ notæ vinum obtineri, nihilo deterius Burgundico. Labores vinearum. Vilia rerum in Franconia pretia. Vetat folia detrahi, qui tamen in multo calidiori Helvetia ubique receptus labor eſt. Morbi vitium.

J. F. ENDERLIN *Die Natur und Eigenſchaft des Holzes und ſeines Bodens, nebſt ſeiner Nahrung und Urſachen ſeines Wachsthumes &c.* Baſel 1767. 8°.*. HAMBERGERI diſcipulus, cujus etiam adhæſionis principium defendit. Ligni fabrica & anatome. Lignum frigore egere, ut ex herbacea natura in ligneam convaleſcat. Incrementum fieri novo ligno, novoque cortice inter vetuſtum corticem & antiquum lignum ſubnatis. Fibræ, quæ in ligno uberiores, fibrarum ſunt faſciculi. Medulla cellularis. Oeconomia incrementi, a vi expanſili, & a poteſtate ſuctrice tubulorum capillarium. Succum nutritium per lignum adfluere. Experimenta aliqua in vulneratis ramis facta. Torus anularis inferior major: ſuccus ergo majori vi deſcendebat. Pauca aliqua de inſitionis generibus.

Oeconomiſche Bibliotheck der Verzeichniß der meiſten und beſten Bücher, welche in die œconomiſche &c. Wiſſenſchaften einſchlagen 1767. 8°.

JOHANN. W. *Oeconomiſch-practiſche Anleitung zum Flachsbau — ein Anhang vom Tabacksbau* Wien 1767. 8°.*. Commodum compendium cultus Lini, additis Helvetiorum & Saxonum artificiis. Labores in lino omnes deſcribit, tum in Nicotiana, cujus cultum non credit frumentis nocere.

Alia cum titulo exſtat ejusd. *Vollſtändige Anweiſung zum Tabacksbau, nebſt einem Anhang vom Pflanzen und Benutzen der Erdapfel und ſogenannten Grundbirnen — ſamt Nachricht vom Futterkraut Lucerne* Wien 1767. 8°.

Oeconomiſches Handbuch, worinnen die vornehmſten Vortheile in allen Theilen der Landwirthſchaft und Haushaltungskunſt beſchrieben werden Ulm 1767. 8°.

Der kluge Hausvater beym wirthſchaftlichen Geſchäfte der Aufbehaltung verſchiedener wirthſchaftlichen Producten Leipzig 1767. 8°.*. Ut arbores a frigore defendantur, detractis ante gelu foliis &c.

Carl Chriſtoph. OELHAFEN, vir patritius, idem qui Du HAMELII opus vernacula reddidit, edidit ab anno 1767. *Abbildung der wilden Bäume, Stauden, Staudengewächſe* Nürnberg 4°.* cum figg. pictis. Hactenus vidi pini tres vulgares in Germania ſpecies, tunc laricem, cum accuratis iconibus; characteribus, cultu. Pinum vidit dioicam.

Mauritii Antonii CAPPELER *Hiſtoria Pilati montis in pago Lucernenſi ſiti* Baſil. 1767. 4°.*. Optimus ſenex etiam plantarum Montis Pilati catalogum dat, quas inter aliquæ ſunt perraræ. In *Cryſtallographia* habet Sacchari Cryſtallos.

J. Julii WALBAUM, olim auditoris noſtri, *Index pharmacopolii completi, cum Calendario pharmaceutico* Lipſ. 1767. fol.*. Nomina medicamentorum ſimplicium ſecundum claſſes, cum characteribus, locis natalibus, aliisque memorabilibus. Deinde anni tempora, quibus quamque plantam legere oportet, artificia, quibus ſervare.

EJUSDEM Tomus II. 1769. fol.*. Potiſſimum de præparatione plantarum, quæ locum habet in officinis. Paſſim bona monita. Tiliæ flores nihil addunt virium aquæ ſtillatitiæ, niſi prius in ſpiritu vini maceraveris. In ſiccis capitibus papaveris nihil eſt virium.

Georgii TARTREAUX *Epiſtola apologetica Balthaſaris Ludovici* TRALLES *adverſus Antonium de* HAEN, *in cauſa de Cicutæ uſu* Vienn. 1767. 8°.*. Non ſemper utique Cicutam ſpei reſpondere, ſanaſſe tamen apertum in collo cancrum: ulcus pulmonum: herpetem leproſum: ulcera maligna &c.

C. H. WILKEN'S *Abſchaffung der Koppelhut oder gemeinſchaftlichen Nuzung der Grundſtücke, nach den neueſten Vorſchlägen geprüft* Leipzig 1767. 8°.

EJUSDEM *Kurze und vollſtändige practiſche Anweiſung zum deutſchen Landweſen* Hamburg 1767. 8°.

Martin. Nicol. BAUMANN *Abhandlung zur Verbeſſerung der Niederöſterreichiſchen Wirthſchaft* Wien 1767. 8°. Labores imperatos (Fronen) omnem agriculturæ perfectionem impedire.

Joſeph Matthias KOCH *Abhandlung bewährter Verſuche mit vegetabiliſchen Hülfsmitteln auf die vornehmſten Gegenſtände der Haus- und Landwirthſchaft angewendet* Wien 1767. 8°. Salem pro lætamine laudat.

C. H. KEIL *Lexicon medico-phyſicum botanico-technicum verſum* a J. A. S. & auctum Amſterdam 1767. 8°.

J. P. DOEH-

J. P. DOEHLER'S *Abhandlung von der Landwirthſchaft und deren Zuſammenhang zum Gebrauche academiſcher Vorleſungen* Jena 1767. 8°.

J. Henrich Ludwig BERGIUS *Policey- und Cameral-Magazin* Frankf. 1767. ſeqq. ad 1770.

L. SCHMAHLING *Ruhe auf dem Lande* 1767. 8°. Deſcriptiones florum, potiſſimum etiam de tunicis. De organis plantarum genitalibus. BUFFONUM ſequitur, Aeſthetice florum &c.

Vollſtändige Anleitung, wie die Reben zu pflanzen, zu erziehen und zu warten, aus MILLERN, Bern 1767. 8°. & Gallice *Traité complet ſur la maniére de planter &c.* Yverdon 1768. 8°. 2.Vol.*. De cultu vitium circa *Chianti* Hetruriæ in mera rupe. De vino Campano. De Burgundo, hæc a D'ARNOULD. De vino Provinciæ Gallicæ, non bene. De vino Aurelianenſi, quod D'ARNOULD quidem laudat, ut tamen fateatur, male deteriores uvas coli: uvas etiam juſto diutius in vanno relinqui. Ut hæc vitia corrigantur. De uvarum cultu in Bernenſium agro Vaudenſi; puriſſimum vinum ibi haberi. Contra vites planitiei. Ne muſtum cum arillis nimis diu maceretur. Bona conſilia varia.

Non ſeparabimus *Traité du plantage & de la culture des principales plantes potagéres recueillies du dict. de* MILLER Yverdon 1768. 8°.*. De fimo fuſe, ut ejus copia augeatur: avium hic fimus præſtat. Coriario pulvere melius, quam fimo, caldaria parari. Fuſe de Melonibus, potiſſimum Cantalupis. De Celleriak, apio radice tuberoſa. De Phaſeolis Mazaganenſibus. De rapis transplantandis.

Betrachtungen über die landwirthſchaftlichen Dinge im Herzogthum Würtemberg. 3. Stücke. 1767. 8°.

Kurzer Unterricht für den Churpfälziſchen Landmann, wie die Färberröthe mit Vortheil zu pflanzen und zuzurichten ſeye Manheim 1767. 8°.

Gedanken und Vorſchläge zur Stadt- und Land-Oeconomie, als ein Beytrag zu den Schleſiſchen œconomiſchen Sammlungen Breslau 1767. 8°.

Gemeinnütziger Vorrath auserleſene Aufſätze Leipzig 1767. 1768. 8°. Ex medicina, œconomicis, hiſtoria naturali, artibus: auctor Cl. KRUNIZ.

Hinlängliche Anleitung zur Seidenzucht, und Anweiſung, mit was für einem Nutzen dieſes Geſchäft betrieben werden könne Ulm 1767. 8°.

Lackiermeiſter, oder genaue Anweiſung, wie die Lacke, und die Sachen, ſo lackirt werden ſollen, zubereitet werden; auch die Kunſt, aus Wachs und Gips allerley Sachen zu verfertigen Leipzig 1767. 8°. Conf. p. 569.

Der

Der verbeſſerte œconomiſche Tauſendkünſtler, oder œconomiſches Handbuch Ulm 1767. Habet ſegetes, ſylvas, potiſſimum etiam vites, & breviter olera. Practicus auctor.

§. MDCCCLXXVIII. *Diſp. varia.*

Pauli Dieterich GISEKE *Syſtemata plantarum recentiora inſtar ſpeciminis ad* J. H. FURSTENAU *deſiderata materiæ medicæ* Gotting. 1767. 4°.*. Compendium hiſtoriæ botanices. LINNÆI laudes, ſectatores & adverſarii. Aliquæ in eum animadverſiones. Alii ex ordine ſyſtematum nuperi auctores.

J. Gottfrid Auguſt FABER *de potu Coffeæ* Rinteln 1767. 4°. *. Hiſtoria medica & botanica arboris & baccæ.

J. Michael SCHOSULAN *de vinis* Wien 1767. 8°.*. Aliqua vina accuratius deſcribit, ut Hungarica nobiliora *vom Zuckerberge*, quorum iterum præcipuum eſt, quod ex uvis ſemipaſſis exprimitur. Valtellinæ vinum aromaticum laudat, ſed Italiæ tribuit, quod ſit Rhætorum, & intra alpes naſcatur. Inter Italica Veſuvianum præfert, inter Germanica Rhenanum, etiam valde deterius Franconicum.

Alexander Jacob DUTEL Argentor. 1767. 4°.* experimenta cum hac parte principe plantarum facta, potiſſimum in Gummi arabico, deinde in aliis adfinibus ſuccis.

Georg Chriſtian ROEGNER *De principiis naturalibus corticis peruviani* Erfurt. 1767. 4°.*. Per experimenta. In polline corticis particulas micantes reperiri, quæ neque gummi ſint, neque reſina. Spiritum vini vim omnem extrahere, & inutilem pollinem relinquere. Sed perinde etiam aqua omnem vim rapit, A reſina eſt, quod ater color cum vitriolo naſcatur. Vis antiſeptica eſt in parte reſinoſa.

Carolus Maria Victorius ANSELMI edidit *Meletemata phyſico-medica* Turin 1767. 8°.*. De morbis cerealium. Uſtilaginem eſſe a nimia copia ſucci fecundantis. Pulvis uſtilaginis flammam capit. Cerealium præcipuorum deſcriptio. Bromus ſecalinus ingratum dat panem, neque tamen noxium.

C. L. GRAETER *De venenis in genere Duisburg* 1767. 4°.

§. MDCCCLXXIX. *Diaria Germanica.*

In *Nov. Act. Acad. Nat. Cur.* T. III. anno 1767. edito.

J. Caſpar SULZER Vires ſalutiferas Cicutæ confirmat, per experimenta innoxiæ. Quæ de radice raſa Dauci invenerit.

Mém. de la Soc. Oeconomique de Berne 1767. potiſſimum de pretio conſtante frumenti. BILLINGII cultus Dauci. ROQUE de Pimpinella.

§. MDCCCLXXX. *Diaria nova.*

In *Abhandlungen der freyen œconomiſchen Geſellſchaft zu Petersburg* Riga 1767. 8°.* J. G. LEHMAN ſumtuoſa nimis transplantatione frume iti octogecuplam meſſem obtinuit. Ejus conſilia de ſerendis ſylvis: laudaverat cultum Aſpalathi. De ſtatu œconomiæ ruſticæ in imperio.

Stralſundiſches Magazin, oder Sammlung auserleſener Neuigkeiten zur Aufnahme der Naturlehre, Arzneywiſſenſchaft und Haushaltungskunſt Stralſund 1767. 8°.* In parte prima vix quidquam habet argumenti botanici.

Wieneriſche Nachrichten und Abhandlungen aus dem Oeconomie- und Cammer-Weſen Wien T. I. 1767. 8°.* T. II. 1768.* T. III. 1769.* Anni 1767. P. II. pleraque ex aliis habet, etiam Helveticis, ut de communibus paſcuis: de pratis & gramine. USTERI de ſepibus. De effodiendis paludibus. HADELICH de telis bombycinis ex planta Germanica textis. ALBERT fullonia: effectus *des Walkens* in contexendo pileo ex filis lanæ. Dublinenſes de lino. HASTFER de ovibus. MANDERSTROEM de nitri depuratione. MACQUER de ſerico nigro tingendo. SCHREBER de filo turcici æquali ſerico tingendo colore Kermeſino. Non citati fontes in tr. de cultu rubiæ. Utilis libellus *Henrici* HAGEN de ceſpite paluſtri uſtili Torf, qualis in Boruſſia foditur: & fere ex muſco conpingitur, & de deteriori altero, qui aquam ſalſam admiſit, ad ignem ſpiritum acidum fundit. Analyſis: aqua empyreumatica, oleum corii Ruſſici odore, cum ſpiritu nitri incaleſcens. Credas ex Gallico verſum, ſcribit enim *Gefäſſe* pro navibus p. 405. De dealbandis telis lineis absque irroratione: id difficulter ſuccedere. De medicæ cultu. De cauſa clavi ſecalini, de avertenda uſtilagine. De ſemine & fabrica Coronæ ſolis. De delendis erucis: avertendis ab olere inſectis, horreis emendandis; bombycum cura & mororum cultu. De ſeminario plantarum ſylvaticarum. Anno 1768. alia paſſim intercedunt: multa eorum pertinent ad agri cultum, ad arbores utiles, ad pratorum irrigationem, ceſpitis bituminoſi effoſſionem, olera aliaque, botanici argumenti: aliqua etiam ab aliis gentibus mutuo ſumta.

Der Zuſchauer in der Wirthſchaft des Regenten und des Volkes Baſel 1767. 8°.*. De elementis plantarum, de fimo, eoque augendo: de utilitate calcis: de ſeminatoris incommodis: de ſulcis profundis & levibus.

§. MDCCCLXXXI. *Galli.*

BARBEU du BOURG *Le botaniſte françois* Paris 1767. 8°. 2. Vol.*. Varii ſunt libelli, nova methodus botanica; nempe vocum technicarum interpretatio. Claſſes naturales pluſculæ. Conſilia ut plantæ ſiccentur & ſerventur. Catalogus plantarum, quas auctor in horto colit. VAILLANTII catalogus plantarum circa Pariſios naſcentium, adjectis nonnullis varietatibus. In Tom. II. plan-

plantarum Pariſinarum ſpecies, cum nominibus Gallicis, ad LINNÆI fere methodum. In Fungis nova aliqua.

ARCANGE le ROY, pharmacopola, auctor eſt libri *Eſſai ſur l'uſage & les effets de l'ecorce de Garou* Paris 1767. 12°.*. Thymelææ lini folio cortex non quidem veſicas trahit, aquam tamen admotus de cute educit. Inde variis in malis, potiſſimum ab humorum acrimonia natis, boni eventus.

Mémoire pour les Doyens & Docteurs Régens de la faculté de médecine Paris 1767. 4°.*. Non ad pharmacopolas *rhizotomorum* imperium pertinere, ſed ad medicos, qui ſoli plantas earumque vires habeant expertas.

Voyage d'un philoſophe, ou obſervations ſur les mœurs & les arts des peuples de l'Amérique, de l'Aſie & de l'Afrique Yverdon 1767. 12°.*. Exiguus libellus, bonæ frugis plenus, *Petri* POIVRE, in inſula BOURBON Miſſi Dominicus (Intendant), magni totius hiſtoriæ naturalis promotoris. Longa per itinera ſtatum potiſſimum agriculturæ in quaque regione voluit ſibi innoteſcere, ex quo ipſo de cujusque regni rebus judicat. Laudat caput B. ſpei, ubi omnis generis naturæ fructus colantur, etiam Medica & Onobrychis. Pro ſepibus arbores ventis objiciunt. De gramine ampliſſimo inſulæ Madagaſcar, in Inſula etiam Francica naſcente. In Coromandelia Baſellam coli, & inter olera edulia recipi. Fuſe de arbore Sego. De varia Oryza regni Cotſchintſchinæ, cujus aliquæ varietates in ſiccis proveniunt. De planta ibi culta *tſai*, viridi colore tingente. De admirabili in China agri cultu, ubi ne quidem prata tolerantur, non ſatis lucroſa.

PAYEN *Eſſai ſur les moulins à ſoie* Metz 1767. 4°.*. Aliqua etiam de moris: inſititias præfert; earum cultum docet. De Conferva, omnino articulata; non poſſe pro goſſypio uſui eſſe: ad chartam utique poſſe adhiberi.

Principes & obſervations œconomiques T. I. P. I. *Tableau œconomique* Amſterdam 1767. 8°.* Germanice *Allgemeine Gründe der œconomiſchen Wiſſenſchaften* Frankfurt 1770. 8°. Etſi de agricultura agit, non tamen ad rem botanicam pertinet, ſed potius ad leges & inſtituta, quæ faveant libertati.

Ita neque refutatio, quæ prodiit Amſtelodami 1767. 8°.* cum titulo *Obſervations ſur les articles grains & fermier de l'Encyclopédie.*

.... CLERC, olim Hetmanni Coſacorum medici, *Hiſtoire naturelle de l'homme conſtitué dans ſon état de maladie* Paris 1767. 8°. 2.Vol.*. Varii libelli. Baccis Rubi ſuperata cachexia. Oxycoccus poſt frigora edi poteſt. Quaſſiæ laudes. Summi apices abietis rubræ in aquam infuſi ad podagram, phthiſim.

In l. *Yu & Confucius* Soiſſons 1769. 4°. aliquæ plantæ utiliores Chinæ deſcribuntur, ut Litſchi, arbor ſebifera, arbor cerifera.

DEMANET *Nouvelle hiſtoire de l'Afrique Françoiſe* Paris 1767. 12°. Perpauca huc faciunt, de ſylvis arboris gummi ferentis. De aloë Calambach, quam cum aloë medica confundit; de ebeno ligno; de ficu Africana. Parvi momenti ſcriptor.

ETHIS de NOVEAN *ſur la queſtion s'il vaut mieux permettre à chaque poſſeſſeur de fermer ſa poſſeſſion, ou s'il convient mieux de la laiſſer ouverte* Beſançon 1767. 8°.*. Præſtare ſepire agrum, cum multæ plantæ utiles non poſſint niſi in clauſo agro coli.

VAUDERY *Nouveau mèmoire ſur l'agriculture* Paris 1767. 12°.

MUSTEL *Mémoire ſur les pommes de terre* Rouen 1767. 8°.*. Cultum plantæ bene deſcribit, ut in Anglia & in Germania exercetur; lucrum laudat, panis deſcribitur, qui ex ea radice paratur.

In *Catalogue ſyſtematique des curioſités de la nature & de l'art, qui compoſent le cabinet de* Mr. DAVILA Paris 1767. 8°., plantæ aliquæ recenſentur.

Le jardinier portatif, ou principes de la culture des jardins Liege 1767. 12°.

Catalogue des arbres & fruits, les plus excellens & les plus eſtimés, qui ſe cultivent dans les pepinieres des Châteaux de Paris, avec la deſcription des arbres & des fruits Paris 1767. 8°. Subindæ novæ editiones ſuccedunt.

Le bon jardinier, Almanach contenant une idée generale des quatre ſortes de jardins. Quotannis novus prodiit, Paris anni 1767. 1768. 1769. 1770. 1771. 4°.

Cuiſine & office de ſanté propre à ceux qui vivent avec œconomie & veulent allier le bon gout à la ſimplicité des mets Paris 1767. 12°.

La Cuiſiniere bourgeoiſe Paris 1767. 12°.

Dictionaire portatif de cuiſine, d'office & de déſtillation Paris 1767. 12°. 2.Vol.

Le grand vocabulaire François Paris 1767. 4°. & ſeqq. Plantarum etiam aliqua memoria & deſcriptiones non optimæ.

§. MDCCCLXXXII. *Diaria.*

Journal œconomique 1767. Cultus Zingiberis. Maximus proventus in agro ex miſcela fimi equini cum bubulo natus. Spiritus ex prunis hungaricus.

Déliberations & mémoires de la Societé d'agriculture de la generalité de Rouen T. II. Rouen 1767. 8°.*. Linum ope dipſaci perfectius. DAMBOURNAI recen-

recentem rubiam meliorem dare colorem. TSCHIFFELI rubiæ cultum docet. Laudes Gallii Luſitanici tinctorii. Plantæ ſegetibus noxiæ.

In *Hiſt. Mém. de l'Acad. R. des Sciences* 1767. CADET de Soda; ex fuco non bonam obtineri. FOUGEROUX de fungo alteri fungo quaſi inſito.

§. MDCCCLXXXIII. *Arthur Young.*

Ruri vivit, lati fundi adminiſtrator. Primum edidit absque nomine addito, *The farmers letters to the peuple of England: the preſent ſtate of husbandry, the importance of timber and planting: occaſional tracts of husbandry and rural œconomy* London 1767. 8°. & auctius, uti dicitur, anno 1770. & 1771. vide p. 581.

EJUSDEM *A ſix weeks tour, through the ſouthern provinces of England and Wales* London 1769. 8°.*. Ubique agri conditionem, fructuum quos terra fert, genus & indolem; ſumtus impenſos; profectus agriculturæ, pabulares plantas nuper detectas; alia naturæ dona; vitia cultus; inſtrumenta meliora; arationem; ſeminatores & alia ad rem ruſticam facientia acuti judicii vir recenſuit.

EJUSDEM *A ſix months tour, through the North of England* Lond. 1770. 8°. 4.Vol.*. Multa continet facientia ad rem ruſticam, ut potiſſimum de fructuoſiſſimo Braſſicæ cultu, alendo pecori deſtinatæ, tum Dauci, & Medicæ: de nonnullis graminum ſpeciebus: de variis artificiis ſaginandi & curandi agri.

EJUSDEM vaſtum opus Londin. 1770. 4°. 2.Vol.* prodiit *A courſe of experimental agriculture.* Singulare ſed perutile inſtitutum. Varios agri colendi modos, varia ſerendi tempora, variam ſementis portionem experiendo exploravit, ut quid in quoque conſilio eſſet lucroſius, id demum conſtitueret. Experimenta parva quidem, ſed accuratiſſime, cum impenſis ſumtibus, in tabulas retulit; unde libri moles aucta eſt, cum noluerit latere lectorem, quibus argumentis quamque partem cultus agri vel laudaret vel diſſuaderet. Potiſſimum tamen ſcopus ei fuit comparare TULLII conſilia, & *ſeminatoris* uſum, & equi runcinantis, cum vulgari ſeminandi modo, quo ex manu grana ſparguntur, totus ergo ager conſeritur, nullis relictis intervallis, & malæ herbæ vulgaribus inſtrumentis evelluntur. In hoc volumine agit de tritico, hordeo, avena, fagopyro, piſis & fabis. Candore videtur eſſe ſummo, neque ex præconcepta opinione eventum ullum aut ornare, aut deprimere. Triticum ſeminatorem reſpuit, & vulgari aratro poteſt coli; cæterum impenſæ majores ſunt in hujus frumenti cultu, humidi anni periculoſi, inſtrumentum ipſum difficile & perpetuis obnoxium detrimentis. Et tritici & aliorum fere cerealium ſementim poſcit copioſiorem. Nihil profici ſeminum maceratione, niſi quod grana lætius proveniant. Fimi uſum plus præſtare, quam arationum numerum. In hordei cultu TULLIANA conſilia non valere: Sic neque ad avenam; iſtam ſaginato ſolo debere committi, non novali. Præſtare anguſtum agrum colere, ſed diligentiſſime, & cum plurimo vetuſto lætamine. Fagopyrum laudat; ſic piſa, ad mun-

dandum

dandum agrum idonea, ſed iſta minime TULLIANÆ equorum runcinationis patientia. Fabas denique maximo cum lucro TULLIANO more coli; & poſſe triticum atque fabas alterne absque requie in perpetuum ſeri.

T. II. Aliqua porro ad cultum piſorum lucroſum. Sic viciæ eo ſcopo ſatæ, ut pro fœno ſint. De rapis, pariter ad alenda pecora. Id vitii habere, quod verno tempore villicum deſtituant. Idem vitium eſſe Braſſicæ, magis alioquin lucroſæ. Laudes Dauci, cujus radices eo ipſo tempore pecus ſuſtentent, quo reliqua pabula nos deſtituunt. TULLIANUM aratrum vix in ullo genere cultæ plantæ utile eſſe. Trifolium vulgare rubrum perutile eſſe, ubicunque ſolum id fert. Trifolium album, puto trifoliaſtrum, minus eſſe commendabile. Aliud trifolium non definitum. Medicæ laudes & durabile fœnus. Tum Onobrychis, etſi paulo minus ubere eſt proventu. Pimpinella verno ovium paſcuo aptior. Agri nulla quies, ſed per quadriennium ſucceſſio aut raparum aut fabarum, deinde hordei, trifolii & tritici. Plurimum fimum utique requirit. Reliqua ad villici munera & officia, & æſtimationem lucri ex animalibus ſperandi potius pertinent, quam ad botanicen. Cæterum incomparabilis operis hoc maximum eſt vitium, quod paucorum annorum ſint experimenta.

Rural œconomy by the auctor of the farmers letters London 1770. 8°.*. Non adeo botanici eſt argumenti quam œconomici: quod nempe aratrum, quæ tempora arandi, quæ ſucceſſio ſegetum, quæ demum ſeges in quoque ſolo ſint fructuoſiora. Expertum ſe dicit, etiam per facta pericula agricolam. Valde laudat graminis copiam: & ſaginam boum pecorumque, & boves præ equis aratores. TULLIANAM ſeminationem ad fabas & radices aliquas reſtringit. Lætaminis copiam flagitat immenſam, calcem etiam & margam.

Appendicis loco acceſſit ILL. HIRZELII *Socrates Ruſticus* p. 546. cum nonnullis auctoris Angli adnotationibus. Laudat irrigationem Helveticam, & JACOBI PARVULI artificia ad multiplicandum lætamen excogitata, laborum tamen tarditatem accuſat.

EJUSDEM *The farmers guide* London 1770. 8°. 2.Vol.*. Liber ejusdem eſt generis, ordo alius. Finis idem, docere, ut quam maxima cura & maximo lucro quodque ſolum, & a nobili viro, & a pagano, coli poſſit. Nobilem agricolam vulgari cultu vix poſſe ſe ſuſtentare, cum plurimis incommodis laboret; poſſe tamen in ampliori prædio perniciem effugere, ſi novo & ſollicito cultu utatur; ſi nempe fimi ſibi comparet ubertatem, multumque pecus braſſica potiſſimum & medica alat; ſegetes enim multo minus putat eſſe lucroſas; pabula & gramina omni alteri proventui præfert. Multum ſperat commodi a deſertis & neglectis agris. In arenoſo ſolo Onobrychidem laudat, deinde rapa; ſecalis ſemel meminit. Valde accuratos ubique ponit calculos, enormia vero prædia colenda ſibi ſumit, ut 20000. lib. 2. ſterl. annuarum, quo in prædio 2000. vaccas ali vult.

EJUSDEM *The farmers letters* London 1771. 8°. 2.Vol.* quæ tertia eſt editio ad œconomiam publicam ubique ſpectat. Magno cum fructu vetuſta paſcua

ſcua aratro ſubigi. Aliqua de fimo admiſta terra pingui augendo. De colendis paſcuis humidis.

In Tomo II. potiſſimum oſtenditur, ut in paluſtri ſolo, exuſto ceſpite, invecta calce, ſatis rapis, deinde avena: in arenoſo ſolo invecta marga, ſata Onobrychide, proventus annui & pretium agri inmenſum augeantur.

EJUSDEM *Tour through the Eaſtern Provinces* London 1771. 8°. 4. Vol. Nondum vidi.

§. MDCCCLXXXIV. *Alii.*

J. BARROWS *New eſſay of the practice of phyſik* London 1767. 12°. De ſpecificis periculoſis, neque fiducia dignis, de meliori modo cicuta utendi. De curandis fiſtulis. Dat lac capræ Cicuta paſtæ. Idem forte Auctor, qui p. 387.

Thomæ PERCIVAL *Eſſays on the adſtringent and bitters &c.* London 1767. 8°.*. De cortice Peruviano; decoquendo multum de viribus medicatis perire, viresque integriores eſſe in cortice, aut in vino, in quo cortex maceratus fuit. De amaris; gentianam cum vitriolo non dare nigrum colorem, putredinem a carne etiam diutius arcere, quam a cortice ſperes &c. Experimenta aliqua ad opii vim ſcrutandam.

A collection of voyages diſcoveries and travels London 8°. 7. Vol. & Gallice vertente D. TARGE 12. Vol. 12°.*. Aliqua ad naturæ producta, ex antiquis ſcriptoribus collecta.

JOHN RUTTEN *Modern Eden or the gardeners univerſal guide* London 1767. 8°.

MAWE *every man his own gardener* London 1767. 8°.

The compleat farmer, or a general dictionary of husbandry in all its branches London 1767. fol. recuſ. 1768. adjecto calendario hortulani. Cultus hic omnium plantarum utilium traditur, inſtrumenta omnia. Plantæ etiam rariores, ut *Blakgraß.*

Select eſſays on husbandry Edimburg 1767. 8°. Compilatio ex muſæo ruſtico.

The compleat grazier or gentlemans and farmers directory London 1767. 8°.

D. DUCARE *Anglo Norman antiquities conſiderd in a tour through port of Normandy* London 1767. 8°. Agri etiam cultum ſpeculatus eſt.

§. MDCCCLXXXV. *Diaria.*

In *Philoſ. Tranſact.* anno 1767. ſ. Vol. LVII. CHANNING, pharmacopola, de mammithſa RAZEI, quæ videtur glaucii ſpecies eſſe. De Mamiran, Abſynthio arboreo; & de Tabashir. EHRETI Adrachne J. R. FORSTER hiſtoria Volgæ. Character ſalicorniæ, verbaſci odorati, plantæ novi generis, quam perfectam non vidit. De floribus Marſileæ natantis: alia.

Medical

Medical obſervations and inquiries by a ſociety of phyſicians in London T. III. London 1767. 8°.*. In præfatione de uva urſi & colchicum monetur, experientium ſpem fefelliſſe. Decoctum Mezeræi exoſtoſes ſanat. Cicutæ utilitas varia, in ſcrophulis, duriſque tumoribus. In cancro dolores minuit, neque nocet. Videri accedere ad vires opii. De belladonnæ vi medica.

§. MDCCCLXXXVI. *Itali.*

J. VIVENTIUS (VIVENZI) *de cicuta commentarium* edidit Neapoli 1767. 8°.*. Antiquitates virium cicutæ medicatarum. *Petrum* HISPANUM primum internum uſum commendaſſe. Experimenta Nolæ facta feliciter ceciderunt, etiam SERAO teſte; in pulmonum ulceribus, duritie viſcerum, menſibus reſidibus, menſibus deficientibus, ſtrumis etiam exulceratis.

Felicis FONTANA, Roboretani, Profeſſoris Piſani, viri eximii, *Oſſervazioni ſopra la ruggine del grano* Lucca 1767. 8°.*. Egregium opus, microſcopicis nixum contemplationibus. Plantulæ ſunt, quæ rubiginem faciunt, calyculata una, altera ovalis, petiolata utraque. Naſcuntur ſuo ex ſemine.

GIOVANNI LAPI *Metodo ſicuro di diſtruggere i ſucciamelli* (orobanchen) *con alcuni rifleſſioni d'agricultura* Firenze 1767. 8°. Deberi reſecari caules, ut ſolent aſparugi.

Delle vegliate appartenenti all' Oeconomia della villa Firenze 1767. Cultus Hedyſari *ſulla*, quod in Calabria ſatum in ſtipularum cineres quadraginta annos ęduret, alternasque cum tritico dat ſegetes.

Fra MITHRIDATO LAICO *della ſpezzaria eſame critico di un paragrafo della vita di* P. A. MATTHIOLO *raccolto dall Academico* ROZZO *di Siena* Napoli 1767. 8°. Vita MATTHIOLI a J. *Nicolao* BANDIERA ſcripta hic impugnatur ab anonymo: agitur de Manna, Rhabarbaro, Kermes &c.

D. *Miguel* BARNADES, Prof. primarii in horto Madritenſi, *Principios de botanica* Madrit. 1767. 4°.*. Aliqua botanices hiſtoria: deinde *terminorum technicorum* LINNÆI expoſitio.

Franciſcus Garcia FERNANDEZ, Medicus Toletanus. Ejus *nuovo diſcurſo de la generacion de las plantas inſectos hombres y animales* Madrit 1767. 4°.

In *Giornale di Medicina* Venez. 1767. 4°. *Joſephus Maria* LUPIERI plantas in M. *Summano* repertas recenſet; inter eas Buonarotiam, Horminum Pyrenaicum. BALDASSARI de plantis oræ maritimæ Piſanæ.

In *Commentariorum Academiæ Bononienſis* Tomo V. Bononiæ 1767. 4°.* edito, ejusque duobus voluminibus, præter CAJ. MONTI Ammanniam, & plantas a *Ferdinando* BASSI dictas, *Johannes* BRUNELLI integram præparationem Manihoc deſcribit, quam in Braſilia ipſe vidit, laudatque farinam, quæ ex eo

ſucco

ſucco ſubſidet: ſuccus radicis flavus venenatus eſt, vim malignam tamen per coctionem deponit.

§. MDCCCLXXXVII. *Sueci. Belgæ.*

In Tom. XXVIII. *K. Swensk. Wetenskaps Acad. Handlingar* BENEDICTUS BERGIUS laudat raphanos Corinthios, ſupra terram tuberoſos.

IDEM in ſermone ſuo Stokholm 1769. 8°.* excuſo dixit *Om Swenſka ängſkötſeln och des främjande genom lönande grasſlag.* Commendat gramina artificialia, inter ea trifolium ſtellatum (faronche), medicam falcatam; phleum *Timothygraß;* avenam *fromental*, alia gramina.

Andreas MODEER de œconomica hiſtoria parochiæ *Kolſtorp & Waxtorp.* Plantas etiam ſpontaneas & arbores hactenus recenſet.

Däniſches Journal Hafn. 1767. 8°.* ſeqq. varia etiam habet judicia ad rem botanicam facientia. In MULLERUM.

Jacob van der HAAR *Verhandeling over de natuur der klier knoeſt en kanker gezwellen, warin H.* STOERKS *Verhandeling van de Cicuta ter toetze gebragt word* Amſterdam 1767. 8°.*. Chirurgus Sylvæducanus, acriter primum STOERKII opuſculum exagitat, ejus adnotationes ſingulatim demonſtrat, non demonſtrare vel ſcirrhum, vel cancrum, unquam ſatis certo a STOERKIO fuiſſe ſanatum. Alia mala, & ſcrophuloſa ulcera eſſe, & pro cancris habita, quæ ſanaverit: mitiores indurationes, levia ulcera absque Cicuta ſanari. Sibi etſi ſubinde ſpem dediſſet boni eventus, tamen nunquam veram ſanationem a Cicuta obtigiſſe, neque aut CAMPERO, aut SCHWENKIO, cum tamen *extractum* Vindobona eſſet accerſitum; ſed neque extracto ſolani ſe quidquam profeciſſe. IDEM p. 555.

In *David* de GESSCHER *Proeve over de voornaamſte langduurige gezwellen* Amſterdam 1767. 8°.* De Cicuta teſtimonia habentur, in duritie ſolubili, a ſcirrho diverſa, valere, non in vero ſcirrho, neque in cancro, ita neque belladonnam.

J. N. WILSE *Fulſtändig beſkrifning af Stapelſtaden Fridericia* Coppenhagen 1767. 8°. Plantarum copioſum dat catalogum, cum locis natalibus, tum arborum. De agri cultu agit & productis regionis, quorum primum locum Nicotiana tenet.

Georg. Caſpar. BLOCH *De palma* φοινικολογιας *ſacræ tentamen* Hafniæ 1767. 8°.

§. MDCCCLXXXVIII. *Germani.*

CHRISTLIEB *Sicherſte Vortheile bey dem Acker- Wieſen- Garten- und Weinbau, nebſt practiſchen Vorſchlägen, dem Holzmangel zu ſteuren* Ulm 1768. 8°.

Der wohlerfahrne Küchen- und Kräuter- Gärtner, oder deutlicher Unterricht vom Säen, Pflanzen, Erzeugung und Nutzung der Wurzeln, Erdfrüchte und Kräuter Liſſa 1769. (1768. verius) 8°.*.

Samuel

Samuel Gottlieb GMELIN (*Phil. Friderici* F.) Profeſſor Petropolitanus, dedit Petropoli 1768. *hiſtoriam fucorum* 4°.*. Inſigne opus, quo ſingulæ hujus generis plantæ deſcribuntur & depinguntur. Nullum florem in Fucis admittit, ſtamina nulla, verum aliqua utique ſemina. Analyſes Chemicæ. Novem ordines inferiores. Baillouviana & Gaertnera ad Fucos pertinent, tum Tremellæ DILL. & Ulvæ.

In *nov. Acad. Petrop.* T. XII. deſcribit plantas rariores, Lunarias foliis compoſitis, quarum eas, quæ ſegmentis ſunt lanceolatis, ſeparat a vulgari. Claſſicas vires plantarum recenſet & tuetur.

Franc. Hermann Heinrich LUEDER in *Hannöveriſchen Anzeigen* ediderat litteras, quas collegit & edidit, cum titulo *Briefe über die Beſtellung eines Küchengartens in Nieder-Sachſen, beſonders zwiſchen Hannover, Hameln und Eimbeck* Hannover 1768. 8°.*. Veteres utiliter legit, & cum praxi conjunxit. Rariter ſerendum, ut radices ſe poſſint explicare. Ut braſſica per frigus & defoſſionem tardata coerceatur, ne in capita conglobetur. In ſemina plantam braſſicæ properare, quando folia rotundiora fiunt. Contra pericula ab herbis inutilibus: a fimo potiſſimum recente impendentia, qui poſt putredinem demum, eamque ſatis longe profectam, debeat in hortum inferri. Sonchi & Cirſii Sonchi folio incommoda, ob ſemina late ſe propagantia. Evulſas radices graminis canini optimum dare lætamen. Terram autumno fodiendam, ut ab hiemis frigore mobilis reddatur. *Schnittkohl* Caulorapi eſſe genus, cujus tuber ſub terra ſit, neque de terra prodeat, ob nimis denſam ſementim. Spinachiam Anglicam eſſe Acetoſæ ſapore. Demum ab anno 1740. uſum ſolani tuberoſi invaluiſſe; non ex ejus tubere novum tuber naſci, ſed ex germine: varietates hujus ſolani. Se non reperire plantam *Steckrübe* deſcriptam fuiſſe. Inſtrumentum hortenſe. Bonus auctor & practicus.

Chriſtian Polycarp ERXLEBEN *Anfangsgründe der Naturgeſchichte* Gotha 1768. 8°.*. Anatome aliqua plantarum: partium figuræ Linnæanæ. Bibliotheca botanica, Methodi: OEDERI claſſes, earumque definitiones. Plantæ aliquæ, in ordinem nondum redactæ.

EJUSDEM *Einleitung in die Vieh-Arzney* Götting. 1769. 8°.*. Plantarum cenſus, quæ veterinis proſunt.

J. Chriſtoph KAYSERS, agricolæ, *Nachrichten vom brandigten Waizen* Bernburg 1768. 8°.*. Oriri uſtilaginem, quando plantæ cereales nimis profunde radicatæ maligniorem terram adtigerunt; quare ſulcos non ducendos profundos.

J. Peter EBERHARD, Profeſſoris Halenſis, *Verſuch eines neuentdeckten Entwurfes der Thiergeſchichte* Hall. 1768. 8°.*. Spongiam Zoophytum facit, ob motum oſcillatorium, ex contractione & dilatatione compoſitum.

Georg. Frid. DINGLINGER, *die beſte Art Korn-Magazine und Frucht-Böden anzulegen, auf welche das Getreide weder vom weiſſen noch vom ſchwarzen Wurm ange-*

angegriffen werden kann Hanover 1768. 4°.*. Utcunque huc facit ſcriptum, quo Auctor præmium meruit.

J. Georg DARIES, viri illuſtris, adfinis mei, *erſte Gründe der Cameral-Wiſſenſchaften* Leipzig 1768. 8°.

J. Henrich PRATJE *Landwirthſchaftserfahrungen zum beſten des Landmanns* Altona 1768. 8°.* Diarii deſtinati tria prodierunt trimeſtria, plerumque ad rem ruſticam & herbariam pertinentia. De ſementi. Semen requirit ut purum ſit, bene maturum, non natum in agro ubertim ſtercorato, non ſiccatum in acervo, ſed tenuiter ſparſum, frequenter agitatum; & pene vellet manu ſelectum. Impregnationem rejicit. Triticum vetuſtum ſatum bene provenire. Salem culinarium ad occidenda inſecta laudat, quibus uſtilaginem tribuit. Mature ſerere jubet; eo maturius, quo terra frigidior eſt, ſicca tempeſtate, non mane, non tamen nocere ſupervenientem pluviam. Lini cultus; ſemen ſit trimulum. Ut *molliatur*, in tepida; ut ſapone dealbetur. Hiemem tolerare. Prata, ut deſtruantur noxiæ herbæ: a falſis paſcuis; præſtantia pecoris Bremenſis ducatus. Salis magna utilitas. Fagopyrum ſolum panem non dat, etſi albam dat farinam: Quercus ad materiem deſtinatam debere ex ſemine educari, ad ornamenta poſſe transplantari: interponi quercetis novellis carpinos. Cultus quercus; arborum morbi, hos inter ſtolones, viſcum, ramuli de ramis aberrantes. Monita aliqua D. GEORGES: contra ſolitarium ramum, qui in ſalicibus decapitatis ſolet ſervari. De Solani tuberoſi cultu. Diſſecat quas plantat radices. Pro matura ſementi tritici. Fimus varius; ſatis probat ſuillum. Sicera. De frumento Ægyptio: quod 528 plam ſementim reddidit. Amurcæ de preſſo oleo lini ſuperſtitis utilitas. Trifolium debere ſuper terram ſeri, & aratro tegi. Trifolii major utilitas. Optime provenit in terra pingui, & multum fimum poſcit: calefacit tamen pecus, ut etiam ſpiritus æſtum prodat. Fimi copia ut augeatur. Secale optimum noncuplam ſementim reddere. De napi utilitate. Ex ſalicibus quæſtus, ſed ſpecies vix adgnoſcas. Earum cultus & uſus. Sic napi. Triticum Ægyptium non reſpondere, etiam ob multa ſemina parum matura. Trifolium pecori non nocere cum ſtramine datum; noxam poſſe ab inſectis eſſe. Ad plantationem arborum conſilia. De tritico verno & ſecali verno, & verno hordeo. De ſepibus ex Oxyacantha implexis, fuſe. Ut ericeta ad ferendum triticum igne purgentur. Hippocaſtani utilitas, ad paſcenda pecora, quæ ſaginat. Ut inculta colantur. Poſſe ſeptem avenæ meſſes ſperari, unica quamque cum aratione. De arando. Accurate de ceſpite bituminoſo, ejusque immenſis varietatibus; deque iis regionibus in agros & prata convertendis, quæ hoc ceſpite teguntur.

Joſeph BUTSCHALS *Verſuch über die Abſichten der Landes-Regierung bey Leitung der Landwirthſchaft* Prag 1768. 4°.

G. RAMMELT's, hortulani, *vermiſchte œconomiſche Abhandlungen, zum beſten der Landwirthſchaft und Gärtnerey* Hall. 1768. 8°. De cultu ſalicis, braſſicæ &c. Laudari video.

Henr.

Henr. Aug. FISCHER *Zuverläſſige Mittel, wodurch der mittlere und kleinere Landmann beym Ackerbau und bey der Viehzucht ſeinen Nahrungsſtand verbeſſern kann* Budiſſin 1768. 8°. Ut colenda arenoſa, non quidem cerealibus. In terra mobili laudat Mayz: ut oleum juglandum depuretur; alia agriculturæ compendia.

EJUSDEM *Zuverläßiger Unterricht in der Landwirthſchaft* Budiſſin 1768. 8°. Varia utilia colere ſuadet. Idem ſcriptor qui p. 534.

§. MDCCCLXXXIX. *Anonymi.*

Gothaiſcher Hof-Calender zum Nutzen und Vergnügen Gotha 1768.

Fränkiſcher Haus- und Wirthſchafts-Calender Anſpach 1769. dirigente ni fallor Cl. HIRSCHING.

Neuverbeſſertes Diſpenſatorium, in welchem alles, was zur Apotheckerkunſt gehöret, nach der Londner und Edinburger Pharmacopæa mit practiſchen Wahrnehmungen vorgetragen wird Hamburg 1768. 8°.

Vertraute Briefe über den Caffee aus Korn und andern inländiſchen Gewächſen Leipzig 1768. 8°.*. Enormes ſumtus in Coffeam impenſos vellet evitare; ſed miram ſuadet miſcelam cum allio & amygdalis amaris.

Vollſtändige Entdeckung des geheim gehaltenen Cattun- oder Indiänen-Drucks und der Sächſiſchen Schönfärberey auf Seide und Wolle Carlsruh 1768. 8°.

Neues Färberbuch, oder Unterricht, Wolle, Seide und Leinwand zu färben, aus dem Däniſchen überſetzt Coppenhagen 1768. 8°.*: Pleraque ex HELLOTO. Colorem elegantiorem Rubiæ eſſe a ſale volatili alcalino, & eo diſſipato perire. Oleum vitrioli omnium uberrime tingentem materiam ex indico educere. Luteolam ad flavum colorem eſſe præſtantiſſimam.

Wieneriſches Kochbuch, wie man verſchiedene Speiſen von Wildpret, Fleiſch, Geflügel, Fiſch und Garten-Gewächſen zurichten könne Bernburg 1768. 8°.

§. MDCCCXC. *Diſputationes.*

Ignat. Franc. HOTTINGER *Selectus medicamentorum lithontripticorum ſimplicium* Wien 1768. 8°.*. Etiam plantæ.

Caſimir Chriſtoph KALTSCHMIDT *De Cicuta* Jen. 1768. 4°. exempla fruſtra adhibitæ.

J. Frider. MOLLER *De vera Peruviani corticis vi ſpecifica* Götting. 1768. 4°.

Chriſtoph Gottlieb HEYNE, Göttingenſis Profeſſor & Societatis noſtræ a ſecretis, vir eruditiſſimus anno 1768. & 1769. tria programmata edidit, fol.* *in quibus repetuntur origines panificii.* Non eſſe improbabile, gramina aliqua cultu perfecta in cerealia abiiſſe. Non videri fruges in auſtrali Sibiria, aut in Scythia,

thia, primum innotuiſſe (quæ in iis regionibus viſa ſunt per deſerta cerealia, antiquarum & derelictarum meſſium reliquiæ videntur). Circa Babylonem triticum primum & Hordeum innotuiſſe, etiam Mayz: in Græcia ſolum hordei uſum antiquitus notum fuiſſe; Secale Alpinis populis; Avenam eſſe ſeptentrionis. Aliqua de primæva præparatione frumenti, toſtione primum; inde dapes, puls ex hordeo toſto parata &c.

Frid. Gabr. SULZER *An in plantis ſal eſſentiale ammoniacum hæreat* Götting. 1768. 4°.*.

Phil. Adolph. BOEHMER & Reſp. Auct. *J. Friderici* ANDREÆ *De uſu ſalutari extracti aconiti in arthritide, obſervationibus comprobato* Hall. 1768. 4°.*. Tria habet exempla pulveris ex aconiti extracto parati, felici effectu adverſus arthritidem propinati. BOEHMERUM etiam & JUNCKERUM bono eventu cicutam exhibuiſſe.

J. Frid. GMELIN (*J. Georg.* Fil.) *De irritabilitate vegetabili in ſingulis plantarum partibus* Tubing. 1768. 4°.*. Per experimenta plurima nata bona diſſertatio. Vis irritabilis fere in ſtaminibus reſidet: tubæ perpetuo immobiles.

Gabr. Petr. SOLLE *Materies medica e regno vegetabili* Monſpel. 1768. 4°.*

Ludwig Carl LELYVELD *Obſervationes quædam de ſalibus lixiviis plantarum* Utrecht. 1768. 4°.*. Egregia diſſ. ſed chemici potius argumenti.

Henrici TÖNNING *Rariora Norwegiæ* præſide LINNÆO, Upſal. 1768. 4°.*. OEDERI Ranunculum non eſſe aconitifolium, ſed platanifolium. Catalogi plantarum, quibus Suecia deſtituitur, verarum alpinarum, marinarum, Islandicarum. Aliqua ad characterem GUNNERÆ.

In JOSEPHI NICOLAI LAURENT diſp. *de reptilibus* Wien 1768. 8°.* experimentorum cicuta factorum veritas confirmatur.

§. MDCCCXCI. *Diaria.*

Dritte Band der Wieneriſchen Nachrichten und Abhandlungen &c. Wien 1769. 8°.*. Jan. Febr. Præcipua pars horum menſium eſt calendarium, quo opera ruſtica ſuis temporibus recenſentur, valde numeroſa & minuta. Ovilia marga ſternenda. Infantum ipſorum labores hiemales. Stramineis faſciculis frangendus damnoſus undarum illapſus. Februario M. colendi horti. Aliqua de granorum conſervatione.

Wittenbergiſches Wochenblatt zur Aufnahme der Naturkunde und des œconomiſchen Gewerbes Wittenberg 1768. 4°. Laudant ob Cl. TITII inſerta opuſcula.

Berliniſche Sammlungen zur Beförderung der Arzneywiſſenſchaft, der Naturgeſchichte, der Haushaltungskunſt &c. Berlin 1768. 8°. De potu Secalino; de fungis depingendis, etiam cera exprimendis.

Der

Der Chur - Braunſchweig - Lüneburgiſchen Landwirthſchafts - Geſellſchafts Nachrichten von Verbeſſerung der Landwirthſchaft 2. Theil, cepit prodire Cell. 1768. 8°.*. In P. I. De Zeæ Speltæ) cultu. De Sibirico Fagopyro, cujus gratus ſit ſapor. De Siſymbrio aquatico Sibirico, vulgaris ſimili. Laudes Onobrychidis & raporum Marchicorum. Clavi ſecalini vis gallinis funeſta. Iterum aliqua ad Onobrychidem, ad Medicam. De colendo agro torfaceo & ericoſo. Avenam utilius quam trifolium pro pecore ſeri. De purgandis ſtipitibus ſolani tuberoſi.

§. MDCCCXCII. *Helveti.*

In *Gazette Litteraire*, quæ anno 1768. & 1769. Lauſannæ prodiit, aliqua huc faciunt. GASSELIN de rubro eximio tritico. Cultus Bulbocaſtani; de Carpini cultu lignorum optimi.

Mémoires & obſervations recueillies par la Societé œconomique de Berne 1768. *Nicolai Rudolphi* de TSCHARNER egregia diſſertatio de cura ſylvarum, ſatione Quercuum, cæſione abietum.

Alius auctor docet uſtilaginem oriri ex immaturo ſemine.

GERBER de inſigni ubertate Dauci late per agros ſati. De Sulla.

De utilitate miſtæ diverſi generis terræ, & gypſi etiam potiſſimum: hæc *J. Fridericus* MAJER, qui noſtræ Societatis œconomicæ præmium meruit.

Iſte vir, in Comitatu Hohenloh V. D. M. inclaruit potiſſimum per novum inventum, quo gypſi tuſi ope prata Trifolii ubertate donare docuit. Id inventum ulterius excoluit, & edidit anno 1769. 8°. Anſpaci *. *Die Lehre vom Gipſe, als vorzüglichen guten Dung zu allen Erdgewächſen.* Trifolium, ſed etiam piſa & vicias, eo lætamine juvari. In gypſo omnino ſalem alcalinum latere.

EJUSDEM *Catechiſmus des Feldbaues, worinn die Acker- und Wieſen-Baukunſt zum beſten des Landmannes faſslich vorgetragen iſt* Frankfurt 1769. 8°.*. 1770. 8°. Iterum plenius de gypſo, de marga quam laudat. Cultus Spergulæ, quem commendat.

EJUSDEM *Fortſetzung der Beyträge und Abhandlungen zur Aufnahme der Landwirthſchaft* Frankfurt 1770. 8°.

EJUSDEM *Vertheidigung des Gipſes, als einer vortreflichen Dungſorte*, Frankfurt 1771. 8°.*. Contra criſin Stutgardenſem: non indurari legumina a gypſi uſu, quo agri emendantur, non abortare pecora. Muſcos deſtruere. Uſtum gypſum nihilo melius eſſe crudo. Firmis experimentis, de utilitate ejus œconomica conſtare.

L. B. de TSCHUDI, nobilis Helvetus, *Traité des arbres coniféres & reſineux, extrait & traduit de* MILLER, *avec des notes, obſervations & experien-*

ces Metz 1768. 8°.*. De utraque abiete; de pini ſpeciebus. MILLERUM nimis parce arborum coniferarum ſemina ſpargere: e pinaſtri conis debere ſemina quantocyus eximi; laricis ſemina non profunde ſub terram dari. Per experimenta viri nobilis, ut ſemina coniferarum arborum ſerantur, transferantur. Larices evulſas facile itinera ferre.

§. MDCCCXCIII. *Galli.*

E. BEGUILLET (E.B.) *De principiis vegetationis & de cauſis triplicis culturæ in Burgundia* Dijon 1768. 8°.*. Ad hiſtoriam naturalem Burgundiæ, cujus triplex ſit ſolum. Planities frumentis fertilis: montana ſteriliora alternam poſcunt agri requiem.

EJUSDEM *Mémoire ſur les avantages de la mouture œconomique* Dijon 1769. 12°.*. Anatome grani frumenti, cutis, pilorum, germinis, in quo dulciſſima pars farinæ latet, denique farinæ. Germinis cutis cum dura ſit facile molam eludit; id ne fiat, Galli molares lapides radiatim ſulcarunt, eminentes vero lineas obtuſas fecerunt, & alia præſidia adhibuerunt, quibus factum eſt, ut ex eadem copia frumenti multo plus farinæ obtineatur.

IDEM, nomine omiſſo, ſcripſit & edidit Divione anno 1770. 8°.* *Oenologie, ou diſcours ſur la meilleure maniere de cultiver la vigne.* Princeps fere ſcopus eſt refutare BIDETUM. Antiquos ſcriptores noſter quidem legit, ipſe tamen vineam non videtur coluiſſe. Varietates aliquas meliorum uvarum nigrarum, etiam albarum, deſcribit. De cultu; præfert viviradices. De vindemia, quam Campani optime dividunt; aliqua de fermentatione, & de MAUPINO quædam.

EJUSDEM *Diſſertation ſur l'ergot ou bled cornu* Dijon 1771. 4°.*. Omnino acrimoniæ ſenſum guſtatum in ore relinquere: nocere, & morbum gangrænoſum facere. Eſſe a germine ob pluvias fecundato, hinc deſtructo, neque inſectorum eſſe opus. Abundare in agris humidis.

La nouvelle maiſon ruſtique, ou l'œconomie generale de tous les biens de la campagne Paris 1769. 4°. 2.Vol. Laudatur.

L'Albert moderne, ou nouveaux ſecrets eprouvés & licites Paris 1768. 12.

Le Dictionaire domeſtique portatif contenant les differentes branches d'agriculture Paris 1768. 12°. 5.Vol. Varia vana habere lego, ut de fungis.

BAUDEAU *Avis au peuple ſur ſon premiere beſoin* Paris 1768. 12°.* Ex auctoribus eſt libri *Ephemerides du citoyen.* Hic ad agriculturam ſuos cives hortatur, præter quam reliquæ artes ſteriles ſint. Frumentorum mercaturam debere liberrimam eſſe.

In altero libello agit de molis, quas, perinde ut M. BEGUILLET, ejusmodi malit eſſe, ut quam minimum de frumento pereat, & germina ſecundo adterantur.

Hiſtoire

Hiſtoire naturelle & politique de la Penſylvanie & de l'établiſſement des Quakers par P. M. D. S. Paris 1768. 12°. Auctor ex MITTELBERGERO & KALMIO fere ſua collegit. Plantas recenſet nominibus mire corruptis.

Theophilus FRENE *Mémoire qui a remporté le prix ſur la queſtion „ quels ſeroient les moyens les plus propres à tirer des Montagnes du M. Jura le parti le plus avantageux* Biel 1768. 8°.*. Ceſpitem male uri; ex pratis & paſcuis lucrum eſſe certius, quam ex agris. Prata ne degenerent ſubinde debere aratro everti. Catalogus plantarum ad pabula utilium, non accuratiſſimus.

N. Marquis de S. SIMON *les Jacinthes, de leur Anatomie, reproduction & culture* Amſterdam 1768. 4°.*. Valde ſibi vir nobilis Harlemi placuit, in hortis Hyacinthis conſitis, quos putat non alibi æque pulchros reperiri. Anatome plantæ & potiſſimum bulbi. Radiculas cylindricas non alere, & potius ſuccum exhalare: pulchros abſque his fibris flores dari. In bulbo florem conſpici. Mediam partem bulbi ſuccum nutritium trahere. Ut nuclei in novos bulbos increſcant & adjuventur. Evolutio ſeminis, anatome floris. Tuba favo ſimilis, cujus foramina cum aliqua cupidine ſe ſeminali auræ aperiant. Succum fecundantem viſcidum in antherarum corpuſculis habitare, quem etiam in ovario, inque ipſis ovis reperias; fecundantes particulas ex terra in bulbum ſuſcipi, in antheram venire. Flos eſt nucleorum aliquis evolutus. Vitæ ſedes eſt in baſi fili ex flore ad antheram euntis. Colorum varietates ab inſectis eſſe. Terræ Hyacinthis aptæ ſollicita deſcriptio. Catalogus Hyacinthorum Harlemenſium.

NATALIS JOSEPH de NECKER, Botanici El. Pal, *Deliciæ Gallo Belgicæ ſylveſtres, ſ. tractatus generalis plantarum Gallo-Belgicarum ſecundum principia* LINNÆI Argentorati 1768. 8°. 2. Vol.*. Pro ſexu plantarum. Fulcrorum generalium & ſpecialium dignitas. Claſſis character. tum genus, & ſpeciei brevis deſcriptio. Contra aquas plantarum medicatarum ſtillatitias. Nomina aliqua novat, Saponariam BOOTIAM dicit. Subinde de viribus plantarum. In aſthmate laudat hederam terreſtrem; in hypochondriis Fumariam. Ex Ananaſa filum robuſtum trahi. De Muſcis fuſe. Roſulas Muſcorum eſſe germina. Hypni nova ſpecies &c.

In T. II. Actorum Academiæ Theodoro Palatinæ IDEM CL. VIR refutavit LINNÆI ſemina muſcorum, roſulasque Mnii & Marchantiæ foliorum ceſpites eſſe oſtendit. Inde Catalogum dat plantarum, quas in Palatinatu reperit; ad eas paſſim deſcriptiones addidit; etiam icones, ſtirpesque novas per familias diſpoſitas, ſolis cum nominibus trivialibus Linnæanis.

EJUSDEM *Methodus Muſcorum per claſſes ordines genera & ſpecies* Manheim 1771. 8°.*. Iterum alio modo genera conſtituit. Phaſca, etſi operculo careant, ad Brya refert, Polytricha ſeparat. Fontinalem & Sphagnum cum Hypno conjungit. Plantas omnes enumerat, ſubinde etiam aliqua adnotat, critica etiam manu non abſtinet, eaque ſatis acri etiam de non viſis ſcriptorum plantis. Lichenes & Confervas Muſcis adnumerat, Byſſos pulvereos accenſet Lichenibus. Icones paucæ, & nitidæ,

FOR-

FORMANOIR de PALTEAU *Obſervations & experiences ſur diverſes parties de l'agriculture* Lauſanne 1768. 8°.* Expertus agricola. De terris variis, potiſſimum Campana. Veteres vineas debere evelli, ſata ſuppleri Onobrychide. Fimus ut augeatur. Marga ne fallat. Profundos ſulcos aratra ducere jubet. Quartum annum dat quieti. De ſexu plantarum. De ſerenda ſylva. Nimis laborioſe de Quercuum ſatione.

Cl. NORMAND pretium reportavit Veſuntione, in hanc quæſtionem propoſitum *Quelles ſont les differentes eſpeces de graines, de plantes, de legumes dont la cultivation jusqu'ici inconnue ou negligée en Franche-Comté pourroit y être introduite avec ſucces* Beſançon 1768. 8°.*. Herbas noxias manu mavult evellere. Ut ſemen frumenti hiberni vere ſatum, tamen reſpondeat. Laudat triticum ariſtatum. Contra miſcelam tritici cum ſecali. Pro avena Hungarica; pro trifolio Pedemontano, Onobrychide, Triglochine, rapis Leonenſibus. De cultu vitis; de Caſtanea.

Dictionaire botanique & pharmaceutique contenant les proprietés des animaux, des végétaux & des mineraux &c. Paris 1768.

BEARDÉ de l'ABBAYE *Eſſays d'agriculture en diverſes tentatives phyſiques propoſée, pour l'avantage de la Societé* Hambourg & Breme 1768. 8°.*. Varia cogitata, multis miſta erroribus. Germanice prodiit Bremen 1769. 8°.

Nouveau Mémoire ſur l'agriculture Paris 1768. 12°. Politici fere ſcopi.

MOURGUE *Eſſay ſur la quantité de ſemence la plus avantageuſe au produit des recoltes* Montpellier 1768. 8°.* & Bernæ 1771. 8°.* inter *Acta Societatis œconomicæ*. Per experimenta accurate facta pro rara ſementi dicit, ut cuique grano $5\frac{1}{3}$. unciæ terræ fere deſtinentur. Ex Secali 22plam meſſem obtinuit. In macilento agro etiam ſex terræ pollices cuique grano dandæ.

J. George WENKELER *Inſtructions ſur le jardinage, les fleurs, l'art de tuiller &c.* Paris 1768. 8°.

C. JULYOT *Dictionaire interprete de matiere medicale* Paris 1768. 8°. 2.Vol.* Nomina technica, ſæpe mirifice interpretatur, non ſine magnis erroribus.

BOSSU *Nouveau voyage aux Indes occidentales* Paris 1768. 12°. 2.Vol.*. Militis opus, pauca habet ad plantas medicas facientia, ut de Caſſine, de ſylvis arborum eduli fructu in Louiſiana repertis: de ſaccharo, de plantis nonnullis medicatis.

C. S. *Avocat le commerce des vins reformé* Lyon 1768. 8°.*. De vino regionis Bellijocenſis, & de legibus, quibus antiqua ei gratia reddi poſſit.

DES BLOS *Traité de la garance, ou tout ce qui a rapport à cette plante &c.* Paris 1768. 8°.

Ejusdem *Tr. des meuriers: & nouvelles regles pour faire eclorre les vers à ſoye, par l'auteur du traité de la garance* Paris 1769. 8°. Sed l. *de rubia*, quem non vidi, prodierat 1768. 8°.

Chappe d'Auteroches, *Voyage en Siberie fait par ordre du Roi en 1761.* Paris 1768. 4°. 3. Vol. & Amſterd. 1769. 8°. 4. Vol. Splendidiſſimum opus rem herbariam vix tangit.

Monnet *Tr. des Eaux minerales* Paris 1768. 12°.*. De varia terra cinerum vegetabilium, ſelenitica, acido cum vitriolico, deinde terram datura aluminoſam. Ineſt & ferrum & calcaria terra, in arboribus abundantior; & denique argilloſa.

Traité du plantage & de la culture des principales plantes potageres Paris 1768. 12°.

Enry *L'art de bien faire les glaces d'office* Paris 1768. 12°.

La Science du M. d'hôtel cuiſinier Paris 1768. 12°.

La Science du M. d'hôtel confiſſeur Paris 1768. 12°.

In *Journal de Medicine* anni 1768. de hyoſcyami ſalubri effectu in doloribus rheumaticis; feliees etiam aliqui effectus cicutæ in malis cutaneis inque rheumatiſmo. Planchon de utilitate oxymellis Colchici. Funeſtus effectus fungorum.

Mém. de l'Acad. des Sciences 1768. Cl. Montet ut Caſtaneæ in loco obſcuro calefiant, ſubinde agitentur, in ſacco batutæ decorticentur. Multum ex Caſtaneis ſacchari poſſe parari. Omnes Agaricos pedis equini forma ad tingendum nigro colore utiles eſſe.

§. MDCCCXCIV. *Angli.*

The fruit gardener containing the method of raiſing ſtoks for multiplying fruit trees, directions for laying out and managing fruit gardens &c. London 1768. 8°.*. Anonymus Auctor Scotus, ipſe in opere hortenſi non inexpertus, multa tamen ſumit ex J. de la Quintinie. Artis hiſtoria. Pro varietatibus contra botanicos. In Hittium. Arbores fructiferas plerasque debere ex propriis propaginibus educari. In Millerum. Quas arbores Scotia ferat. De inſitione, laudat inoculationem; de inſitione in radicem; de plantariis; de muris calorem augentibus. De arborum juſta diſtantia; de putatione. Ramos vult ad muros horizontales eſſe & ſibi parallelos (ut Schabol). Pro arbuſculis nanis. Pro decapitatione arborum. Perſicarum in Scotia cultus, nam de uvis, amygdalis, & ficubus noſter deſperat. Catalogus pirorum, quæ in Scotia matureſcunt.

John Ball *new compendious diſpenſatory* London 1768. 8°.

F. Simons *An eſſay on Salap* London 1768. Pulvis radicis in aqua ſolvitur, eamque ſpiſſat. Facilis eſt coctionis, & bonum præbet alimentum. Ad venerem non facit.

James Lind *Eſſay on diſeaſes incidental to Europeans in hot Climates* London 1768. 8°.*. De Salap alimento optimo, & maxime nutriente.

T. Wrigth *Deſcription of the Island of Anticoſti* London 1768. 8°. *in Gentlemans Magazine.* Plantas etiam habet.

George Watkins *The complete engliſh Brewer* London 1768. 12°.

J. Alexander *Eſſays* London 1768. 8°.*. Vim Corticis Peruviani per cutem penetrare. De vi Camphoræ inebriante. Crocum inutilem eſſe.

Francis de Valangin *Treatiſe on diet or management of human life by the nonnaturals* London 1768. 8°.

John Giles *Ananas, or a treatiſe on the pine apple* London 1768. 8°.*. Caldaria ad eum cultum neceſſaria deſcribit. Varietates plantæ, terra quæ ei convenit & calor. Practici viri opus.

Medical tranſactions publiſhed by the college of Phyſicians London 1768. 8°.*. Marci Akenside adnotati boni effectus Ipecacoanhæ in aſthmate. De vino lithargyrio corrupto. Baker de floribus Cardamines in morbis convulſivis ſalutaribus.

In *Philoſophical tranſactions* Vol. LVIII. de utilitate Quaſſiæ in malis ventriculi. Caroli Miller incredibilis proventus unici grani tritici.

§. MDCCCXCV. *Itali.*

Annibal Mariotti *de cattivi effetti del pane logliaceo & dei loro incommodi* Perugia 1768. 8°. Lolium equis nocere, non gallinis, non omnibus hominibus, neque ſemper.

Giacomo Castaneo *Dell' idropiſia de Gelſi* Milano 1768. 8°.

F. Felice de Cusercolo, *Ortolano de' Capuccini, Lettere* Firenza 1768. 4°. De malis ortis a lolio, quod avarus homo ſelegerat, ut pauperibus venderet.

Joſeph Anton Valconel *Inſtruccion del cultivo del arros al modo de otros granos con riego en dia determinado y ſu riego en ſecano* Valent. 1768. 8°.

Ejusdem *Agricultura general y govierno de la caſa de Campo* Valent. ab anno 1765. ad 1769. 4°. 5. Vol. Cap. de Vil.

§. MDCCCXCVI. *Sueci.*

Otto Hagström *Pan apum eller handling om de örter af whilka bien hälſt draga deras honung och wax* Stokholm 1768. 8°.*. Egregium opuſculum. Plantas

Plantas alias ceram apibus ſuppeditare, alias mel; a nonnullis plurimum apiculas prædæ referre, parum ab aliis. Antheras nocte repleri. Alias plantas diu ab apibus frequentari, alias brevi tempore. Violas iis diſplicere, placere plantas fætidas. Non quærere rorem melleum. Etiam calcaria aquilegiæ erodere, ut ſuccum prædentur.

Caſpar BLOCH *Tentamen phœnicologiæ ſacræ* Koppenhagen 1768. Palmæ hiſtoria.

In *K. Sw. Wetensk. Acad. Handl.* 1768. de utilitate olei fagini.

§. MDCCCXCVII. *Belgæ.*

HEERKENS *Anni ruſtici* menſis *Januarius* in *Journ. des Sav.* editionis Belgicæ 1768. prodiit. Promittit reliquos menſes. Opera ruſtica.

§. MDCCCXCVIII. *Germani.*

Erich LAXMAN *Siberiſche Briefe* Göttingen 1769.* Auctor V. D. M. in fodinis Kolywanicis pauca ad plantas adtulit, ut de Veronica foliis pinnatifidis, & de Anemone Sibirica aliqua.

J. Georg SCHENKBECHER *Bericht von der heilſamen Würkung der Kinkina und vom innerlichen Gebrauche des Schierlings, des Bilſenkrauts, und der Münchskappe* Riga und Mittau 1769. 8°.*. Cortice Peruviano etiam in lethargo, gangræna, ſpina ventoſa feliciter uſus eſt: extracto cicutæ ad reſolvendas glandulas ſcirrhoſas; napello in febribus intermittentibus pertinacioribus, & arthritide nodoſa; hyoſcyamo in vertigine.

J. WEINMAN *De Chara Cæſaris* Carlsruh. 1769. 8°.*. Refutatis aliis ad Carum redit.

Chriſt. Ehrenfried WEIGEL's *Flora Pomerano Rugica* Berlin 1769. 8°.*. Catalogus Linnæanus, ſatis numeroſus.

Der kürzeſte Weg zur Arzneykunſt Leipzig 1769. 8°.*. Conſilia ad ſcriptorum, etiam botanicorum ſelectum. Floram Francicam laudat.

In *Frid. Aug.* WEIZEN *Auszug aus den beſten chirurgiſchen Diſputen* Budiſſin 1769. 8°.*. Cicutæ magnam vim adverſus cancrum fruſtra datam eſſe.

Michaelis Conradi CURTII *Columella mit nöthigen Anmerkungen* Hamburg und Bremen 1769. 8°.*. In notis veterum agriculturam cum nupera comparavit. Veteres equis ad arandum non eſſe uſos. De vi putreſcentis aquæ ad augendum lætamen.

P. E. PETERSEN *Kurzgefaßte Abhandlungen über verſchiedene den Ackerbau betreffende Gegenſtände* Flensburg 1769. 8°.*. Ut dignoſcatur ſolum varium.

De fimo. De plantis pabularibus. De cauſa uſtilaginis. Maceratio ſeminis poſſet incrementum accelerare.

E. C. H. BOERNER *Die Land- und Stadtwirthſchaft nach ihren veſten Grundſätzen* Hall. 1769. 8°.

Gründlicher Unterricht von erſtaunlicher Erfahrung des Ertragens der Feld-Güter vermittelſt Anlegung künſtlicher Wieſen, aus dem Franzöſ. Jen. 1769. 8°. Nonne la SALLE?

Nachricht von dem Nutzen und Gebrauche der Salzaſche zum Düngen der Aecker und Wieſen Hildburghauſen 1769. 8°.

Gedanken von Verbeſſerung des Flachsbaues im Mecklenburgiſchen 1769. 8°. Laudant.

Practiſch-œconomiſche Abhandlung von der weiſſen Stärke Erfurt 1769. 8°. Auctor in proprio prædio amylum parari curat, ſatis quidem nuper, amylum inquam a noſtro Gallico diverſum, ex tritico vero, admiſto hordeo paratum. Hanc artem accurate docet, multum correcto hinc inde ECKARDTO. Separatur in molendino optima farina ad hoc opus inidonea, reliquum aqua ſenſim irroratur, permittitur aceſcentiæ & fermentationi: acida farina aqua dulci eluitur, in ſaccum datur, pedibus calcatur, ut ab aqua liberetur, fæces reliquæ penui ſervantur, aqua vero amylo imprægnata quatitur: additur aqua dulcis; ſedimentum compactum eſt amylum, quod per cribrum agitur: lente ſiccatur & in loco perflatili, cruſta exterior demitur, ex qua pulvis fit Cyprius. Amylum ſiccatur in lateribus. Hæc omnia fuſe & accurate; tum & hiberna amyli præparatio, paulum diverſa. Porci ex parte amyli, quam diximus, intra duos menſes fiunt pinguiſſimi. Non bene ex Solano tuberoſo amylum parari. Amylum optimum Hallæ confici.

J. Stephan SCHWABE, Centurionis, *Vorſchläge zur Holzvermehrung, und Anweiſung zum Holzbaue* Schwerin 1769. 8°. *. Quartum librum HALEANI operis recudit, multisque auxit adnotationibus. Dactyli & Catſchu oſſicula Reasburgi germinaſſe. Non debere ceſpitibus bituminoſis agricolam ſuum otium impendere. Arbores translatas non egere terra valde pingui. Quercus poſſe confertim plantari; glandes male in certos ſulcos diſponi. Materiei deſtinatas arbores non bene putari. Caſtaneas in Jutia maturuiſſe. Ceraſos lucroſas eſſe.

Der Zelliſchen landwirthſchaftlichen Geſellſchaft zweyten Bandes zweyte Sammlung Zell 1769. 8°. Non multa habet argumenti botanici, de medica tamen & onobrychide aliqua.

Zweyten Bandes dritte Sammlung Zell 1769. 8°.*. Prima diſſertatio politici potius eſt argumenti. Deinde de terra paludoſa colenda & emendanda. In Saxonia inferiori ſolum egere requie, melius etiam longiori, totis quinque annis. Macilentum ſolum primo anno fagopyrum ferre. Sementis quæque libra

libra requirit 20. l. fœni. — Exoticas plantas pabulares non bene reſpondiſſe. Paludoſorum ceſpitum exurendorum, cinerem ſpargendum ars, ut ea paludoſa in bona prata convertantur. Macilenta prata fœno & ſata avena corrigi. Ut Trifolii non germinantis aut exſtincti inanes inſulæ nova ſemente compleantur. In Marchia arenoſa Trifolio feliciter conſeri. Augmentum fœni. Ipſo Trifolio in arenoſis utilior avena (*rauher Haber*) eo ſcopo ſata, ut ſit pro pabulo. De cultu & propagatione ſolani tuberoſi per depactos caules. Una ſerendæ fabæ.

Arboretum & frutetum Wirtembergicum, oder Verzeichniß der in Würtembergiſchen Wäldern und Gärten wachſender Bäume 1769. 8°.

Anton. von THÖRING *erörterte Preisfrage, ob der Bayerſche Hopfen dem Böhmiſchen an Güte gleich ſeye* München 1769. 8°. Cultus lupuli. Ex REICHARTO multa.

In 107. *Fortſetzung der Trankenbariſchen Miſſions-Berichte.* Cultus docetur oryzæ.

Georg Conrad STOKHAUSEN'S *Beyträge zu den Policey- und Cammerwiſſenſchaften und Naturgeſchichten von Heſſen* Frankfurt 1769. 1770. De plantis tinctoriis Haſſiæ, de cultu lupuli.

§. MDCCCXCIX. *Diſputationes.*

Georg Friedrich SIEGWART & *Car. Chriſtoph* HILLER *De vegetabilium ulteriori indagine, ejusdemque neceſſitate & utilitate* Tubing. 1769. 8°.*. Experimenta cum Iſatide facta, inventus modus extrahendæ partis colorantis, ad Indici ſimilitudinem.

Samuel Abraham SPIELMANN *De aconito* Argentor. 1769. 8°.*. Conjungit ſpeciem longis pedunculis cum minori, cui breves ſunt. Venenata vis per ætatem evaneſcit: ſuccum apes ſugunt; is in foliis fætet; in floribus nullum venenum eſt. Extracto ſuperata eſt arthritis.

Sigmund Leberecht HADELICH *De goſſypio quod in terris noſtris naſcitur & ad uſum civium accomodari poteſt* Erfurt. 1769. 4°.

Friderich Chriſtoph OETTINGER *De viribus rubiæ tinctorum antirachiticis a virtute oſſa animalium vivorum tingente non pendentibus* Tubing. 1769. 4°.*. Phlogiſticum eſſe, quod tingat oſſa; alteram partem rubiæ adſtringere, & obſcuro colore tingere. Non multa a Rubia ſperat ad rachitidis curationem.

Henr. Wilh. PEIPER *De cortice hippocaſtani* Duisburg 1769. 4°.*. Salem ad GARAJI modum paratum putredini reſiſtere.

§. MDCCCC. *Galli.*

Traité des bois & des differentes manieres de les ſemer, planter, cultiver, exploiter, tranſporter & conſerver Paris 1769. 8°. 2.Vol.*. Minime malus liber, breviter fere complectens Du Hamelii in magna volumina diſperſa placita. Ordo non optimus; cæterum quæ ad œconomicos lignorum vulgarium uſus pertinent, tradit dilucide & recte. Leges lignariæ Gallorum, hac fuſe. Cenſus arborum ſylveſtrium ſolis cum nominibus Gallicis, earumque varia utilitas. Inſitio & alia ad cultum arborum pertinentia ſylvarumque ſatio. Ut ſylvæ cum lucro cædantur, & ſpes futuræ reparationis conſervetur. Menſuræ lignorum, & contenti in ſylva ligni æſtimatio. Pondera ligni in diverſis arboribus. Auctorem lego diei Masse'.

Antonii Joſephi Pernetti *Journal hiſtorique d'un voyage fait aux Iles Malouines* Berlin 1769. 8°. 2.Vol. *. Pluſculas plantas deſcribit lectas in Inſula S. Catharinæ, ad littora fluvii *de la Plata*, & in *Magellanicis Inſulis*, etiam icones dat aliquas, ut plantas vix adgnoſcas. Oxyn tamen ſuſpiceris te videre. Nova editio Pariſiis prodiit 1770. 8°. 2.Vol.* cum titulo *Hiſtoire d'un voyage fait aux Iles Malouines en* 1763. & 1764. Nihil additum, ſed ordo mutatus, & notæ aliquæ non maximi momenti interſperſæ.

Rigaud de L'Isle *Mémoire ſur la culture du Sainfoin* Valence 1769. 8°.*. Ut in Delphinatu Onobrychis colatur, non adeo ut pabulo ſit, ſed ut ſexto anno effoſſa, agrum ad cerealia præparet: decem nunc annis absque lætamine triticum daturum.

Aliud, & quidem in ſuo genere optimum, libellum edidit; *Mémoire ou manuel pour l'education des vers à ſoie*, cujus annum ignoro (Dubet).

Froger, presbyteri, *Inſtructions de morale, d'agriculture & d'œconomie* Paris 1769. 8°. De elementis, ſolo vario, fimo, (in foſſa cum terra miſto). Aratio, olera, armenta &c.

Sieuve *Mémoire & Journal d'obſervations d'experiences ſur les moyens de garantir les olives de la piquure des inſectes; nouvelle methode pour extraire une huile plus abondante & plus fine, avec la maniere de la garantir de toute rancisſure* Paris 1769. 8°.*. De muſca, quæ ova ſua in fiſſuras corticis oleæ deponit, & cujus vermis olivam depaſcitur. Conſilium auctoris eſt, ductus circa truncum arboris circulus picis liquidæ, ut & per truncum, & ſub ejus diviſionibus ejusmodi ſint circuli. Triplex porro eſſe oleum olivæ: optimum quod non facile ranceſcat, ex carne baccæ manans: deterius ex oſſiculis, peſſimum ex nucleo, qui oſſiculo continetur. Quare ut exquiſitum habeatur oleum, ſeparari debere oſſicula, quam ad operam proprium prelum deſcribit. Deinde ſeorſim ſervandum oleum, ex carne olivæ preſſum; ſeorſim etiam deterius alterum, quod ad lampades alendas pannosque ſufficiat. Denique cadum propria ſpongia munit, & ab aëre tuetur. Academia Scientiarum inventa probavit.

Nouveau

Nouveau teinturier parfait Paris 1769. 12°. 2.Vol. Antiquum opus recuſum cum ſupplementis.

Le Tabac, epitre Paris 1769. 8°.

Mémoire lû le 1. Juillet 1768. Soiſſons 1769. 8°. De terris novis purgandis. De meſſe avenæ.

Le Commerce de l'Amérique par Marſeille Paris 1769. De Zingibere, Coffea, Indico, Saccharo, Tabaco, Goſſypio.

De FERRAND *Mémoire ſur l'avantage de ſemer du Treffle en prairies ambulantes* Paris 1769. laudari video.

J. CAROLUS des ESSARTS edidit Paris 1769. 8°. 4.Vol. CARTHEUSERI *fundamenta materiæ medicæ*; addidit paucas notulas, ad vires plantarum medicas etiam pertinentes.

TRECOURT *Mémoires & obſervations de Chirurgie* Paris 1767. 12°.*. Cicutæ extracto ſuperatæ ſcrophulæ. Ad hiſtoriam Agarici BROSSARDIANI.

L'agriculture ſimplifiée ſelon les regles des anciens Paris 1769. 12°.

Cours complet d'agriculture, de commerce, des arts & metiers en France Paris 1769. 4°. Plura volumina cum iconibus.

De la FLOTTE *Eſſai hiſtorique ſur l'Inde* Paris 1769. 12°.*. Plantarum celebriorum & arborum potiſſimum fructiferarum aliqua hiſtoria.

*Voyages & mémoires du Chev, de * * ** Paris 1769. 12°. 4.Vol. Fabuloſa itinera, miſta tamen rei naturalis hiſtoria.

In *Mémoires de l'Academie de Dijon* Dijon 1769. 8°.*, PICARDETTI mira opinio de ſeminibus cerealium in fungos degenerantibus. GELOT de utilitate Apocyni Syriaci, cujus fila ad modum cannabis trahi & texi poſſunt.

In *Journal œconomique* 1769. Aliquoties de pane ex miſta cum cereali paſta contuſarum radicum ſolani tuberoſi coquendo. Ut inde paretur amylum. Contra SARCY de SUTIERES. Anonymi diſſ. defenſoris ſepium, quæ vult communibus paſcuis circumdari. Nucis involucris cum lixivio coctis necari curculiones. Venales Senonibus arbuſculæ.

In *Journal des Savans* 1769. Avril. D. MAZEAS in epiſtola agit de arbore ſtyracifera creſcente in villa Hadriani; quæ circa Romam certis neque omnibus locis balſamum ſuum fundat. Non eſſe balſamum Gileadenſe.

In *Journal de Medecine* T. XXX. laudatur ſemen hyoſcyami nigri, modica doſi ad morbos rheumaticos exhibitum. Nimiam doſin fatentur nocere. Oleum lini ad hæmoptyſin.

§. MDCCCCI.

§. MDCCCCI. *Itali.*

GIOVANNE MARITI *Viaggi per l'Iſola di Cipro per la Soria e Paleſtina dall' anno* 1760. *all* 1768. Torino 1769. 4.Vol. 8°.*. Mercator, dum cujusque regionis naturales dotes recenſet, plantas etiam enumerat utiliores, earumque ſubinde cultum. De oleo ſeſamino. De fructu *Curtunia* Caſtaneæ echinato cortice, oleum dante non edule. Narciſſi ſponte florentes. Orchis fuciflora, ut videtur, quam vocant μελισσα. De Chenna. Cultus minime malus mororum, quas non ſinunt inveteraſcere. De rubia Liſari, qua cum ſanguine bubulo (alibi ovillum nominat) goſſypia tingunt. Princeps mercium bombax. melius in irriguis campis provenit, deterius in ſiccis. Vinum. Colocynthis. Ladanum, quod aut barbis caprarum adhæret, aut pellibus caprillis de frutice detergitur. Terebinthina Cypria ex arbore Terebintho inciſa manans. Siliqua dulcis. Styrax, huc ex Caramania advecta. In T. III. oleæ enormes prope Ramam. Arbor Dum ſpinoſa, fructu eduli. De Balſamo ejusque bona nota. De arbore Zaccum & oleo inde expreſſo. Plantas circa Hierichuntem legit, & alibi in Palæſtina, & MANETTO tradidit, neque eas tamen enumerat. Tomo IV. de Terebintho agit ejusque reſina, vel per inciſionem, vel ſponte rupto cortice defluente: deque ejus arboris folliculis, ab inſectis excitatis. Deſcriptio fuſa Chennæ. Ad petala quinque ſtamina facit octo, ut eſſet de Aceris vicinia. Non eſſe Liguſtrum. De Mandragora. Suaviter olere; haberi pro utili ad generationis negotium, ſeque vidiſſe coram aliquot poma ab Arabe eſſe devorata.

§. MDCCCCII. *Helveti. Belgæ.*

In *Mém. de la Societé œconomique de Berne* 1769. Catalogus reperitur plantarum paluſtrium, quæ latentes aquas prodant.

Tafereel van Natuur en konſt grooten deels naar het Engelſche Amſterd. 1769. 8°. 2.Vol. Hiſtoria coralliorum &c.

In FOCKE SIOERD's *hiſtoriſche Jaarboeken van oud en nieuw Friesland* Leeuwarden 1769. ni fallor edito, agitur de ſpontanea frumenti in *Vrouenſand* proventu: ſed fatentur tertium eſſe DODONÆI ſpartum. De plantis Friſiæ & animalibus.

§. MDCCCCIII. *Angli.*

JOHN WALLIS *The natural hiſtory and antiquities of Northumberland* London 1769. 4°. 2.Vol.*. De cultu agri. Auctor non probat rapa, quæ lac & butyrum inficiant. Catalogus plantarum ſpontanearum, cum earum uſu medico & œconomico; frigida cæterum eſt regio. Varietates aliquæ, Digitalis, Solani ſcandentis, Lichenum nonnullorum.

J. DICKS

J. DICKS *The new gardeners Dictionary, or the whole art of gardening* London 1769. fol. Plantæ etiam vulgatæ deſcriptæ, multæ depictæ, potiſſimum etiam exoticæ rariores.

EDWARD BANCROFT *Natural hiſtory of Guyana* London 1769. 8°. & Germanice Lipſiæ 1769. 8°.*. Non quidem botanici opus, ſed qui tamen per ſuos Æthiopes plurimas plantas ſpontaneas in colonia Demerari collegerit, quas Indicis nominibus recenſet & œconomice deſcribit, ut vix adgnoſcas: *Quaſſiæ* non meminit. De veneno, quo Indi Worrau ſuas ſagittas flatiles armant: totum eſſe vegetabile.

JAMES GARTON *The practical gardener and gentleman's directory, for every month in the year* London 1769. 8°.*. De muris, qui igne foti plantarum adfixarum maturitatem adjuvant. Menſtrui hortulani labores. Aſparagi manu depacti, absque fimo. Plantæ medicæ, & coronariæ, ſed paucæ. Ordo arborum fructiferarum.

The American traveller or obſervations on the preſent ſtate culture and commerce of the British Colonies London 1769. 4°. De proventu nicotianæ, oryzæ, terebinthinæ, de picis coctione.

Georgical eſſays in which the food of plants is conſidered, and a new compoſt propoſed London 1769. 8°.*. Lætamen compoſitum proponit ex lixivio ſaponario, cum oleo balænario calce & arena miſto, quo omne genus ſoli mire adjuvetur. TULLIANAM ſequitur arandi rationem. Tomus II. agit de hordeo Tiberiano, potatoes, rapis, turnips, novo genere fimi compoſt &c. Prodiit anno 1771. 8°.

Hibernia curioſa giving a general view of the manners: obſervations on the ſtate of trade and agriculture, its natural curioſities &c. collected in a tour thorough Ireland in 1764. 1769. 8°.

Johannes BEKKENHOUT *in outlines of the natural hiſtory of Great Britain and Ireland* London 1769. & 1770. 8°.* cujus duo accepi volumina, tomo ſecundo plantas tradidit: catalogum Linnæanum plantarum in tribus regnis provenientium, earum nempe, quas LINNÆUS admiſit, nulla alia addita, brevibus cum deſcriptionibus. Genera naturalia diviſit, ut numerus requireret ſtaminum, & Gentianam quatuor, quinque, & octo ſtaminibus, ter, in tribus claſſibus recenſuit. IDEM AUCTOR, qui p. 545.

T. TOMLINSON *in medical miſcellaneis* London 1769. 8°.*. Cicutæ utilitatem in tumore palpebrarum cyſtico expertus eſt.

JOHN COAKLEY LETSOM, Americanus, anno 1769. 4°. Leidæ *Obſervationes* dedit *ad hiſtoriam Theæ pertinentes**. Experimentis nonnullis putat ſe vincere, odoratum & volatile Theæ elementum nocere: extractum adeo aut decoctum ſalubrius eſſe, vimque noxiam non eſſe ab aqua calida, ſed a narcotico Theæ vapore.

Georg SANDEMAN *De Rheo palmato* Edinburg 1769. 8°.*. Plantam ex Cl. HOPE deſcribit, Aqua vires omnes rectius extrahuntur, & tinctura ſpirituoſa debilis eſt, ut majori doſi non plus efficiat quam minori.

Joh. MILLAR *Obſervations on the aſthma and the hooping cough* London 1769. 8°.*. Laſeris Cyrenaici hiſtoriam dat: id ante Plinii tempora rariſſime Romam fuiſſe delatum, cum paſcua huic lucro præferrentur, adeo ergo rarum fuiſſe, ut in Deorum templis dicaretur: ejus loco perſicum deterius laſer in uſu fuiſſe. Cæterum totus l. ſcriptus eſt ad laudes aſæ fætidæ, in aſthmate & chronico & acuto tradendas.

D. *William* STORK *Deſcription of Eaſt Florida* London 1769. 4°.* editio tertia. STORKIUS ipſe Floridam vidit, ejusque fertilitatem valde laudat, cum proxima tropicis regionibus earum pleroſque fructus ferat, arboresque nobiliſſimas. Plantas utiles hujus regionis recenſet, & inter eas aniſum ſtellatum, ſperatque Chinenſes & Japonenſes alias hic latere.

De re Ruſtica or repoſitory of ſelect papers on agriculture, arts and ſciences London 1769. 8°.*. Succeſſit *Muſæo ruſtico* & Tomus I. hoc anno abſolutus eſt, cujus quinque ſunt particulæ, quæ varia & collecta & propria continent. Pro ſeminatore, cujus uſum meſſis ſatis lauta ſecutæ ſit. Anonymus (ELLIS), non mutari lycoperdi pollinem in animalcula, ſed prædæ beſtiolis cedere. Commendatur caulo-rapa REYNOLDI. Melonum in pulvere coriario cultus. BAKER pro ſeminatore: idem calcem humido agro nocere. Pimpinellam morbo ovium mederi. REYNOLDS de uſtilagine utraque vere diverſa, ut tamen utraque ſit ab inſectis nata. DIGBY LEGARD pro felice ſeminatoris uſu. Laus ſpergulæ. Medica transplantata laborem cum fructu rependit. De varietate quadam ſolani tuberoſi. De cytiſi ligno, non bene. De utilitate trifolii in alendis porcis.

In *Phil. Tranſ.* Vol. LIX. DAINES BARRINGTON de arboribus Anglicis, quas non putat vere indigenas eſſe, ut Caſtanea, Acere platanoïde. De immenſa taxo.

JOHN HOPE Eriocaulon deſcribit, repertum in inſula SKYE. Petala & calyx verrucis terminantur. Stamina quatuor, fructus bilocularis.

JOH. MOULT ut ex radice orchidis ſalap paretur, lotione, ſiccatione in furno.

§. MDCCCCIV. *Sueci. Itali.*

In *K. Swensk. Wetensk. Handling.* 1769. Trim. 4. aliqua de tæda. Tall eſt pinus junior, quæ hactenus creſcit, Furu Pinus matura: eſſe tamen qui dubitent, num unquam in Furu Tall abeat.

Landmanna wännen ſom af husholls och läkaböker ſammanletat de wigaſte hushollsgrep — anwiſning till en nätt landapothek, ſom ſäkra lätta och bepröfwade huscurer Upſal. 1769. 8°. ut lego.

LAZARI

LAZARUS SPALLANZANI in ſua verſione *contemplationum naturæ* Mutinæ 1769. 8°.* edita experimenta recenſet, facta in cotyledonibus; iis reſectis phaſeoli floruerunt, ut humiles tamen eſſent.

§. MDCCCCV. *Germani.*

Frid. Wilhelm WEISS *Plantæ cryptogamiæ floræ Göttingenſis* Gotting. 1770.*. Laborioſum opuſculum ad lichenes, muſcos & filices pertinet. Recte de mutabili facie harum plantarum, & potiſſimum lichenum queritur, ut neceſſariæ hic ſint varietates. Charam in cryptogamia retinet. Roſulas muſcorum non habet pro particulis genitalibus, LINNÆUM tamen ſequitur. Fontinalis genus conſervat & ſtruthiopteridis. Charam batrachoſpermam deſcribit & depingit.

Theodor. Auguſt. SCHLÆGER *vom Mutterkorn* Caſſel 1770. 4°.*. Nihil clavo cum inſectis eſt: farina non nigricat, & ſaporem retinet, tantum ut ſubrancidum quid & urens ſubſit, neque nocet, etiam magna copia ſumta. Creditur nocuiſſe, cum in panem cocta calida ederetur, ſed forte alia cauſa ſubeſt. In venas injecta farina canem occidit, ſanguine coacto.

Betrachtungen über den Gebrauch des Rauchtabacks Königsberg 1770. 8°.*. Nocere, niſi phlegmaticis.

J. Adam. Jac. LUDWIG's *Abhandlung von den Erdapfeln* Bern 1770. 8°.*. De ſatione, plantarum depangendarum delectu; tempore; ſolo. De utilitate œconomica valde multiplici. Fuſe de homonymia. Non liquidiſſime.

J. Jacob MEYEN *Auflöſung der Preisfrage: Wie kömmt es, daß die Oeconomie ſo wenig Vortheile von der Phyſick und Mathematick gewonnen hat* Berlin 1770. 4°.*. Aliqua ad agriculturam. Plantas neque terra ali, neque eam conſumere. De plantis annuis, quæ hiemem edurant, & perennes reddi poſſunt. De perficiendis plantis ſpontaneis, etiam avena Arabica, Trifolio Islandico. Ut Quercus rectæ obtineantur.

Georg Friderich GLEDITSCH *Anleitung zum Seidenbaue* Jena 1770. 8°.*. Habet etiam de mororum cura aliqua.

Mannigfaltigkeiten Berlin 1770. 8°. Argumenti miſcellanei. Botanica etiam continet, inter ea cultum tunicarum.

J. Bernhard BASEDOW *Elementarbuch* Altona 1770. 8°. Habet etiam florum figuras.

Anweiſung für den Landmann, die vier beſten Futter-Kräuter zu bauen Manheim 1770. 8°.*. Medicæ, Onobrychidis, Trifolii & Avenæ elatioris cultus. Simpliciter & in uſus paganorum.

Allgemeiner œconomiſcher und Landwirthſchafts-Kalender für 1770. Stutgard 1770. 4°.* & 1771. 4°. Varia argumenti herbarii. Tempora *floreſcentiæ:* ex

exAnglis & Suecis ſumta. Agri cultus. Solani tuberoſi: & Onobrychidis cum cerealibus ſatio. Olera.

Wirthſchafts-Kalender für Bauer-Gehöfe auf dem Geeſten Lande Hamburg 1770. 8°.

Des Freyherrn von SIND *vollſtändiger Unterricht in den Wiſſenſchaften eines Stallmeiſters* Göttingen 1770. fol.*. In matetia medica pro veterinis multa reperias, ad vires medicatas plantarum facientia, cum earum doſibus.

Lehrbegriff ſämmtlicher œconomiſcher und Cameral-Wiſſenſchaften Manheim 1770. 8°.

J. C. BRUSCO *Gedanken über die izt geſuchte Vereinigung der Naturallehre mit der Landwirthſchaft* Braunſchweig 1770. 8°. Quærit cur boni Phyſici non ſint boni œconomi.

WEIKART *Gemeinnützige mediciniſche Beyträge* Frankfurt und Leipzig 1770. 8°.*, Habet aliqua diætetica de Coffea, pane &c.

Kurzer Unterricht an den Durlachiſchen Landmann, wie er die vier vornehmſten Futter-Kräuter pflanzen und benutzen ſoll Carlsruh 1770. 8°.*. Nempe cultus medicæ, Onobrychidis, Trifolii & raporum. Ceſpitem, non bene certe, jubet exurere. Mavult pecora in ſtabulis ſervare. Aliquam agri partem ejusmodi herbis pabularibus debere conſeri. Gypſum Trifolio favere, ſi fimi copia acceſſerit.

Schreiben eines Landwirths an die Bauren, wegen Aufhebung der Gemein-Weyden Berlin 1770. 8°.* Communia paſcua communi gentium conſenſu nunc aboleri. Noxæ eorum paſcuorum; miſerum inde armentorum pabulum. Ut in prata facile mutentur, foſſis ductis, elevatis marginibus, dumetis conſitis.

Ern. Gottfried BALDINGER *über das Studium der Botanik und der Erlernung deſſelben* Jena 1770. 4°.*. Horti Botanici Jenenſis reſtitutor.

Berliner Beyträge zur Landwirthſchafts-Wiſſenſchafts Berlin 1770. 8°.

Ernſt Chriſt. SCHULZE *Beſchreibung verſchiedener Seltenheiten der Natur* Hamburg 1770. 8°. Etiam ligna, plantæ, herbaria.

§. MDCCCCVI. *Diaria.*

In E. N. C. *Vol.* IV. *obſ.* 23. *Fridericus* ALLAMAN deſcribit nova genera Aglajæ, Euphroſynes, Phragmitis, Cyrenææ. Americam adierat Belgicam.

Guilielmus Henricus Sebaſtianus BUCHOLZ *obſ.* 53. Ulcera faucium venerea ſanata extracto cicutæ.

Chur-

Chur - Braunſchweig - Lüneburgiſche Nachrichten von Verbeſſerung der Landwirthſchaft, II. Bandes 4. Sammlung Zell 1770. 8°.*. Felix cultus Trifolii in Hoyenſi Comitatu. Vere ſerendum. Cum ſtramine absque periculo pecori datur. Trifolii cultus agro pro requie eſſe poteſt: cum cerealibus ſeritur. Æque lucroſum eſſe Trifolium ac quidem triticum, Poſt Trifolium triticum etiam uberius ſubnaſci. Varii modi, quibus Chryſanthemum ſegetum deſtruatur, etiam ſola frequente ſubaratione. Varii ſucceſſus plantarum pabularium. Pimpinella votis reſpondit. Fagopyrum Sibiricum ab inutilibus herbis opprimi, non a frigore. Lupuli cultus, & Napi. Zeæ cultus ad cereviſiam. Aratrum duplici cultro.

Manheimer Beyträge zur Sittenlehre &c. Manheim 1770. 8°.*. De malo vinearum ad fluvium *Nahe* cultu, meliori ad Moſellam. Utiliſſimum in vineis fimum eſſe columbinum. Ad hiſtoriam naturalem Jamaicæ aliqua.

Abhandlung der Ober-Lausnitziſchen Bienen-Geſellſchaft T. III. *Frideric. Car.* DAUM Catalogum dedit plantarum, quas aliis apes præferunt, vere, æſtate, autumno. Amare plantas polyſtemones, caltham, ficariam, thalictrum aquilegiæ folio, papaver, rubum idæum, ſpiræam: tum ſucco plenas plantas & nectariis, ſinapia, frangulas, apocynum, tiliam, barbaream.

Der phyſicaliſchen œconomiſchen und Bienen-Geſellſchaft zu Lautern Bemerkungen Manheim 1770. 8°.*. Huc facit *Chriſtian* NIESEN diſſ. de rore melleo in tiliis Manheimenſibus, quem apes plurimum colligunt. Eſſe excrementum.

In *Berlin. Sammlungen* 1770. 8°.*. Multa huc faciunt. De arboribus ad vias publicas ornandas aptis, fraxino, acere. De cera facienda ex populi oculis tuſis, in fervida maceratis, expreſſis. DEMIDOWIUS palmæ artificialem fecundationem repetiit. Flores Roſæ pimpinellæ folio pro infuſo theiformi laudantur.

§. MDCCCCVII. *Diſputationes.*

J. Phil. WOLF, præſide ILL. BALDINGERO diſputavit, *De ſemine filicum* Jenæ 1770. 4°.*. In ruta muraria vidit fila, quæ non habet pro antheris. Ex Struthiopteride delabuntur magna, rotunda ſemina.

Franc. Anton. HELG *De botanicæ in medicina utilitate* Argentor. 1770. 4°.* Plantas recenſet efficaces, quæ a medicis nondum in uſus ſuos adhibentur. Errores, qui paſſim in ſelectu plantarum committuntur, ut in helleboro.

Franciſcus Ignatius ROETTEL *De vitis cultura Molsheimenſi & Mutzigenſi* Argentor. 1770. 4°.*. Varietates uvarum nigrarum & albarum, quæ in ea regione coluntur. Labores vinearum. Vindemia, in qua pedibus abſtinent, neque vites calcant: denique prima vini cura. Nos etiam eo deterius vinum exſpectamus, quo ſerius efferbuit.

J. Bapt. la LANGUE *Nevrologia* Vienn. 1770. 8°. Per experimenta *Henrici Joſephi* COLLINS Camphora gangrænam impedit, pulſum ex tenſo mutat in mollem, & gratum adfert refrigerium.

Georg David DUVERNOI *De lathyri quadam venenata ſpecie in comitatu Montbelgardenſi culta* Baſil. 1770. 4°.*. Eſſe id Ervum, cujus vires venenatas BINNINGERUS dixerit, rigorem facere in articulis pedis & claudicationem, in viris, non in feminis. De lathyro loquitur, lata & alata ſiliqua.

Iſrael Joſeph MEJER *De ſalicis fragilis uſu medico* Butzow. 1770. 4°.

Petri THOUVENEL *De corpore nutritio* Monſpel. 1770. 4°.*. Magnus & utilis libellus. Huc pertinent, quæ dicit de parte in plantis nutritia, de duplice elemento tritici, de farinoſis ſeminibus, & oleoſis, de gelatina animalis ſimili, quæ ex rapis, napis, & braſſica paratur &c.

§. MDCCCCVIII. *Galli.*

Huc refero Imperatoris Chinæ KIENLONG *Eloge de la ville de Moukden & de ſes environs, poëme traduit par le* P. AMIOT *Miſſionnaire à Pekin, accompagné de notes ſur l'hiſtoire naturelle de la Tartarie par les editeurs Chinois & Tartares* Paris 1770. 8°.*. De hoc memorabili libro potentiſſimi Monarchæ alias dicemus; huc autem faciunt laudes plantarum rariorum Tartariæ Manſuricæ, quas inter eſt Ginſeng, & pluſculæ arbores: Notulas editores addiderunt, amici regii. Accedit ejusdem Imperatoris de Thea carmen.

J. Baptus Renatus POUPPE' des PORTES par 16. annos medicus inſulæ Hiſpaniolæ, in collectione operum, quæ prodiit cum titulo, *Hiſtoire des maladies de S. Dômingue* Paris 1770. 12°. 3.Vol.* præter varia, quæ ad vires plantarum in 1. & 2. volumine ſpectant, pene toto tertio volumine botanicen illuſtravit. In eo reperias plantarum medicatarum catalogum, minime pauperem, cujus nomina Gallica ſunt, adjectis ſubinde latinis nominibus. Abſinthio adfinem plantam deſcribit calyce unifolio. 2. Pharmacopœa Americana fere ex plantis indigenis concinnata. 3. Catalogus plantarum inſulæ Hiſpaniolæ. Arbores plurimæ, plantæ medicatæ, tinctoriæ, arbores ad materiam pertinentes, cum nominibus Caraibicis. Cinchonas vocat, quas ad Trachelia refert. Ipecacoanhas ad violæ genus reducit. 4. Sacchari cultum & coctionem docet. Ejus adnotationes, ex ipſa frequente cum natura conſuetudine, natæ videntur.

REGNAULT *la botanique miſe a la portée de tout le monde* Paris 1770. fol. Icones plantarum perpulchræ, ſed fere vulgares.

DUBET *Muriographie ou inſtruction nouvelle ſur le ver à ſoie* Grenoble 1770. 8°.*. De moro fuſe. Ut mori in ſepibus plantentur, ut ejusmodi in ſepibus vermes ſibi permitti poſſint. Ut ſericum ex ipſo verme extrahatur. Moros melius reſpondere in ſterili ſolo plantatas. Arborem non inſitam longe robu-

robuſtiorem eſſe & melius dare ſericum. Plantaria debere macro in ſolo coli, neque unquam fimum imo trunco arboris adponi. Medicam moro nocere.

GRACE *Ecole d'agricylture pratique ſuivant les principes de Mr.* SARCY de SUTIERES Paris 1770. 8°.* De clavo ſecalino. Valde venenatum videri. Occa, quæ talparum tubera demolitur.

De-LORMOIR *l'art de faire l'Indienne à l'inſtar de celle d'Angleterre, l'art de faire toutes ſortes de couleurs pour la miniature &c.* Paris 1770. 12°.

Le CLERC de MONTVILLE, Advocati, *Epitre à Mr.* PETIT Paris 1770. 8°. Poëma variæ materiæ, etiam ad materiam medicam pertinens.

Deſcription de trente & une fleurs Paris 1771. 12°. Deſcriptio poetica.

Traité hiſtorique & œconomique des communes, ou obſervations ſur l'agriculture, ſur l'origine & l'etat actuel des biens communs, & ſur les moyens d'en tirer les ſervices les plus puiſſans pour les communautés, qui les poſſedent, & pour l'état Paris 1770. 8°. Arva communia, etiam circa Lutetiam, plurima dari, quæ a pauperibus poſſint in hortos perfici.

Eſſai ſur la bonification des vins tant bons que mauvais lors de la fermentation Paris 1770. 12°.

Matiere medicale extraite des meilleurs auteurs, ſur-tout de TOURNEFORT *& des leçons de Mr.* JUSSIEU Paris 1770. 12°. 3.Vol.

BRISSON *Mémoire hiſtorique & œconomique ſur le Beaujolois* Avignon 1770. 8°.*. De agri in paupere regione cultu, maligne quidem agricolam remunerante. De moris. Catalogus plantarum ejus provinciæ auctore Cl. de TAIZY, non uberrimus. De cannabi & ejus perfectione.

Le guide du fermier Paris 1770. 12°. 2.Vol. potiſſimum ad armenta.

Dictionaire portatif de commerce contenant la connoiſſance des marchandiſes, de l'œconomie ruſtique, des drogues, des plantes &c. Bouillon 1770. 8°. 4.Vol.

Dictionaire ſur le jardinage Paris 1770. 8°.

DELILLE, Profeſſor, edidit Paris 1770. 8°.* nitidiſſime, *les Georgiques de Virgile, traduction nouvelle en vers François.* In univerſum eleganter carmina VIRGILIANA reddidit. Paſſim cum COLUMELLA & aliis Georgicis poëtæ conſilia comparat.

BEAUVAIS RASEAU *Art de l'Indigotier* Paris 1770. fol.* inter artium hiſtorias, quas Academia edit. Planta ipſa deſcribitur, quam in Hiſpaniolæ parte Gallica colunt; *indigotier franc*, quam præferunt, & MARCHANTIUS depictam dedit, & *indigotier bâtard*, altior arbuſcula ea & durior: deinde aliæ plantæ utriusque orbis, ex quibus cærulea fecula obtinetur; ſed ex Malabarico horto aliisque ſcriptoribus. Tum ſatio indici & meſſis, & maceratio, fermenta-

mentatio, conquaſſatio, ſiccatio. Practici hominis, ideo bono ordini minus adſueti.

Le manuel du naturaliſte Paris 1770. 8°.*. Dictionarium etiam botanicum; ſed ea pars operis non eſt optima.

La Rouviere *Eſſai ſur de nouvelles decouvertes intereſſantes pour les arts, l'agriculture & le commerce* Liege 1770. 8°.*. Etſi *pileorum textor*, non inutilia tamen docet. Duodecim laudat mororum varietates, inter eas præfert eam, quæ dicitur *le bouquetier*. Cultum ab ipſo ſemine docet. Idem Apocyni Syriaci pappum primus eſt adgreſſus in fila ducere & texere, variaque inde veſtium genera paravit.

Le Pileur *d'Apleigny Eſſai ſur les moyens de perfectionner l'art de la teinture* Paris 1770. 12°. Laudant.

Car. Jac. Lud. Coquereau & *Ant. Laur.* de Jussieu Auct. *E. œconomiam inter animalem & vegetabilem analogia* Paris 1770. 4°.*.

In *Journal de Medecine* anni 1770. T. XXXII. Baion laudat baſilicum gujanicum adverſus fluorem album.

In T. XXXIV. Supplement. & in T. XXXVI. Idem Baion agit de lactis ficus Indicæ (ſpeciei ignotæ) utilitate adverſus vermes, & de Simarubæ recentis vi emetica & cathartica. Mamery magnæ laudes infuſi millefolii adverſus morbos convulſivos, etiam febres. Mongin Monstrol manducatum millefolium dolorem certo ſedare, qui fit ab ari acrimonia.

§. MDCCCCIX. *Angli.*

Colin Milner *Botanical Dictionary* London 1770. 12°. Terminologia Linnæana. Criticum de methodis judicium. Familiæ naturales. Uſus plantarum.

John Cooke *a treatiſe on poiſons vegetable, animal and mineral with their cure* London 1770. 12°.

Ejusdem *Natural hiſtory of ambar myrrh &c.* London 1770. 8°.* pro commendando arcano.

John Dove *Strictures on agriculture* London 1770. 8°.*. Enthuſiaſtæ opuſculum, in quo pro re mire nova docet, pluviam & aereum humorem a cælo deſcendentem ſolum plantarum eſſe alimentum. Perfectam demum & ſimplicem ſuamque methodum perficiendæ agriculturæ laudat, ſed reticet.

Thomas Comber, V. D. M. paſſim aliqua dedit in diariis. Ejusdem *Free and candid correſpondence on the farmers letters to the people of England* London 1770. 8°. In Youngii, quas diximus, epiſtolas.

Suſan Carter *the frugal houſewife or complete woman cook* London 1770. &c.

A ſhort

A ſhort deſcription of South Carolina London 1770. 8°. Habet etiam fructus ejus regionis, & cultum deſcribit Indici.

James STONE *the complet Baker* London 1770. 8°. Fermenti ad optimum panem obtinendum uſum docet.

Philip PITMAN, centurionis, *the preſent ſtate of the European Settlements on the Miſſiſipi* London 1770. 4°. De fructibus ab ea regione productis aliqua habet.

§. MDCCCCX. *Itali.*

Fabio ASQUINO *diſcorſo ſopra la ſcoperta della torba in mancanza de boſchi & del legname* Udine 1770. *. Ceſpitibus bituminoſis calcem coqui poſſe.

§. MDCCCCXI. *Sueci.*

In *K. Swensk. Wetensk. Acad. Handlingar* 1770. 12°. Quaſſiæ utilitas ad debilem ventriculum & adverſus arthritidem.

CLAS ALSTRÖMER *finylliga fär afweln* 1770. 8°.*. Multa de plantis hybridibus. Ipſe in Hiſpania vidit ſylvas Ceratoniæ, quæ cum mere feminarum eſſent arborum, didicit eas inoculari ramis fructiferarum, neque alias fructus ferre. Ignorabant differentiam ſexuum, & neceſſitatem fecundationis, quæ fit a polline maſculo.

§. MDCCCCXII. *Belgæ.*

EGBERT MUYS *nieuw en volkommen woordenboek van kunſt en wetenſkapen* Amſterdam 1770. 2.Vol.

Nieuwe en naauwkeurige verhandeling van de Tabak Amſterdam 1770. 8°.

§. MDCCCCXIII. *Germani.*

J. Friderici BOLTEN *de novo Zoophytorum genere* Hamburg 1771. 4°.*. Potius animal eſt, cui ſuum ſit os.

Reiſen durch Sicilien und Groſsgriechenland Zürich 1771. 8°.*. Gen. de RIEDESEL antiquitatis reliquias potiſſimum curavit, rem naturalem & plantas tamen non neglexit. Spontaneam avenam & hordeum circa Marzameni in Sicilia invenit. Dactylos in ea inſula maturari. Caſtanea arbor 204. palmarum ambitu inter Cataneam & Taurominium. De manna Sicula, & Neapolitana &c.

H. G. v. D. *Die nach Grundſätzen und Erfahrung abgehandelte Schleſiſche Landwirthſchaft* Breslau 1771. 8°.* Pars I. Nobilis viri opus, non quidem eruditi, ſed experti & in deſcribendis ſumtibus & proventibus accurati. De agro & ſementi; de arandi modo. Sæpe ſterilem terram profundius latere, eam non debere aratro ſurſum verti. De meſſe, præfert falcem ſaturniam. Degenerare utique ſementim, non perfici. Agrum integrum lolium pro ſecali red-

reddidiſſe. De neceſſitate alternæ requiei, nempe tertii cujusque anni. De fimo augendo. De pratis, quam cultus partem Germani minus perſpexerunt. Artificialia prata ſpernit. De lini cultu & elaboratione. De ſylvis aliqua.

J. PH. A. GESNER *Sammlung von Beobachtungen aus der Arzneygelahrtheit und Naturkunde. III. Band.* Nördlingen 1771. 8°.*. Conf. p. 432. Vires Quaſſiæ ad varios morbos ſalutares: ſic corticis peruviani in gangræna, in gravi carie. Cicutæ laudes in ſcrophulis: etiam uvæ urſi bonus effectus in ſtranguria, cum arenarum profluvio.

J. Jacob NÆGELI *Unterricht von Pflanzung und Nutzung der Erdapfel* Tiguri 1771. 8°.*. Simpliciter & practice. Ut ex ſiccatis radicibus farina paretur. De panico, ejus cultu, pulte.

LOCHER *Verzeichniß einiger eßbaren Pflanzen* Zürich 1771. 8°.* Inter eas primo vere lamium eſt, viola, primula, quam laudat, beccabunga, quæ omnia ut betas coquit. Tragopogonis elogium. Caules bardanæ, ſinapi, pimpinella ut olera adhiberi poſſe.

Adriani KEMTER, Canonici Tirolienſis, *veterum de re ruſtica diſciplina* Mediolani 1771. 8°.*. Compendium georgicorum veterum, de villa in univerſum, de materie, de frugibus.

Fulgentii VITMAN, Profeſſoris Bot. Ticinenſis, *de medicatis herbarum facultatibus*, Faventiæ 1771. 8°. 2. Vol. *. Plantarum catalogus, de quibus in Medicina adhibendis ullo modo cogitatum fuerit. Character genericus & ſpecificus. Vires medicæ, etiam ex nuperis deſumtæ.

Pharmacopœa Helvetica P. I. *Materia medica.* P. II. *tradens compoſita & præparata* Baſil. 1771. fol.*. Simplicium medicamentorum hiſtoria opus eſt Cl. WARNERI la CHENAL: Ea reducit ad genera & ſpecies, & nomina addit, LINNÆANA aut mea: vires etiam prudenter & caute ſubjicit, non facilis in adgnoſcendis aut veterum aut nuperorum nimiis laudibus.

Chriſtoph Jacob MELLIN *practiſche Materia medica* Altenburg 1771. 8°.*. Paucis medicamentis contentus, e vegetabili regno potiora remedia recenſet, cum uſu medico, ex fontibus nuperrimis.

Franc. Xavier HARTMAN *Formulæ medicorum in materia medica & chirurgica* CRANTZII Viennæ & Lipſiæ 1771. 8°.*. Plantarum nomina, deinde vires medicatæ, quæ ex quaque præparantur, aut componuntur.

Joſeph Jacob PLENK *Materia chirurgica, oder Lehre von den Würkungen der zu der Wundarzney gebräuchlichen Heilsmittel* Wien 1771. 8°.*. Plantæ, earumque vires medicatæ, ſæpe ad peculiaria experimenta.

J. Ludw. FOKKE *Verſuche und Cur der Kornzapfen* Zell 1771. 8°. Chirurgus pro Clavi Secalini innocentia.

§. MDCCCCXIV.

§. MDCCCCXIV. *Diaria.*

Berliniſche Sammlungen T. III. 1771. 8°.*. Nobilis de K. de cultu Trifolii valde diverſo. Aliqua de vi antiſpasmodica foliorum aurantiorum; de Nymphææ impoſitæ vi ad diſcutiendum lac; de decocto Coffeæ analogo ex cichorii radicibus: de mania diſſipata uſu hellebori nigri. De ſalicini corticis vi antipyretica.

Anzeigen der Leipziger œconomiſchen Societät an der Oſtermeſſe 1771. *aus den eingelaufenen halbjährigen Nachrichten* Dreſden 1771. 8°.*. Inter curas hujus Societatis potiſſimum etiam res eſt herbaria. Multa in Saxonia conati, in colendis plantis minus notis, retulerunt de Fagopyro Sibirico, Braſſica Canadenſi, varietate gratius eduli Solani tuberoſi, Naſturtio Sibirico eduli, Raphano Chinenſi, Trifolio hybride, Viciis, Nicotiana Penſylvanica, de lupuletis, quæ terram poſcunt requietam, de vineis Luſaticis.

Deinde ſeorſim prodierunt numeroſæ Schedæ cum titulo *Auszüge der Protocolle nach den verſchiedenen Claſſen.* Hic multa etiam experimenta reperias de plantis nuper coli ceptis; de lino Sibirico, de ſpergula; de colligendis ſeminibus Mannæ ex gramine anatum, de rubia, de lino, ejusque apricatione & dealbatione, alia.

In *Actis philoſophico Medicis Societatis Academiæ Scientiarum Haſſiacæ* Gieſſæ 1771. 4°.* editis, Cl. Kæmpf aliqua habet de viribus medicis eſſentiæ Galbani; & eſſentiæ Aconiti, in diſcutiendis glandulis colli efficacis.

§. MDCCCCXV. *Diſputationes.*

Reinhold Berens *de dracone arbore Cluſii* Götting. 1771. 4°.*. Arborem florentem Berolini vidit, denique depictam. Linnæum per omnia ſequitur, & contra Cranzium defendit, cujus Stoerkiam & Oederam, non ſolum non diſtare genere, ſed eamdem demum ſpeciem eſſe it demonſtratum, aliquanto aſperior.

§. MDCCCCXVI. *Galli.*

Le Jardinier prevoyant 1771. 12°.

Louis Antoine Proſper Herissant *Jardin des curieux, ou catalogue raiſonné des plantes les plus belles & les plus rares avec leur culture &c.* Paris 1771. 12°.

Ducarne de Blangy *Methode pour recueillir les grains dans les années pluvieuſes & les empêcher de germer* Paris 1771. 8°.*. Acervos mergitum facit circulares, quarum imi ſolo ſtramine terram contingunt, ſalvis ſpicis. Acervus mergite majori tectus pluviam eludit.

Sue *Dictionaire portatif de Chirurgie* Paris 1771. 12°.*. Recenſet plantas narcoticas, agitque de earum viribus medicatis, tum de agarico Brossardi. ꝗ

Dictionaire raiſonné univerſel de matiere medicale contenant les vegetaux & leur deſcription, leur analyſe, leurs vertus &c. Paris. 8. Vol. cum iconibus.

Recueil inſtructif & amuſant dans lequel on trouve tout ce qui peut le plus contribuer à vivre avec aiſance à la ville & à la Campagne Trevoux 1771. Conſilia ad agri, hortique cultum; de vini, hydromellis præparatione, medicamenta varia &c.

Guyot *Manuel forêtier & portatif de la culture des differens bois, ſemis, balivages, exploitations* Paris 1771. 12°. fere ex Du Hamel.

Boueix *Mémoire ſur la nature & les effets du ſeigle ergoté pour ſervir de refutation au memoire de Mr.* Schlæger. D. Vetillard Medicus Cenomanus ſcripſerat pro adſtruenda vi venenata ſecalis corniculati, exemplum dederat familiæ, quæ tota interiit, cum paupertas eam ejusmodi ſecali veſci coegiſſet: ſimilem triſtem effectum in porco & in anate eſt expertus. Acre eſſe &c.

Vitet *Medecine veterinaire* Lyon 1771. 8°.*, opus per experimenta natum, quo veræ vegetabilium vires indicantur, quas in ove, bove, vel equo exercent. Lactucam etiam cum oleo & aceto bovi ſalutarem eſſe, & potiſſimum ab ove non amari: eadem folia ambuſtis utilia eſſe. Acetum pecori nocere. Utique opium ſanguinis motum incitare, augere vires. Bryoniam recentem commode alvum ducere, ciborum etiam augere apperitum; Aloen optime pecus purgare. Radicem lapathi urinam ciere. Angelicam inter ſudorifera primo loco ponit. Betonica ſinus calloſos mundat, ſternutationem movet. Juglandis folia optime detergent. Chelidonium acrius eſt. Chamæmelum amicum pecori, ad colicos dolores utile. Sanicula vulneribus cutaneis benefica. Lycoperdon non cedit Agarico Brossardiano. Matricaria præcalida eſt. Cicuta non reſpondet. Extractum baccarum Juniperi theriacæ præfertur, Gentiana malos paludum effectus corrigit. Camphora vehementer calefacit.

De Bougainville *Voyage autour du monde* Paris 1771. 4.*. Pauciſſima, tamen aliqua habet de plantis inſulæ Falkland, ita deſcriptis, ut quid ſit non divines, inprimis *la plante à gomme.* Plurima ſperes à Commersonio, qui ejus itineris comes fuit.

J. Franc. Paris & Carl Jac. Saillant Auct. *E. proprium hominis alimentum vegetabilia* Paris 1771. 4°.*.

In *Journal de Medecine* T. XXXV. D. Normand vires medicatas infuſi millefolii vehementer laudat.

In *Ephemerides du Citoyen* 1771. n. 3. deſcribitur totus rubiæ tinctoriæ cultus, potiſſimum etiam ut flavus tinctorius pollen a fuſco inutili ſeparetur: ut ter radix torreatur, ter molatur.

§. MDCCCCXVII.

§. MDCCCCXVII. *Angli.*

A practical farmer and friend of J. Tull. Hoc nomine anonymus edidit 1771. 8°. *a compleat English farmer, or a practical eſſay on husbandry.* Cultus cujusque ſpeciei cerealium. Agricultura mixta ex vetere & nova. Inſtrumentum.

John Morley *Eſſay on the nature and cure of the Kings evil.* Lond. 1771. 8°.*, quæ editio dicitur eſſe ſeptima. Verbenæ radicem abſterſoriam, neque lotam, collo circumligat: aquam ſtillatitiam etiam propinat, & cataplaſma ex tuſa radice imponit: plantamque dat delineatam: ſed multa alia & efficaciora medicamenta conjungit.

In medical obſervations and inquiries by a Society of Phyſicians in London Vol. IV. London 1771. 8°.* paſſim de utilitate Dauci tuſi ad ulcera fœtida tum levanda tum curanda, ſi interna medicina acceſſerit. De cicutæ uſu ad ſcrophulas, & alias innocente.

Matthew Peters *Winter richeß o a miſcellany of directions and obſervations neceſſary for the laborious farmer* London 1771. 8°. Non vult terram unquam requieſcere. Equos optime dauco ali, magnumque ejus radicis lucrum eſſe.

James Meader, Hortulanus, ex codicibus Hittii manu ſcriptis edidit *the modern gardener or Univerſal Calender* London 1771. 8°. Ad hortos nobilium pertinet, caldaria, hibernacula, tamen etiam flores, arbores, frutices, vites, olera, plantas medicatas deſcribit, cultumque perennium.

§. MDCCCCXVIII. *Itali.*

Petrus Anſeimus Gallus in diſp. inaugurali, Taurini 1771. 8°.* agit de lini ſemine.

§. MDCCCCXIX. *Belgæ.*

Hier. Dav. Gaubius *adverſaria* edidit Leidæ 1771. 4°.* opus per experimenta natum. In eo chemica potiſſimum, ſed paſſim etiam botanica adtigit. De radice Raiz de Juan Lopez, cujus eximia eſt utilitas adverſus diarrhœas. De vera Camphora ex mentha piperitide nata. Piperis analyſis & mira facultas, qua igneam vim per immenſam aquæ copiam diffundit. Nucis moſchatæ æthereum oleum, & aliud expreſſum ſebaceum. Sal aromaticus ex oleo aurantiorum.

§. MDCCCCXX. *Libri, quorum editionis annum ignoramus.*

Camp *Actes hiſtoriques ſur l'origine, & l'ancien uſage de la garance en Artois* Paris 4°. B. hiſt.

FIACRE ANDRE' *le grand potager ou la maniere de ſemer & de planter.* Lunam obſervat. Ann. Champ.

OCTAVIO COURTOIS *les vertus de la Quinteſſence de Romarin, & les moyens d'en uſer.* le TELLIER.

Le bon-uſage du Chocolat degraiſſé, du Sirop de Vanilles, du Sirop de Thé, du Caffé volatile Paris 12°. FALC.

Le blaſon des fleurs Paris 16°. FALC.

Catalogue des graines du Sr. le FEVRE *Grainier* 12°. FALC.

Léttre ſur un demêlé ſur le Guaïac. 12°. ASTRUC. Lis erat inter demonſtratores chemiæ in horto pharmacopolarum nata.

Eſſays on ways and means for incloſing and planting in Scotland. 8°. OSB.

Robert HEATH *Deſcription of Cornwall :* habet plantas ſpontaneas.

Henr. DETHICKE *gardeners labyrints* London 4°.

Richard WESTON *diſcourſe on Flanders husbandry.* Habetur pro Auctore cultus Trifolii. YOUNG.

MAXWELL *Miſcellaneous papers on husbandry.* Eglanteriam laudat ad ſepes.

American Grove of Goodsworthhill villæ Ducis de Richemond.

Leonh. BEELS *Catalogus der Nelken.* TREW.

Deſcription des Holzes Saſſafras, welches aus Florida zu uns hervorgebracht worden Wien 4°.

L. B. *Unterſuchung des wahren Arabiſchen Balſams von Mecha* Nürnberg 4°.

LOCHSTOR *Methodus medendi Norwegica* Hafn. Chamæmori bonam iconem non proſtare, ſe meliorem daturum.

CHRISTIANUS de S. ANTONIO, Canonicus, ſcripſit Luſitanice *Pharmacopæam Luſitanicam auctam.* Ulyſſip.

JOSEPHI LAURENTII *de prandio & cœna veterum* l. recuſus in *Theſ. Gronov.* T. IX. Agit de melle, mulſo, ficubus, vino, lactuca.

ANTONII CASTEL, Monachi Galli, *Theorica y practica de Boticarios.* C. de V.

EMANUEL VALDERAMA, Cæſar Auguſtanus, *de uſu Colocynthidis.* C. de V.

FRANCISCUS GIMENEZ GUILLEN *Quod Mora in prima menſa fuerint adſumta, & quod* HORATIUS *ſecundæ recte appoſuerit.* C. de V.

ALPHONSUS

ALPHONSUS de la FUENTE ex oppido *Montalvan, dialogos de agricultura.* C. de V.

DIDÆUS CORTAVILLA Y SANABRIA. Ejus eſt *Informacion y parecer delo que ſon cubebas y qui en las comenzo a uſar y come no ſon el Carpaſio de* GALENO *y las que havra tenemos ſon las miſmas, que conocieran los primeres Arabes.* 4°. CAP de VILA.

§. MDCCCCXXI. *Codices M.S.*

ISRAELIS VOLKMANN *Phytologia magna voluminibus comprehenſa, aucta a* G. ANTONIO VOLKMANN filio, ſervatur Dreſdæ inter Regia Cimelia.

KINDERMANN *Phyſica ſacra* M.S. dicitur in NEAULME *Bibliotheca* Tom. V. In ejus T. II. c. I. continetur *Tractatus vom Reiche der Pflanzen, ihrem Baue und Leben, ſamt curieuſen Experimenten.*

M.S. *Behelzende de naturlyke hiſtorie van Oſt-Indien in twee deelen met geſchilderde tekeningen van gewaſſen hoogduyts en nederduyts.* Inter WACHENDORFIANA.

DUFAY *Mémoire ſur les plantes qui croiſſent aux environs de Rouen & non aux environs de Paris.* M.S. in codicibus *Academiæ Rothomagenſis.*

Le Preſident le ROBIEN *hiſtoire naturelle de la province de Bretagne.* M.S. apud filium.

GIRARD de VILLARS *Catalogue des plantes qui croiſſent aux environs de la Rochelle.* M.S. 4°. apud Auctorem.

BELLET, Canonici, *Catalogue des arbres qui viennent aux environs de Cadillac avec des obſſ. ſur les vertus des bois.* Ibid.

D. J. PECH *Deſcriptiones plantarum in Pyrenæis montibus, circa Perpinianum & Narbonem ſponte naſcentium.* Opus nondum ab auctore perfectum.

D. GOIFFON *Index plantarum circa Lugdunum creſcentium.* Apud heredes Cl. viri.

De VERNIERS *ſur l'excellence des vins de l'Auvergne ſous les Romains, la cauſe de leurs mauvaiſes qualités, & les moyens d'y remedier.* Inter chartas Societatis literariæ oppidi Clermont Ferrant.

CHARLES le fils *Mémoire pour ſervir à l'hiſtoire des plantes d'Auvergne & principalement aux environs de Cauzet en Bourbonnois avec les additions* de Mr. CHARLES le Pere & CHOMEL. Inter chartas D. de JUSSIEU & le MONNIER.

JEAN

JEAN & PIERRE ROBERT, Doratenſium. *Mémoire ſur les principales plantes, qui naiſſent dans la province de la Marche.*

LAMBERT de CHAMBERY *hiſtoire des plantes, qui naiſſent aux environs d'Orléans, continuée par Mſrs* DU HAMEL & SALERNE fils. Apud ARNAULD de NOBLEVILLE.

PASUMOT *Obſſ. d'hiſtoire naturelle ſur le terrein de Regennes près d'Auxerre.* Inter chartas Societatis lit. Altiſidorenſis.

MERRAT Apothicaire *Mémoire ſur les differentes eſpeces de raiſins du terroir Auxerrois & ſur la varieté du terroir.* Species 28. uvarum, 4. ad rubrum, 9. ad album vinum præſtantiſſimæ.

ROMAN *Diſſ. ſur. les plantes uſuelles de la Franche-Comté.* Inter chartas *Academiæ Veſuntinæ.*

VARNIER *M. ſur quelques plantes rares trouvées dans les environs de Vitry le François.* Inter chartas *Acad. Catalaunenſis.*

EJUSDEM *Obſſ. ſur les plantes qu'il a trouvées en Champagne.* Prælegit in ea Acad. anno 1760. quæ cum codicem ſervant.

De VILLIERS *Mémoire ſur le retabliſſement de la culture des terres en Champagne.* Ibid.

DESMELY *Mém. ſur le jardin des plantes etabli à Amiens.* In chartis *Acad. Ambianenſis.*

De LYS *ſur les productions de l'Artois.* In chartis Soc. Liter. *Atrebatum.*

PELTEREAU *ſur l'amelioration des noues ſeches ou des prés hauts.* M.S. HERISS.

De MAYSONADE *Mém. ſur la culture des peches.* M.S. HÉRISS.

BELLET le CAMUS ROUX & DARCET. *Raport fait à la faculté de Medecine de Paris au ſujet des eſprits inflammables du cidre & du poiré.* Non nocere.

DIDACI a S. JOSEPHO Monachi *Facultades de las plantas colegidas de la hiſtoria general.* M.S. codex citatus a JOSEPHO QUER.

NICOLAUS OLIVERA ſcripſit *Hiſtoria natural del Braſil.* M.S. fol. C. de V.

JACOBI SEGARRA *Epitome in libros III. de ſimplicibus medicamentorum facultatibus.* CAP. de VILA.

GASPAR PERES FIGUEREDO, in oppido Torres novas natus, *das virtudes das plantas y ervas que produce a Villa de Torres novas.* M.S. CAP de VILA.

GUILLELMI

GUILLELMI RYHINER M. D. *Catalogum plantarum* poſſideo, *quæ circa Arau naſcuntur.* Sub initia ſeculi ſcriptus eſt.

Immenſum etiam ſtirpium ſuis cum ſynonymis, catalogum ABRAHAMI GAGNEBIN.

C. BAUHINI *Catalogus plantarum circa Baſileam naſcentium* in *B. Baſil.*

J. JAC. SCHEUCHZER *de vinis* M.S. apud Nepotem.

HENRICI DETTLING, Suitenſis, *vom Mölken machen* ſ. opere lactario.

TH. ZWINGER *Catalogus plantarum Baſileenſium.*

D. IVERNOIS *Catalogus plantarum Neocaſtrenſium.*

C. NIC. LANGE *Catalogus plantarum* M. PILATI.

Alius *plantarum* M. Regii.

Alius *plantarum* M. *Kaiſerſtul.* Lucernæ ſervantur.

JACOBI CONSTANT *Catalogus M.S. plantarum Lauſannenſium.*

J. CASPARI BAUHINI *Paradiſus Helveticus*, quo continentur plantæ Lucernæ, circa thermas fabarias, & in Rhætia lectæ, aliquæ, ut lego, novæ.

MATTHIEU RENEAULME circa 1530. dedit deſcriptionem Alpium, Gallice ſcriptam, in qua etiam plantæ Helveticæ recenſentur.

Anno 1750. M. de VAUGIRON in *Academia Lugdunenſi* dixit de Achillea *Genipi.*

Apud NEAULME in *catalogo* anni 1755. fuſe recenſetur herbarium vivum plantarum 4500. ad ordinem BOERHAAVIANUM.

A D D E N D A

AD BIBLIOTHECAM BOTANICAM.

Ad Tomi I. paginam 2. not. 2.

AELIANUS *var. lect.* L. III. c. 39.

Argivos primævos vixiſſe piris. Athenienſes ficubus. Tirinthios piris ſylveſtribus. Indos arundine. Carmanos Palma. Sauromatas milio. Arcades glandibus.

Æſculus, ejus ad ignem toſtæ glandes PLATO respubl. L. II. Glandibus & fungis vivunt Coſſenſes & ferarum carnibus DIODOR. SIC. L. XIX. c. 19. Glandes veteres coquebant. Earum uſum Arcades diu retinuerunt. Alunt ut cerealia; & nihil quidquam de earum acerbitate GALENUS queritur *alim. facult.* L. II. c. 38. Quare non putem, ut nuper ſcriptum eſt, noſtras glandas eſſe priſci ſeculi edules illas glandes.

Ad pag. 3. not. 1.

Capra ſuffuſionem patiens junco aculeato oculum conpunxerat, ita viſum recuperavit. Clyſterum uſus eſt ab Ibide GALEN. *introduct.*

Ad pag. 4. not. 5.

FINGAL de ſe ipſo, optime plantarum virtutes ſe noviſſe, & ipſum in montibus multas legiſſe. Scotos etiam montanos vulnera feliciter ſanaſſe *Temora* p. 197.

Plantas & radices norunt Miſſiſipiani *Voy. Miſſ. Relat.* V. p. 292.

Hetruſcos plantarum peritos fuiſſe *Varietés liter. Par.* 1768.

Marſi venenis ex herbarum pigmentis confectis ſalutaria hominibus remedia componunt JUL. FIRMICUS *Matheſ.* L. VIII.

Feriduno Orientales theriacam inventam tribuunt HERBELOT.

Arabum feminæ plantarum peritæ MARITI II. 14.

Kamtſchadali plantas ſuas, earumque bonas & malas vires; perfecte cognitas habent CHAPPE *voy.* II. p. 373.

Indi virium plantarum ad morbos gnari TOURON *Amer.* 1711. 176.

Pag. 6. ad not. (e)

BACCHUS, vini inventor, docuit Amphictyonem vinum facere ATHEN. L. 2.

Ibid. ad not. (g)

PORPHYRIUS de *ſacrificiis.* Ægyptii Sacerdotes plurimis animantibus abſtinebant.

Pag. 7. ad not. (x)

Oleum ricininum, raphaninum & ſinapinum in Ægypto frequentiſſimum GALEN. *Compoſ. medic. ſec. Gen.* L. III.

Ex Loto (Nymphæa) primum panem apud ÆGYPTIOS factum fuiſſe ap. MANETTUM *panizz.* p. 180.

Pag.

Pag. 9. ad not. (u)

Medicinæ inventores CHIRON, MELAMPUS, ARISTÆUS, POLYIDES, GALEN. *introduct.*

Ibid. ad not. (c)

SENECA *Epiſt.* 95. Medicina quondam paucarum fuit herbarum ſcientia.

Pag. 12. ad lineam 4.

ORPHEI georgica veteribus dicta ſunt TZETZES ſcholiaſtæ CAMER.

Ibid. ad fin. lin. 15.

In *Mediçea Bibliotheca* HESIODI *opera & dies cum gloſſis* MONTF. Porro edita ſunt Lipſ. 1512. 4°. Eadem per NICOLAUM e græco latine reddita MAITT. & edita 1499. 4°. ib. ID.

In *opera & Dies* J. PROTOSPATHARII *comm.* & *Manuelis* MOSCHOPULI ſunt in B. VINDOBONENSI LAMBEC. VI.

Les œuvres & les jours vertente *Lamberto* DANEAU 1511. 8°. VERDIER.

Ibid. ad not. (c)

EPIMENIDIS alimentum ex aſphodeli ſucco, malva, loto, ſeſamo papavere albo, & radice ſcillæ miſcebatur, quo ſolo ſuſtentatus ad multos dies absque cibo durari poſſet, ex PSELLI *paradoxis lectionib.* LAMBEC. VII. p. 221.

Ibid. ad not. (e)

PYTHAGORAS rutam marem fecit & feminam, & ad oculos uſus eſt PLIN. L. XX. c. 13. Scilliticum acetum invenit: ejusque uſu ad 117. annum pervenit GALEN. *Euphriſt.* III. PYTHAGORÆI fere pane cum melle vixerunt ATHENÆUS. Prandium PYTHAGORÆUM ex meris plantis ANTIPHANES apud ATHENÆUM.

Pag. 14. ad not. (b)

Aizoon, de quo DEMOCRITUS, Sedum, Latine digitella PLIN. L. XVIII. p. 121.

Pag. 15. ad not. (l)

In ſomno oſtenſo a MINERVA Parthenio PERICLES ſervum ex tecto lapſum ſanavit PLIN. L. XXII. c. 17.

In fano vici Brack ægroti decumbunt, & per inſomnia diſcunt, quid ad ſuum levamen ipſos facere oporteat ABULFEDA *tab. ſyr.* p. 191. ASPASIA illa celebris, cum tumore in mento deſperato laboraret, roſis de Veneris ſerto ex inſomnio adhibitis ſanata eſt ÆLIAN. *var.* L. XII. c. 11.

Ibid. ad not. (n)

Etiam DEO ENDOVELLICO vota nuncupabantur pro ſalute ægrorum RESENDUS in inſcriptione.

Chariſteria ÆSCULAPIO ſuſpenſa BAYER *de diis philanthropis* n. 10. Artus morboſi ſuſpenſi. — Ex vetuſto more ſuſpenſos artus, fere omnes, ſe in Italia vidiſſe ADDISON *Journ.* p. 54.

Ibid. ad not. (p)

Compoſitio clariſſima in limine ædis ÆSCULAPII, qua uſus ANTIOCHUS magnas ad venerem vires adquiſivit: conſtabat ſerpyllo, meo, trifolio, fœniculo, apio, croco &c. PLIN. L. XX. n. 100.

Pag. 16. ad not. (r)

GALEN. *compoſ. med. per gen.* L. V. cap. 2.

Pag 17.

Libri de *victus rat. in acutis* J. VASSÆO interprete prodierunt 1542. 8°. MAITT. & prius 1531. fol. Libros tres vertit HONAIN CASIRI 852.

Pag. 25. ad fin. not. (e)

Librum IV. *morborum* non ab HIPPOCRATE, ſed ab auctore ARISTOTELE nuperiori proficiſci, butyrum indicat ab ARISTOTELE non intellectum CARDAN *ſanit. tuend.* L. III.

Pag. 26. ad fin. lin. 11.

Citat ibi calliphylli potum, qui profuerit in longa tuſſi.

Ibid. ad init. l. 17.

Ad Φαρμακιτιν in lib. παθων aliquoties remittit.

Περι Φαρμακων prodiit gr. & lat. cum notis *Fed.* MORELLI. Paris 1621. 12°. 1617. 12°. MAITT. Græce J. CAJI cura Baſileæ 1544. 4°. HIPP. *de medicament. uſu* Paris 1541. 8°. cum APICIO & aliis (MEAD). *L. pharmacorum de ſecretis* Codex M.S. ASHMOL n. 7788. HIPP. *de ſolutivis* M.S. Coll. MERTON.

Ibid. ad not. (l)

Baſil. 1544. 8°. cum ſcholiis per *Albanum* TORINUM cum l. *de ſemine*: Francofurti 1553. 8°. cum *ſchola ſalernitana* RIV. Iterum HERMANNO CRUSERIO interprete 1534. 12°.

Pag. 27. poſt lin. 8.

Græci codices HIPP. *de differentia alimentor. ad* PTOLEMÆUM. in B. BODL. n. 150.

HIPPOCRATES habet 300. vegetabilia. ALSTON.

Pag. 28. ad not. (p)

Græci nuperi fere veterum nomina retinuerunt. Acer vocant Aſphendamnos c. 17. Scolymum aſcolimbros c. 18. halimum halimatia, tribulum atriçolo BELLON. *obſſ.* Bulbocaſtana etiam nunc Rhodii dicunt GUILAND *Ep.* I. c. 12. Aſpalathi nomen in Græcia omnino manſit *Ep.* III. p. 25.

ANGUILLARA, abſinthii nomen græci retinent p. 165. Gentianam in Illyrico IDEM reperit.

Pag. 29. ad init. lin. 6.

CTESIAS L. III. de tributis, quæ in Aſia penduntur, omnia habet, quæ ad cœnam regiam pertinent, non tamen piper ATHEN. L. II.

Ibid. ad not. (r)

Chartodas THEOPHR. *plant.* L. II. c. 8.

Pag. 30. in lin. 6. poſt 4°.

cura F. SYLBURG, nitide edit. Francfurt 1587. 4°.*.

Ibid. ad fin. lin. 26.

ARISTOT. *de vegetabilibus* B. R. *Lond.* p. 214. ARISTOT. *de plantis Sec.* XI. B. D. MARCI. De plantis B. *publ. Cantabr.* n. 2286. de vegetabilibus & plantis C. CHRIST. *Oxon.* n. 1581. BAILLOL. cod. n. 223. 274. Græce Bibl. BODL. n. 1882. Veros libros περι Φυτων amiſſos eſſe FABRICIUS. ARISTOT. de arboribus & plantis in *Collegio* CAJO GONVIL. n. 981. de vegetabilibus ib. n. 980. 982. C. CHRIST. n. 1578. 1580. In Scorialenſi Bibl. BUSCHING. *Magaz.* T. V.

Problemata græce in *B. Medicea*, in BODLEYANA n. 1882. Reperiuntur etiam in *Collegio* C. CHRIST. n. 1580. in Balliolenſi n. 274.

Ibid. ad init. lin. 27.

In libro περι χρωματων multa de coloribus

loribus florum fructuum, foliorum, & eorum mutatione. Codex eſt in M.S. B. publ. Cantab. 2286.

In l. περι θαυμασιων ακουσματων aliqua de plantis, buxi vi mel venenante habet. Oleæ peculiare genus. Violæ Aetneæ; venenum Celticum, (quod putes ad thoram ſpectare).

In *hiſtoria animal.* L. III. c. 21. Medicam lac minuere, cytiſum augere. Ibid. L. VIII. c. 20. a verbaſco piſces interire, quod ſatis exſpectes.

Quis eſt libellus ARISTOTELIS *de pomo* B. *publ. Cantabr.* B. C. CHRIST. BODLEY. n. 2081.

Pag. 33. ad fin. lin. 10.

In aphacis ὁ πέλεκινος ſecuri ſimilis VIII. c. 8.

Pag. 35. in lin. 2. poſt lit. (h)

THEOPHRASTUS *de plantarum hiſtoria* Græce 1552. 8°. 1553. 8°. OSB.

Ibid. ad fin. not. (g)

cum vocabulis latinis & græcis.

Pag. 36. inter lin. 27. & 28.

M.S. L. X. in Medicea etiam ex GAZÆ interpret. in B. S. MARCI, & F. Minorum Ceſenæ. Librorum VIII. non integrorum codex Gr. in B. R. P. (Fonteblandenſis) n. 1823. De generatione plantarum L. V. juſſu Beſſarionis a. 1443. deſcripti in B. D. MARCI Græce. Quid?

Ibid. de plantis L. X. codex ſeculi 15. latinus. Hiſtoria plantar. B. C. CHRIST. n. 1588.

J. MEURSII *lectiones Theophraſteæ in quibus loci aliqui emendantur Theſaur. græc.* T. X. de radiculis, cepe &c.

Adverſaria in THEOPHRASTUM de plantis in B. S. Germani. Opera a viro docto cum M.S. collata in B. Leidenſi. Opera & epiſtolæ in AMBROSIANA. Excerpta ex THEOPHRASTI hiſtoria plantarum B. R. P. n. 2082.

Pag. 37. ad fin. lin. 29.

THEOPHRAST. *de cauſis plantarum* in MEDICEA, etiam ex verſione GAZÆ. Codex cum emendationibus & notis in Bibl. Voss. n. 2696. Codex alius in B. C. CHRIST.

Ibid. ad fin lin. 31.

Liber VI. *de cauſis* ſolus græce & latine prodiit Paris. 1558. 8°. MAITT.

Pag. 38. ſub lin. 5.

Libri de *odoribus* pars major huc pertinet. Continet enim potiſſimum unguenta græcis celebrata, ex variis floribus, corticibus, fructibus concinnata. Ea occaſione multa non ſpernenda ad plantarum naturam addit. Juniperum urinæ gratum odorem impertire: Ficum Ægyptiam dulcem eſſe & male olere. Odores, quæ velis recipere, ea debere inodora eſſe. Rhodinum ex roſa — ejus odorem celeriter difflari. Irini melioris notæ compoſitio. Suſinum ex liliis fieri. κιναμωμου paſſim meminit, aliter vero veteres hac voce oportet uſos eſſe: nam eo Cinnamomo Caſia dicitur præſtare acrimonia, calore, vi adſtringente. Siſymbrinum oleum, inter odorata. Chrema calida radicula Syria, qua amaracinum tingatur. Balſami ſuccus & ſemen efficaciora, lignum minus. Marum calefaciens, miſcetur amaracino. Irinum maxime durabile 20. annis permanet. Stacte de myrrha fluit, odoratiſſima. Ut vinum thaſium melle & farre melius reddatur.

Seorſim prodiit græce & latine *Adriano* TURNEBO interprete cum ejus adnotationibus, Pariſ. 1556. 4°. B. THOMAS. Cum aliis operibus THEOPHRASTI Venet. 1552. apud ALDOS græce & latine GUNZ: & in editione *Dan.* HEINSII 1613. fol.*. Recenſetur a D. LAERTIO.

Jean de l'ESTRADE *annotations* ſur THEOPHRASTE *des odeurs, enſemble l'hiſtoire de quelques plantes* prodiit. Paris 1556. 8°. B. *Exot.*

Codex M.S. exſtat græce in B. R. P. n. 2278. alius in VOSSIANA cum emendationibus & notis.

De ſuccis plantarum codex, ni fallor, ineditus in *B. Reg. Pariſ.* n. 1823.

De melle minimus libellus. Plurimum in Quercu & Tilia colligi. In *oper. min.* II. c. 2. Recenſetur a D. LAERTIO.

De *vino & oleo primarum propoſitionum* 18. a LAERTIO dictus, amiſſus eſt.

Sic de *fructibus & animalibus.*

Pag. 39. ad fin. lin. 2.

PHANIAS ERESIUS malvam laudat, ejus ſemen placentam vocat. Cucurbitam parum nutrire. Fungos Ceos bonos eſſe & L. I. de plantis alios floris indicium emittere, alios minime. Tubera & bulbos ægre coqui, aſparagum braſſicæ bene, in Cherſoneſo taurica dulces naſci bulbos.

De plantis L. V. agit de cacto, ſpinoſa planta. Eodem libro de cedro egit apud ATHENÆUM L. III. ea cedrus eſt citrus, ſpinoſa.

De leguminibus apud ATHENÆUM L. IX. dicit; Paſtinacam ſemen ferre inſtar umbellæ, ſic alia ejus generis apud ATHENÆUM L. VIII.

IDEM ſcribit Mendæos vites elaterio irrigare, ita fieri vinum, quod molliter alvum ducat ATHENÆUM L. I.

Ibid. in lin. 3. poſt nom. APOLLODORUS.

ARISTOTELIS diſcipulus. Sylveſtris mori fructus mora vocat — ejus locus apud ATHENÆUM L. II. De bellariis ib. Cicer ægre coqui: olivas parum alere, ſtrobilos multum nutrire.

Ibid. ad fin. lin. 9.

APOLLODORUS CARYSTIUS — antiqui braſſicam vocarunt, quam nos raphanum ap. ATHENÆUM L. I.

Pag. 40. ad fin. art. DIPHILI. (*)

Ante LUCULLUM de ceraſis DIPHILUS ſcripſit ATHEN. L. II. Ejus alius locus de moris. Peponem bonum ſuccum gignere. Fuſe de lactucæ diverſis generibus & earum vi alimentaria. Olera in univerſum non nutrire. Colocaſia, quæ Ciborium. Palmarum cerebrum coctu grave. De cucumere & pepone. De cucurbita L. III. Ficus repudiat ibid. Perſica mala ſatis bona eſſe ib. Iterum *de edul.* Lib. IX. X. raphanum alere, acrem eſſe.

Pag. 41. poſt DIOCLEM.

DIOCLES rutam cardiacis imponit PLIN. L. XX. c. 13. Vinum rubrum ſputa ducere ATHENÆUM Lib. I. De oleis odoratis apud ATHENÆUM. L. XV.

In L. *de medicamentis lethalibus* agit de amaraco, de Coſmoſandalo ap. ATHENÆUM L. XV. Inter *opſartyticos* eſt ap. ATHENÆUM L. XII.

Pag.

(*) Male ſcriptum eſt DIPHYLUS.

Pag. 41. ad fin. lin. 16.

Praxagoras vinum nigrum ſputum ducere Athen. L. I. De malis & piris Idem L. III.

Pag. 42. ad fin. lin. 5.

Philotimi bene longus locus de ficubus apud Athenæum L. III. Citat Idem ex Libro XIII. *de alimentis* locum de malis & piris ib. L. XIV. de malis perſicis. Idem Nuces coctas difficulter confici Athen. L. II.

Ibid. in lin. 9. poſt lit. (g)

Codex eſt in B. R. P. n. 2240. Sed is Mneśitheus dicitur Cyzicenus.

Ibid ad fin. lin. 13.

Mnesitheus nigrum vinum nutrire, album tenuiſſimum eſſe & lotium ducere, gilvum ſiccare Athen. L. I. De malis locus ex libro *de eduliis* apud Athenæum L. III.

Menetheus in *nomenclaturis Medicamentorum.* Anagallidem vocat Buceras Galen. *defin.* Idem videtur qui Menestheus, quem Galenus *defin.* dicit ονομασιαν των Φαρμακων ſcripſiſſe.

Pag. 43. ad fin. lin. 2.

Magonem Amilcar ſecutus eſt Plinius L. XII.

Doli Mendesii commenta cum falſo Democriti nomine eduntur Columell. L. VII. c. 5.

Ibid. ad artic. Philonides.

An non diſcipulus ille Asclepiadis.

Pag. 44. poſt lin. 19.

Demetrii Ixionis loc. *de moris* ap. Athen. L. II. — In *etymologicis* (L. altero) egit de cucurbitis.

Asclepiades *myrleanus* agit de Chamæceraſo Bithynica — quæ ſit arbutus: eamque deſcribit ap. Athenæum L. II.

Aristogiton Anonymon herbam ob vim vulnerariam laudavit Plin. L. XXVII. c. 14.

Ibid. ſub lin. 24.

Diphilus Carystius Athen. L. III.(*) Ejus locus de cucurbita.

Lyncei Samii οψαρτυτικη Athen. Lib. VIII. Theophrasti diſcipûlus fuit Idem ibidem.

Archestrati *gaſtronomia.* Ex ea de cibis delicioſis ganeonum, & de cibis vilibus, multi verſus apud Athenæum L. III. &c. — Alius antiquior fuit ejus nominis, reprehenſus a Chrysippo Stoico ibid.

Pag. 45. ſub lin. 6.

Alii Opſartytici Athen. L. XII.

Glaucus Locrenſis.

Duo Heracliti Syracuſani.

Dionysius.

Agis.

Hegesippus Tarentinus.

Criton.

Archytas.

Acesias.

Acestrius.

Philistion.

Apollonium Stratonis eundem eſſe cum Memphitico: Fabricius.

Ibid. ad fin. lin. 19.

Apollonii *memphitæ* ακνηστις herba citatur, quæ ab eo cneorum (κνεωρον), alias

(*) Galen. gloſſ.

alias κενητρη dicitur NICANDR. *ther. ſchol.*

APOLLODORUS de floribus ATHEN. L. XII.

TIMACHIDAS Ej. Cœnæ ap. ATHEN. L. IV. de floribus & theſio.

DIDYMUS de Myrrha, ſtacte ib.

Pag. 46. ad fin. lin. 7.

EUTHYDEMUS de oleribus in alia editione L. II. ATHENÆUS in L. IX. eumdem l. de oleribus citat, EUDEMI cum nomine.

EUTHYDEMUS Opſartyticus ib. L. XII.

Ibid. ſub lin. 8.

AESCHYLIDES *de re ruſtica*, AELIAN. *anim.* XVI. c. 32.

Ibid. ſub lin. 18.

SCEPSIS ſtirpium nomenclaturas ſcripſit GALEN. *defin.*

EPÆNETUS in *Opſartytico* ATHEN. L. III. In L. alio citat eum ATHENÆUS de gethyllide.

Ibid. ad fin. lin. 21.

DORIONEM nunc antiquiorem reperio, qui cum NICOCREONTE Cypri tyranno vixerit ATHEN. L. VIII.

Pag. 47. ad fin. lin. 13.

PAMPHILI Appendix cum DIOSCORIDE edita 16. herbarum Chamæmelo, Rhamno, Artemiſia, Pentadactylo, Verbenaca, Salvia, Dictamno, Cypreſſo, Centaurea, Buphthalmo, Pæonia, Polio, Moly, Quercu marina, Chryſanthemo, Eryſimo LAMBEC. II. p. 593.

De epimelide piror. genere. Heſperidum mala, bene odorata, quæ tamen non edantur apud ATHENÆUS L. III.

PAMPHILI pharmacopolæ λεξιπυρετος GALEN. *Comp. ſec. loc.* L. VII.

Ibid. ſub lin. 15.

TYRANNION de ſtirpibus apud Scholiaſten NICANDRI.

CRATIPPUS Ferulæ auctor, quam HERACLIDES citat ap. GALENUM *Compoſ. ſec. loc.* L. VI.

Pag. 48. in lin. 18. poſt lit. (g)

HICESIUS *de conditura vini* PLIN. L. XVI.

Ibid. ad fin. lin. 20.

HICESIUS L. II. de ὕλη plantarum ATHEN. L. XV. Ανωνυμον valere ad vulnera PLIN. L. XXVII. n. 14.

Pag. 49. ad fin. lin. 8.

ZENONEM inter eos, qui de medicamentorum facultatibus ſcripſerunt numerat CELSUS *præf.* L. V.

Ibid. ad fin. lin. 16.

An eſt ANDREAS CHRYSARIS f. qui de medicamentorum nomenclaturis ſcripſit GALEN. *defin.* ANDREAM inter ſcriptores *de facultate medicamentorum* habet CELSUS L. V. *præf.*

Pag. 50. ad not. (x)

Ex HERACLIDIS *convivio* multi loci apud ATHENÆUM repetuntur, ut de bulbis, aceto &c. ut omnino pro libro *de alimentorum facultatibus* haberi poſſit.

Pag. 52. ad fin. lin. 13.

ERASISTRATUS Rubo ſe ipſum ſanavit GALENUS. Cichorio multum uſus eſt ID. *Compoſ. ſec. loc.* L. VIII.

Ibid. ad fin lin. 16.

MENODORUS *Eraſiſtrateus* de cucurbitis ATHEN. L. II.

Pag.

Pag. 53. in lin. notæ (p) poſt num. 23.

Actuar. Meth. Med. V. c. 6. habet Antidotum MITHRIDATIS EUPATORIS.

Pag. 54. ad fin. lin. 11.

Ex GEORGICIS NICANDRI locum de vino ab OENEO invento habet ATHENÆUS L. I. Ciboria jubet colere L. III. L. I. De alimento locum ATHENÆUS L. III. Ex L. II. locus de ſapis ib. L. IV. Ex L. II. alibi citatur locus de cucurbitarum præparatione & coctione, & de fungis. In L. VIII. de fœniculo. Ex L. II. locus de violis apud ATHEN. L. XV. Verſiculus ex eo poemate apud NICANDRUM χείρονα.

DIPHILUS Laodicenſis ad NICANDRI *theriaca* commentatus eſt apud ATHENÆUM L. VII. Agit de torpedine, ejusque vi etiam propriam ſui corporis partem ſtupefaciente.

Pag. 55. ad lin. 4.

De iis EUTECNII ſcholiis in *Alexipharmaca* & *Theriaca* jam GESNERUS in *bibl.* qui viderat.

Ibid. ſub lin. 25.

Græce & latine cum variis lectionibus & notis per *Jac.* LECTIUM Genev. 1606. BODL.

Ibid. ſub lin 32.

Exſtat in AMBROSIANA codex theriacorum cum *ſchol.* tum Neapoli in Bibliotheca Monachorum in Carbonara: in B. D. MARCI veneta: in VOSSIANA & theriaca & alexipharmaca. MONTF.

Pag. 57. ad fin lin. 18

Q. ENNIUS Φαγητικα ſcripſit. Eorum aliquot verſiculos de piſcibus dat APULEJUS apolog. I.

Pag. 57. ſub lin. 22.

Alius Codex CATONIS eſt in B. GRESHAMENSI MONTFAUCON. alius in Bibl. *Norfolk.*. M.S. Brit. 2979. in B. Scorialenſi BUSCHING MAG. V.

Pag. 60.

dele MENESTHEUM.

Pag. 61. ad VARRONEM I. 2.

Add. ad rem quidem naturalem ſpectantium.

Pag. 62. ad fin. lin. 21.

Quæ POPMA in VARRONEM dedit Franekeræ 1589. 8°. ea non ſunt botanica.

Ibid. in lin. 23. poſt nom. GESNER.

& 1659. 12°.

Ibid. ad fin. lin. 26.

Codices VARRONIS ſunt in B. *Reg. Lond.* & in *Medicea.* B. *Norfolk.* n. 2979. in *B. Reg. Scorialenſi* BUSCHING. V.

Ibid. ſub lin. 31.

Nachricht vom M. T. VARRO *Leben — Auszüge aus deſſen Wirthſchafts-Buche &c. Leipz. Samml.* 12. *Band.*

Nuper audio Gallice prodiiſſe.

Pag. 63. ad fin. lin. 19.

MUSA Tiguri potius prodiit non Iſinæ.

M.S. codices ſunt in B. VATICANA Petavii, in VOSSIANA n. 2536. 2532. in B. FRANCISCI BERNARD. n. 3633.

Ibid ad Epiſtolam.

Eſt in collectione Veneta 1547. fol.

Pag. 64. in lin. 19. poſt lit (b)

Συκάμινοι aliæ mori, aliæ ficuum ſimiles. fructum per totum annum ferunt l. 34.

Pag. 66. in lin. 14. poſt verb. prodire.

Veſcuntur arborum corticibus. Arbor eſt, quam ſua lingua vocant Tala, ei innaſcuntur quemadmodum in ſummitate palmarum veluti glomi lanarum carptarum: dulces addit eſſe, & multum nutrire, uti caricæ palmarum.

Ibid. in lin. 29. poſt voc. Hyacinthus ad PAUSANIAM.

L. I. c. 62. apud Salaminios dicunt primum poſt AJACIS mortem enatum eſſe florem candidum, modice rubentem, iisdem literis inſcriptum, quibus hyacinthus.

L. II. c. 6. Sunt, qui dicant Perſeum Mycenis nomen dediſſe, quod fungum ex terra ſuſtulerit, & repentinis aquarum ſcatebris ſitim depulerit.

c. 98. herba pæderos naſcitur Sycióne intra ſeptum Veneris ſub dio, nec alibi. Folia fagi minora, majora ilicis, forma Quercus, hinc alba, inde nigra.

Pag. 68. ad fin. lin. 11.

Valde laudat VIRGILIUM ut Oeconomum v. MUNCHHAUSEN *Hanv.* I. P. 2.

Ibid. ſub lin. 29.

Bucolica, Georgica & Æneis ab *Ant.* AMBROGI italice reddita, cum adnotationibus, variantibus, & picturis antiquiſſimi codicis Vaticani plurimisque aliis veterum monumentis aeri inciſis Rom. 1763. fol.

Pag. 69. ad fin. lin. 13.

de herbis venenatis aliqua, ut de cicuta, & antidotis CELSUS L. V. 27.

Pag. 71. ad DAMOCRATEM.

Ejus theriaca ap. ACTUAR. V. 6.

p. 74. l. 6.

de cultu hortorum L. XI. absque loco & anno 4. GUNZ.

Ibid. ſub lin. 14.

Anglice *L. Jun. Columella of husbandry in 12. books with illuſtrations from Pline, Cato, Varro, Palladius &c.* London 1744. 4°. *Cat.* SCHEURL.

Ibid. ad fin. lin. 14.

Germanice vertente M. *Conrado* CURTIO Bremen 1769. 8°.* Vide ad eum annum.

Ibid. ad fin. lin. 20.

& prius Rhegii 1482. fol. Cum PALLADIO Paris 1549. 8°. MART.

Ibid. ſub lin. 33.

Rom. 1513. 4°. Catal.

Pag. 75. ad fin. lin. 17.

Alii codices in B. S. *Joh.* CARBONARA Neapoli, in GRESHAMIENSI, in B. S. BARTHOLOMÆI Feſulana MONTFAUC. in B. NORFOLK. C. A. n. 2979. In *Scorialenſi* BÜSCHING. *Magaz.* V.

Ibid. ſub lin. 20.

G. ALEX. *enarrationes vocum priſcarum in lib. de re ruſtica.* P. BEROALDI in L. XIII. *Columellæ adnotationes* Lyon 1541. 8°. TREW.

Ibid. ſub lin. 23.

C. LANCILLOTI PASII Ferrarienſis *notæ in Columellæ hortos ad* LAUR. *Mediceum* Regii 1493. B. *Med.*

Ibid. ſub lin. 26.

GEORGII MERULÆ *notæ in* CATONEM & COLUMELLAM Rom. 1587. 8°. OSB.

Pag. 76. ad fin. lin. 5.

alia ut methodicum, alia male ſcripſiſſe. Citat ejus *pharmacorum compoſ.* L. II. CÆLIUS *acut.* III. c. 17.

Ibid.

Ibid. in lin. 11. poſt lit. (n)

Theriaca. Ejus Hepatica Ejusd. Actuar. method. V. 6.

Ibid. in lin. 15. pro ſuperſunt lege

ſupereſſe creduntur.

Pag. 77. ad fin. lin. 15.

herbas venenatas recenſet, has inter Coriandrum, Dorycnium.

Ibid. in lin. 19. poſt verb. eſt.

Recuſus eſt in coll. latina Venet. 1547. fol.

Ibid. ſub lin. 22.

J. TAGAULT prælectiones in SCRIBONIUM B. R. P. n. 7120.

Codex in BARBERINA.

Pag. 79. ad DIOSCORIDEM.

GALENUS noſtrum alias ſimpliciter vocat DIOSCORIDEM, alias ANAZARBEUM, & ejus opus περὶ ὕλης.

DIOSCORIDES Alexandrinus ſcripſit *de nominibus medicamentorum.* Indicum dixit Zingiber GALEN. *de nat. hum.*

Alius eſt DIOSCORIDES Anazarbenſis GAL. *lect. Hipp.* Alius junior *de vocibus obſoletis* ſcripſit, nempe de indico. Ita in *hipp. lect.*

Noſtrum recte diſtinguit in l. *de vocibus obſoletis*, & vocat DIOSCORIDEM *de materie medica*, in c. de epimelide.

Tres iterum facit DIOSCORIDES, Phacam Alexandrinum, Anazarbeum: & juniorem qui de vocibus obſoletis ſcripſit. Noſtrum cum CRATEVA plurimi fecit in rebus foſſilibus.

It. GAL. DIOSCORIDES Herophileus, Phacas. Alius noſtrorum patrum memoria multo junior multos libros ſcripſit, neque tamen omnes HIPPOCRATIS voces ex poſuit. Sumſit ex *Nigro*, *Pamphilo*, *Dioſcoride Anazarbenſi*, *Crateva*, *Heraclide Tarentino*, aliis, GALEN. *defin.*

Ibid. ad fin. lin. ult.

DIOSCORIDES habet plantas 700. ALSTON.

Pag. 81. in lin. 24. poſt voc. PADUANENSIS.

is eſt P. de APONO, ejusque prior eſt editio 1478. Colonienſis MAITT.

Ibid. in lin. 30. poſt num. 1537. 8°.

Gr. lat. L. 8. *cum caſtigationibus & l. de animalibus venenatis* II. Pariſ. 1549. 8°.

DIOSCORIDES *de medicinali materie* latine Pariſiis 1524. fol. HEINS.

Pag. 82. ad RUELLII verſionem.

Titulus eſt *Pharmacorum ſimplicium* L. VIII. *cum* H. BARBARI *corollariis, &* M. VERGILII *adnotationibus* Argentorat. 1529. fol.*. Præfatio eſt BRUNFELSII. Ex VERGILIO aliqua excerpta ſunt, & *corollarium* BARBARI per capita diſpoſitum.

Ibid. in lin. 36. poſt verb. addidit.

LAGUNÆ eſt editio Salamantic 1560. fol. CAP de VIL. tum 1636. fol. Titulum facit *Ped. Dioſc. Anazarbeo de la materia medicinal de los venenos mortiferos traducido del original griego al Caſtillano con adnotaciones y figuras de innumeras plantas.*

Pag. 83. ad fin. lin. 9.

Editiones Germanicæ habent verſionem DANZII auctam a P. UFFENB.

Pag. 84. ad fin. lin. 33.

Quis eſt NICANDER, cujus *paraphraſis in* DIOSCORIDEM exſtat.

Pag. 85. ad fin. not. (h)

Vidit hunc DIOSCORIDIS codicem RICHARD *voyages d'Ital.* apud AUGUSTINIANOS, deque eo ſatis fuſe refert. Codex eſt ſeculi VIII. Alius eſt in *B. S. Joh. Carbonara* cum figg. florum a perita manu depictis, par Cæſareo, ſeculi V. MONTFAUCON.

Pag. 86. ad lin. 20.

M.S. codex DIOSCORIDIS eſt in Medicea Græcus L. IX. Porro inter PELISSERII libros græcus — Alius græcus in *Muſæo* THOMASINI ID.

Tres in B. S. MARCI ID.

Quatuor in ESCURIALENSI eorum unus cum paraphraſi NICANDRI.

Inter *Pariſinos* n. 2287. ut videtur.

In B. P. THOMASINI græcus codex, & latinus, verſus a *Gaſpare* GABRIELIO.

Corrupta collectio & Barbara DIOSCORIDIS & STEPHANI eſt in B. R. P. n. 2151. ſermone græco Barbaro, 105. capitum.

DIOSCORIDIS l. *de herbis feminis, cum epiſtola* APOLLINIS *de emplaſtris admirabilibus cum figuris herbarum* B. *Medic.* MONTFAUCON. Iterum *de herbis feminis* B. *Cathedr. Weſtmonaſter.* n. 1258. & in B. *Henrici* WOLSELEY n. 6897.

Appendix ad DIOSCORIDEM 16. *herbarum, quæ ſit ex* PAMPHILO LAMBEC. II. p. 593.

Plures Codices DIOSCORIDIS. Chartaceus græcus ſeculi XIV. in Bibliotheca D. MARCI Veneta. Alius ſimilis, & alius: L. II. III. & IV. alio ordine & lectione, quam in editis, græcus codex ſeculi XIV. MONTFAUCON.

Porro codices duo *de herbarum natura & virtutibus* cum iconibus elegantibus in B. BODLEY. n. 3637.

ID. *de plantis ordine alphabetico,* tum *de Venenatis & Alexipharmacis* Bibl. Is. VOSS. 2168.

ID. *hiſtoria plantarum* Bibl. VOSS. n. 2157.

Pag. 87. fin.

Arabici codices. L. I. II. III. in B. *Scorialenſi* CASIRI n. 840.

L. V. Arabice cum nominibus a *Thoma* HYDE adjectis, & de alexipharmacis B. BODLEY n. 6374.

Ibid. ſub lin. 30.

M.S. in B. *Auguſtana* & *Medicea,* & in B.R. *Pariſ.* n. 2151. M. medicamenta varia ordine alphabetico diſpoſita BODL. n. 150.

M.S. in B. *Vindobon.* LAMBEC. L. VI. p. 598.

DIOSCORIDES περι ευχυμων M.S. B. BODLEY. n. 150.

Pag. 88. ad fin. lin. 12.

EROTIANI codex ad lit. O manu ARSENII Ep. Monembaſiæ deſcriptus.

Pag. 89. in lin. 8. poſt verb. referre.

XENOCRATES eſt inter eos, qui de medicamentorum nomenclaturis ſcripſerunt GALEN. *defin.*

Pag. 90. ad fin. lin. 7.

OPPIUM eſſe, qui Cæſaris bella ſcripſit C. GESNER.

Pag.

Pag. 92. ad fin. lin. 6.

Plin. L. XIII. Omnibus herbis ſexum eſſe, palmis etiam evidentiſſimum. Mas in palmite floret, femina florem germinat ſpicæ modo. c. 4.

Ibid. ad fin. lin. 8.

Plinius L. XIV. vinum bonum optimum ex uvis ſiccatis quarto die expreſſis c. 9. Protropum defluens ab uva nondum calcata.

Vina ex variis plantis, cum muſto conditis, etiam Nardo celtica, helleboro, abſinthio Id.

Ibid. in lin. 35. poſt voc. pityuſa;

L. XXIV. Stratiotes foliis aizo i. ſed majoribus n. 105.

Pag. 93. in lin.

Utique editionis 1468. duo exempla Pariſiis exſtare Maichel. ap. Boerner. *noct. guelph.* p. 242.

Ibid. in lin. 17. poſt num. 1487. fol.

Plinii editionem anni 1469. habet Burch. Venetam anni 1487. fol. per M. *Mar.* Saracenum Uffenbach.

Ibid. ad fin. lin. 21.

Editio 1507. fol. ab *Alexandro* Benedicto *emendatior reddita* (per E. R. & B. fratresque Vercellenſes.

Ibid. in lin. 22. poſt num. 1513. fol.

ab *Alexandro* Benedicto caſtigati Venet. 1516. fol.

Ibid. ad fin. lin. 26.

de editione Parmenſi anni 1481. Boerner.

Pag. 94. in lin. 9. poſt voc. Astr.

Paris 1556. 4°. *cum emendationibus & notis* A. Turnebi Maitt.

Plinius cum quibusdam H. Barb. adnotationibus Pariſ. 1511. fol. Uffenbach.

Ibid. ad ed. 1545.

Plinius Lugduni 1545. fol. Dravd reviſus a Gelenio, *cum emendationibus etiam* Erasmi.

Ibid. in lin. 20. poſt voc. Thuan.

cum Gelenii *notis*, *variantibus lectionibus & notis a* J. N. Victorio collectis.

A Gelenio *caſtigatus cum notis ex* Pintiano, Turnebo, J. Scaligero, J. Lipsio *aliis* Lyon 1582. fol.

Ibid. ad fin. lin. 24.

Plinii *hiſtoria naturalis* cum adnotat. *Herm.* Barbari, Pintiani, Rhenani, Gelenii, Dalechampii, Scaligeri, Salmasii, I. Vossii, J. *Fr.* Gronovii *alior.* Leid. 1669. 8.

Pag. 95. ſub lin. 5.

Plinius &c. Berolini 1766. 8°. 5. Vol. cum indicibus Milleri.

Ibid. ſub lin. 34.

Codex M.S. in Vossiana n.° 2326. 2396. in *Balliolana Oxonienſi* n. 279. Libri 18. in B. *Norfolk.* n. 2996. Codex in B. *Ceſenate* Montf. In B. D. Marci Veneta *ſec.* 15. Id.

Plinii Epitome. In B. D. *Trinit.* *Cambridge* n. 459.

Pag. 96. lin. 5. add. ad Landini edit. Giolito 1545. 4. in lin. 13. poſt voc. Lyon.

Gallice ib. anno 1549. fol.

Ibid. ad fin. ejusd. lin.

Gallice Lyon 1581. fol. Neaulme cum tr. de ponderibus & menſuris, Genev.

nev. 1614. 4°. 2. Vol. Iterum par *du* PINET Genev. 1608. 8°. BUCHNER.

Arabice BALINUS de principiis naturalium in B. Leidenſi.

Ibid. ad 1493.

Habeo 1. & 2. editionem. Baſileæ etiam eæ caſtigiones excuſæ ſunt 1534. 4°. fere correctiores ex codicibus vetuſtis, ex analogia aliorum ſcriptorum & ex ratiocinio. Adceſſerunt Gloſſemata ſ. lexicon rerum technicarum & rariorum.

Pag. 97. in init. huj. pag.

Philippi BEROALDI *adnotationes & Plinianæ caſtigationes* Brix. 1496. fol. — *Adnotationes* PLINIANÆ 1496. fol. absque loco IDEM liber DR.

Ibid. in lin. 11. poſt voc. SEGUIER.

GELENII Commentarius Baſil. 1535. fol. Lugduni 1569. fol. Leid. 1669. 8°.

Ibid. ad fin. lin. 13.

F. MASSARIUS in IX. PLINII *de hiſtoria naturali libros* Baſil. 1537. 4°. D'ETR. Habet aliqua de plantis. Conſtantinopoli fuerat, ſtirpes & medicamenta ſimplicia PLINII non abſolvit C. G.

Ibid. in lin. 15. poſt 1593. fol.

B. RHENANI *Comment. ad libros* X. *priores* COMMELYN.

Ibid. ſub lin. 24.

F. PINTIANI *in Plinii hiſtoria naturalis* libros omnes obſſ. pleniſſimæ. COMMELYN 1593. fol.*. Non diſplicet. Multa emendavit ex ſuis codicibus, alia ex THEOPHRASTO & aliis vett.

PINTIANI obſſ. etiam Pariſiis 1549. 8°. Antwerp. 1544. fol. & 1547. 8°.

Ibid. ſub lin. 27.

Non eſſe furatum RONDELETIUM, certum videtur.

Ibid. ſub lin. 29.

Emendationes CASAUBONI in Bibl. J. MORI. M.S.

Pag. 98. ſub lin. 6.

Iſaaci VOSSII *in Plinium notæ* Leid. 1695. B. *Tig.*

Johannes CLAYMOND (in Frampton.) ſcripſit notas & obſſ. in Plinii naturalem hiſtoriam l. 37. M.S. exſtant 4. Vol. in B. C. *Chriſti Oxonii.* Sæpe eum Virum citat E. WOTTON.

Pag. 100. ad fin. lin. 16.

EJ. *de placitis philoſophorum* L. V. græce, cum interpretatione latina G. BUDE' Pariſ. 1544. 4°. MAITT.

Convivii multi ſunt codices M.S. In B. R. *Par.* n. 1675. & 2076. Convivalium quæſtionum L. IX. ibid. n. 1680. L. naturalium quæſtionum n. 1675.

Ibid. ſub lin. 20.

ARTEMIDORUS Daldianus in *oneiro criticis* a *Nicolao* RIGAULT Pariſiis 1603. 4°. B. B. editis, inter varias imagines, quæ in ſomniis recurrunt, plurimas etiam plantas recenſet & arbores.

Pag. 103. ad ANDROMACH.

ANDROMACHI *de Theriaca* Codex M.S. in B. T. GALE.

Pag.

Pag. 105. in lin. 12.

Aelius Asclepiades *de coronis* egit de floribus Athen. T. XV. — libertus Augusti.

Pag. 106. ad fin. lin. 6.

Uvam urſi puto ex M. Terentio Asclepiade deſcribi in Galen. *Comp. ſec. loc.* VII.

Ibid. in lin. 9. poſt lit. (d)

Amaranti pharmacum *Comp. ſec. loc.* VII.

Ad not. (*y*) adde L. VIII. IX.

Ad notam (*z*) adde *ſec. loc.* L. VII.

Pag. 108. ad fin. lin. 10.

In carmine Rufi verſus eſt de Ladano, omnino noſtro caprarum barbis adhærente ut Mariti I. T. *Cypr. tin.* Calliceras fœnum græcum.

Ibid. ad not. (i).

Rufi M.S. l. de purgantibus Græcus eſt in B. Aug. Vindobon.

Pag. 111. in lin. 11. poſt verb. paraverit.

Nicon Galeni pater, agriculturam amavit, experimenta fecit, num ſpicæ cerealium commutentur.

Habet Galenus plantas 540. Alst.

Pag. 113. ad nom. *de ſubſtitutis.*

M.S. Codex B. Caj. Gonvil.

Gal. epiſt. in L. Antiballomenon in codd. Britann. n. 3637.

Ibid. ad

Euſtachii de Pernis *in* l. Galeni, *quos purgare conveniat, quibus modis & quo tempore commentaria* Neapoli 1547. 4°. Mongit.

Pag. 114. ad l. *de comp. ſec. loc.*

Galeni *de Compoſ. ſec. loc.* L. 4. 5. 6. vertente Honain cum notis ejus Casiri n. 791. & L. 5. 6. 7. n. 792.

De Galeni *antidotis epitome* A. Lacunæ Antwerp. 1587. 16°.

Ibid. ad fin. lin. 37.

L. I. de *compoſitione ſecundum locos* de Thapſia, acri medicamento ad certos morbos utili. Euphorbicum recens acre eſſe, vetuſtum non item. Alcyonium in Alopecia nonnunquam profuiſſe. Sphæritis herba. Ladanum — laudat.

Pag. 115. in fin. lin. 6.

In ejusdem operis L. II. Verbenam omnium maxime dolores capitis diſcutere, etiam viridem.

Ibid. ad fin. lin. 11.

L. III. Carpeſium plurimum naſci Sidæ Pamphyliæ. Cinnamomum jubeo adhibere, ſi habueris, alioquin Caſiam.

Pag. 116. ad fin. lin. 6.

L. IX. Styrax optima ex Cilicia advenit (etiam noſtro ævo). Terebinthina multiplex. Maſtiche Ægyptia. Chalbonum, quod Opopanax.

Ibid. ad fin. lin. 27.

Amaracum Romæ vix haberi.

Pag. 117. poſt *L. de temper.*

Galenus *de medicamentis expertis* cum tabb. medicamentorum ſimplicium ex Honaini verſione. Non eſt Galeni, cum Avicennam citet Casiri n. 846.

Dynamidarum Galeni codex eſt in B. domus Caj. Gonvil. n. 976. & alter n. 966.

Ibid.

Ibid.

Galen. *de medicamentis certis*: ſpurium latini adgnoſcunt, genuinum Arabes. Arabicus codex Casiri n. 846.

Ibid.

Galen. *de Centaurea* Lyon 1525. 4°. B. *Bern.* Tribuitur Gallo Poëtæ. Codex eſt in *Scorialenſi Bibl.*

Ibid. ad fin. pag.

In *Comm.* ad Hipp. *de artic.* L. II. agit de tritico: σηταvιον eſſe hornum triticum, glutinoſum.

Pag. 118. in lin. 5. poſt num. 1570. 16.

L. III. *de alim. facult.* Græce Pariſ. 1557. 8°.

Ibid. ad fin. lin. 7.

In eos libros *Martinus* Gregorius commentatus eſt Lyon 1550. 12°. L.

Ibid. ad fin. lin. 17.

In l. *de ſanitate tuenda Antonius* Raberius Baſil. 1547. fol. L.

Ibid. ad C. Hofman.

Titulus eſt *Vita medica* Galeni ὑγιεινων *ſ. methodus ſanitatis tuendæ* L. V.

Galenus in L. Hipp. *de ratione victus in morbis acutis* Pariſ. 1542. 8°. 1531. fol. interprete Vassæo.

Ibid. ad fin. lin. 27.

Librum *de ſimplicium medicamentorum facult.* citat Galen. in *arte.*

Exſtat *lib. de ſimplicibus med. in editione* Galeni Papiæ 1515. fol.

Ibid. ad fin. lin. 32.

Etienne Dolet. edidit II. V. & IX. *de ſimplicibus.* Lyon. Verd.

Ibid. in lin. 33. poſt L. II.

Antidotorum libri a J. Guinthero verſi Pariſ. 1533. fol.

Ibid. ad fin. lin. 36.

Julianus Martianus vertit librum *de Theriaca ad* Pisonem, *ad* Pamphylianum, & *antidotos.*

Pag. 119. ad fin. lin. 3.

L. *de compoſ. ſec. loc.* ed. 1530. interprete J. Guinthero Andern. Pariſ. 1535. fol. Citat hoc ſuum opus Galenus in *arte* ſua.

In eumd. librum *J. Franciſci* Rotæ *commentarius* exſtat Bonon. 1553. 8°. cum græca editione.

Ibid. ad fin. lin. 4.

In L. III. *de la compoſition des medicaments en general epitome Martini* Gregoire Lyon 1552. 16°. Verd.

Euporiſta Paris 1543. 4°.

L. *ſecundum genera nova verſio* Pariſ. 1535. fol.

Ibid. ad fin. lin. 8.

Succedanea etiam 1557. 8°. græce & anno 1543. cura J. Caji.

Dynamidia per H. Surianum Venet. 1520.

Ibid. ſub lin. 13.

Galenus *de purgatione per medicamenta* Pariſ. 1528. 8°.

Περι καθαιροντων gr. Pariſ. 1557. 8°.

Ibid. ad fin. lin. 15.

L. *de ſimplic. medicam. fac.* Codex Arabicus ex verſione Honaini Casiri n. 790. librorum 6. 7. 8. 9. 10. 11.

Libri

Libri omnes XI. interprete HONAIN ISAACI f. n. 789.

Libri 5. 6. 7. 8. 9. 10. ex ejusdem verſione n. 801.

L. I. n. 748. ID.

Libri V. in *Coll. Merton.* 685. an latine?

Epitomen ſcripſit G. BALLONIUS.

Ibid. ſub lin. 17.

De ſanitate tuenda hebraice. Codex eſt in B. Vindob. I. p. 181.

In D. MARCI B. codex ſec. 12. græcus, & alius ſeculi 15.

Ibid. ad fin. lin. 19.

GALENUS de alimentis arabice CASIRI n. 798. Latine, ut puto, in *Coll. Merton.* n. 685.

Editio *Martino* GREGORIO interprete Lyon 1549. 16°. B. B.

EJUSD. l. *de alimentis* arabice per ABU GIAFAR AL THABB n. 360. verſi *ketab algadi val mogdadi.* HERBELOT.

De facultatibus alimentorum græcus c. in B. D. MARCI; Latine per fratrem G. de MORBECKA ſeculi 14. in B. D. MAR.

De regimine ſanitatis latinus codex in B. D. MARCI, BURGUNDIONE judice interprete.

De alimentorum facultate in M. CANTACUZENI *Bibliotheca* codex erat.

De ſimplicibus medicamentis ad Andromachum in B. Med. Materia medica hæc fuerit, cujus paſſim fit mentio, ut in B. M. CANTACUZENI.

Ibid. ad fin. lin. 25.

In HIPP. *de victu acutorum codex græcus* ſeculi XI. in B. D. MARCI, & alius in Auguſtana.

Ibid. ſub lin. 31.

De temperatura med. ſimpl. codex ſeculi 15. græcus in B. D. MARCI.

Libri *de ſimpl. Med.* VI. VII. VIII. IX. X. XI. ſunt in Vindobonenſi LAMBEC. P. II. L. VI. ib. p. 91. Libri IX. X. XI. & pars VIII. ib. græce.

P. 120. in init. pag.

De antidotis L. II. in B. D. MARCI. Græce.

Ibid. ad fin. lin. 2.

De theriaca in B. D. MARCI. græce.

De theriaca ad Pamphylianum B. R. P. n. 2164. & in B. D. MARCI græce, ſeculi 15.

Ibid. ad fin. lin. 4.

L. L. *De compoſitione ſec. partes codex ſeculi* 15. græcus in B. D. MARCI: & iterum ſeculi XV. græcus.

De compoſitione medicamentorum ſecundum loca, vertente HONAINO ISAACI fil. Lib. V. VI. VII. VIII. IX. ap. CASIRI.

Ibid. ad fin. lin. 9.

L. *compoſ. ſec. gener.* L. VII. partim mutili in B. MARCI: græci ſec. XV.

Dynamidiorum codex B. Par. n. 7028. & in B. CAJI GONVIL. n. 966. 976.

Pag. 121. ante Q. SERENUM.

CLODIUS ALBINUS Cæſar Georgica ſcripſerat, teſte JULIO CAPITOLINO.

Pag. 122. in lin. 17. poſt nom. CELSO.

In collectione Veneta 1547. fol. SERENUS reperitur.

Ibid. ad fin. lin. 19.

SERENI M.S. codex eſt in B. R. *Lond.* p. 210. & in Lipſienſi.

Pag. 123. ad

ATHENÆI L. XIV. eſt de placentis, piſtaciis, palmulis, piris, punicis, caricis.

Lib. XV. agit de myrto. De Chondro L. III.

Pag. 124. ad fin. lin. 25.

PTOLEMÆUS HEPHÆSTION *de varia eruditione* apud PHOTIUM egit de rhododaphne in *Amyci ſepulchro* naſcente, de Helenio Rhodi nato &c.

Ibid. ſub lin. 25.

ACHILLES TATIUS in l. 8. *de Clitophontis & Leucippes amoribus* paſſim hiſtoriam naturalem tangit: & l. 4. agit de flore æthiopum colore, qui ſit πέταλον, eum nigram roſam vocari, & ultra montes translatam odoratum eſſe, ipſumque qui eo veſcitur Elephantem grato odore imbuere. An forte Malva roſea.

Ibid. ad art. QUINTILII.

QUINTILII M. AURELII ANTONINI exercitus duxerunt, & Germanos prælio ſuperaverunt.

Pag. 125. ad artic. AFRICANUS.

APHRICANUS & FLORENTINUS ALEXANDRI SEVERI amici LAMPRIDIUS.

Pag. 126. ad fin. lin. 19.

Ex ejus CESTORUM libro 13. c. 2. Botanica aliqua Græce exſtant in M.S. BODLEY. n. 224.

Pag. 128. in lin. 3. poſt voc. FLORENTINUS.

ALEXANDRI SEVERI amicus, LAMPRIDIUS.

Pag. 135. ſub lin. 4.

ZOROASTRI M.S. *de viribus herbarum*, ap. CASIRI.

Pag. 137. ad fin. lin. 10.

citatus in PLINII L. XII. quod ex MAGONE & AMILCARE multa habuerit.

Pag. 143. add.

Quis eſt HERO, cujus Geoponica ſunt in BODLEYANA n. 2922. græce ſcripta.

Ibid. ad fin. lin. 24.

GEOPONICORUM codex in BODLEYANA M.S. & Editio Baſileenſis collata cum manu CASAUBONI ſcripto codice, & aliis, apud D. MORUM ſervatur MONTF. & apud MEAD.

GEOPONICORUM L. XX. codex conformis editioni Lugdunenſi 1511. græcus, ſeculi XIV. eſt in B. D. MARCI.

GEOPONICI græce in B. VOSSIANA n. 2245. & in BODLEYANA n. 54. & 2922.

Pag. 145. ad artic. GARGIL. MARTIAL.

GARGILIUS MARTIALIS — ejus LAMPRIDIUS meminit in ALEX. SEVERO. Ej. *de cura boum* ineditus lib. eſt in VOSSIANA n. 2240.

Pag. 147.

Ad APICIUM. Editio Amſtelodamenſis aliquanto plenior eſt; nam & LISTERI aliqua acceſſerunt, & H. V. SCHERZER lectiones variantes.

APICII, (vel *ſiquis alius*), *coquinaria* erant in VOSSIANA n. 2649.

Ibid. ſub lin. 9.

GALLIENUS IMP. adfectatas dapes amabat. Uvas triennio ſervavit; ſumma hieme melones exhibuit. Muſtum toto anno habuit, ficus virides & poma ex arboribus recentia alienis menſibus præbuit, TREBELLIUS POLLIO.

Ad-

adparet artificia, qualia apud Geoponicos docentur, omnino effectum ſuum eſſe ſortita: neque nuperam induſtriam multa ſuper veterum artificia inveniſſe.

Pag. 148. ad fin. lin. 19.

LIBANII nullius momenti brevis eſt declamatiuncula, de agriculturæ in aliis artibus utilitate.

Pag. 149. ad ORIBASIUM.

Verſionem *Renati* MOREAU, diverſam a vulgari, M.S. tam relictam eſſe PORTAL.

Pag. 150. ad fin. lin. 9.

ad lin. 10. adde *codices Bibliothecæ Pariſinæ* n. 261. 262. 263. Editionem Baſileenſem MEADIUS citat anni 1556.

Ibid. ad fin. lin. 13.

Synopſeos codex eſt in B. *Vindobon.* LAMBEC. L. VI. p. 102. Eum eſſe THEOPHANIS PORTAL.

Ibid. ad fin. lin. 16.

PHOTII judicium. ORIBASIUM primum compendium ex GALENO collegiſſe: alterum ex variis quod ſit librorum ſeptuaginta.

Ibid. ad fin. lin. 20.

Euporiſta ad EUGENIUM ab iſtis non differre lego.

ORIBASII *de ſimplicium virtutibus* L. V. Argentorati 1544. fol.

ORIBAS. *de ſimplicibus medicamentis* & eorum compoſitionibus & mixturis ordine alphabetico in BODLEYANA Græce n. 150.

Ibid. ſub lin. 20.

Compendii ad EUSTACHIUM L. X. cum librorum argumentis ad EUNAPIUM L. IV.

EADEM in B. D. MARCI Sec. XIV. græce.

Ibid. ſub lin. 25.

Excerpta ex ORIBASIO de antidotis emplaſtris & unctionibus Græce B. R. P. n. 2240.

THEOPHANIS compendium ORIBASII ad CONSTANTINUM porphyrogenitum in ead.

Ibid. EUPORISTORUM GALENI M.S. latinus cod. eſt in B. R. *Pariſ.* n. 7656.

Pag. 151. ſub lin. 20.

GALENI l. *rerum facile parabilium a* GUNTHERO *verſus ex prælectione* J. HOLLERII *purgatus*, Pariſ. 1543. 16°. Græce Pariſ. 1550. 8°. GUNZ. & codex in B. *Auguſt.* eſt. In *parabilibus* ad GLAUCONEM citat SALOMONEM archiatrum.

Ibid. ad fin. lin. 26.

VINDICIANUS & PRISCIANUS in Collectione Veneta 1547. fol. recuduntur.

Pag. 152. ſub lin. 9

In LAMBECII T. IV. reperitur Calendarium Romanum, paganum, cum iconibus, quæ reſpondent verſibus AUSONII, qui vixit anno 385. Calendarium temporibus CONSTANTINI male tribuitur, cum icones ad tetraſticha fictæ vi-

videantur. Plantarum icones grandiuſculæ, malæ tamen, ut vix adgnoſcas præter violam, lycoperſicum, glandes, punica.

Ibid. ad lin. 15.

Alia collectio mulomedicorum Eger 1571. folio. ABSYRTI codex in BODLEYANA auctior n. 164.

Ibid. ad fin. lin. 15.

Collectio mulomedicor. Lyon 1570. fol. DR.

Ibid. ad fin. lin. 19.

M.S. VEGETII L. IV. in *B. R. Lond.* p. 205. In VOSSIANA n. 2440. editis auctiores, & puriores, tum in BODLEYANA.

Germanice VEGETIUS Francofurti 1565. 4°.

Pag. 154. ad fin. lin. 8.

PALLADIUS & COLUMELLA Lugd. 1541. 8°. DRAUD. cum enarrationibus G. MERULÆ, & PHILIPPI BEROALDI adnotationibus. Porro Venetiis 1563. DRAUD, perinde cum G. MERULÆ enarrationibus & PHIL. BEROALDI adnotationibus. CATO, VARRO, PALLADIUS Coloniæ 1536. 8°. HEINS. cum PHIL. BEROALDI adnotationibus.

Ibid. ad fin. lin. 14.

Editio 1499. eſt cum Comm. BEROALDI DRAUD. Sic editio 1494. cum exſcriptionibus BEROALDI.

Ibid. ſub lin. 33.

ALDUS *de umbris & horis apud* PALLADIUM Lyon 1541. 8°.

Pag. 155. ad fin. lin. 2.

PALLADIUS Cantabrigiæ Græce in Collegio *S. Benedicti* n. 1288. *& in Oxonienſi Mertoniano.* In B. *Norfolkiana* n. 3590. in BODLEYANA n. 2636. & 2674.

Ibid. ſub lin. 4.

Of the tilling and grafting of trees after GODFREY *upon* PALLADIUS *de agricultura* M.S. SLOANE n. 8786.

Ibid. ad fin. lin. 15.

Aureum opus & ſublime ad medelam non parum utile PLINII *philoſophi & medici*, Bonon. 1516. fol.* cum ALMENARA & aliis. Pariter in 5. libros dividitur.

Ibid. ad PLINIUM VALERIANUM.

In Collectione Veneta 1547. fol.

Pag. 156. in lin. 13. poſt num. 1538. 8.

In collectione Veneta 1547. fol. APULEJUS redit.

Ejusd. lin. 13. ad fin.

APULEJI ed. ALDINAM oportet prodiiſſe ante *Pariſinam*, cum qua comparatur a RHODIO, ut iſta plenior ſit *Lex.* SCRIBON p. 464.

Ibid. ad fin. lin. 21.

Herbolarium APULEJI *Platonici* in B. ASHMOLEANA n. 7523. *Herbarii Ant.* MUSÆ & APULEJI, editio HUMELBERGII per JUNIUM cum M.S. collata BODLEY. n. 5169.

PLATO Apulienſis de herbis maſculinis medicis in codd. H. WORSELEY. n. 6897.

APU-

Apulejus de virtutibus herbarum cod. Tyson. n. 4162.

A. Musa & Apulejus ante 1200. annos ſcriptus cum figg. elegantiſſimis in Vossiana n. 2536.

Pag. 157.

S. Ambrosius in operibus agit de medicina. Antiquiſſimas gentes plantis uſas monet. De Milio ſirupus ejus citatur.

Gregorii Nazianzeni ἀλάτιον ſ. *medicamentum purgans* ex ſale in B. Bodley. n. 154.

Marcellus reperitur in *editione Veneta* 1547. fol.

Pag. 159. ad fin. lin. 23.

Aetii Synopſis ſimplicium medicamentorum Galeni eſt in B. R. P. n. 2256. inque B. S. Marci.

In L. XIII. agit de mileſia herba, de melaphrodita, iſta ad viperarum morſum utili.

Medicinalium L. VIII. cum Paulo Venetiis ap. Aldum 1534. fol. Heins.

Ibid. ſub lin. 28.

Cornarius primum ſolos libros VIII--XIII. vertit Baſileæ 1533. fol. Tunc J. B. Montanus reliquos L. X. & vertit & cum Cornarianis edidit Venetiis 1534. fol. Inde Cornarius recudit Montani verſionem 1535. 1536. Demum vertit eosdem X. libros, quos Montanus verterat, & totum opus edidit Baſil. 1542. fol. Clement.

Pag. 160. ſub lin. 3.

Aetii L. VI ad XVI. ſunt in B. R. P. n. 2194. græce.

L. IX. ad XV. in *Bibl. Vindobon.* Lambec. VI. p. 102.

Aetii L. VII. priores, græce, ſeculi XV. in B. D. Marci Veneta.

L. VIII. priores græci ſeculi XV. in B. D. Marci.

Libri XVI. ib. ſec. XV. græce.

Libri IX. poſteriores ibid. ſec. XV. græce.

Aetii opera omnia in Vossiana n. 2157.

Græce, opera omnia in Bodl. n. 747. 107.

Ad Aetium porro. Photius Synopſi Oribasio præfert Aetii collectionem.

Pag. 162. ad Pauli codices.

Pauli de re medica Libri VII. M.S. in B. R. *Par.* n. 2207.

Pauli opera in Vossiana n. 2125.

Succedanea Pauli in B. *Vindobon.* VI. p. 155. 156. 157. 113. Codex in B. R. *Par.* n. 2153.

Libri II. priores & initium tertii in B. *Vindobonenſi* Lambec. p. 144.

Pauli medicamenta in B. *Michaelis* Cantacuzeni p. 62.

Excerpta ex L. I. c. ult. Bodley. n. 224.

Ibid. ad fin. lin. 28.

Pauli libri VII. Codex ſeculi XIV. græce, in B. D. Marci, & iterum cod. ſeculi XV. ibid.

 Ibid.

Ibid. ſub lin. 37.

Pauli catalogus ſimplicium Baſileæ 1528. 8°. Ej. de ſimplicibus natural. L. unus in B. *Thomaſ.*

Catalogus ſimplicium medicamentorum ſecundum alphabetum græce in Bodleyana n. 224.

Ex ejuſd. Paulo de univerſa re medica libris 35. de theriacis alexipharmacis capita 64. imperfecta Græce in Bodleyana n. 224.

Pag. 163. ſub lin. 24.

Διονυσιου οικουμενης περιηγησις Pariſ. 1559. 4°. B. B. aliquam hiſtoriam naturalem continet, etiam plantarum.

Pag. 164. ad fin. lin. 32.

De frumento, racemo, roſa, malo punico, M.S. in B. Bodley. n. 264. 18.

Stephanus græce Bodley. n. 130.

Aelius Promotus. Ejus δυναμερων capp. 130. Græce in Bibl. D. Marci Veneta.

Pag. 165. ad artic. Psellus.

Pselli de ſimplicibus codex in Caj. Gonvil. n. 948.

Ejusdem librum *de paradoxis lectionibus*, multa habere botanica, ut de pane Epimenidio, & fabuloſa de plantis Lambecius L. VII. p. 221.

Ibid. ad S. Seth.

S. Seth codex M.S. græcus ſeculi XIV. in B. D. Marci. M.S. in Bibl. Aug. Græce de facult. aliment. in Bodleyana n. 260.

Pag. 166. ſub lin. 3.

Sethi Tract. περι υγιειας oppoſitus Galeno *de facultatibus alimentorum, ordine alphabetico* in B. Bodleyana n. 224.

Ibid. ad artic. Actuarius.

Adde ad Actuarium. Libri de compoſitione medicamentorum recurrunt in methodo medendi. Prior eſt L. V. In eo ſunt medicamenta compoſita ſecundum genera. Alter eſt l. Comp. ſecundum locos, qui VI. Fere omnia ſunt ex Galeno, & ad verbum ex ſcripta. In methodi L. III. purgantia recenſentur.

L. V. etiam purgantia tradit. Caſſiam nigram deſcribit. Porro venenatas plantas & Narcoticas.

Ibid in lin. 11. poſt verb. vindicat.

Actuarii L. V. in B. *Reg. Pariſ.* n.2235. in B. *Bavar.* M.S. codex operum omnium deſcriptorum, & cum aliis exemplaribus collatorum, in Vossiana n. 2133. eum deſcripſerat J. Goupylus.

In lib. *de nutritione ſpiritus animalis* compendium eſt diætetices.

Ejus *Ratio victus* M.S. eſt in *Bibl. Bavar.* De diæta in ratione ad ſpirit. animales in Bodleyana n. 261.

Pag. 167.

Myrepsi codex erat in B. Mich. Cantacuzeni. p. 62. & in Coll. S. Trinit. Cantabrig. n. 396. Editio Noribergenſis curante Joh. Hartmanno Beyer prodiit *. Ei nihil acceſſit.

Pag. 168. ſub lin. 8.

Nic. Alexandrini codices. In B. R. Burschough n.7671. In Ashmoliana n. 7783.

n. 7783. E. TYSONI n. 4155. *Caj.* GONVILL. *Cantabr.* n. 967. 969. 970. 844. 275. *Colleg. nov. Oxon.* n. 1135. & 1130? *Trinit. Cantabr.* n. 396. De compoſitione medicamentorum *Caj.* GONVILL. n. 978.

Antidotarium cum Gloſſis in Bibl. Ken. DIGBY n. 1644. Antidotarium NICOLAI hebraice in libris J. HOBII n. 3796. Arabice BODLEY. n. 6221.

An ID. NICOLAI *modus diſpenſandi* conficiendique medicamenta in libris F. RANCHIN n. 3649.

Synonyma ſ. expoſitiones herbarum, florum in prædicto antidotario contentorum in LL. E. TYSON. n. 4155.

NICOLAUS in Cl. F. BERNARDI n. 3633.

NICOLAI antidotarium particulare latine in B. D. MARCI Veneta, *ſec.* XIV.

Gloſſulæ exponentes antidotarium univerſale ibid.

NICOLAI antidotarium in B. R. *Par.* n. 6957. Synonyma ib. T. IV. n. 6964.

Ibid. ſub lin. 12.

Lexicon botanicum anonymi Græce ſec. XV. in B. D. MARCI, & denuo ſec. XIV. græce ibid.

Ibid. ſub lin. 16.

De alimentis excerpta e GALENO. & variis Medicis B. R. *Par.* n. 2151.

Alphabetum ιητρικον B. *Aug.*

Ibid. ſub lin. 21.

ALEXANDRI Sophiſtæ de temperamento Hieron botanon. Codex M.S. erat inter codices SAMBUCI CAMERARIUS Habet eum codicem BODLEY. n. 150.

HIEROPHILUS Sophiſta de alimentorum facultatibus græce in B. BODLEY. n. 150.

Interpretatio pigmentorum & herbarum B. R. P. n. 688. ſed latine.

Pag. 170. inter lin. 10. & 11.

EUPHEMI Siculi & PHILIPPI XERI variæ medicamentorum compoſitiones B. R. P. n. 2194. græce.

Anonymi compendium medicum de emplaſtris, trochiſcis &c. B. R. *Par.* n. 2194. græce.

Compendium THEOPHILI de medicamentis compoſitis *Eclog. Oxon. Cantabrig.*

Notabilia de plantis *Eclog. Oxon. Cantab.*

CALLISTUS de antidotis, de trochiſcis, de emplaſtris, de compoſitione oleorum LAMBEC. XI. P. II.

Ibid. ad lin. 17.

L. ſimplicium medicamentorum in ſpecie Gynecæa CLEOPATRÆ in *Bibl. Lipſienſi* MONTFAUCON.

Anonymus de virtutibus herbarum, B. R. *Pariſ.* n. 6957.

Anonymus de præparatione theriacæ Cod. Brit. n. 60.

Antidotus Eſdræ Codic. Brit. n. 60.

Anonymus de hiera oxymelite. ib.

De paradiſo & ligno vitæ in BODLEYANA n. 131.

ALEXANDRI R. de ſeptem herbar. facultatibus in ordine ad conſtellationes, in BODLEYANA n. 261.

Her-

Herbarium PLATONIS quod accepit ab ÆSCULAPIO, Bibl. CAJ. GONVILL. n. 962.

Ibid. ad fin. lin. 36.

Antidotarium B. R. *Par.* n. 7656. 2243. alphabetico ordine.

Antidoti & trochiſci, ib. n. 2256.

Emplaſtra, ib.

Lexicon de plantis ib. ex AETIO.

Medicamenta variorum medicorum ſecundum ZENONIS ordinem. Synopſis varior. antidotor. in B. BODLEYANA n. 150.

CHARITONIS l. de paſtillis, pilulis, Zulapiis & clyſteribus, B. R. *Pariſ.* n. 2240. græce.

Pag. 171. in lin. 13. poſt voc. nova.

Tulipæ nomen ferunt florum Numanni Principis Hiræ, chriſtiani, quem Coſru Prawiz interemit, ferunt autem quod eos flores valde amaret POCOK ad ABULFED. de *morib. Arab.*

Ibid. ad fin. lin. 24.

AL MOSTANSER BILLAH circa initia 7. ſeculi hegiræ collegium condidit, eique medicum peculiarem addidit; apothecam etiam, in qua eſſent omnia ciborum & potulentorum genera ABULFARAI p. 304.

Pag. 172. ad fin. lin. 13.

ABU JAFAR ALMANZUR KHALIFA primus aſtronomiæ incubuit — ſed ALMAMUN Rashidi filius (ſeculo IX.) potiſſimum libros doctos verti curavit ABULFARAI 160.

Ibid. ſub lin. 13.

JOHANNES EBN BATRIK interpres in libris græcis, AL MAMUNI libertus, alias EUTYCHIUS dictus POCOK. ad ABULFARAI; alibi dicitur SAID EBN BATRIK Obiit a heg. 328. POCOK. Vertit GALENUM, SERAPION *ſimpl.* c. 397.

Ibid. ad ISAAK BEN HONAIN.

ABULFARAI dyn. p. 88.

HONAIN ISAACI filius vertit arabice lib. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *de compoſ. medicamento ſecundum loca.* — Adjecti ſunt RAZIS Commentarii CASIRI.

ABULFARAI p. 171. de HONAIN EBN ISAAC. — Chriſtianus Ebadienſis tempore Motawakeli Califæ a. 247. interfectus eſt. Ejus pater ISAAC fuit pharmacopola. ID. p. 172. HONAIN diſcipulus fuit JOHANNIS MESVÆ f. inde in Græcia linguam didicit, adeo doctus, ut GABRIEL f. BACTISCHUA anatomen ab eo diſceret. Gratia floruit apud Motawakel. ID. p. 173. Figuras noluit adorare.

Notæ ad GALENUM *de compoſ. ſecundum loca* a HONAINO ISAACI filio arabice verſum CASIRI.

Ibid. ad not.

Ejus filius ISAAC & ipſe fuit interpres ABULF. p. 173. tum ex ſorore nepos HEBAISH, cujus labores vulgo HONAINO tribuuntur ID. p. 174.

Ibid. ad

ISAACI EBN HONAIN eſt epitome GALENI de ſimplicibus in BODLEYANA n. 6207.

Pag. 173. ſub lin. 8.

NADHI Fil. NASS, medicus græcus, parum

parum felix, libris græcis in arabicum verſis celebris fuit ABULFARAI p. 215. Diſpenſatorium EBN HONAIN eſt in B. BODLEYANA n. 6220.

Pag. 174. in lin. 5. poſt verb. convertit.

Jablæ h. e. *Johannis ben* MESVÆ tract. cum titulo *Alimentorum*, *olerum*, *fructuum*, *carnium*, *lactariorum*, *partium animalium & ſeminum proprietates* eſt in B. *Scorialenſi* CASIRI n. 888.

In eadem pagina nota (1).

JOHANNES Fil. MASAWAIHI, Chriſtianus Syrus ap. ABULFARAI p. 154. male curavit Khalifam AL MOTASIM p. 166. Ei fuit pater MESVA Chuzenſis p. 168. Ludebat cum BACTISCHUA GABRIELIS f. tempore AARONIS ALRASHID. Eum MESVEN ardelionem vocat SALMAWAIH ap. ABULFARAI p. 166. Obiit a. 854. octogenarius.

De eodem ASSEMANNUS in *Bibl.* III. p. 501. longe aliter „ MESVE eſſe Moſen, ejus patrem GEORGIUM MESVE pariter medicum fuiſſe.

Pag 175. in lin 7. poſt nom. BAKTISCHUA,

GEORGIUS EBN BAKTISCHUA, Jondiſaburenſis, Medicus ALMANSORIS Khalifæ, vixit ſeculo IIX. exeunte ABULFARAI p. 111.

GEORGIUM vocat ABULFARAI, & iterum GABRIELEM, nam eamdem hiſtoriolam de utroque narrat, & de JOHANNE MESVES f.

Ibid. ad fin. lin. 14.

SABUR EBN SALEH medicus Noſodochii Jondiſapurenſis. Scripſit librum *de medicinis compoſitis*, quem fere ſequuntur pharmacopœi. Obiit anno Heg. 255. ABULFARAI p. 176.

Ibid. ſub lin. 21.

JASUKA *al Nabathi al Keſrat al Kuham* ſcripſit lingua Nabathea, & ejus opus arabice vertit ABUBEKIR *ben* ALI IBN WAHSIJAH, HERBELOT. Auxit idem ALI *ben* THABIB ACHMET BEN ALI, & EBN ALZIAT IDEM.

EBN WASCHIA codex Agriculturæ Chaldæor. ſ. de viribus herbarum & animalium Vol. 4. eſt in Bibl. BODLEYANA n. 6223. ad 6226.

Pag. 176. ad fin. lin. 6.

ABU JUSEPH JACOB ISAACI filius ALCENDIUS, Baſrenſis præfectus pro Rashide ABULFARAI p. 179.

Ibid. ad fin. lin. 13.

ALKINDI codex eſt in Ambroſiana Mediol. MONTF.

Pag 177. ad fin. lin. 16.

CHUZI jam citatur a MESVE ſeniori ALRASCHIDI ævo ABULFARAI pag. 154. Non ergo fuerit ipſe MESVE.

Pag. 178. ad fin. lin. 4.

JOHANNES GRAMMATICUS, Alexandrinus, Jacobita, ſeculo VII. Præfecto Ægypti Amru, Omaro regnante floruit ABULFARAI pag. 114.

Ibid. ad lin. 6.

ISAAC BEN MASSAH in B. *Eſcurial.* n. 883. fuerit idem cum JESU.

Ibid. ad fin. lin. 14.

MASARWAJAIH, medicus Baſrenſis,

ſis, Judæus, lingua Syrus, Aharonis presbyteri Pandectas in linguam arabicam vertit, tempore ABDOL MALEC Chaliſæ, filii MERVANI, ſub initia ſeculi VIII. aut ad finem VII. ABULFARAI p. 126.

Ibid. ad fin. lin. 17.

ABUSAHEL cognomine MASCHI obiit a. C. 988. præceptor Avicennæ ABULPHARAI apud ASSEMAN.

Pag. 179. ad fin. lin. 4.

SALMAWAIH Medicus contemporaneus JOHANNI, *filio* MESVE ſeculo IX. vixit, Almotaſemi medicus ABULFARAI p. 166.

Ibid. ad fin. lin. 7.

WALI SERHINDI *de ſimplicibus medicinis* in B. BODLEY. n. 3235.

Ibid. ad fin lin. 19.

An non huc JOHANNIS BEN SERAPION *collectio medica magna* L. XII. & *parva* L. VII. utraque Syriace ſcripta, quam in Arabicum verterant MUSA BEN ABRAHIM AL HODAITHI, & BEN BAHLUL Vide CASIRI n. 814.

SERAPIO *de re medica* ex Arabico verſus in B. BODLEYANA n. 169. & 645.

Ibid. in lin. 21. poſt voc. *breviarium*.

SERAPIONIS *practica alias breviarium* Lyon 1525. 4°. B. B. Breviarii Liber VII. eſt de antidotis aliisve medicamentis, & adjectum habet librum arabico-latinum ſ. Synonyma. Prodiit etiam Venet. 1497. fol. MAITT & 1479. fol. UFFENB.

JOHANNIS fil. SERAPION *breviarium verſum* a GERARDO Carmonenſi M. S. in B. BODLEY. n. 2464.

Pag. 180. ad RHAZEUM.

MOHAMMED EBEN ZACHARIA AL RASI obiit a. 320. Heg. Noſocomio Rajenſi, deinde Bagdadenſi præfectus: junior fidicen fuit, adultior ſui ſeculi decus. Noluit admittere ocularium medicum, cui ignota eſſet anatome. Vir bonus & liberalis, neque pauper, ut ei quidem objectum fuit ABULFARAI p. 192.

Ibid. ad l. 4.

Halcavi, continens artem medicinæ Brix. 1486. fol. 2. Vol. BURCH.

Editioni Brixienſi titulus eſt BUBIKAR ZACHARIÆ fil. TREW.

Pag. 181. ad RHAZEI Continentem.

In L. XXIV. tabulæ occurrunt, continentes nomina medicamentorum. Arabice in B. *Eſcurialenſi* n. 811.

Continentis L. XVIII. agit de medicamentis ſimplicibus ex literarum ſerie CASIRI n. 808.

Ibid.

Comprehenſoris L. X. de venenis eorumque ſignis & remediis habet CASIRI n. 810.

Ibid. ſub lin. 27.

Continentis l. 14. 15. 16. 17. 18. ſunt in Bibl. *Eſcurial.* n. 813. tum lib. 6. 7. 8. n. 806. & l. 24. n. 811.

RHAZEI opus medicum eſt in libris B. NARCISSI n. 1206.

Totus Continens præter X. in Scorialenſi CASIRI n. 817. Alterum exemplum integrum ibid. n. 816.

Editionem Venetam anni 1509. fol. habet TREW.

Pag.

Pag. 181. ad libros ad ALMANSOREM.

MANSORIANA *medicina* arabice exſtat in B. *Eſcurialenſi.* CAS. n. 816. 853. L. V. Coſmetica tradit. Lib. IV. agit de ſanitate tuenda. Liber III. de facultatibus medicamentorum.

Ibid. ad fin. lin. 21.

Codex Eſcurial. n. 815. 855. mutilus.

MANSORIS varia, verſa a GERARDO CARMON. in B. *Norfolk.* n. 3013.

ALMANZOR in *Cathed. Weſtmonaſt.* n. 1240.

RHAZES ad ALMANSOR. in libris F. BERNARD. n. 3642.

Lib. qui dicitur ALMANSOR in Bibl. *Wigornienſi* n. 904. & arabice in BODLEYANA n. 3768.

ALMANSOR *interprete* GERH. CARMONENSI in *Collegio* MERTONIANO n. 695. Prodiit Mediolani 1481. fol.

L. RHAZEI *de ſimplicibus cum* SERAPIONE Argentor. 1531. fol.

L. *de ſimplicibus* in Bibl. NARCISSI n. 1705. in *Scorialenſi* CASIRI n. 801.

L. *diviſionum de ſimplicibus* in MERTONENSI n. 625. 694.

Novus (an forte nonus) lib. ALMANZORIS in Bibl. CAJO GONVILL. n. 961.

ALMANSORIS L. X. in MERTON. n. 694.

Libri X. ad ALMANZOREM CASIRI n. 815. 853.

In lib. *de ſimplicibus* c. 396. legitur ſemen atriplicis omnino ſurſum & deorſum alvum movere; c. 605. Cannellam diverſo loco ponit a cinnamomo.

Ibid. ad fin. lin. 28.

Antidotarius in B. MERTON. n. 694.

Ibid. ſub lin. 29.

RASES *de uſu pomorum ante vel poſt cibum* B. *Eſcur.* ib. n. 865. 882.

EJUSD. *de ſeminibus*, *aromatibus*, *potionibus trochiſcis* in Bibl. *Eſcurial.* n. 882.

De alimentis, *eorum correctione*, *& de alimentis in univerſum* ib. n. 877. & iterum n. 866.

RAZEI *artis medicæ arcana* CASIRI n. 808. 877. ſi huc pertinent.

EJ. *de fructuum edendorum tempore atque ordine* ib.

EJ. *de vini potu ejusque ſpeciebus capita* 44. ibid.

EJ. *Synonyma* B. *Wigorn.* n. 904.

Pag. 182. ad fin. lin. 7.

Venetiis 1492. fol. *Opera* BERNARDINI RICCII labore edita: titulus eſt *Omnes libri* HALY ABBATIS *tam theoreticæ partis quam practicæ.* TREW.

Ibid. ad fin. lin. 10.

Ars medica regia dicitur in codicibus arabicis *Eſcurialis* n. 814. qui codex imperfectus eſt, & n. 833. & 811. ubi omnes X. libri occurrunt.

M.S. totus *Almaleki* ALI IBN OL ABBAS B. BODLEY. n. 115. 414.

Caput poſtremum libri 18. CASIRI n. 888.

Ibid. ad not. (d)

ALI EBN'OL ABBAS, magus, vir eximius, diſcipulus ABU MAHER, ſcripſit Almaleci ABULFARAI n. 214. Vixit ante annum 372. hegiræ.

GARIBEI BENSAID Cordubenſis anno hegiræ 353. inclaruit.

Pag. 183. in lin. 7. poſt Oxonii.

ISAACI Judæi *theſaurus ſanitatis* prodiit Antverpiæ 1607. 8°. HEINS.

ISAACI *diætæ generales & particulares* M.S. in B. VATIC. PETAV. ut puto, certius in B. S. *Ebrulphi*.

ISAACI *diætæ particulares* Padua anno 1487. 4°. GUNZ.

CONSTANTINI *diætæ univerſal. & particulares* in B. BODLEYANA tribuuntur n. 1252.

Univerſales & particulares diætæ ISAACI in Bibl. *S. Mar. Magd. Oxon.* n. 2369. 2315. in B. S. PETRI *Cantabr.* n. 1884. in BODLEYANA n. 2753. in B. R. BURSCOUGH n. 7671. & cum adnotationibus in *Coll. Nov. Oxon.* n. 1130.

Particulares ſolæ in *Coll. omn. anim. Oxon.* n. 1448. ap. ASHMOLE n. 7782.

Univerſales cum titulo CONSTANTINI in CLARENDONIANA n. 138. BODLEYANA n. 2444.

Univerſales ISAACI in B. MERTON. n. 730.

De opere ISAACI lege.

Editionem Baſil. 1570. 8°.* deſtinabat J. CLOOTS, perfecit J. POSTHIUS, ſic ſatis latine. Duo ſunt libri de *diætis univerſalibus* L. I. Sapores ciborum, odores, deinde claſſes fructuum, granorum, inde animalium, eorumque partium, denique condimentorum. In L. II. *particularium* fuſe vires granorum, leguminum, fructuum, olerum, aromatum, condimentorum. Tunc partium animalium, vini. Gradus primo loco numerat, inde vires alimentarias & medicas. Citat fere Græcos, HIPPOCRATEM, GALENUM, DIOSCORIDEM, & in Syria vixit. Habet melongenam, criſolacanum, melones Saracenos, muſam, piſtachias, collocaſiam. Agnum putat vocem eſſe Syriacam.

Pag. 185. ad fin. lin. 19.

Ad J. SERAPIONIS f. in *Ecl. Cantab. Oxon.* legas JOHANNIS f. SERAP. *ſervitor*, de præparatione mineralium ex arabico verſus, per SIMONEM JANUENSEM, & ABRAHAMUM JUDÆUM.

L. *aggregationum* in *Coll. S. Petri Cantabr.* n. 1868.

Arabice P. II. *de ſimplicibus* in BODLEYANA n. 6357.

De ſimplicibus ll. verſi per SIM. JANUENSEM & ABRAHAMUM JUDÆUM, in B. D. PETRI *Cant.* n. 1874.

Ibid. ſub lin. 21.

Synonyma, quæ cum SERAPIONE prodierunt, lexicon ſunt arabico-latinum plantarum, & morborum. Sed Conf. p. 642.

Pag.

Pag. 186. ſub lin. 12.

Non ſunt ſolæ antidoti, ſed medicamenta varia, purgantia, & ſimplicia, etiam purgantia.

SERMO JOHANNITII, qui HUNAIN dicitur, non eſt in editione Lyon 1525. fol. B. B. ſed eſt in editione mea Veneta.

Pag. 187. ad fin. lin. 29. ad AVICENNAM.

L. II. tr. 2. 85. Been ſunt fructus. Radix lignea, alba, recta c. 91. Bunchum eſt res delata de Jaman, dixerunt eſſe ex radice, Garyophillus aromaticus dicitur c. 318. comparatur ſambuco, & dicitur gluten habere.

Kakile folia habet oleæ c. 372.

Melongena calida & ſicca eſſe, & pernicioſa, mali cibi c. 455.

Maru Indici multæ ſpecies. Aroma eſt calidum & ſiccum, citatur MESEBAR cibi 464.

Diſtinguit Zedoariam, Zerumbet, Zingiber, & caninum Zingiber.

Pag. 188 in lin. 15. poſt nom. anno.

Canon Medicinæ prodiit Venet. 1483. fol. BURC. 1491. fol. GUNZ.

Ibid. ad P. KIESTENIUM.

Paſſim tamen emendat editionem Romanam, & COSTÆI. In eo volumine continetur 1. catalogus medicamentorum ſimplicium, arabicus & latinus. Deinde ipſe libellus agit de medicamentorum facultate definienda, & de claſſibus. Verſio literalis. Liber eſt in B. BERN.

Codex quo K. uſus eſt *ex Cæſarea* Bibl. in *Saxonicam* Jenenſem pervenerat.

Ibid. ad AVICENNAM.

Principis AVICENNÆ *opera nonnulla* a M. GER. CARMONENSI tranſlata Venet. 1500. UFF.

EJUSDEM GERARDI verſio *cum A. Alpagi caſtigationibus* aucta a MONGIO & COSTÆO Venet. 1595. fol. TREW.

Ibid ad fin. lin. 27.

CLEMENT habet *Canonis verſionem hebraicam* Neapoli 1492. fol.

Opera omnia Venet. 1564. 1580. 1608. fol. 2. Vol. opera COSTÆI.

Opera omnia Venet. 1523. fol. 5. Vol.

AVICENNÆ opera litt. capitalibus coloratis Venetiis 1486. 4°. OSB.

Antiqua editio abſque loco & anno a KIRSTENIO citatur, vertente GERARDO, Canon ſolus.

Opera etiam prodierunt Lugduni 1522. 4°. ex emendatione PETRI RUSTICI & SYMPHORIANI CAMPEGII.

Opera Baſil. 1556. fol. poſt correctiones *Andreæ* ALPAGI & *Bened.* RINII. Optimam vocant.

Sumtuoſiſſima eſt J. COSTÆI Venetiis 1595. fol. quam diximus.

Pag. 190. ad fin. lin. 10.

Anno 606. obiit AL EMAM AL PHACHER ALRASI MOHAMMED EBN OMAR. Vitia revelavit EBN SINAE, ipſe ob alchimiam pauper, ob religionem ſuſpectus.

Ibid. ad fin. lin. 14.

ABUCHAIR EBN O'L MASSIHI Archidiaconus, idem adeo qui quæſtiones libri generalium ex Canone explicavit libro *Al Ektedab* ABULFARAI p. 297. De eodem IDEM p. 299. MASCHI EBN ABUL BAKAI Nilenſis Bagdadenſis obiit anno 608. dives & longævus.

Ibid. ad fin. lin. 18.

Hic commentator in libris NARCISSI n. 1710. dicitur JACUB IBN ALI ISHAK ASSAMARI.

EBN MASUD Sirazii in Canonem medicum EBN SINA l. eſt in B. BODLEY. n. 6237.

IDEM MOHAMED BEN MASSUD Schirazenſis Tomos VI. ſcripſit in AVICENNÆ Canonem anno Hegiræ 710. Chriſti 1310. Tomus I. eſt apud CASIRI n. 859. quartus n. 860.

HEBAT OLLAH EBN GEMII Comment. in Canones Ebn Sinæ eſt in ll. NARCISSI n. 1216.

Ibid. ſub lin. 18.

DAVID Antiocheni *Tedkera* de Materia medica, Arabice in Bibl. BODLEY. n. 6377.

EJ. de ſimplicibus deque morbis curandis arabice ibid. n. 6360.

Majoris Canonis Suræ CASIRI n. 863.

Anonymi Comm. in Canon. CASIRI n. 827.

Ibid. ad fin. lin. 23.

Compendium AVICENNÆ per ABUL HASAN ALKORESHI vulgo IBN O'L NAPHIS eſt in B. BODLEY. n. 3746. In Eſcurialenſi n. 861. vocatur ALAEDDIN ALI BEN ABSAL HAZAN CORESCHITA qui EBN NAPHIS n. 1437. Additur etiam nomini BEN NUAD. Adn. 862.

EJ. comm. in Canonis ſecundum ib. n. 881.

EJ. compendium cum notis arabicis in libris NARCISS. n. 1707. 1821. & cum ſcholiis GIMALODDIN AL SARAI. ib. 1713. Arabice.

EBN NAPHIS Medicina B. BODLEY. n. 6197.

In hoc compendium NAPHISIDIS commentatus eſt AHMAD AL CARSRAI 8°. ſeculo hegiræ, CASIR. n. 831. in practica ut videtur ſola.

Ibid. ſub lin. 23.

Compendium, ubi partem medicamentorum ſimplicium reperias, dedit BORHAMEVIN NAPHIS BEN AVAD filius ALI BEN ABIL HAHAZAL ALCARSCHI vulgo BEN NAPHIS, CASIRI n. 826. & in ipſum Canonem de morbis L. III. commentarius, quem ipſe BORHAMEDINUS NAPHIS BEN NAPHIS ſcripſit ſeculo hegiræ CASIRI n. 825.

Duos ergo BEN NAPHIS, patrem & filium diſtinguas, alterum commentatorem, alterum auctorem compendii.

Pag. 191. ad fin. lin. 4.

AVICENNÆ Canon, hebraice verſus per R. NATHAN, BODLEY. n. 170. & 469. usque ad finem l. 13. & n. 6351. 2. T. 2. M.S. Britann.

Ibid,

Ibid. ad fin. lin. 5.

AVICENNÆ opera Vol. 16. in Bibl. BODLEY. n. 5643. 5648.

Ibid. ad fin. lin. 6.

Canon verſus a GER. CARMONENSI B. *Scorial.* BUSCHING.

AVICENNÆ de Medicina L. V. in B. MERTON. n. 691. nempe *Canon.*

Ibid. ſub lin. 6.

L. I. in aula PEMBROK CANTABR. n. 2054.

P. 1. & 2. Canonis in BODLEYANA n. 6167.

P. 2. Medic. ſimplicium CASIRI n. 819.

L. III. in S. MAR. MAGD. Oxon. n. 2292. ap. CASIRI n. 820.

Ejus libri 3. pars a tr. 1. ad tr. 3. fen. 3. CASIRI n. 821.

L. IV. & V. in *Coll.* MERTON. n. 692.

Arabice in BODLEYANA n. 3744.

P. IV. a fen. 3. ad fen. VIII. CASIRI n. 823.

Ibid. ad fin. lin. 27.

Canticum cum Canone Venet. 1595. fol.

M.S. Cantici in BODLEYANA n. 398.

POEMA de univerſa medicina; alterum de medicinæ experimentis CASIRI n. 858.

L. rithmaticus qui intitulatur l. Abenſina de partibus medicinæ *Coll. nov.* n. 1128.

Carmen medicum, in BODLEYANA n. 6218. 6219.

Carmen ibid. n. 6216. cum comm. EBN RASHID.

Comm. in *univerſalia* AVIC. auctore MOHAMMED IBN AMRI IBN ALHOSEIN AL RASCHI in BODLEYANA n. 3197.

Poema univerſam medicinam complectens CASIRI n. 846.

Pag. 192. ad fin. lin. 10.

AVICENNÆ *de medic. cordialib.* liber interprete *Arn. de* VILLANOVA in D. P. PETRI *Cantabr.* n. 1874. in *Coll. nov. Oxon.* n. 1128. in B. BODL. n. 1.0. 877. Idem libellus & de ſimplicibus ap. CASIRI n. 839. Idem ſolus n. 855. ibid.

Iterum verſus a M. *Arnoldo* BACHUONE ſ. *de Villanova* in B. CAJ. GONVIL. *Cantabrig.* n. 974.

L. de cordialibus in C. MERTON. n. 694.

Codex M.S. in B. D. MARCI Veneta, latine: & in B. R. P. n. 6949. ex verſione *Arnoldi de* VILLANOVA.

Codex n. 692. B. *Colleg.* MERTONENS.

Cum Canone prodiit Venetiis 1489. 1490. fol.

Cum Canone Venet. 1595. fol. & cum lib. de Syrupo acetoſo.

In eum l. *Comm.* DIDAZI LEPEZ Bilbilitani CAP de VILA.

Ibid. ſub lin. 12.

Liber AVICENNÆ de theriaca CASIRI n. 877.

ALMOCHTAR EBN O'L HASAN EBN ABDUN vulgo EBN BOTTAN variis locis medicinam fecit. Scripſit de regimine ſanitatis tabulas. Obiit a. heg. 444. ABULFARAI p. 239. Aliud nomen

men lego ABU'L HASAN ALMUCHTAR *Tacuin o'l Abdan* de cibis & diæta: in B. BODL. n. 3771.

ABDALLA ABILPHARAGIUS vulgo EBNALTHAIEBI de plantis ex ARISTOTELIS operibus excerptus lib. exſtat in B. *Eſcurialenſi* n. 883. Agit de arboribus, floribus, fructibus & ſeminibus ſecundum medicorum & philoſophorum placita: tum de odoribus & variis aromatum generibus ABULFARAI dynaſt. p. 233.

ABDALLA obiit a. heg. 435. GALENUM, puto, legit — prolixior.

Ad MESVEN.

MESVE junior Mardinus Meſopotamicus Jacobita, qui obiit anno 1028. a J. LEONE ſeparatur a noſtro: qui fuerit Damaſcenus, nomine JOHANNES filius MESVÆ filii HAMECH filii ALI filii ABDALLA regis Damaſci, potius Mahometanus. Ita ASSEMANUS III. 504. An bene?

Pag. 193. ad fin. lin. 5.

L. MESVE *de laxativis* in *Coll. nov. Oxon.* n. 1130.

J. DAMASCENUS de facultatibus medicamentorum purgantium.

Et alimentorum ibid.

Ej. antidoti.

Tractatus MESVES verſi per Magiſtrum GERARDUM.

hæc omnia ſunt in Bibl. *Scorialenſi* BUSCHING. *Mag.* T V.

Canones univerſales de ſimplicibus medicamentis & antidotarium in Bibl. D. PETRI *Cantabrig.* n. 1868.

De conſolatione medicamentorum ſimplicium ſolutivarum in B. *M. Magdalen.* Oxon. n. 2287. in l. BURSCOUGH n. 7675.

De medicam. purgantibus Græce in B. BODLEY. n. 708. 56.

L. II. de ſimplicibus medicinis ſolutivis in *Coll. nov.* n. 1132.

JOHANNIS fil. HAMECH filii HALI filii ABDALLA-Regis Damaſceni opus *de rectificatione & electione medicinarum cum canonibus & tabulis medicis* in *Coll.* MAR. MAGDAL. *Oxon.* n. 2372.

M.S. Grabadin ſ. *de conſolatione &c. med. compoſitorum* in B. *Medicea plut.* 73. & *l. medicinarum particularium, & quæ ſunt ad ornandum & decorandum* ibid.

Tabb. de medicamentis ſimplicibus & compoſitis in B. *Britann.* n. 3650.

J. DAMASC. fil. MESVÆ antidotarium B. *Coll. nov. Oxon.* n. 1132.

IBN MESVÆ de medicinis appropriatis B. *Mar. Magdalen. Oxon.* n. 2284.

Compendium de medicamentis digeſtivis & evacuativis . . . & de medicamentis confortativis, calidis & frigidis c. J. MESVÆ Synonymis in Bibl. *Brit.* n. 3650. & extractum *Hans* SLOANE n. 8964.

Antidotarius Venet. 1483. fol. Bibl. BOEHM.

Operum MESVE editio Veneta anni 1589. fol. & 1581. fol. videtur eadem. Titulus eſt opera MESVÆ *de medicamentorum purgantium delectu, Grabadin*: cum HONESTI, MANARDI, SYLVII, COSTÆI, adnotationibus. Supplementum in L. II. ſecretorum &c.

Similis

Similis eſt editio Venet. 1623. fol. maj. TREW. cum ſupplemento.

MESVE *de conſolat. medic.* in B. D. PETRI *Cantabr.* n. 1868.

Pag. 194. ad finem.

Additiones in Commentariis MUNDINI &c. adde prodiiſſe Venet. 1589. fol. 1623. fol. TREW.

Pag. 195. ſub lin. 27.

Hiſpanice *Franciſcus* VELEZ de ARCINIEGA ſcripſit *annotaciones ſobre* MESVE *de muchos compueſtos y ſimples* N. ANT.

Ibid. ſub lin. 28.

In ACHMET BEN ZEIRIM *oneirocriticis* Pariſ. 1603. 4°. quæ eadem ſed auctiora ſunt APOMASARIS *apoteleſmata* anno jam 1160. a LEONE TUSCA ex græco verſa, reperias integrum catalogum herbarum, & arborum eorum in cum ſomniis ſignificatione. Prodierant 1577. 8°. interprete LEUNCLAVIO B. B.

YAHYA EBN GIAZLAH obiit a. 473. heg. Chriſtianus apoſtata ſcripſit *al Menhag*, & *Takwim o'labdan* de recta ordinatione corporum. ABULFARAI p. 241. add. p. 183.

JAHJAH eſt JOHANNES: Codex de iis quibus homo utitur, eſt in B. *Vaticana* ASSEMAN III. p. 549. dicitur ib. JAHJAH fil. ISAH fil. GIAZALAH.

Alius codex cum titulo JAHIA EBN ISA EBN GAZLAH *Al Menhag al Bejan* eſt in ll. NARCISSI n. 1220. in BODLEYANIS n. 6199. 6200. Idem nomen habet CASIRI n. 870.

ASTRUC vocat JAHIA BUHALI BEN GEZLA, idem nomen quo utitur HERBELOT. Vixit ſub MOCTADI BEN RILLA anno hegiræ 467. ab anno Chriſti 1075. ad 1096. Non fuit adeo medicus CAROLI M. Idem eſt ELLIMITHAR. *hiſt. de Montp.* 135. ſeqq.

Ita ASTRUC, ſed peſſime. Comparavi BYNGEZLA canones & Tacuinos, cum ELLUCHASEM ELLIMITHAR canonibus & Tacuinis. Nihil habent ſimile. ELLUCHASEM in canonibus agit de ſex rebus non naturalibus: ejusque Tacuini ſunt ciborum potusque genera, in tabulas collecta, cum cujusque utilitate. BENGEZLA vero tabulæ & Tacuini ſunt ægritudinum a capite ad calcem. Ne unica tabula unusve canon convenit: ſic de editis. An vero codex M.S. BYNGEZLAI ſit idem cum ELLUCHASEM, non dixero.

Pag. 196. ad fin. lin. 19.

ZAHABODDIN de herbis & animalibus Arabice BODLEY. n. 6358.

Ibid. ad l. 6.

ABHOMERON AVENZOAR l. *theizir ſi vahalmodana vahal tadbir.* Rectificatio medicationis Venet. 1496. fol. CLEM. & cum *Colliget* Lyon 1531. 8°. IDEM.

Ibid. in lin. 34. poſt *Antidotarii.*

Theyzir Abumeron in practicam medicinæ codex eſt in B. CAJI GONVIL. n. 974. cum antidotario.

ABU MARWAN BEN ZOHAR Judæi, de medicamentis cod. eſt ap. CASIRI n. 829.

Pag. 197. ad fin. lin. 4.

ABENZOAR de regimine ſanitatis in F. BERNARD. n. 3630.

Ebn Zohar de medicina Bodley. n. 6234.

Ibid. ad fin. lin. 11.

Mohammed al Battani ſive Albategnius, Aſtronomus, Sabeus. Integrum nomen eſt Mohammed Ebn Giaber, Ebn Senan, Abu Abdalla. Obiit anno 317. Heg. Abulfar. p. 191.

Ibid. ad

In *Bibl. Eſcurial.* Averrois eſt l. de febribus: Abſolutum eſſe ab Averrhoe anno hegiræ 589. Casiri n. 879.

Abuwalid Mohammed Ebn Achmed Ebn Mohammed Ebn Roschid obiit a. 595. Heg.

In Canticum commentarius eſt apud Casiri n. 799. 826. 858. in B. D. S. Petri *Cantabr.* n. 1871. in *Coll. nov. Oxon.* n. 1128.

Ibid. ad fin. lin. 26.

cum titulo Averrhoes de ſimplicibus medicinis Argentorat. 1531. fol.

Colliget Venet. 1482. fol. Uffenb. Ibid. 1490. fol. Trew.

Duo M.S. Codices Colliget ſunt in B. D. Marci, latini: alius in B. R. *Par.* n. 6949. & canones 34. de medicamentis laxativis, vertente M. Magno ibid.

Colliget M.S. eſt in Bodleyana n. 1300. 37. in B. *Coll. nov. Oxon.* n. 1127. 1128. in B. S. Petri n. 1874.

Pag. 198. ad fin. lin. 7.

Codex Averrhois de theriaca in B. *Eſcurialenſi* n. 879.

Ibid poſt Averrhoem.

Bedreddin Ebn Kadi, Baalbecenſis medicus, ſcripſit *Moſarre ho'l Nafs* ſ. de exhilarendo corde; agit etiam de medicamentis ſimplicibus & compoſitis, & in Coriandro Avicennam correxit. Tempore Hulacu & ſeculo XIII. vixit. Abulfarai p. 343.

Abu Lola Ben Zohairi *veræ & ſelectæ utilitates, ex aliis plantis, & ſimplicibus medicamentis percipiendæ* L. ſcriptus anno 1165. Auctor Chriſtianus Casiri n. 939.

Ebn Alwam an idem Abu Helm Andoloſinus ſive Hiſpanus, qui Damaſci officinam aromatariam aperuit, medio fere ſeculo hegiræ VI. Abulfarai.

Pag. 198. ad fin. lin. 21.

Ad Ebn Alwam Casiri n. 901. Abu Zacharia Jahia Ben Mohammed Ben Ahmad vulgo Ebn Alwam Hiſpalenſis, vixit ſeculo VI. hegiræ.

Ejus eſt c. 1. de optimæ terræ cognitione, ſignis . . . de terræ proprietatibus . . . de ſeminum, arborumque generibus; quæ terra cuique apta ſit.

C. 2. De ſtercorum genere, utilitate — de arborum, plantarum, olerum ſpecie — quibus ſtercoratio proſit aut noceat.

C. 3. De irrigatione, aquarum qualitate, uſu, puteis fodiendis, ſignis aquæ inveniendæ.

C. 4. De hortis conſtruendis . . . arborum ſerendarum ordine, & delectu.

C. 5. Ratio & tempus ſerendarum arborum. De fruticibus, arboribus humilioribus terræ committendis, de fodiendi ratione &c.

C. 6.

C. 6. De arboribus inſerendis; de oleribus cæteriſque ſeminibus terræ mandare ſolitis. De tempore putandi, lignaque cædendi.

C. 7. Arbores & plantæ, quarum uſus eſt in Hiſpania: de cujusque arboris cultu.

C. 8. Artes & tempora putandarum arborum & vitium.

C. 9. Terræ conſitæ cultus.

C. 11. Stercoratio. Terræ ſalſæ cultus.

C. 12. Irrigatio arborum & olerum.

C. 13. Ut fructus majores, dulciores, ſucci pleniores reddantur.

C. 14. Arborum & plantarum morbi & remedia.

C. 15. Ut alieno tempore flores producant arbores, fructumve ferant, ut folia variis coloribus diſtinguantur. Ut in pomis inſcriptiones & picturæ appareant. Ut in uvas deſtinati colores inducantur: ut uva vinaceis careat, ut una eademque arbor, olusve, varios odores emittat, varios ſapores præſtet. Ut plantæ in ampliorem ſolito modum excreſcant.

C. 16. Ut ſemina fructusque recentes aut ſicci ſerventur.

C. 17. Modus & tempus terræ arandæ, invertendæ, occandæ.

C. 18. Modus & tempus ſeminum & leguminum terræ mandandorum.

C. 19. Tempus ſerendi triticum, hordeum, alia cerealia.

C. 20. Ars ſerendæ & colendæ oryzæ, tum milii, lentis, piſi, phaſeoli.

C. 21. De leguminibus ſerendis, faba, cicere, carthamo &c.

C. 22. Ars ſerendi lini, goſſypii, cannabis, croci, cypri (Alhenna), valerianæ.

C. 23. Herbæ ſativæ, earum electio, cultus &c.

C. 24. Olera radice prædita.

C. 25. flore prædita.

C. 26. Plantæ & olera ſemine prædita, Plantæ medicatæ, condimentariæ.

C. 27. Herbæ odoratæ, flores.

C. 28. Varium herbarum hortenſium genus & cultus.

C. 29. Tempus meſſis & trituræ.

C. 30. Villa, Vini, olei torcularia. Ars chemica, artes deſtillandi.

Reliqua capita ad 34. ſunt de animalibus.

Poſt EBN ALVAM SAFI ADDAULIT MELIK IBN ABI NIGEM MASIHI in Il. NARCISS. 1329. Inſtitutiones ſunt medicæ.

Pag. 199. ad fin. lin. 15.

Cl. KOEHLER in epiſtola. IBN ABI OSAIBAH mavult vocare: vixit circa a. 1213. Codex exſtat in B. BODLEYANA n. 5602. duoque alii in *Leidenſi*, neque opus editum eſt, niſi a FREINDIO fragmentum ex *medicorum vitis*, & vita EUTYCHII Epiſcopi & medici, quam edidit POCOCK, in præfatione ad annales ejus EUTYCHII.

Pag. 200. ad fin. lin. 20.

BEITARIDIS magna collectio cum latina ſimplicium interpretatione eſt in B. *Scorialenſi* CASIRI n. 834.

EBN BEITARIS T. 2. ibid. n. 835. T. 3. n. 836. T. 4. n. 837.

EBN BAITAR de ſimplicibus in Codd. NARCISS. n. 1208.

EJ. Vol. 2. in BODLEYANA n. 6201. 6202. Denuo BODLEY. n. 6203. & 6227. & 627. 146.

Ibid. ad fin. lin. 34.

ELLUCHASEMI libri tribuuntur ALBUCASI in B. PETRI *Cantabr.* n. 2329.

Schachtafeln der Geſundheit durch Bewahrung der ſechs neben natürlichen Dinge, zum andern durch Erkanntnuß und Hinlegung zum dritten, überſetzt durch Michael HERR. *Durch Hans* SCHOTT *zum Thiergarten gedruckt* 1532. fig. cum figg. TREW.

Pag. 201. ad fin. lin. 5.

In JESU fil. HALI opere *de oculis* materies etiam medica ocularia continetur, & ſimplicium medicamentorum eo facientium catalogus Venetiis 1497. fol.*.

Ibid. ad fin. lin. 17.

RABBI MOSES obiit anno 605. heg. Aliquamdiu ſe geſſit pro Mohammedano, inde ad Judæos rediit, & in Hiſpania vixit. De MAIMONIDE ABULFARAI p. 298. 299. Nomen plenum eſt *Abu Amran Muſa Ebn Maimun al Kertobi* (Cordubenſis) *al Jehudi.*

In *aphoriſmis* Venet. 1497. fol. B. TISS. habet plantas, tum cibarias, tum medicatas cum viribus medicatis. In omnibus arborum fructibus ait aliquam eſſe malitiam, præterquam in caſtaneis. Citat *filium Zor.*

Tr. IV. de regimine ſanitatis prodiit Florent. 4. absque anno (ſed vetuſt.) BURCH.

De ſanitate l. vertit anno 1290. ARMINGANDUS BLAZUS. Exſtat codex in CAJ. GONVIL. n. 974.

De venenis codex ibid. & de curationibus in *Colleg. Corp. Chriſt. Oxon.* 1592. in B. D. PETRI *Cantabr.* n. 1871. apud CASIRI n. 484.

Ibid. ad fin. lin. 36.

ABULCASEM fuiſſe Tarabenſem, vixiſſe Harani, Bagdadi, & Damaſci, obiiſſe anno 339. hegiræ CLEMENT.

Quare cum MESVE ponatur.

Codex ſervitoris eſt in B. *Scorialenſi* BUSCHING. *Mag.* T. V.

Pag. 202. ad fin. lin. 5.

Hiſpanice *El ſervidor libri viente y ocho de Albucaſis Ben Aberacin.* Latine verſus a S. JANUENSI NIC. ANT. Hiſpanice ab *Alfonſo* RODRIGUEZ *de Tudela.*

Ibid. ſub lin. 9.

Ante annum 674. vixit TAKIO'ODIN AL HASHAYESHIS, botanicus, ad theriacam conficiendam celebris, cætera ſtultus, dictus ABULFARAI p. 359.

Ibid.

Mala Jeſa de ſimplicibus medicamentis in Codd. NARCISSI n. 1209. cum nomine IBNO'L CUTBI. Arabice in BODLEYANA n. 6375.

Pag. 203. ad init. lin. 10.

HAGI SEIN ALATTAR de herbis mineralibus, aliis medicinam ſpectantibus, in codd. NARCISS. n. 1830.

Ibid. ad fin. lin. 21.

ZACHARIA EBN MOHAMMED EBN MAHMUD AL CASWINI POCOK ad ABULFEDA.

Ibid.

Ibid. ad fin. lin. 27.

Caswini *de naturæ admirandis* in Bodleyana n. 5664. in B. J. Mori n. 9819.

Pag. 204. ſub lin. 21.

Neſcio num ſit antiquior codex, ſcriptus anno 789., in quo Judæus nomine Juda Ibn Isak Astilagi varia ex Hippocrate Galeno, Avicenna, Razeo excerpſit de theriaca, de anatomia, de medicamentis ſimplicibus. In B. *Eſcurialenſi* n. 868.

Isaac Ben Harun Schelmon, medicus Hiſpanus, *virium alimentorum memoriam* ex Galeno, Hippocrate aliis in gratiam filii ſcripſit anno 1425. in oppido Guadalaxara Casiri n. 865.

Regia medicina practica Caſtellæ. L. II. *de vinor. potu & differentiis.* L. V. *de catharticis medicamentis.* L. VII. *de vomitionum uſu.* L. IX. *de victus ratione*, liber Toletæ ſcriptus anno 1414. auctore hebræo Hiſpano. Ap. Casiri n. 888.

Ibid. ad init. lin. 31.

Jalaladdin Abdor'rahman al Osyuti natus anno 849. Pocock. ad Abulfarai de Morib. Arab.

Abu Mohammed Daud Alsari Cairenſis, anno 976. hegiræ opus Medicopharmaceuticum edidit. Ejus P. 2. eſt de re herbaria, & de ſimplicibus medicamentis ex literarum ſerie. L. 3. de medicamentorum compoſitione. L. 4. de plantis, floribus, ſeminibus, radicibus &c. Casiri n. 832.

Pag. 205. ad fin. lin. 28.

Deleatur totus articulus Alaeddini, qui dictus ſit p. 646.

Ibid. ad

Taphlisii medicina arabice in Bodleyana n. 6253.

Pag. 206. ad lin. 3.

Tacuin o'l aladuijah Arabice Bodl. n. 6376.

Ibid. ad lin. 11.

Costa Ebn Luca Baalbecenſis Chriſtianus coactaneus cum Alkindo vixit ſeculo IX. inclinante Abulfarai p. 179.

Ibid. ad fin. lin. 29.

Tamimi in Ægypto vixit circa anno 370. Heg. Abulfarai p. 214.

Ad fin. pag. 207.

Ebn Alchasan Antidotarius ſ. lib. medicamentorum omnis generis compoſitiones docens, arabice Bodl. n. 2917.

Ebn Gialgial ſupplementorum ſimplicium, quæ in Dioscoride deſiderantur in Bodl. n. 6374.

Modhaffer Ebn Naser diſpenſatorium medicum Bodl. n. 6228.

Ebn Gamiae Iſraëlitæ Medicina. In Bodl. n. 6230.

Abuchazar Hiſpanus, de naturæ admirandis. In Bodl. n. 6246.

Al Gazali hiſtoria naturalis ex Hippocrate, Plinio & patriis hiſtoricis. In Bodl. n. 6287.

Abu Zale de medicinis ſimplicibus, vertente A. *de* Villanova ap. Fr. Bernard. n. 3632.

Abul Mansur l. de medicamentis arabice in l. Narciss. n. 1832.

Abu Giafar Ahmed Ben Isak Alhosaini, Cordubenſis, medicorum cœtus ſ. collegium in quo 77. quæſtiones proponuntur Casiri n. 882.

Ahmad Ben Abrahim vulgo Alhozar Alcaruni peregrinorum commeatus. Inventa faciliora & minoris pretii medicamenta, ex Galeno, Dioscoride, & aliis in egenorum gratiam congeſta Casiri n. 852.

Haga Mohammed Ris Epiſtola de rebus curioſis. In Bodleyana. n. 5682.

Omar Ebn Joseph de ſimplicibus ſ. alphabetum in Bodl. n. 6198.

Abul Ali Ebn Resen methodus præparandi medicamenta in B. Narcissi n. 1708.

Chadr Ebn Ali corpus medicinæ arabice in Bodleyana n. 140.

Abu Bakr Abdalazit tract. de alimentis, oleribus, carnibus &c.

Ebn Ganem de plantis & raris avibus. In Bodl. n. 6231.

De picturis florum ex lecto florum Abu Hamet Algazali interprete R. Isaac bar Joseph Feſſano. In Bodl. n. 257.

Abdallah Ibn Baccal al Toletali Toledanus. Ejus eſt l. de agricultura in *B. Canon. Lateranenſium.*

Casiri n. 899. recenſet compendium ex libris Demari de animalibus & vegetabilibus, poëma.

Idem habet n. 901. codicem absque anni nota de re ruſtica.

Pag. 208. ad fin. lin. 27.

Abu Giafar Ben Abraham Ben Khaled Hiſpanus de aromatum ſubſtitutione Casiri n. 891.

Pag. 209. ſub lin. 12.

Medicamenta, collyria &c., quæ ad oculorum mala pertinent. Casiri n. 871.

Tractatus de 7. herbis excerptus ex l. Kiranidarum. In B. *Hans* Sloane n. 8864.

Pag. 210. ad fin. huj. pag.

Anonymus de alimentorum viribus alphabeti ordine ex Avicenna Cano. L. II. de ſimpl. ſcript. anno 1423. Casiri n. 865.

Anonymi Columellæ rerum ad pharmacopœam pertinentium Casiri n. 882.

Anonymi topica medicamenta Casiri n. 839.

Anonymus de pharmacopæa. Ibid. n. 891.

Tract. de cibariis. In Codd. C. Clarendon n. 138.

Tract. de ſimplicibus medicinis. In Bodleyana n. 3744.

Anonymi tr. de ſimplicibus medicamentis Casiri n. 855.

Anonymus de vegetabilibus arboribus, herbis, floribus; liber ſcriptus eſt anno 1130. Casiri n. 894.

Anony-

Anonymi de tuenda valetudine, de alimentorum electione & uſu, de aqua, aere, ſomno, quiete, motu, balneo. Liber mutilus de medicamentorum compoſitione tabulari CASIRI n. 890.

Totius medicinæ compendium ex præſtantiſſimorum virorum ſcriptis collectum: de medicamentis ſimplicibus & compoſitis CASIRI n. 838.

Fragmentum de plantis arabice cum picturis. In BODLEYANA n. 169. 468.

Medicina prophetæ ſ. materia medica ex Corano, in Bibl. NARCISSI Dublin. n. 1219.

Onomaſticum medicum res & nomina cætera explanans ibid. n. 1223.

Al Moſredat, ſimplicia medicamenta, ſ. index medicinæ ad uſque literam T. ibid. n. 1207.

Erſchad lib. œconomicus. In BODL. n. 5677.

De tuenda valetudine, alimentorum electione, & uſu &c. CASIRI n. 890. & ibid. de medicamentorum ſimplicium compoſitione.

Pag. 211. ſub lin. 22.

Herbarium Græco-Arabicum & Hebraicum cum iconibus Cantabrigiæ vidit UFFENBACHIUS.

De medicamentis ſimplicibus & compoſitis ex ſerie alphabeti, ac probatio theriacæ bonæ & pravæ Perſice. In Bibl. *Lugd. Bat.* p. 352.

Herbaria aliqua viva Perſæ habent C.H.

Herbarium vivum Italo-Arabicum. In *Coll.* MERTON. n. 792. 793.

Pag. 212, ſub lin, 31.

Sex volumina herbarii Sinici poſſidebat TREWIUS.

Pentſao alii conſtanter ſcribunt, etiam AMIOT in deſcr. MOUGDEN.

Pencao ſ. liber herbarum, & medicamentorum ſimplicium, libris 7. In BODLEYANA an. 2814. ad 2820.

Alius diverſi auctoris liber V. *Pencao* BODL. n. 2821.

In DU HALDII hiſtoria Chinenſi, editionis Germanicæ, & in deſcriptione librorum dicitur librorum 52. collectio auctore LITSCHI TSCHING, cujus filius opus edidit imperante KANGHI: hiſtoria eſt priorum *Pentſao* ſ. herbariorum. Plantæ dicuntur libro 12. ad 28. per claſſes valde rudes, ut odoratæ, venenatæ. A libro 29. ad 337. agitur de arboribus, & fructicibus, etiam melonibus. Cujusque deſcriptio, locus natalis, & formulæ ex ea planta paratorum medicamentorum. Specimen eſt apud DU HALDE. Porro de legibus colligendarum plantarum ex variis: de præparatione formulæ aliquæ.

De Ginſing ex medicis PIE LO, PU, HOANGKING. De Chinenſi Ginſeng, & optima Petlienſi, de Coreana ſpecie. Deſcriptio aliqua, rudis, ſapor, odor. Vires medicatæ: ex variis medicis. Præparata ex Ginſeng. Curationes ea peractæ.

De Thea iterum ex variis. Dari & arboream & ſylveſtrem. De aromatibus &c.

Aliud *Pentſao* celeberrimum eſt *Pentſao van mu.*

Pag. 213. ſub fin. 16.

Libri Y-KIEN ſ. ſpeculi medicinæ Pars IV. agit de medicamentorum probatiſſimorum compoſitione. In BODLEYANA n. 2806.

Libri

Libri Y-FANG ſ. medicarum compoſitionum P. I. & 2. In BODLEYANA n. 2809. & 913.

Libri YO SING ſ. de natura ſimplicium medicamentorum partes I — 8. In BODLEYANA a n. 2829. ad 2832.

Alius liber. V. libri YO SING per alium auctorem ibid. n. 2833.

Nomenclatura plantarum . . . &c. In B. NARCISSI Dublinenſis n. 1952.

OELH-YA eſt liber, in quo animalia & plantæ deſcribuntur. Paſſim in Elogio civitatis MOUGDEN citatur.

